
30239






Mexici
1566
D.T. M.

¶ REVERENDI PATRIS FRATRIS BARTHO
lomæi à Ledesma ordinis Prædicatorum et sacræ Theologiæ profes
soris de septem nouæ legis sacramentis Summarium.
Cum indice locupletißimo.



Mexici, excudebat Antonius de Espinosa.
Cum priuilegio.
1566

ordinis Prædicatorum et sacræ Theologiæ profes/soris de septem

Ecko 199.

¶ *Licencia del reuerendissimo señor Arçobispo de Mexico.*

NOs don fray Alonso de Montufar, por la miseracion diuina Arçobispo d̃ Mexico, dl cõsejo d̃ su Magestad. &c. Por la presente damos licencia al padre fray Bartholome de Ledesma, dela ordem delos Predicadores, nuestro compañero, lector que ha sido de Theologia, eñsta vniuersidad de Mexico, y en su monasterio muchos años. Paraque pueda hazer imprimir, vn libro que tiene hecho por nuestro mandado: que trata de los sanctos sacramentos, que se intitula Sūmariū sacramẽtorū. Por q̃nto lo hemos mandado examinar aperſonas catholicas y doctas: anſi en derecho Canonico, como en Theologia, y lo hã aprouado por catholico, y nos cõsta que sera muy vtil y prouechoso, pa todos los ministros del sancto Euangelio, que eñsta tierra tienen cargo de administrar los sanctos sacramentos. Fecha en Mexico, a veynte ydos dias del mes de Deziembre. de. 1560. Años.

F. A. Archiep̃s Mexicanus.

Por mãdado de su. S. Reuerẽdisima. Diego maldonado secretario.

¶ *Licencia del prouincial dela orden delos Prædicadores.*

¶ Yo Fray Domīgo de sancta Maria prouincial desta nueua España de la orden de los Predicadores, doy licencia para que cierta obra muy prouechosa, que trata de los sanctos Sacramentos: que el muy yllustre y Reuerendisimo señor don Fray Alonso de Montufar Arçobispo de Mexico mando hazer al padre Fray Bartholome de Ledesma para bien y prouecho spiritual, assi de los Sacerdotes, como de los naturales desta nueua España: que mandando lo su Señoria, se pueda imprimir. En fee de lo qual lo firme de mi nombre, y hize sellar con los sellos de la prouincia. Fecha en Tepetlaoztoc, sabado diez de Iunio. de. 1559. Años.

Muy poderoso señor.

¶ El maestro Fray Bartholome de Ledesma de la orden del glorioso sancto Domingo, digo que por licencia y facultad de vuestra Alteza y de su Real consejo de Yndias, estoy imprimiendo vna obra que con gran trabajo y ocupacion he hecho: cuyo titulo es, Summario de Sacramentos. Y como es notorio por el Sacrosancto concilio Tridentino, se han determinado algunas cosas a cerca de los Sacramentos: que cõuẽdra põer las en la dicha obra ẽ las ptes y lugares do mejor cõuẽgan y q̃dren, y querria hazer lo cõ vuestra Real licencia y facultad. Por tanto à vuestra Alteza pido y suplico, sea seruido de permitir lo y auer lo por bien y en ello recebire merced.

¶ LO PROVEYDO.

EN *la ciudad de Mexico, primero dia del mes de Hebrero de* M.D.LXV. *Años: vista esta peticion en acuerdo por los Señores presidente y oydores dela Audiencia Real de la nueua España: presentada por el maestro Fray Bartholome de Ledesma religioso dela orden de señor sancto Domingo, ante mi Antonio de Turcios Secretario de la dicha Real audiencia. Dixeron, que sobre lo en ella contenido, occurra al Señor Arçopispo desta ciudad: para que vea lo que por ella dize el dicho maestro, y ansi visto con su correcion se pueda imprimir, & imprima, loque pide. Y lo señalaron con sus señales.*

Passo ante mi. *Antonio de Turcios.*

¶ *Licencia del reuerendissimo señor Arçobispo de Mexico.*

NOs don Fray Alonso de Montufar, por la miseracio diuina Arçobispo d Mexico, dl cōsejo d su Mageſtad. &c Por la pſente damos licēcia al padre maestro fray Bartholome d Ledesma, dla ordē dlos pdicadores: paque pueda iprimir ē vn libro, que cō licēcia d su Mageſtad y por nro mādado al pſente imprime, intitulado summariū sacramēto rū, las determinaciones del santo cōcilio Tridētino, que pa declaracio y confirmacio del dicho libro son necessarias: por quanto lo auemos mādado ver y examinar a personas doctas y catholicas: dlas quales hemos sido ynformado, estar biē, fiel y legalmēte puestas, y en los lugares necessarios dla dicha obra. Fecha en Mexico a ocho d octubre. de M.D.LXV. Años. F. A. Archiepiscopus Mexicanus. Por mādado d su. S. Reuerēdissima. Diego Maldonado su secret.

¶ ILLVSTRISSIMO AC REVERENDISSIMO *Domino* D. *Fratri Alfonso à Montufare Archiepiscopo Mexicano, Regio consiliario & in sacra pagina magistro, frater Bartholomæus à Ledesma ordinis Prædicatorum & diuinæ Theologiæ professor.* S.P. D.

NIsi abundè satis constaret, præsul amplissime, quem mihi patronum & nouæ Hispaniæ Archiepiscopum magno vtriusq; commodo Deus præbuit, ad eum modum ab incunte ætate te vitam instituisse, vt nihil, siue religionem in qua admirandus omne tempus traduxisti, siue sacras literas in quibus iure tuo doctissimis viris primatum eripuisti, considerem, posteris reliquum feceris, quo alios in sui admirationem immitationemq; adducere possint, multis plus quàm epistolaris breuitas pateretur, persequerer, quàm magna in veteri Hispania per annos ampliùs quadraginta, quos in Dominicanorum cœno

bijs

biis fœliciſsimè beatiſsimèq; duxiſti, tum diſputando, tum enarrando, tum in quo multis & eiſdem verſatiſsimis contionando præſtitiſti, tuæ ſingularis eruditionis documenta ædideris, quàm {quod magis ad veram fœlicitatem facit} quantùm in te poſitum fuit, non ſolùm te ad inſtituta & ſacrorum patrum mores componere, ſed tuo exemplo ductos plurimos vti idem iter ingrederentur, perſuadere curaueris, quo factum eſt, vt omnibus exæquo etiam inuictiſsimo Cæſari ſuſpiciendus acceſſeris: verùm quoniam hæc, etiam ſi ob ea Carolo quinto viſus eſt digniſsimus, qui nouo orbi illuſtrando Mexicanæ Eccleſiæ præeſſes, minora ſunt, quàm vt cum illis quæ ad Indos nauigans geſiſti, conferantur, non grauabor, quo inſtituti mei rationem intelligas {tametſi quæ tua eſt modeſtia audiendo erubeſcas} paulo altiùs, quàm nunquam tui immemor {quod facere ſolent in ampliſsimo honore collocati} in tanto faſtigio poſitus in vtramque rempublicam, Hiſpanam ſcilicet & Indicam te propenſum exhibueris, repetero. Optatiſsimus igitur vbi in nouam Hiſpaniam commeaſti {dictu mirum} vt ſtatim nulla ſexagenariæ ætatis tuæ ratione habita, rem Eccleſiaſticam componere cæpiſti, ad id {ne quid deſideraretur} prouintiali cui Epiſcopi aliiq; viri doctiſsimi interfuere, ſynodo coacta, vt leges & ſanctiones quo in poſterum metropolis Mexicana rectè ſanctèq; gubernaretur, ſapientium conſilio promulgaſti, vt frequentibus ſacris contionibus, in quibus excellis {quod clariſsimi ſacriquè oratoris munus eſt} populum vniuerſum delectaſti, mouiſti et perſuaſiſti, vt deniq; {ne cætera perſequar, quæ non epiſtolæ ſed iuſti voluminis magnitudinem excederent} Hiſpanos omnes, quos tuo regimini traditos cognoueras, non in vniuerſum {quod ſæpiſsimè, diligenterq; feciſti} ſed ſigillatim omni officii pietatisq; genere proſequutus es. Acceſſerunt ad hæc {quæ maxima certè ſunt} continui minimèq; leues labores, quos pera grata bona nouæ Hiſpaniæ parte, per interpretes varios {nam intra non lõga interualla diuerſa idiomata eſt reperire} ſubiiſti: ab idololatria inqua per innumeros ferè annos obcalluere, Indos abducendo, et pro ipſorum captu, quæ ad ſalutem facerent, inſtituendo. Ac {ne alia referam, quæ meliùs & latiùs poſteri recenſebunt} eum te vtriq; populo paſtorem exhibuiſti, vt facilè credam, tui memoriam nulla vnquam vetuſtate deleri aboleri ve poſſe. Quam memoriam, vt diuturniorem clarioremq; faceres, intelligens {quod non ſemel periculo comperueras} in nouo orbe vberri

mam

nam esse messem, nec operarios pro messis vbertate tot ac tales reperiri posse, qui officio facere satis potuissent, et laboriosius difficiliusq; esse quàm Sybilæ follia colligere, in tantis angustiis, & vbi adeò Indorum salus periclitaretur, vel ab Hispaniæ gymnasiis ministros vocare, vel omnes qui in noua essent, à primis rudimentis instituere, non conquiesti, donec & quotidiano propè conuitio à me eflagitasti, crebroq; iussisti, vti Sacramentorum, quæ & Hispanis & Indis impendenda forent, ad eam breuitatem ac cum ea perspicuitate, quæ in breuitate, ne obscura sit, maximè exigitur, summam æderem, vt breui temporis curriculo, citraq; difficultatem etiam sine magistro sacris initiati & initiandi, ipsa & intellegere & memoriter ediscere potuissent. Fateor ingenuè humeris multo grauius quàm ferre possem, onus imposuisti: cùm tamen, cui tantum debeam, quicquam denegare, præsertim tam iustum, inurbanum inciuileq; ducerem, constitui ea lege tibi morem gerere, vt vnus qui ad id operis me nihil tale cogitantem impulisti, contra latrantium morsus {quos scio non defuturos} vti tuos & ad te confugientes facis, fortiter defendas. Alioqui enim non mihi tantum tribuo, vt existimem in tanta caulantium et inuidentium {quos in dies miserabilis hic orbis parit} tempestate {cùm nec Hercules contra duos quicquàm potuisset} me aut morsus aut latratus euasurum. Prodit ergo quale quale, hoc est opus, tuis auspiciis in lucem, vt spero Cimmerias tenebras perpetuò fugiturum. Vale nouæ Hispaniæ Ecclesiæq; tuæ firmissimum columen et decus singulare.

¶ *Doctor Ludouicus de Anguis proarchiepiscopus Mexicanus, & in hac vniuersitate cathedræ decretorum moderator proprietarius. Lec. S.*

VIdi & plegi summariũ istud sacramẽtorũ aio quidẽ reformãdi, si quid in eo minus bñ cõstructũ inuenirẽ [eo enĩ, puicia ista videndi ab Archiꝑsule nostro Mexicano meritissimo mihi suo in spũalibus vicario gñali fuit demandata] & quidẽ q̃ntùm de illo deq; eius ordine & doctrina potui iudicare, nihil ineo, prsus qđ christianis animbus displiceret, vel qđ sine labore aut ĩdustria dici collocatũ posset, ĩspexi: ita doctè piè absolutèq; velut indice digito cũctã sacramẽtorũ seriẽ ostẽdit, id scilicet optima fide præstando, quòd ad eorundem sacramentorum administrationem & exercitium deinceps nullius opera aut industria indigere videamur. In cuius rei testimonium me subscripsi. Doctor Anguis.

¶ STEPHANVS PORTILLO SCHOLASTICVS *Michuacanensis, in decretis licentiatus, officialis & vicarius generalis in*

Eccle-

DE SACRAMENtis in genere.

PRIMA DIFFICVLTAS.

Vtrùm Sacramentum sit sacræ rei signum.

AD HANC DIFFICVLTAtem pleriq; doctorum respondent, & sic,& hanc diffinitionem assignat, D. Aug.in lib. contra aduersarium legis, & prophetarum,& li.10. de ciuita.ca. 55.& D.Tho.3.p.q.60.ar.1. & habetur de consecratione.d 2.c.Sacrificiũ Et nota,quòd hæc diffinitio datur per signum, & non per causam. Quia diffinitio dari debet per ea, quæ omnibus nota,& aperta sunt: non autem per ea, quæ in quæstionem vertuntur,& sub iudice sunt. Diffinitio enim communis debet esse animi conceptio omnibus disputãtibus. Quo fit,vt diffinitionẽ, quã aliqui doctores ponunt,scilicet,Sacramentum est inuisibilis gratiævisibilis forma,vt ipsius imaginem gerat,&causa existat,& diffinitionem,quam Hugo de sancto Victore li.1. de sacramentis parte.9.c.2.ponit,videlicet Sacramentum est corporale,vel materiale elementum foris sensibiliter propositum ex similitudine repræsentans,ex institutione significans, ex sanctificatione continẽs aliquam inuisibilem,& spiritualem gratiã:minus aptè appositas esse. Nam licet omnes istæ diffinitiones sub alijs,& aliis verbis traditæ idem significant:satis tamen pro diffinitione est dicere, Sacramentum est sacrę rei signum:cum alię diffinitiones,præterq;, quòd antiqua sacramenta,quæ gratiam nõ conferunt, non comprehendũt sed sola euangelica, quæ gratiã conferunt,includunt aliqua, quæ in quæstionẽ vertuntur. Vertebatur nãq; in dubium vsq; ad ecclesiæ determinationem. An sacramenta continerent, & causarent gratiã. Id circo conueniens fuit,sacramẽtum diffinire per signum, non autem per causam.

D.Aug.

D. Tho.

Hugo.

Notab. 4 ¶ Est præterea notandum, quòd quando in diffinitione dicitur, ꝙ sacramentum est sacræ rei signum: intelligendum est de signo sensibili: quia signũ propriè datur homini, cuius proprium est per sensibilia manu duci ad intelligibilia, iuxta Paulum ad Roma. 1. Vnde ponitur sacramentum in genere signi: vt in ipsis sacramentis diuina beneficia agnoscamus.

Roma. 1.

Notab. 2 ¶ Est etiam notandum, nõ quodcunq; signum esse sacramentum, sed duntaxat signa sanctificationis practica data à Deo. Nam cùm sit dupplex signum sanctitatis, alterum speculatiuum, vt nomẽ sanctum vel sanctificans, alterum practicum: cum autem speculatiuũ non sanctificationem efficiat, quam significat, non sacramentũ dicendum est: ac subinde consequi necessum est, naturalia signa, vt fumum, & vestigium, non esse sacramenta: quoniam Deus nõ imposuit illa ad significandum, sed tantùm creauit, vt essent, & naturaliter consequitur, vt suas causas repræsentet. At verò signũ practicum impositum ad placitum, quia non solùm eam significat: verùmetiam ipso vsu adhibetur ad sanctificationem exhibendam: sacramentum dici oportet. Nam quemadmodum verba illa Christi, Adolescẽs tibi dico, Surge, præstarunt vitam adolescenti mortuo: ita verba sacramentorum nostram sanctificationem præstare & efficere habent. Nec tãtùm sacramenta nouæ legis signa practica dicenda sunt: sed etiam sacramenta veteris legis, Quia licet non conferebant spiritualem sanctitatem: efficiebant tamen munditiam legalem, nempe, illam, qua mundabantur ab exteriori corporis lepra. & præter hoc conferebatur in illis aliqua spiritualis sanctificatio per fidem, quam per illa sacramenta homines protestabantur: non quòd ipsa sacramenta illam efficerent, vt nostra: sed quòd Deus ad ipsorum sacramentorum collationem efficiebat illam: signa igitur practica erant. Ex quibus iam sequitur neq; columbam descendentem de cœlo super Christum, neq; linguas igneas apparẽtes super Apostolorum capita in die Pentecostes, neq; crucem Christi, signa practica esse, ac proinde neq; sacramenta: cùm non efficerent sanctitatem, quam significabant. Et similiter serpens æneus, & manna, licet rerum sacrarum fuerint significatiua: non tamen sacramenta fuerunt. Serpens nanq; non fuit erectus ad animum sanctificandum: sed ad sanandum corpus. Nec manna præstitum fuit Iudeis ad sanctitatem, sed ad satietatem carnis, & similiter aqua benedicta non signum sanctificatiuum est, ac proinde nec sacramentum. Quia licet habeat sanctificare, & purgare secundùm

cundùm quid, eoquòd peccatorum pœnas soluit, & culpas veniales delet: tamen simpliciter, & absolutè sanctitatem conferre nequit, siquidem gratiam præstare non potest, quæ est perfecta sanctitas hominis. Verum est tamen quòd quia tollit eius impedimenta, abigendo Demones, & pręparat ad ipsam gratiam, ad modum, quo ille ceremoniæ sacræ, nempe, exorzismus. &c. præparant ad baptismi sanctificationem: sacramentale quoddam appellari potest.

¶ Annotare vltimatè hic oportet, sacramentum non esse signum vnius rei tantùm, sed trium, nempe Christi passionis, & gratiæ, & gloriæ. Significat enim Christi passionem, vt causam efficientē sanctificationis: gratiam verò, vt effectum & formam, per quam sanctificat, ac deniq; gloriam, cuius gratia pignus est. Et secundùm. D. Tho. præcipuum eius significatum est causa formalis, quæ est gratia, vt sanctificans. Ipsa nāq; est, qua formaliter sanctificamur. Neq, significat illa tria tanquam multa promiscuè, & absq; ordine, sed quatenus ordine quoddam ad nostram sanctificationem referuntur.

Vlti. not.

D. Tho.

SECVNDA DIFFICVLTAS.

Vtrùm requirantur determinatæ res sensibiles ad sacramenta.

HVic difficultati respondet. Di. Tho. hac affirmatiua conclusione plus asserente, quàm quæsitum fuerat, In sacramentis nouæ legis oportet vti rebus ex diuina institutione determinatis. Hæc conclusio est de fide tenenda, vt patet ex illo Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto. &c. Id quod & de cæteris intelligitur. Deinde probatur ratione, Quia non pertinet ad aliquem id, quod est in potestate alterius determinare: sed solùm, quod est in sua potestate. at verò sanctificatio hominis in potestate Dei est: eligere ergo media determinata ad sanctificatio

D. Tho. Conclu.

ctificationem hominis pertinet ad ipsum Deum. Hanc conclusio
nem cum ratione subiuncta tenet D. Tho. 3. p. q. 60. a. 5. Sed dubiũ
est, quæ res sunt istę, quæ à Deo determinatæ sunt. Resp. Quòd
solæ illæ, quæ sunt de substantia, & de essentia sacramentorum, vt
est aqua in baptismo & panis, & vinum in eucharistia, & sic in cæ
teris sacramentis. Nec nomine rerum solùm res ipsæ intelligũtur:
verum & actus ipsi sensibiles, scilicet, eorum applicatio, vt ablu-
tio, & vnctio. Vt est videre per Magistrum fratrem Dominicum
de Soto in suo 4. q. 1. ar. 5. Non autem res illæ sunt determinatæ
quæ ad sacramentorum solemnitatem pertinent, & vt commodiùs
sacramenta conferantur, vt mittere oleum in aquam. &c. ¶ Anno
tare hic oportet quòd, q̃; uis, in lege naturæ sua etiam viguere sa-
cramenta: non tamen per expressam institutionẽ Dei decreta: sed
solo interiori instinctu, quo homines ad Dei culturam mouebantur. Et ideo non necesse fuit eadem sacramenta apud omnes exti
tisse: sed in diuersis prouinciis diuersa.

D. Tho. Dubium. Soto. Notab.

TERTIA DIFFICVLTAS.

Vtrùm ad sacramenta requirantur verba.

Conc. flo

AD hanc difficultatem duabus conclusionibus q̃; bre
uissimè. Resp. quarũ prima sit. In sacramentis rebus
sensibilibus verba addere oportet ad eorum perfe-
ctionem. Hæc cõclusio, est diffinita in conci. Florẽ.
sub Enge. 4. vbi dicitur, q̃ omnia sacramenta ex re
bus tanq̃; materia, & ex verbis tanquàm forma constant, quorum
alterum sr̃ defficiat: minimè fieri possunt: ita quòd in nouæ legis sa
cramentis res, & verba necessaria sunt. Licet enim res & verba in
genere naturę sint diuersa: tamen in genere signi in vnam coeunt
significantia, ita vt vnam rem constituere possint. Tenet hanc sen
tentiam expressè Magister sent. in. 4. & D. Tho. 3. p. q. 60 arti. 6.
Debet tamen sententia sano modo intelligi, scilicet, in his homini
bus, qui verba voce profferre possunt. Nam in mutis, signa & nu-
tus qui in deffectum verborum instituta sunt, sufficiunt. Ita expli-
cat verba cõci. D. Tho. in 4. d. 27 q. 1. ar. 2. ad. 2. Patet etiã cõcl.
ex sacro eloquio ad Ephe. 5. Christus dilexit ecclesiam, & tradidit
semetipsum pro ea, vt eam sanctificaret, mundans eam lauachro a
quæ in verbo vitæ. Ecce aquã, & verba & sic d̃ cęteris sacramẽtis.

¶ Sed

¶ Sed dubium est, Quomodo intelligere possimus, quòd res sen sibiles sint materia, & verba, forma. Ad quod dubium sit secunda conclusio, responsiua. In omnibus, siue naturalibus phisicis, vel metaphisicis, siue artificialibus, illud locum materiæ habere, ex sententia omnium philosophorum, dicitur, quod de se indifferens est ad plura, & habet determinari, seu distingui per aliud. Locum autem formæ habere dicitur, id, per quod restringitur. Exempli gratia, In metaphisicis genus, scilicet animal, quod se extendit ad omnia animalia, cõtrahitur per differentias ad suas species, vt per rationale, ad esse hominis. &c. Et in artificialibus, Certum est. n. rudem materiã ligni de se in differentem esse ad plura artificialia: determinari tamen ab artifice ad esse arcę, vel schani. Eeodẽ modo in sacramentis, quæ artificialia quædam sunt à Christo, ad homines sanctificandos instituta, illud locum materiæ habere dicimus, quod de se erat in differens ad plura. Id autem, per quod contrahitur, & determinatur, locum formæ. Huiusmodi autem in sacramentis sunt verba. Verbi gratia. In baptismo aqua, quæ erat indeterminata ad plures effectus, limitatur, & restringitur, per verba, à quibus accipit virtutem sanctificandi. Quocirca aqua, materia, verba autem, forma esse dicuntur Et hoc est. quod ait Aug. super Ioan. Accedit verbum ad elementum: & fit sacramentum. Et in sacramento pœnitentię, actus pœnitentis habet locum materiæ, & sacerdotis absolutio locum formæ. Et in sacramento matrimonii, verba, quæ proferuntur à primo coniuge, habent locum materiæ: verba autem secundi coniugis locum formæ. Et idem dicendum est de singulis: vt clariùs in suis propriis locis explicabimus. Quocirca non vsq; adeò strictè accipitur hic nomen rerum, contra verba: sed res appellatur quicquid esse potest materia sacramenti, vt distinguitur à forma: licet sit etiam verbum.

Dubium.

2. conclu

Aug.

QVARTA DIFFICVLTAS.

Vtrùm hæc verba, quæ requiruntur in sacramentis [vt dictum est in præcedenti difficultate] debeant esse determinata.

De iure diuino non requiruntur determinata ꝟba. ita q̄ non liceat mutare linguam (i. in eadem lingua, vti verbis equipalentib⁹). Attamen de iure diuino requiruntur ꝟba determinata que ex cōi impositiōe. l. cōi accomodatiōe usus significant ꝟba vera sensum sacrarū non licet mutare ꝟba determinata quib⁹ principali scriptor tribuit certa ad illum alias significandum q̄ peccat ly teneat sacra si seruetur vera sensus et intentio certa et idem est dicendū quicū q̄ fiat mutatio minutio interruptio. commutatio. additio in ꝟbis forme sacramentorū. dummodo seruetur vera et certa sen- sus et intentio ecclie in sacram. licet sit peccatum Math. vltimi mutare. aliqū mortale Mat. 26 aliqū venial secundum principium et virtute mutationis semelinis ministri. Mat. 26 & Io. 20

SVMMARIVM.

VIc difficultati duabus conclusionibus respōdetur. quarum primasit. In aliquibus sacramentis compertissimum est determinata verba esse. Dicitur namq; de baptismo Math. vlti. Baptizantes eos in nomine patris,& filii,& spiritus sancti,& de sacramento Eucharistiæ,habetur Math. 26. Hoc est enim corpus meum, & de sacramento pœnitentiæ,habetur Math. 26. & Ioan. 20.

1. Concl.

¶ Secunda conclusio. In reliquis sacramentis verba,& formæ etiam sunt determinatæ à Christo,licet non in eodem gradu explicitę sint abeo, Quoad. 1. partem probatur hæc conclusio. Nam cū solus Deus sit,qui potuit instituere sacramenta: eidem soli incubuit,res & verba essentialia sacramenti præscribere. Quo ad 2. partem verò patet ex illo. 2. ad Thessa. c. 2. Seruantes traditiones, quas accepistis,siue per sermonem,siue per epistolam. Sunt enim aliqua tradita,quæ non inueniūtur scripta. Patet etiā ex illo,quod habetur. 1. ad Cotin. 11. Cætera autem cùm venero,disponā. Quæ quidem dispositio nusquàm in sacris literis inuenitur. De qua re eleganter tractat Dionisius primo li. de cœlesti hierarchia, vbi inquit, Apostolos quædam scriptis mandasse, quædam verbo tenus tradidisse, vt de aure in aurem vsq; ad nos peruenissent. Hoc idem etiam habet Origen. homi. 5. super nume. & habetur in. c. Cū marthe. de celebratione missarum. Et confirmatur hac ratione, Quia in sacramētis [notum est] requiri determinatas res sensibiles, quę locum materiæ habent [vt dictum est,] multo ergo magis requiruntur determinata verba, locum formæ habentia: cùm principalius requiratur ad esse rei determinata forma: q̄, determinata materia: siquidem in omnibus ex materia & forma compositis, principium determinatiōis se tenet ex parte formæ. Et licet nō in eodē gradu sunt explicitæ formæ à Christo: de fide tñ tenendū est, determinata verba,& formas esse, in oībus sacramentis. Et siquis q̄rat, Quā ob causam in illis tribus sacramētis xp̄us reliquerit inscriptis determinatas formas; nō aūt in aliis sacramētis: respondebitur ei, q̄ ex eo, quia sunt necessaria & cōmunia toti populo. De ij re pulcherrimè pro suo more. s. Tho. diserui in. 4 d. 14. q. 1. ar. 1. ad. 2.

2. Thes.

Dioni.

Origen.

D. Tho.

Notabi.

¶ Annotare tamen circa hanc difficultatem oportet, conclusiones has non sic esse intelligendas, vt sacramenta eadem verba in omni natione exposcant: sed sic determinata esse debent in qualibet lingua, vt in vniuersis nationibus idem sit sensus.

QVINTA DIFFICVLTAS.

Vtrùm

Vtrùm liceat aliquid addere, vel subtrahere verbis, quibus communiter ecclesia vtitur & in quibus consistit forma Sacramentorum.

AVic difficultati per aliquot conclusiones. Respõde. quarum prima sit. Si aliquis corruptè, & ex industria proferat verba sacramentalia: non videtur sacramentum conficere: quia non videtur, id intendere, quod ecclesia intendit facere: cùm tamen intentio ministri semper in sacramentis sit necessaria. 1. conc.

¶ Secunda conclusio. Si quis per imperitiam, vel lapsum linguæ corruptè proferat verba: & tanta corruptio sit, quòd omnino auferat sensum locutionis: non videtur perficere sacramentum. Probatur. Nam effectus in sacramentis ex verborum significatione pendet: vnde si variatur significatio, sensus etiam variari oportet, ac proinde non erit sacramentum, quod præcipuè contingit, quãdo fit corruptio ex parte principii dictionis: vt si loco, In nomine patris, dicat, In nomine matris, licet nõ sit certa regula, quia tam parua potest esse corruptio, quòd nõ auferat sensum verborum. 2. Con.

¶ Tertia conclusio. Si in verborum corruptione ad huc maneat sensus ipsorum verborum: verum sacramentum conficitur. Quod quidem solet contingere, quando corruptio fit ex parte finis dictionis, vt si quis dicat, In nomine patrias, & filias, & spirituas sanctas. Hic enim casus habetur expressè in. c. Retulerũt. de cõs. d. 4. 3. Con.

¶ Quarta conclusio. Si aliquis ex industria addat aliqua verba, ad aliquem errorem inducendum: non videtur conficere sacramẽtum, quia non videtur habere intentionem faciendi, quod ecclesia facit, vt in casu præcedentis cõclusionis: si minister per illa verba, In nomine patrias. &c. intendat psuadere ꝙ Deus habeat filias. 4. Con.

¶ Quinta conclusio. Si additio non tollat sensum verborum, sed manet idem sensus essentialis: verum sacramentum conficitur: vt si quis dicat, Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur. 5. Con.

¶ Sexta conclusio. Si tollatur verborũ sensus, per talẽ additionẽ: nõ cõficitur sacramentũ, vt si quis dicat, In nomine patris maioris, & filii minoris, vt si baptizaret Arrianus ponẽdo errorẽ suũ in forma. Si tñ id nõ poneret in forma: sed intẽderet id, quod ecclesia intendit, baptizaretq; nra forma: verè baptizaret. Et similiter, si minister ex industria in hac forma, In nomine patris, & filii, & spiritus sancti, addat, Et beatæ virginis, tanq; partem formæ: non conficitur sacramentum. Secus tñ quando non vt partẽ formę, addit. 6. Con.

7. Con. ¶ Septima concluſio. Siue interruptio contingat per ſilentium, ſiue per verba interpoſita, ſi tanta ſit corruptio, quòd ſecundùm hominum ſenſum, tollitur identitas, & vnitas propoſitionis: tunc non conficitur ſacramentum. Si verò non tollat vnitatem, & identitatem propoſitionis, ſecundùm communem ſenſum verborum: ſacramentum conficitur. Vnde modica interpoſitio, vel interruptio non nocet, vt ſi dicatur, In nomine patris, & tunc fortè aliquod impedimentum ſacerdoti occurreret, vt ſi madidaretur ſibi manica ſuperpellicii, vel ſimile, ita quòd diceret miniſtro, Vide ne madidetur ſuperpellicium, & tunc proſequeretur, Filii, & ſpiritus ſancti: nõ variaretur forma. Similiter de tuſsi, ſi accideret tempore prolationis, dicendum eſt.

Vlti. con Ariſtot. ¶ Vltima concluſio. Regulariter loquendo tranſpoſitio verborũ non tollit, ne ſacramentum efficiatur, quia [Teſte Ariſto] nomina, & verba tranſpoſita idem ſignificant: ſi non varietur ſenſus, nec ſignificatio: dum tamen proferens non intendat errorem.

¶ Vtrùm autem miniſtri, qui huiuſmodi mutationes, corruptiones, interruptiones, & tranſpoſitiones verborum commiſcerint, peccent, & qualiter, ſcilicet mortaliter, vel venialiter: perſequẽtes concluſiones abſoluemus.

1. conclu ¶ Prima igitur concluſio, ſit. Si miniſter fecerit ſecundùm conſuetudinem, & ritum ſuæ eccleſiæ: quamq; ex induſtria non ſeruet morem eccleſiæ Romanæ, nihilominus non peccat. vt faciunt miniſtri eccleſiæ Grecæ, qui quidem hac forma, Baptizetur ſeruus Chriſti in nomine patris, & filii. &c. vtuntur. Iam enim illa forma apud eccleſiam Romanam eſt accepta, & à Romana eccleſia tole
Con. flo. ratur, vt ex con. Floren. conſtat. Et idem erit in aliis ſacramentis. quandocũq; eccleſię Romanę vſus non ſeruetur: ritus tamen ſuę eccleſię ſeruatur.

2. Conc. ¶ Secunda concluſio. Si aliquis mutet formam ex inconſideratione, vel lapſu linguę, ſi illa inconſideratio, vel lapſus ſit naturalis: nullum erit peccatum. Si autem contingat ex incuria, & negligentia: peccatum erit.

3. Conc. ¶ Tertia concluſio. Si tanta ſit mutatio, vel corruptio, quòd ſenſus legitimus auferatur: mortale, & ſacrilegium erit, ſi illud fuit ex craſſa, & ſupina inaduertentia. Secus tamen erit, ſi ex ſimplici inaduertentia illud fecerit: quia tunc nullum committit peccatum, imò etiam nullum erit peccatum mortale: ſi ex aliquo inopinato caſu miniſtro contingenti, omninò ſuimet eſſet oblitus, & totam

tam formam omitteret. Si tamen aliquis minister haberet consue tudinem ad sacramentum accedendi cum illo torpore, & negligē tia: mortale peccatum committeret.

¶ Quarta conclusio. Si aliquis proferat verba per terminos, de quibus est dubium, vtrùm conficiant sacramentum: peccat mortaliter, vt si dicat, Ego te baptizo in nomine genitoris, & geniti, & procedentis ab vtroq;. Probatur. Quia cùm sit dubium de illis verbis apponendo illam formam: exponit se periculo non conficiendi sacramentum: & est res grauissima.

4. Conc.

¶ Quinta conclusio. Si quis proferat verba sacramentalia taliter, quòd in se sint corrupta, vt illa, In nomine patrias. &c. quāuis ex intentione conferentis, & ex accomodatione ecclesiæ, & bonitate intelligentis sit sacramentum, quando non intenditur error [vt dictum est] nihilominus tamen mortaliter peccat: nam sacrilegium committere videtur, nisi necessitatis casus adesset, vt si mulier baptizaret hac prædicta forma, quando puer circa maximum mortis periculum versatur.

5. Concl.

¶ Vltima conclusio. Si sit mutatio verborum, non auferens illorū sensum, si sit magna mutatio: erit mortale, si autem parua, erit veniale, nisi ex contemptu procederet talis mutatio, aut corruptio. Quocirca omittere particulam illam, Enim, in Christi corporis consecratione: non erit mortale. Regula namq; vniuersalis est, q̄ quando præceptum, siue naturale, siue diuinum, siue positiuum humanum frangitur: si non in magna quantitate frangatur, non erit mortale, vt si omittatur aliqua pars parua missæ in die, qua quilibet tenetur ex præcepto missam audire. Et idem est dicendum in materia furti. Ratione namq; paruitatis materiç, nēpe quia tenuissima est corruptio, vel quia deliberatio non fuit plena, vel ex leui negligētia, veniale poterit esse. ¶ Sed nota, quòd huiusmodi delicta siue mortalia, siue venialia sint: in genere tamen sacrelegii sunt, ex quo plane fit genere suo esse mortalia: est enim ratiōe obiecti, & materiæ grauissimum.

vlti. con.

De necessitate sacramentorum.

SEXTA DIFFICVLTAS

Vtrùm sacramenta sint ad humanam salutem necessaria.

Pro

alex abē 4.p. q1. & 2u. 4. d.1. q.2. dnt q instatu innocēt non fuissent sacrā & sunt remedia pēc. Vñ ti p vt esset sacrificiū & signū protestatiō fidei & deo salutaris, ti nec q ad hoc fuisset vt tr. s.the. sec. 4. d.1. q.3 et paludi. ibidem & nec hīc quia fides pro illo statu protestari potest & actibꝫ interioribꝫ fidei et exterioribꝫ ritibus et laudum atq; sacrificij & oblationis q sunt similia nullꝫ cū sacramentis qi nec esse peccata pro aqua illa p sacrificia significarent & cōibꝫ conferrent eandē religiōem cū illic cōibꝫ conferat nec esse in vrā nec ipsa esset sensibilis cū illic cū ita simili deneretur deus nec ibꝫ erudiretur de spiritualibꝫ & tunc parentes sufficienter docerent filios de spiritualibꝫ. q.

SVMMARIVM

RO huius difficultatis cognitione annotare oportet ex Aris. li. 5. methaphi. c. De necessario, vbi inquit, necessariū multis modis accipi. Sed omnibus aliis modis omissis, qui quidem parum, aut nihil ad rem faciunt. hunc modum duntaxat ad propositum faciē tum amplectar, nempe quia necessarium quandoq; sumitur in ordine ad finem, & hoc bifariam. Vno modo, sine quo finis comparari non potest: vt absq; nauigio non potest homo nauigare. Alio modo sine quo incōmodè comparari potest: & sic est necessarius equus ad longum peragendum iter. His sic præmissis, sit prima cōclusio. Quamuis sacramenta in ordine ad finem, scilicet ad humanam salutē fuerūt necessaria, taliter quòd sine ipsis, incōmodè comparetur: non tamen sunt necessaria ad eam consequendam simpliciter & absolutè. Hæc conclusio habetur expressè diffinita in si nodo Triden. in canonibus de sacramentis in genere. & probatur etiam ex D. Chrisost. homi. 83. in Matheum, & ex Dionisio. 1. c de ecclesiastica hierarchia. Dicunt enim, eam esse hominis conditionem, atq; nostram, vt ad spiritualia capessenda, nō nisi corporeis rebus possit aptari: salutem igitur, qua Deus in humano spiritu secretiùs operatur, necesse fuit rerum sensibilium imaginibus designari, quæ quidem res sensibiles, sacramenta dicuntur. Tenet etiam hanc conclusionem. D. Tho. 3. p. q. 61 ar. 1. & ibidem Caieta. Est etiam ratio efficacissima pro hac conclusione. Nam ratio humana præcipuè in sensibilium varietate delectatur: dum enim homo in statu innocentiæ persistebat, sola diuina contemplatione fruebatur. Ad hæc autem ima per peccatum demissus, rerum varietate gaudet. Si ergo puris spiritualibus homo iuberetur vacare, esset à sua natura violenter abstractus: quod ægrè ferret. Vt igitur propēsiores, ad nostram salutem comparandam essemus: sacramentorū varietate voluit nos oblectari.

1. Concl.

Sim. Tri. Chrisost. Dionisi.

D. Tho. Caiet.

Instam ecois 2. Con. natura fuerunt sacrā ppie dicta ex dei institō subdistinctis rebꝫ et vbis sm tc. 4. dicar. 5. q. 1. & sec. 4 Matb. 9. 2u. q.3. ar.3. et mio. d.1. q.4. et alios et ipsa babile ait Augustī. ecois. 1. 4. q2. ar.3. ti vt ait probabilius est cū sppinio q solum sacrā dant in cōi ad q ex fide diuq tenebatur sm te ta dign & hoc est q ait 2u. & palu. et caro vt sic allegantur et idem sot. d.1. q.2. q ait q tunc diuq precepit in genere tenebantur homines habere ac aliquo m̄ q testare fidem suę nativitatis. Et nullum fuerit tali precepti diuini exteriꝫ scripti sed tñ interni q inspiratu fuit ade & in illo toti orbi et deinde q prīs ath. oraly. nec q. diuꝫ voce derivati & licet hoc cognitio suę natiꝫ fidei excedat natā vires & me ad impē tenemur, ti diuꝫ precepit vnq quisq tenebatur non resistere spiritui auxilio dei ad sic inspirantis fidei quod secundi sui nati impetitur, cuiꝫ fuit precepti diuinum protestandi fidem ingenere

post Adæ lapsum omni tempore, ad salutem necessaria Nam corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Omnis enim, quicunq; inuocauerit nomen Domini, saluus erit. Vbi sub insigni oris professione, quæcunq; professio, etiam operis, intelligitur: vt non ore solùm inuocemus Dominum saluatorem: verùm etiam opere. Hoc autem fit per sacramenta, quæ cęremoniæ sunt, quibus Deo exteriùs nos subiicimus: vt in nobis salutem interiùs operetur. Nec satis fuere, siue in lege scripta, siue naturæ, fides interiùs ad hominum iustificationem: nisi etiam signis exterioribus illam fidem protestaremur, vt tenet. Duran in. 4. d. 1. q. 8. & Palud eadem. d. q. 5. arti. 5. & Magister Cano. in sua relatione de sacramentis in genere: igitur omni tempore fuerunt sacramenta necessaria ad salutem. Præterea, Gentium omnium consensu firmatum est, non aliter, quàm oblatis Deo sacrificiis diuinam iram mittigari, atq; haud secus etiam Barbari facinora expiari arbitrabantur. At sacrificium in id paratum, vt Deus placaretur, verè erat sacramantum: sacramenta igitur semper fuere apud omnes necessaria. Præterea, Lex, & religio, nulla est, sine sacerdotii munere, atq; functione: hæc enim tria ita sunt, & fuerunt coniuncta: vt nequeant à se aliquando separari. At verò sacerdos sine sacramentis, quæ administret, minimè esse potest: cum Pau. dicat ad Hebrę 7. Omnis pontifex pro hominibus constituitur in his, quæ sunt ad Deū, vt sacrificia offerat p peccatis: ergo sicut lex, religio, sacerdotium, fuerunt omni tempore necessaria: ita etiam signa exteriora, quæ sunt sacramenta. Fateor tamen non fuisse sacramentum sub diffinitis rebus, ac verbis præscriptis in lege naturæ à Deo traditum: sed rerum sacramentalium diffinitio, ac determinatio certa in veteri lege incepta, in euangelica perfecta, & cōsumata est, nisi fortè quis sentiat oblationem Melchisedech in pane & vino, ex diuina, & reuelatione, & institutione fuisse, qua peculiariter ex causa, sacerdos Dei altissimi fuerit inter reliquos appellatus. Sed huic sententiæ aduersatur Anacletus papa in epistola de ordinatiōe episcoporum. Inquit nam q; illic, quòd licet Melchisedech priùs obtulerit sacrificium panis, & vini, post hunc Abraham, Isaac, & Iacob: initium tamen sacerdotii Aaron fuit. Nā ipse primus iubente Domino, victimas obtulit. Melchisedech autem, & alii ante legem scriptam spontaneā voluntate, & non sacerdotali autoritate, sacrificia ista obtulerunt. Hæc omnia Anacletus.

Hebr. 7.

SVMMARIVM.

De effectibus sacramentorum.

SEPTIMA DIFFICVLTAS.

Vtrùm sacramenta sint causa gratiæ.

PRo huius difficultatis decisione annotare oportet duplicem esse effectum sacramentorum, nempe primarium & secūdarium. Primarius effectus: est gratia, secundarius verò character. Loquendo igitur de primario, de quo est præsens difficultas, sit prima conclu. Quòd sacramēta nouæ legis sunt causa gratię, & veram salutem animæ conferunt, & ianuam cœli aperiunt. Hæc con, est omniū sanctorum patruum. Eam enim in primis tenet Cyprianus in sermone de baptismo Christi, & manifestatione trinitatis, inquiens, Venieb at Christus ad baptismum, non egens lauachro, in quo peccatum non erat: sed vt sacramento perēnis daretur auto ritas, & tanti operis virtutem nulla personarum acceptio cōmen daret. Gregorius quoq; Nazianzenus oratione. 3. in sanctum laua chrum inquit, Generatio ex baptismate passionum est solutiua, omnes sordes abscindens, atq; ad supernam vitam perducens. Etiam tenet di. Chrisosto. homi. 25. in Ioan. Item Cirillus. li. 2. in Ioan. c. 42. inquit, Spiritum, qui ex Deo procedit, per baptismum acquirimus, quò in pristinam pulchritudinem reformati, & ad no uam vitam renati à Deo in filios adoptamur. Item Ambro. li. 1 de sacramētis. c. 5. dicit, Nō omnis aqua sanat: sed aqua sanat, quæ ha bet gratiā Christi, & li. 4 c. 4. de Eucharistiæ sacramento loquēs, inquit, nobis conferre gratiam, & ideo dici panem viuum: quia no bis præstat vitam. Aug. in super decimo nono libro cōtra Faustū. c. 10. tenet idem, & tractatu. 8. in Ioan. inquit, Vnde ista tanta virtus aquæ, vt corpus tangat, & cor abluat: licet enim propria actio aquæ, sit abluere corpus, per virtutem tamen Dei eleuatur, vt abluendo corpus, animam emundet, & habetur. 1. q. 3 c. Detrahe. & sup Ioan. in illum locum, Iam vos mundi estis propter sermonem meum: probat quòd verba sacramētalia mundant, regenerāt, viuificant, & iustificant. Beda. etiā in. 3 c. Lucæ, in quadā homilia, quæ cātatur in octaua Epiphanię, ait, Dñs tactu suę mūdissimæ carnis, vim regeneratiuam contulit aquis. Accedit etiā ad hoc diffinitio Cō. Flo. sub Eugenio. 4. in decreto sup vnione Armenorū in hęc verba,

1. Concl.

Cipri.

Nazian.

Chrisos.

Ciril.

Ambro.

Augu.

Beda.

Conc. flo

verba, nouæ legis septem sunt sacramenta, quæ, & continent gratiam & eam dignè susꝑicientibus conferunt. Accedit etiam Tridentinæ sinodi diffinitio sessione. 7. de sacramentis in communi cano. 6. cuius verba sunt, quæ sequuntur, Si quis dixerit sacramenta nouæ legis non continere gratiam, quam significant, aut gratiã ipsam non ponentibus obicem, non conferre ex opere operato, sed cluso opere operantis: anathema sit. Et patet ex Paulo in epistola ad Ephe. c. 5. Christus dilexit ecclesiam suam, & se ipsum tradidit pro ea, vt illam sanctificaret mundans eam lauachro aquæ in verbo vitæ. Et de sacramento Eucharistiæ habetur Ioan. 6. vbi appellatur panis viuus: quia confert dignè summentibus vitã. De pœnitentiæ autem sacramento, hr̃ expressum testimonium domini Ioan. 20. Quorum remisseritis peccata, remittentur eis. &c. Sacramenta igitur nouæ legis gratiam, & iustitiam animæ conferre ex prædictis irrefragabiliter ostenditur, adeo, vt id negare, sit hæresis: quam obrem in hanc conclusionem schollastici autores vniuersi conueninnt. Ex hac conclusione manifestè colligitur non satis rei fieri, si quis asserat sacramenta nouæ legis esse causam gratiæ, non quidẽ aliquid operando: sed quia sacramẽtis adhibitis Deus per se solus in anima gratiam operatur: nam sic nullatenus essent causa gratiæ, sed signum dumtaxàt applicatæ fidei, quod profectò nec lutherani negant. ¶ Sed dubium est, iam quòd sacramenta nouæ legis sunt causa gratiæ, quomodo enim causent. In qua difficultate pro veritatis explicatione multis, & in se diuersis opinionibus omissis, dũtaxat aliquas & veritatem earum explanabimus, ꝓpterea quòd ad nostrũ institutũ opiniones oẽs adducere, & eas refellere: nõ expectat. Supponere erit opeprætiũ causas esse in duplici differẽtia: alteras naturales, & alteras morales. Morales aũt appellamus causas liberas q̃, scilicet, liberè mouẽt, vt qui cõsulit, qui imperat [eius. n. rei causa est, quę per eius aut imperiũ, aut cõsilium, efficitur] iuxta quam diffinitionem, cum actio peccati dupliciter consideretur: & in ordine effectuum naturalium, & in ordine effectuum moraliũ: Deus quidem causa naturalis dicitur actionis, quæ peccatum est, concurrit siquidem ad brachii motionem, q̃ hominem interficio: non tamen illius actionis Deus est causa moralis: quia neq; consulit, nec prꝫcipit, quimpotiùs prohibet. Inter has autem causas discrimen est. Nam naturales suos effectus attingunt per vim sibi à natura inditam: vt ignis calefacit per calorẽ: aqua verò frigefacit per frigiditatẽ. Morales verò nõ attingũt actione

Sin. Tri.

Ephe. 5.

Ioan. 20.

Dubium.

actione naturali suos effectus. Net enim oportet, vt qui consulit homicidium, actione aliqua phisica & naturali quidquam efficiat, quemadmodum natura efficere consueuit. Ad eundem modum philosophandum est de effectibus supernaturalibus, scilicet, de gratia, & de charitate, de fide, & de vita ęterna: qui quidem effectus à dupplici causa ꝓficisci possunt: vel ab ea, quæ habet modũ agendi similem causæ naturali, attingendovi & efficacia actiuè huiusmodi effectus: in quo casu Deus est causa omnium virtutum infusarum, vel à causa morali, qualis fuit meritum Christi, & oratio, cùm oraret pro Petro, ne deficeret fides eius.

Notabi. 1. conc.

¶ Annotandum est hic, vtrunq; causæ genus distribui in principalem & instrumentalem causam: vt qui daret pecunias pro captiuis redimendis, causa esset principalis redemptionis [moralis tamen] pecuniæ verò, vel etiã minister, scilicet, seruus destinatus ad redimendum ipsos captiuos, causæ essent redemptionis instrumentales. Quibus omnibus sic habitis, sit prima cõclusio. Quia quemadmodum dans pecuniam ad redimendum captiuum, & pecuniæ & minister, omnes dicuntur causæ morales illius redemptionis, aliter tamen, & alter [vt dictum manet] ita Deus suo modo, sanguis Christi & eius hũanitas, ac sacramẽta, in quibus cõtinetur virtus & valor sanguinis ipsius Christi, sicut pecuniæ ad redimendum captiuum continentur in marsupio: & minister conferens ipsa sacramenta: sunt causæ morales nostræ iustificationis, aliter tamen & aliter. Nam Deus causa principalis est, Cùm solus Deus gratiæ, & gloriæ sit causa. Sanguis autem Christi & eius humanitas, sacramenta & minister, sunt causæ morales instrumentales, & ob id dicuntur sacramenta, signa. Causa nanq; principalis non est signum effectus: benè tamen instrumentalis, cùm ipsa sit quodãmodo effectus eoquòd mouetur à principali agente, & ideo sacramenta euangelica sunt simul, & signum & causa gratiæ: nam quemadmodum in naturalibus, serra mota ab artifice, agit, & seruus, qui portat pecuniam ad redimendum captiuum in moralibus, motus à domino pecunię, agit, & scindere est propria actio serrę materialis. quòd autẽ scindat sic, vel sic hoc recipit ab arttifice, & est sicut formalis priorem determinans: & pariter in sacramento tactus aquæ est, sicut materialis actio: fieri autem ad abluendum animam est, sicut formalis, & hanc habet à Deo: ita minister & sacramenta, quæ administrat, agunt mota à Deo, & quęmadmodum sanguis Christi emundat nos abomni peccato, Apocalypsi. 1. Lauit

Apoca. 1

nos

nos à peccatis nostris in sanguine suo: in eodem sensu sacramenta dici poterunt lauare, mundare, & causas esse nostrorum peccatorũ remissionis. Sed nota, quòd gratia à Deo deriuatur in homines per humanitatem & sanguinem Christi, tanq; per instrumentum coniunctum, & per sacramenta tanquam per instrumenta separata.

¶ Secunda conclusio corollaria ex prima. Quemadmodum esset erroneum asserere sanguinem Christi, vel passionem, vel humanitatem non esse instrumentales causas nostræ iustificationis & gratiæ: ita quoq; error esset manifestus, negare sacramenta causas efficientes instrumentales nostræ salutis esse: morales tamen. Atq; hæc omnia ne videar à sensu proprio colligere: facile erit videre apud D. Tho. 3. p. q. 48. ar. 6. &. q. 49. ar. 2. &. q. 56 ar. 2. &. q. 62. ar. 5. 2. Conc. D. Tho.

¶ Tertia conclusio. Sacramenta veteris legis prorsus causas non fuisse gratiæ atq; salutis, asserere necessarium est. Hæc conclusio probatur ex Apost. ad Galatas. 4. vbi sacramenta veteris legis infirma vocat, & egena elementa: si autem continerent præcium sanguinis Christi, gratiamq; præstarent hominibus: egena vtiq;, ac infirma minimè dicerẽtur. Habetur etiam hæc nostra conclusio definita in concilio Florenti. vbi dicitur, nouæ legis septem sacramẽta, multùm à sacramentis antiquæ legis differre: illa nanq; non causabant gratiam, sed eã solùm per passionem Christi dandam esse figurabant. Sacramenta verò nostra, & gratiam continent, & eam dignè suscipientibus conferunt [vt in priori conclusione dictum est] & hoc est primum, ac præcipuum discrimen inter noua, & vetera sacramenta. 3. Conc. Galat. 4. Conc. flo.

¶ Annotare hic oportet quòd quando dicitur sacramenta nouæ legis continere gratiam, non est intelligẽdum, quòd est in illis per modum permanentis: sed secundùm esse fluens, Quia virtus spiritualis collatiua gratiæ, quando est instrumentalis, potest esse in corpore isto secundo modo: nõ autem primo. Est enim in illo, quatenus corpus illud mouetur à substantia spirituali ad effectum spiritualem, & illa virtus non est, nisi motus. Nam sicut corporalis vox, eoquòd ab spitituali intellectu mouetur, cum intentione significandi per illum motum, generat super naturalem effectum in mente audientis: ita sacramenta mota à ministris, cum intentione faciendi, quod Christus intẽdit, faciunt hominem Deo gratum atq; amicum. Notab.

¶ Alterum

¶ Alterum discrimen est. Quia noua conferunt gratiam aliquam adultis, sine merito operantium: sed vetera susceptа citra operantium meritum, nullam adultis gratiam conferebant. Prior pars patet ex Conci. Triden. sessione. 7. can. 8. Si quis dixerit [inquit] *Con. Tri* nouæ legis sacramenta ex opere operato non conferre gratiã: anathema sit. Posteriorem verò partem ex eo tenere conuincimur, q̃ si circuncisio, vel alia sacramenta veteris legis causarent aliquam gratiam, citra meritum susciptentium: illa verè causa gratiæ, & iustificationis existerent, cuius oppositum in vltima conclusione probauimus.

¶ Tertium discrimen est, quòd sacramenta nouæ legis conferũt, gratiam attritis: sacramenta verò legis antiquæ, si à non contritis accipiebantur: nihil efficiebant. Prior pars patet, quia conferre id insinuat, scilicet, dare alicui, quod non habebat. Ostensum est autẽ nobis gratiam conferri per nouæ legis sacramenta ex Apost. ad Titum. 3. Saluos nos fecit per lauachrum regenerationis, non ex *ad Tit. 3.* operibus iustitiæ, quæ fecimus nos. Item, Leo Papa epistola. 5 6. *Leo Pap.* dicit, quòd paruulis per baptismũ remittitur originale. adultis verò & originale & actuale. Et ratio huius est, quia applicatur nobis per noua sacramenta meritum Christi. Posterior verò pars probatur. Nam in sacramentis veteris legis non erat aliud meritum, nisi fidei operantis. Ex fide quippe hac erat tota iustititia: & id circo, sicut non dabatur plus gratię, quã fides operantis merebatur: ita neq; gratia conferebatur. nisi habenti dispositionem, quæ alioquin per se esset idonea ad remissionem peccatorum. Quam dispositionem contritionem appellamus.

¶ Quartum discrimen est, quòd per sacramẽtum baptismi, remittitur tota pœna, & per alia sacramenta nouæ legis aliqua: saltem pars pœnę sine merito proprio, ratione ipsius dumtaxat sacramẽti. Sed per sacramenta veteris legis quanuis remittebantur omnia peccata actualia, simul cum originali: tñ pœna peccatis debita non remittebatur: nisi pro quantitate fidei, & meriti ipsius accipientis illa sacramenta. Cuius differentiæ eadem quoq; ratio est, quæ in præcedentibus. Applicatur nãq; nobis satisfactio Christi per baptismum ad pœnæ remissionem. Per circuncisionem autem non applicabatur: nisi propria circuncisi satisfactio, & meritum. Instrumentum namq; passionis iam exhibitę, copiosiorem gratiam influit q̃; circuncisio, secundum illud ad Titum. 3. Saluos nos fecit *ad Tit. 3.* per lauachrum regenerationis. &c.

¶ Quintum

¶ Quintum discrimen est. Sacramentum nouæ legis à quocunq; etiam in fideli conficiatur: & administretur: dum modo intẽdat facere, quod ecclesia, iustificat. Sacramentum verò antiquum, siue legis naturæ, siue scriptæ, non iustificabat paruulos: nisi à fideli administraretur. Et ideo paruuli dicebãtur saluari in fideparẽtum. Nisi enim exteriùs sacramentum esset protestatio fidei interioris in saluatorem venturum: nõ dimittebatur paruulo peccatum. Vnde vetera sacramenta remittebant paruulis originale, ex pacto diuinæ misericordiæ: non ex iustitia. At sacramenta nouæ legis conferunt gratiam ex iustitia, & merito Christi. Quocirca etiamsi Paganus sit, qui baptizat, dum modo applicet meritum Christi, cõficiens verum sacramẽtum, siue credat, siue non: iustificat suscipiẽtem. Et hac ratione Apostolus, vbi suprà, sacramenta vetera infirma & egena elementa appellat. Quia ratione sui nihil efficiebant, sed solum ratione fidei propriæ, vel alienæ. ¶ Sextum discrimen est, quòd sacramentorũ nouæ legis Christus Dominus fuit autor proximus, & immediatus. At sactamenta vetera per Angelos, & Moysen mediatores à Deo sunt condita. Habetur enim in concil. Triden. sessione. 7. de sacramẽtis in cõmuni cano. 1. Quòd siquis dixerit, sacramenta nouæ legis non fuisse omnia à Christo Domino nr̃o instituta: anathema sit. Quod suaderi videtur ex eo quòd. Ioã. 1. dicitur, Lex per Moysen data est: gr̃a & veritas per Iheſum Christum facta est. Et id videtur esse, quod Pau dicit, Nunquid Paulus pro vobis crucifixus est? Aut in nomine Pauli baptizati estis? Item. 1. Corin. 4. Sic nos existimet homo, vt ministros Christi, & dispensatores ministeriorum eius. Non conditores [inquit] sed dispensatores. Hanc eandem sententiam, quòd scilicet, Christus sit autor sacramentorũ, tenet Ambrosius li. 4. de sacramentis. ca. 4. Cyprianus etiã in sermõe de ablutione pedũ. & D. Aug. li. 4 de Baptismo. ca. 24. Et ratione manifesta probatur hæc sentẽtia. Quia aliàs posset ecclesia sacramenta, quæ antea instituisset abolere: aliaq, rursum inducere: atq; ex consequenti Christianam religionẽ, quæ ex sacramẽtis maximè cõstat, inuertere, atq; innouare. ¶ Vltimum discrimen est, quòd nostra sacramenta aperiunt ianuã regni cœlorum, quam aperire vetera nequiuerunt. Quod elegãter tradit Innocẽ. ca. Maiores extrà d Baptismo. Omnes enim antiqui quantumcunq; sanctissimi viri, fatebantur, se in infernos descẽsuros. Dicebat enim Iacob Gene. 37. Descendam ad filiũ meũ, lugens in infernum. Et Iob. 17. Infernus domus mea est. Et Psal.

Con. Tri

Ioan. 1.

1. Cor 4.

Ambro.

Cypri.

D. Aug.

Gen. 37.

Iob. 17.

Psal. 88. Quis est homo, qui viuet, & non videbit mortem: eruet animam suam de manu inferi. Quãtouis nãq; essent gradu in amicitia Dei: ad limbum nihilominùs descendebant, vt illic aduentum Christi præstolarentur. Licet enim auferebatur originale peccatum in circuncisione, & persona manebat Deo grata: tamen remanebat impedimentum intrãdi in regnum, ex parte totius naturæ: quod fuit sublatum per passionem Christi. Et ideo neq; Baptismus, viuente Christo aperiebat regnum cœleste.

OCTAVA DIFFICVLTAS.

Vtrùm sacramenta imprimant characterem.

PRo huius difficultatis decisione annotare oportet, quòd character nihil aliud importat, quàm potentiã quandam supernaturalem à Deo infusam animę, & quoddam signum, per quod distinguuntur fideles ab infidelibus, & serui Christi à Demonum seruis, & per quod deputantur fideles, & disponuntur ad ea, quæ sunt diuini cultus recipienda, vel exequenda, & aliis tradenda. Nam qui cunq; ad aliquod certum officium deputatur, consueuit ad illud consignari. Sicut milites, qui antiquitus ascribebantur ad militiã: solebant quibusdam characteribus corporalibus ducis insigniri, eoquòd ad aliquam corporalem militiam exercendam deputabãtur. Ita & eos, qui ingrediuntur militiam Christianam, diuinã prouidentiam disponere suauiter inuenitur, vt scilicet proportionabiliter insigniantur à Deo secundũ animam ad debellandas aereas
Notab. 1. potestates, vincendũq; mundum. ¶ Et nota, quòd character est signum sensibile, non per se, sed per sacramentum. Percipitur nanq; ab hominibus per sacramentum. Vel dic quòd & si invia non p
Notab. 2 cipiatur: reuelabitur tñ in die iuditii. ¶ Et nota etiam, quòd character iste indelebilis est, cùm sit quædam potestas participata à
Psal 109 Christi sacerdotio, quod æternũ est iuxta illud. Psal. Tu es sacerdos in ęternũ, & cũ sit in intellectu, qui quidẽ perpetuus & incorruptibilis est. Vnde post hanc vitã manebit character iste, in bonis ad gloriã, in malis verò ad eorũ ignominiã: sicut etiã militaris character remanet in militibus post adeptã victoriã, in vincẽtibus ad gloriã, & in victis ad ignominiã. Cõstat igitur iã exprædictis sacramẽta characterẽ imprimere, qui sacramẽtorũ secũdarius effectus est:

eſt:& hunc characterem eſſe in delebilem, ac proinde ſacramenta non eſſe iterabilia,huiuſmodi characterem imprimentia.

¶ Sed dubium eſt,An omnia ſacramenta hunc characterẽ imprimant. Ad quod breuiter reſpondetur, tria ſacramẽta dũtaxat hũc effectum cauſare,ſcilicet Baptiſmũ,Confirmationẽ,& Ordinẽ. Vnde non admittunt iterationẽ. Cætera verò quatuor non imprimũt characterem & ſic reiterationem admittunt,vt habetur diffinitum in.ca. Maiores.extra de Baptiſmo & eius effectu,& in conci. Flo. & Triden. Et ratio huius diſcriminis aſsignati inter hæc tria ſacramenta,ex vna parte,& reliqua quatuor ex altera,eſt. Quia quãuis omnia ſacramenta ad munditiam à peccato efficiendam ordinentur,in quantum gratiam conferunt:non tamen omnia directè ordinantur ad diuinum cultum: ſed peculiariter iſta tria,quæ charcterẽ imprimunt. Nam per ea homines quadam conſecratione ſanctificantur,& ad diuinum cultum deputantur.

Dubium.

Con. Flo & Trid.

NONA DIFFICVLTAS.

Vtrùm ſolus Deus operetur interiùs ad effectum ſacramentorum.

HAc difficultati duabus concluſionibus,reſpõdetur, quarum prima ſit. Solus Deus operatur ad effectũ ſacramentorum tanq̃; principale agens. Patet: quia gratiam & gloriã dabit Dominus[ait Pſal.]& Paulus ad Roma. 8. Deus eſt,qui iuſtificat,Item quia cũ nihil operetur,vbi non eſt, & ſolus Deus poteſt intus in animam illabi, vbi ſacramenti effectus infunditur:ſolus ipſe illic immediatè operatur,hoc eſt,tanq̃; cauſa,quæ non ab alia dependet.

1. *Conc.*

Pſal. 83. Roma.8.

¶ Secunda concluſio. Tanquam inſtrumentum miniſter operatur interiorem effectum ſacramentorum. Has duas concluſiones iam probauimus in præcedenti difficultate.

2. *Con.*

¶ Tertia concluſio. Huiuſmodi miniſter debet eſſe homo,non autem angelus. Probatur ex Paulo ad Hebr.5 Omnis Põtifex ex hominibus aſſumptus,,phõinibus cõſtituitur in iis, quæ ſunt ad Deũ [qualia ſunt ſacramenta,] Angeli nãq, non ſunt ex hominibus: & ſubiũgitur ratio. Quia tota ſacramẽtorũ virtus à Chriſti paſsione deriuatur,quã pertulit in quantũ homo,cui in natura hõies ſimiles ſumus:nõ autẽ ãgeli:ergo hõies miniſtri illorũ eſſe debẽt,nõ ãgeli

3. *Conc. Hebre. 5*

¶ Sed hoc vnum eſt aduertendum,quòd miniſter, ſecundùm fidem catholicam,cauſa eſt remiſsionis peccatorũ gratiæ,& iuſtificationis,vtex cõci. Flo.& cõci. Miliui.c.4. conſtat Eſt[inquam] cauſa,nõ admodũ cauſæ naturalis habẽtis in ſe virtutẽ inhærentẽ.

Conc.flo Con.Mi.

sed ad modum moralis, sicut minister applicans præcium redemptionis collatum sibi à Domino [vt dictum est] & habetur etiam hoc. Ioan 20. Quorum remiseritis peccata, remissa erunt. Patet etiam ex forma, Ego te absoluo, & Ego te baptizo. &c.

Notab. ¶ Annotandum est etiam, quòd nobis est certũ, vetulam, & alium quemcunq; secularem baptizantem puerum, non tantùm in casu necessitatis: verũm etiam extra necessitatem, esse causam gratiæ, quanuis extra casum necessitatis, vetula vel alius quicunq; secularis peccet, & malefaciat ministrando sacramentum Baptismi: & idem est in sacramento Matrimonii. Imo & quando ipsi contrahẽtes sine alio tertio ministro proferũt verba, Ego accipio te in meã vel in meum: verè conficiunt sacramentum, ac subinde conferunt sibi ministraliter gratiam. At verò quãuis laicus porrigeret Eucharistiæ sacramentum alicui, non tamen propriè causa gratiæ esset: sed solùm per accidens, & occasionaliter, Quemadmodum si quis ignem ad combustibile applicaret: non propriè, & per se esset causa ignis, sed per accidens, & sine qua non.

DECIMA DIFFICVLTAS.

Vtrùm per malos ministros conferri possint sacramenta.

Duran. PRo hac difficultate præmittenda est quædam distinctio, quam ponit Dominus. Duran. in 4. d. 5. q. 1. q. dupliciter potest dici minister malus, vno modo malicia morali, scilicet peccato, alio modo ministerio. Multum enim refert dicere, quòd aliquis sit malus homo, vel quòd sit malus artifex. Nam esse malum artificem: importat esse imperitum in sua arte. Sit igitur prima conclusio. Malus malitia morali, siue sit infidelis, qui nunquam fidem nostram suscepit, siue apostata, qui eam omnino abnegauerit, siuæ hæreticus & schismaticus, siue sit suspensus & irregularis per ecclesiæ censuram, siue sit malus Christianus, scilicet peccato mortali irretitus, sinon defficiat in his, quæ sunt requisita, & de necessitate sacramenti, vt est forma, materia, & intentio: verè confert sacramentum. Hæc conclusio probatur in primis Ioan. 4. Vbi dicitur, quòd discipuli Christi baptizabant, & nullus excipitur, ergo etiã Iudas, quãuis pessimus homo erat, baptizabat. Nec per peccatum potestas iurisdictionis amittitur, vt Vuitcleff, & Ihoã Hus asserebant.

1. Conc.

Ioan. 4.

Aduersus

Aduerſus quem errorem ſcripſit Tho. Vual. li. de ſacramentis. c. 3. & confutatur manifeſtè ex illo. 1. Petri. 2. Obedite præpoſitis veſtris, non tantum bonis: ſed diſcolis. Et ex illo Math. 23. Super cathedram Moyſi ſederunt ſcribę, & fariſei. &c. Habetur quoq; hęc noſtra concluſio diffinita in conci. Conſtantienſi ſeſsio. 8. contra Vuitcleff, & ſeſsione. 15. contra Ihoan Hus, & in conci. Trid. Vbi diffinitur in hæc verba, Si quis dixerit miniſtrum in peccato mortali exiſtentem [modo omnia eſſentialia, quæ ad ſacramentũ ſunt neceſſaria adhibeat] non conficere ſacramẽtum: anathema ſit. De qua re agit elegantiſsimè pro ſuo more. D. Tho. 4. li contra Gentes. c. 77. & probatur etiam ratione. Quia miniſter eſt cauſa inſtrumentalis moralis [vt dictum eſt] inſtrumẽtum autem [notum eſt] non propria forma & virtute: ſed virtute principalis agentis, a quo mouetur, operari. Vnde [vt ait Augu. tractatu 5. ſuper Ioan.] ſicut nihil refert quòd fiſtula, per quam tranſit aqua ad hortos rigãdos, ſit argẽtea, vel plumbea: ita nihil refert, quòd ſit malus, vel bonus miniſter ad verum ſacramentum conferendum: cũm ſacramẽta ex opere operato habeant ſuum effectum. Ex quibus iam colligitur, non maiorem gratiam dari per meliorem, ſanctioremq; miniſtrũ, quàm per malum: ſiquidem gratia non ex meritis, & virtute miniſtri, ſed ex vi ſacramenti conferitur. De qua re diffuſiſsimè tractat, Soto, in 4. q. 5. ar. 5.

Tho. Vual. 1. *Petri* 2. *Mat.* 23. *Con. cõſ Con. Tri* D. *Tho.* *Soto.*

¶ Secunda concluſio. Si miniſter, in quantum miniſter, ſit malus, ideſt, ſi defficiat in neceſſariis, & requiſitis ad ſacramentum: nihil efficiet. Quemadmodum artifex, ſi defficiat in neceſſariis ad ſuam artem: nihil efficit. 2. *Con.*

VNDECIMA DIFFICVLTAS.

Vtrùm mali miniſtri, ſcilicet peccatores adminiſtrantes ſacramenta peccent.

QVm iam in præcedenti difficultate diſeruimus, per malos miniſtros vera ſacramenta conferri poſſe: iure optimo conſequenter in hac difficultate querimus, vtrùm in tali adminiſtratione iſti mali miniſtri peccent? Pro cuius difficultatis cognitione, adnotãdum eſt: miniſtros eſſe in duplici differentia, Quoſdam, quibus

ex officio incumbit sacramenta ministrare, vt sacerdotes. Quosdam verò, quibus nõ ex officio incumbit: sed propter aliquam necessitatem, vt laici in necessitatis articulo baptizare possunt. Inter hos autem ministros, qui ex officio & illos, qui non ex officio administrant maximum discrimen est. Nam ministri primi generis ad talem administrationem deputãtur per publicam consecrationem, & ordinationem, accipiuntq; gratiam à Deo, vt aptè ministrent sacramenta. Ministri verò secundi generis nec deputãtur p aliquam consecrationem, nec recipiunt gratiam ad tale ministerium exercendum. His sic prælibatis, sit prima conclusio. Quicunq; minister in mortali existens, administrans quodcunq; sacramentum ex officio, & tanquam minister ecclesiæ ad hoc deputatus: ex genere suo peccat mortaliter. Probatur ex illo Leuiti. 21. Sancti erunt Deo suo, & non polluent nomen eius. Incensum enim Domini, & panes Dei sui offerunt, & ideo sancti erunt. Et infra, Sit ergo sanctus, quia & ego sanctus sum Dominus, qui sanctifico vos. Et p̃bꝫ ratione in hoc testimonio fundata, Quia minister cõsecratus in mortali sacramenta administrans, non sicut oportet, directè contra suam consecrationem & ordinationẽ, & contra id, ad quod dedicatus & consecratus est, facit. Et præter hoc, quòd hęc nostra sententia est omnium doctorum: habetur expressa in iure. 1. q. 1. c. Per Esayam. &. c. Omnia. &. c. Per remissionem.

1. Con.

Leui. 21.

¶ Secunda conclusio. Sacerdos in casu necessitatis [in quo etiã laicis liceret] baptizans, vel aliud quodcunq; sacramentum exercens absq; aliqua solemnitate, & non tanq̃; ex officio, etiam si sit in mortali: non peccat mortaliter. Probatur. Quia sacerdos ille nõ consecratus est ad tale ministerium sic exercendum: non igitur facit contra suam ordinationem, ac proinde nec peccat. Nec asserere licet sacerdotem propter suam consecrationem ammisisse id, quod iure naturæ vnicuiq; laico etiam existenti in peccato mortali cõceditur. s. in necessitatis articulo absq; aliquo peccato baptizare. Poterit igitur sacerdos absq; peccato sacramenta administrare in tali necessitate occurrẽti. Quod intelligo, quantũcũq; tali necessitate occurrenti, non peniteat ante administrationem sacramenti siue occurrãt memoriæ tunc peccata, siue non. Quia nostram sententiam non fundamus in memoria, vel obliuione peccatorum, sed in hoc quòd se exhibet, vt non minister. Similiter potest eleuare consecratam hostiam de terra aut luto. Nam illic nulla est administratio sacramenti, nec illud est opus, ad quod ministris

2. Con.

confe

conferatur gratia, vt teneantur peccata deponere, antequàm illud præstent seruitium. Quare credo illud esse opus religionis, atq; adeò virtutis, sinon ad sit alius sacerdos, qui digniùs possit illam leuare.

¶ Sed dubitatur. An diaconus, subdiaconus, & acoliti existentes in mortali exercendo ministeria, ad quæ deputati sunt, peccent mortaliter? Huic dubio supposita distinctione in principio huius difficultatis à nobis præmissa, duabus conclusionibus respondetur, quarum prima sit. Quicunq; minister, siue minorum siue maiorum ordinum, qui suum officium exercet, ex ordine accepto, & ex autoritate ecclesię eo modo, quo non liceret laico: si sit in mortali, peccat mortaliter. Hæc conclusio patet ex prædictis, Quia tunc ministrat ex officio, Et est expressa conclusio. D. Tho. in additio. 3. p. q. 36. ar. 5. in corpore & in solutione ad quartum, & ibi Antoni. 3. p. titu. 14. c. 16. § .14. Est etiam Siluest. verbo Clericus. 2. § .8. &. Caie. secunda secundę. q. 64. ar. 6. Dicit nanq; illic Caietanus, quòd quicunq; in mortali exercet aliquem actum, ad quē aliqua consecratione est deputatus, vt sunt omnes actus sacrorum ordinum: peccat mortaliter. Ex quibus manifestè constat nostram conclusionem intelligi, etiam de acolitis, si in aliqua ecclesia administrent, cum aliquibus cęremoniis ac solemnitatibus, cum quibus laicis minimè licet administrare. Nec tantum hoc verum habet de acolitis: verū etiam de lectoribus, dum modo sit vsus in aliqua ecclesia, vt nullus administret ad talem lectionem, nisi sit consecratus, vt habetur. 92. d. c. Nō liceat. Si quis tamen voluerit acolitos, & lectores à mortali ex causare: non omnino reprobo. Quia probabile valde, videtur non esse mortale cùm respectu ordinum maiorum, sint actus imperfecti. Imo & diaconos & subdiaconos ob istam rationem, scilicet quia imperfectio actionis admonere videtur non esse tam strictā obligationem in illis, q̄; in sacerdote. vult excusare Soto in. 4. q. 5 ar. 6. à mortali. Verum est tamen, quòd semper mihi magis placuit prima sententia. Quia in suo genere, & officio actus perfecti sunt. Vnde ad minus diaconos & subdiaconos ego non auderem excusare à mortali. ¶ 2. cō. Qui exercet hmōi officia sicut faceret laicus, [vt cōtingit, cū agricola canit epistolā in municipio] & sisit ī mortali: nō tū peccat mortalr. Probr. Quia nō se exhibet, vt ministrū cōsecratū in tali ministerio. Quo circa nō facit cōtra suā cōsecrationem. Sed de prędicante in peccato mortali existēte, an etiam peccet mortaliter, est

Dubium.

D. Tho.

Antoni.

Siluest.

Caieta.

Soto.

2. Con.

dubium. Cui dubio duabus conclusionibus respondetur, quarum
1. *concl.* prima sit. Publicus peccator in mortali existens, siue sciens, & videns existat in mortali, siue ex humana fragilitate: prædicãdo mortaliter peccat. Hæc conclusio probatur ex. di. Grego. in. 2. p. pastoralis dicente, Necesse est, cuius vita despicitur: vt eius prędicatio
D. *Greg.* contemnatur. Et Aristo. 10. Ethicorum. Dum sermones [inquit]
Aristo. moribus dissonant. contemnũtur & veritatem interimunt. Proba-
Psal. 49. tur quoq; ex illo Psal. Peccatori autem dixit Deus, Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamẽtum meum per os tuum? Pro
Roma. 2. batur insuper ex Paulo ad Roma. 2. Postquàm dixerat, Qui prædicas non furandum, furaris: qui dicis, Non mœchandum, mœcharis, & infra: nomen Dei per vos blasphematur inter Gentes. Et habetur 3. q 7. c. Infames. Vnde & in prędicto Psalmo subditur, Existi masti inique, quòd ero tui similis: scilicet faciens mala, cùm bona prædices. Ratione etiam probatur. Quia qui sic prędicat: abutitur prędicatione Christiana. Vtitur namq; ea tanquam quadam declamatione, ad aurem, & aplausum populi.

2. *concl.* ¶ Secunda conclusio. Peccator occultus, quantũcunq; videns & sciens, in mortali existat: prędicando non peccat mortaliter: dum modò in contemptum doctrinæ non sic prędicet. Probatur. Nam actus prędicandi non est alicuius sacramenti, nec est aliquis ad huiusmodi actum consecratus: neq; de per se sequitur scandalum, aut contemptus doctrinæ apud alios: cùm sit occultus peccator. Præterea omnes autoritates pro prima conclusione adductæ, loqui expressè videntur de prædicatore in mortali publicè existenti. Non ergo peccabit mortaliter, qui sic in mortali occultè prædicat. Nec me latet Caietanum in comen. 3. p. q. 64. artic. 6. Et in
Caieta. summa verbo, Prædicatorũ, non distinxisse inter publicum peccatorem, & secretum. Absolutè nãq; videtur illic asserere, quòd qui sic indignè ac dedita opera, videns, & sciens se esse in mortali prædicat: mortaliter peccat. Qui verò ex fragilitate, & passione quadam humana est in mortali: prædicando non peccat mortaliter. Mihi tamen distinguendum esse [vt distinxi] & asserendum esse [vt in duabus conclusionibus asserui] videtur.

DVODECIMA DIFFICVLTAS.

Vtrùm a malis ministris liceat sacramenta petere.

Pro

PRo huius difficultatis intelligentia annotandum est sacramentorum ministros in duplici esse differentia. Quosdam namq; , quos ecclesia non tolerat , vt sunt publici excõmunicati , degradati , schismatici, publici hæretici, qui quidem non tantùm moraliter sunt mali: verumetiam ministerio : cùm non tolerentur ab ecclesia. Quosdam verò, qui tolerantur ab ecclesia. Est præterea annotandum, quòd est magna differentia inter hoc, quòd est habere se merè passiuè in sacramentis: & inducere ministrũ ad sibi sacramentum conferendum. Quibus sic prælibatis sit prima conclusio. Licitum est à malo ministro tolerato ab ecclesiâ percipere sacramenta: dummodo sit paratus ad ipsa sacramenta administranda. Probatur. Nam vniuersaliter est verum, quòd vti licet iniquitate hominis parati ad propriam vtilitatem consequendam, vt habetur. 15. q vlti. c. fin. vbi dicit pontifex, quòd quousq; iudicio Episcoporum reprobetur minister. licitum est ab eo sacramenta percipere. Non enim illum tenemur euitare , quia post conci. Constan, & Basilien se, solùm in duobus casibus excommunicatum euitare tenemur, nempe quando est nominatim excommunicatus per iudicis sententiam: & quando quis est manifestus percussor clerici: ita vt nulla possit tergiuersatione celari. Quandiu igitur malus minister toleratur ab ecclesia: optimè licet ab eo sacramenta percipere.

1. conc.

Con. conss & Basili.

¶ Nota hic tamen quòd tex. ille non est in conci. Constan. sed in Basilien si.

Notabi.

¶ Secunda conclusio. A ministro non tolerato ab ecclesia nullo pacto sumere , nec petere sacramenta licet : nisi in necessitatis articulo: quando nõ solùm ab eo petere possumus, sed tenemur. Hęc conclusio duas in se claudit partes , quarum prima habetur. 24. q. 1. c. fi. &. c. penul. Et est certissima apud omnes catholicos . De q̃ re videndus est Caietanus. 3. p. q. 64. ar. 6. Secnnda pars huius no strę conclusionis probatur . Quia præceptum de non recipiendo Baptismo à præciso ,& degradato duntaxàt est præceptum humanum, præceptum autem de recipiendo Baptismo in casu necessitatis , est diuinum. Relinquenda est igitur præcepti humani obseruatio, vt diuinum præceptum ad impleatur Et hac eadem ratione licitum erit in necessitatis articulo Eucharistiæ ,& Pœnitentiæ sacramenta sumere ab huiusmodi excommunicatis & degradatis: cùm sit præceptum diuinum . A præciso , nempe hæretico & apostata, qui amissa fide non sunt membra ecclesiæ , probabilius mihi videtur

2. Con. Caieta.

Siluef. videtur dicēdū esse cum Siluest. verbo. Cōfessor. 1. §. 20. qui ait, cætera sacramenta à Baptismo non posse conferri à pręciso: quia non sunt tantę necessitatis, quantę Baptismus.

3. *Conc.* ¶ Tertia conclusio. In omni casu etiam extra necessitatem, licitū est à parocho existenti in mortali, vel ab habente vicem illius, *Caieta.* petere sacramenta. Hanc conclusionem habet Caietanus, vbi supra. Et probatur. Nam nullus petēdo id, quod sibi debetur peccat: sed sic est, quòd parochianus habet ius petendi sacramenta à proprio parocho: non ergo peccabit ab eo sacramenta petendo, nec illum talis parochianus sic petendo scandalizat: cùm minister ille iā lapsus fuerit in illud peccatum, & ex culpa sua non habet gratiam & dispositionem sibi necessariam ad tale ministerium, ad quod ex officio tenetur aptè ministrandum. Quare si non vult se in gratiā Dei recipere, vt id benè faciat: sua erit culpa. Hæc tamen conclusio intelligi oportet secundùm Christianam charitatem. Quia si potest ille parochianus ire ad aliquod monasterium, vel si habet diploma ad alium confessorem eligendum: non secundùm legē charitatis faceret ab illo petendo.

4. *Con.* ¶ Quarta conclusio. Aministro non parocho, & aliàs non parato ad sacramentum conferendum: non licet petere sacramenta, quando talis minister est in peccato mortali, Et credo, quòd petere ab illo esset mortale. Probatur. Quia non licet petere ad vsuras ab aliàs non parato ad dandum ad vsuras: nisi in necessitatis articulo. Quia tunc qui sic est in necessitate, petit ius suum, & de iustitia absq; lucro aliquo alius tenetur illi dare, quāuis non sit paratus ad dandum ad vsuras. *Notabil.* Nota tamen hic per necessitatem istam non intelligendam esse necessitatem, præceptum ecclesiæ implendi de confitendo in Quadragesima. Nam huiusmodi necessitas nemini facit ius inducendi confessorem peccatorem non paratū: vt ei administret sacramentum, sed solum extremā necessitatem mortis. Ex quo colligitur, quòd quādo infans est baptizandus, & renuente sacerdote sine pecunia baptizare, non aparet aliud remedium, quo puerum possit baptizare petens Baptismum pro ipso: licitum est dare pecuniam sacerdoti, vt baptizet, non emendo sacramentum, sed pueri vexationem redimendo. Hanc sententiam *Caieta.* tenet expressè Caietanus. 2. 2. q 100. ar. 2. quam etiam sequitur *Panor.* Panor. in. c. Cūin ecclesię, de simonia. Et hanc eandem sententiam reputo probabiliorem rationabiliter: licet alii videantur oppositam tenere, sed non omnes. Secus tamen arbitror dicendum esse,

si bapti-

si baptizandus esset adultus. Tunc namq; non debet dare pecuniam: sed sufficit, quòd petat baptismum. Quia baptizatur Baptismo flaminis: & sic non laborat necessitate extrema, & ob id alia sacramenta emere omni proculdubio nullo modo licet. Hoc enim qui faceret non solum co operaretur flagitio ministri, sed per se ipse scelestus esset: quoniam sacramentum, non solùm vendere: verùm & coemere peccatum est.

¶ Vltima conclusio. A ministro parato, quicunq; ille sit, etiam à non proprio parocho licet petere sacramenta. Probatur. Quia ab vsurario parato licet petere ad vsuras: igitur & à ministro quocunq; parato licebit sacramẽta petere. Hanc conclusionem credimus veram esse, nõ tantum in necessitatis articulo: verum etiam in magnę vtilitatis articulo. Existimo tamẽ saluo meliori iudicio, quòd malè faceret, qui peteret ab isto malo ministro sic parato sacramẽta: quando cõmodè inuenire posset bonum ministrum. Non tamẽ credo illum mortaliter peccare, siquidem iam illum paratum inuenit.

XIII. DIFFICVLTAS.

Vtrùm intentio ministri ad sacramenti perfectionem requiratur.

HVic difficultati affirmatiuè respondetur. Hæc cõclusio est de fide tenenda. Habetur nanq; diffinita in conci. Flo. vbi dicitur, Hæc omnia sacramenta tribus perficiuntur, videlicet rebus tanquàm materia, verbis tanquàm forma, & persona ministri conferentis sacramentum cum intentione faciendi id, quod facit ecclesia. Idem habetur in conci. Tri. & ratione confirmatur. Nam quando aliquid se habet ad multa: oportet vt per aliquid determinetur ad vnum: si illud effici debet. Ea verò, quæ in sacramentis aguntur: ad multa ordinari possunt, sicut ablutio aquæ, q̃ fit in Baptismo, ordinari põt ad munditiã corporalẽ, & ad sanitatem corporalẽ, & ad alia multa. Quo circa oportet, vt determinetur per intẽtionẽ abluentis ad effectum sacramentalẽ. Hanc sententiã cũ ratione appositã habet. D. Tho. 3. p. q. 64. a. 8. & patet. Nã licet in instrumẽto inanimato nõ requiratur intentio: requiritur tñ in eo, qđ est aĩatũ, ac subinde requiritur in ministro intẽtio faciẽdi, quod facit Xp̃us & ecclesia. Quãdo nãq; Dñs vult p voluntatẽ & prudentiã

Conclu.

Con. Flo

Con. Tri

D. Tho.

ferui

ſerui negocium tranſigi: profecto eius intentio etiam requiritur: Chriſtus autem voluit per miniſtros ſacramenta adminiſtrari, tanquam per illos, quibus cõmendabatur: & ideo requiritur in ipſis intentio faciendi, quod ipſe inſtituit.

Dubium. Caieta.

¶ Sed dubitatur iam. Quæ nã intentio ſit iſta, quæ requiritur? Pro cuius elucidatione annotare oportet, primò cum Domino Caiet. in cõmenta. ſuper ar. D. Tho. citatum, quòd intentio poteſt eſſe triplex, habitualis ſcilicet, actualis, & virtualis. Intentio habitualis dicitur, quæ ab habitu procedit. Verbi gratia. Habet aliquis habitum ſcientificum, vel habitum iuſtitiæ: iſte talis dicitur, habitua liter ſcire, vel intendere iuſtum, etiam qñ dormit. Intentio autem actualis dicitur, quando actualiter aliquid à miniſtro intẽditur. Vt quando aliquis actualiter intendit facere iuſtum, redendo alteri quod illi debet, vel quando actualiter intendit abſoluere, vel conſecrare. Intentio virtualis dicitur quando in virtutæ volitionis, qua quis habuit faciendi, quod facit eccleſia: operatur. Exempli gratia. Ordinatur aliquis ſacerdos ad Euchariſtiæ ſacramentum conficiendum, & proponit tunc ſemper facere illud officium, ad quod ordinatur ab eccleſia, ſcilicet ſemper cõſecrare: & poſtea conſueſcit celebrare: quantũcũq; poſtea mens euagetur, & ad alia intellectus rapiatur: ſi non habeat aliquando actum contrariũ: ſemper intendit ſacramentum conficere: & ſi ritè proferat verba: ſemper cõficiet. Nam ſemper operatur virtute primæ intentionis. Similiter. Accedit ſacerdos ad ſacriſtiam ad celebrandum, vel ad eccleſiam ad adminiſtrandũ Baptiſmũ, vel aliud ſacramentũ: quãtũcunq; poſtea, qñ actualiter celebrat, vel baptizat: mens ad alia attendat, [niſi ex induſtria habeat propoſitũ actuale, non attendendi] verè cõficit ſacramentũ: quia ſemper habet virtualẽ intẽtionẽ. Quod ex eo manifeſtè cõſtat: quia ſi interrogaretur, ad quid ad ſacriſtiam accedit: ad celebrãdum, reſpõderet, & ſic de aliis, & idem eſt dicẽdum de illo, qui petit vel accipit Breuiarium cũ propoſito horas canonicas recitãdi: ꝙ ſi interrogaretur de illa actione: reſpõderet, ꝙ ad munus ſibi iniũctum recitandi, acceſſerit ad implendum.

Notab. 1.

¶ Sed nota, quòd licet hæc vera ſint: nihilominùs ſtudioſè miniſter ſatagat conſeruare actualem intentionem, in adminiſtratione ſacramenti, idq; potiſsimum in ſacro ſancto Euchariſtiæ miſterio. Hanc tamen actualem intentionem non ſic intelligendam quis exiſtimet: vt miniſter ſemper dicat, Mẽte intendo facere, quod facit eccleſia: ſed vt mẽte opi aſsiſtat. ſ attẽdat, quomõ cõſecrat. &c

¶ Annotare

¶ Annotare oportet secundò cum Scoto. in. 4. d 6. q. 5. & Gabriele. q. 1. quòd intentio ministri potest esse duplex. Altera respectu actus sacramentalis, scilicet baptizare, consecrare, &c. Altera respectu finis: & hęc ad huc est duplex, altera respectu finis proximi, quæ est intendere puerũ Christi ecclesiæ in corporare, altera respectu finis remoti, quæ quidem est intendere perducere puerum ad gloriam. His sic præhabitis sit prima conclusio. Quanq; satis sit ministrum intentionem habitualem habere respectu vtriusq; finis: non tamen respectu actus sacramẽtalis. Hæc conclusio, quoad primam partem probatione non indiget: siquidem notum est, minimè requiri memoriam finis actualem, nec virtualem. Quoad secũdã verò partẽ ꝓbr. Quia actus ministri debet esse humanus, & liber. Vnde ex cõmuni omnium sententia pro comperto habetur, amentem, vel ebrium minimè sacramentum posse conficere: etiam si amens antequàm inciderit in amentiam, vel ebrius in ebrietatem, conficere intenderent: cùm actus eorum non liberi, sed naturales sint. At verò si satis esset ministrum habitualem intẽtionẽ, respectu actus sacramentalis habere: perspicuum esset, quòd si baptizare attentaret: verum sacramentum conferret, eoquod huiusmodi amentes ex habitibus, & consuetudine, operari posse, nemo est, qui ambigat.

Notab. 1 Scotus Gabriel.

1. Concl.

¶ Secunda conclusio. Quãtũcũq; minister intendat actum, nẽpe, Volo absoluere, Volo vngere hunc hominem. &c. nisi intendat facere, quod intendit ecclesia: mihil faceret. Hæc conclusio patet ex conci. Flo. & eam probat egregiè Gabriel, vbi suprà, Inquit nãq;, quòd si quis iocosè fingendo se facere, quod non facit: vel in contumeliam fidei ablueret hominem: non cõferret illi sacramentum Baptismi. At verò si minister, quicũq; ille sit, etiam si sit hęreticus, carens fide, vel ioco id faciat: intendat facere, quod ecclesia catholica facit per actum illum ablutionis, verum sacramentum confert. Nam fides ministri non requiritur in actu, neq; in habitu ad conficiendum sacramentum: vt pulchrè. D. Tho. in. 3. p. q. 64. ar. 9 docet. Sicut enim non requiritur charitas ministri: quia [vt dictum est] per malos ministros vera sacramenta conferri possunt: ita neq; fides requiritur. Et ratio est in promptu. Quia cùm minister solùm instrumentaliter operetur: non in virtute propria, sed in Christi virtute agit. ¶ Tertia cõcl. Sufficit, & requiritur ex necessitate, ꝙ minister actualẽ, vel virtualẽ intẽtionẽ habeat, ad sensum expositũ in priori notabili. Hæc cõ. nõ idiget alia ꝓbatiõe, q̃; supra assignatis,

2. Con. Flo

D. Tho.

3. Con

¶ 14. DIF-

XIIII. DIFFICVLTAS.

Vtrùm sacramenta nouæ legis debeant esse septem.

Conclu. AD hanc difficultatem vnica cõclusione affirmatiuè respondetur, scilicet Baptismus, Confirmatio Eucharistia, Extremaunctio, Pœnitentia, Ordo sacerdotalis, & Matrimonium Hæc conclusio est diffinita in conci. Floren. sub Euge. 4. & in c. Ad abolendam. extra de hæreticis. Vbi excõmunicatur, & dãnatur quicũq; de ecclesiasticis sacramentis aliter præsumpserit sentire, & docere: quàm ecclesia Romana sentit, & docet. Cùm igitur Romana ecclesia his in locis septem esse sacramẽta nouæ legis diffiniat, & in vsu habeat: nemini licebit dubitare.

Con. Flo

¶ Congruentiam, & sufficientiam huius sacramentorum numeri designat pulcherrimè pro suo more. D. Tho. in. 3. p q. 65. ar. 1. Dicit enim, quòd sacramẽta ecclesiastica ad duo ordinantur, scilicet ad perficiendum hominem in Christianæ cultu religionis, & ad remedium contra peccatum præstandum: & quantum ad vtrũq; aptissimè septem sacramenta ponũtur. Vita enim hominis spiritualis ad vitam corporalem similitudinẽ habet, propter quod vtraq; eodẽ modo vocatur vita. In vita aũt corporali dupliciter quis perficitur. Vno modo quãtùm ad propriam personã: & hoc ad huc dupliciter quis perficitur. Aut acquirẽdo perfectionẽ, aut remouẽdo impedimenta. Primo modo, perficitur vita per generationẽ, per quã acquirit esse, & viuere. & huic primæ perfectioni in spirituali vita correspondet Baptismus, qui regeneratio appellatur, quippequi cùm mortuus esset homo propter peccatum, vitã per lauacrum regenerationis, & renouationis recuperauit, vt Paulus ait, Ad Titũ 3. Secunda perfectio est augmentũ, cui in spirituali vita correspõdet confirmatio, quæ principaliter in die Pentecostes fuit instituta, quando Dñs dixit, Sedete in ciuitate: donec induamini virtute ex alto. Tertia pfectio est nutritio, qua vita & virtus humana conseruatur, cui in spirituali vita Eucharistia correspondere dicitur. Vnde Ioan. 6. Nisi manducaueritis carnem filii hominis, & biberitis eius sanguinẽ, non habebitis vitã in vobis. Sed quia homo interdũ incidit in ęgritudinem: habere oportet remediũ duplex: alterum ad morbum depellendum, vt farmacum, alterum verò ad vires restaurandas, & reliquias morbi expellendas. Sic in spirituali

D. Tho.

ad Tit. 3.

Ioan. 6.

vita

vita ad infirmitates peccati expellendas, ponitur sacramentum pœnitentiæ. Ad reliquias autẽ expellendas, ponitur extrema vnctio, iuxta illud Iacobi. 5 c. Et si in peccatis sit: remittentur ei. In odine autem ad cõmunitatem dupliciter homo perficitur. Vno modo potestatem agendi suscipiendo: & huic in spirituali vita correspondet ordo. Alio modo secũdùm naturalem propagationẽ: quæ quidem fit per Matrimoniũ, tam in corporali, quàm in spirituali vita. Ex quibus omnibus constat, sacramenta sufficienter esse nũerata. *Iacobi. 5.*

XV. DIFFICVLTAS.

Vtrùm omnia sacramenta sint necessaria necessitate salutis.

PRo huius difficultatis elucidatione annotare oportet, quòd necessarium secundùm Philo. in 5. Metha. inter alias acceptiones habet istam, quæ ad rem pertinet respectu finis, atq; id dupliciter. Vno modo simpliciter, vt sine quo finis obtineri nequit, vt cibus est necessarius ad vitam. Alio modo secundùm quid, nempe sine quo incommodè attingi potest, vt necessarius est equus ad iter. His præhabitis est prima conclusio. Primo modo, tria duntaxàt sacramenta sunt ad salutem necessaria: diuersimodè tamen. Nam Baptismus cuicunq; singulari personæ simpliciter & absolutè necessarius est. Pœnitẽtia verò per accidens, scilicet supposito peccato mortali. Sed sacramẽtum Ordinis simpliciter necessarium est: nõ tamen singulari personæ, sed ecclesiæ in cõmuni, hoc est vniuersitati, & cuicunq; prouintiæ. Secunda conclusio. Secundo modo necessitatis, reliqua omnia sacramẽta sunt necessaria ad salutem. *Aristo.* *1. Concl.* *2. Conc.*

¶ Annotandum est hic, quòd quantùm ad manducationem spiritualem, per fidem in voto [vt docet Aug. & nos infra in proprio loco dicturi sumus] Eucharistiæ sacramentum est simpliciter necessariũ, necessitate finis: & in re: necessitate præcepti tempore ab ecclesia statuto. Similiter Matrimonium est primo modo necessarium, quatenus est in officium naturæ: non autem quatenus est sacramentum. Hactenus de sacramentis in genere dicta sufficiant. *Notabil.*

❋

DE SACRAMENTO BAPTISMI.

POSTEAQVAM DE SACRAmentis in genere à nobis dissertum est: dicturi iam de vno quoq; in specie, vt iusto ingrediamur ordine: à Baptismo, qui omniũ sacramẽtorum primus, & vel ut aliorum ianua est, sine quo salus [testante Domino] nõ habetur: exordium sumere debemus. De qua re, licet, q̃; plurimæ quæstiones moueri soleãt: nos tamẽ quàm pauciss imis totam materiã absoluemus. Et cùm in vna quaq; materia à diffinitione sit incipiẽdum: ideo sit.

PRIMA DIFFICVLTAS.

Vtrùm baptismus sit ablutio corporis exteriùs facta sub forma verborum præscripta.

Scotus. IN hac difficultate omitendam duxi Scoti diffinitionem in. 4. d. 3. q. 1. scilicet, Baptismus est ablutio hominis aliqualiter consentientis, facta ab alio in aqua, verba simul certa cum intentione debita proferente, significãs efficaciter ex institutione diuina ablutionem animæ à peccato. Et diffinitionem Gabrielis, qui ait, Baptismum esse ablutionem hominis viatoris, factam in aqua elementali fluida ab alio, cum legitima intentione, & cum reliquis particulis, quas ponit Scotus. duxi [inquàm] omitendas esse has diffinitiones, eo quòd alienæ sint ab arte diffiniendi: cùm diffinitiones cõmunes esse debeant animi conceptiones, ac dubietatis nihil continentes, vt in prima difficultate de sacramentis in genere diximus. At huiusmodi diffinitiones præterquàm quòd plurima non necessaria inuoluunt: quàm plurima dubia in se clandunt. Quorum solutiones postmodum in suis locis videbimus. Et diffinitio, quæ ab omnibus aliis doctoribus assignatur, eas comprehẽdit. Conclu. igitur ad difficultatẽ respõsiua, est affirmatiua, nẽpe quòd

Gabriel.

Conclu.

quòd Baptiſmus eſt ablutio ſub certa forma.&c. Et habetur hæc diffinitio apud Magiſtrum ſen.in.4.d.3.& apud.D.Tho.in.3,p.q 66.ar.1. *Magiſt. ſententi. D. Tho.*

¶ Circa diffinitionem annotare oportet, Baptiſmum hic ſupponere pro ablutione,connotando fieri ſub certa forma verborum. Hæc nanq; eſt differentia inter rem naturalem & artificialem, ꝙ res naturalis accipitur pro compoſito ex materia & forma, ſicut homo pro coniuncto ex corpore & anima. ſed res artificialis accipitur pro ipſa materia,connotãdo formam,vt phiala pro auro,vel argento,cõnotando quòd habeat talem formam. Cùm igitur ſint velut artificiata quædam:accipi debent pro materia. Vnde nõ ſupponit Baptiſmus pro aggregato ex ablutione, & prolatione verborum,vt Scotus dixit, vbi ſupra.

SECVNDA DIFFICVLTAS.

Vtrùm Baptiſmus fuerit inſtitutus ante Chriſti paſsionem,an poſtea.

AD hanc difficultatem omiſſa opinione Scoti. in 4. d 3 q 4. Et Gabrielis diſ.3. q. vnica. aſſerentium, Quòd ignoratur q̃ndo fuerit Baptiſmus inſtitutus: omiſſa etiam opinione D. Chriſoſt. homilia. 20. ſuper Ioan.dicentis, Quòd quamuis ante paſsionẽ diſcipuli baptizauerint:non tamen certum eſt,nec ab eccleſia diffinitum,illum apoſtolorum Baptiſmum, nouæ legis ſacramentum fuiſſe & gratiam contuliſſe:omiſsis[inquam]huiuſmodi opinionibus,ſit concluſio. Baptiſmus quantum ad ipſum ſacramentum, inſtitutus fuit ante Chriſti paſsionẽ,ſcilicet quando Chriſtus baptizatus eſt,& verè gratiã conferebat.Hæc cõcluſio eſt. D. Aug. tractatu.5.ſuper Ioan.c.13.& in epiſtola.108.ad Seleutianam,eſt etiam D.Tho.in.3.p.q.66.ar.2.Et hanc eandem ſententiam communiter ſequuntur ſcholaſtici.dd. Et ratione probatur. Nam tunc videtur aliquod ſacramentum inſtitutum fuiſſe: quando virtutẽ accepit ad ſuum effectum producendum:hanc autem virtutẽ accepit Baptiſmus,q̃ndo Chriſtus baptizatus eſt, igitur tunc fuit inſtitutus. Preterea Ioã.3 dicitur, Quòd Chriſtus baptizabat,quod intelligendum eſt,per diſcipulos ſuos:nam Ioã.4.habetur,Quòd Chriſtus neminem baptizauit, per diſcipulos enim plebem ad ſe venientem

Scotus. Gabriel. Chriſoſt. Concl. Auguſti. D. Tho, Ioan. 3: Ioan. 4.

C

venientem baptizabat,&non per se. Nam per se,solos discipulos:
Augusti. vt tenet Augustinus vbi supra,& D. Tho. super Ioan. Non est au
Di. Tho. tem verisimile quòd Christus, nec discipuli baptizarent Ioannis baptismate. Nã aliàs inter discipulos Ioãnis nõ esset inuidia, eò quòd plures baptizarentur à Christo q̃; à Ioãne. Quia Baptismus ille tunc non diceretur Christi:sed Ioannis, ac ex consequenti nõ esset locus inuidiæ discipulis Ioannis. Nec obstat ratio, quæ adduci solet ad probandum nõ fuisse Baptismum institutum ante Christi passionem. Nam post Christi passionem forma baptismatis in
Mar. vl. stituta fuit, vt patet Marci vlti. Euntes in mundũ vniuersum. &c. Baptizãtes eos, In nomine patris,& filii,& spiritus sãcti, nõ [inq̃;] obstat hæc ratio, quia tantùm probat, quòd tunc non erat institutus Baptismus sub hac forma. non tamẽ probat quòd sub alia forma non fuerit institutus, scilicet in nomine Christi.

Nota .1. ¶ Est notandum circa hanc conclusionẽ, quòd quanq̃; Baptismus tunc gratiam conferret in virtute Christi passionis futurę: non tamen illam conferebat tanq̃; in virtute causæ efficientis: cùm minimè prior esse posset effectus sua causa efficienti. Conferebat autẽ illam tanq̃; in virtute causæ finalis. De cuius ratione est agere, an teq̃; aparte rei existat. Aliter tamen Baptismus ante passionem habebat efficatiam, quàm sacramenta veteris legis. Nam illa erant figuræ tantùm. Baptismus autem virtutem habebat à Christo instituore: tametsi Baptismus ille non aperiret regni cœlorum ianuã ante passionem, licet gratiam conferret [vt dictum est] Probatur. Nam quantumcunq; Baptismo apostolorum essent baptizati homines: nihilominùs omnes descendebant ad limbum, vbi tanq̃; in carcere detinebantur vsq; ad Christi passionem, & quanuis remittebat totum culpæ reatum: non tamẽ aperiebat ianuam regni cœlorum. Et hac etiam ratione dicebat illa opinio nõ fuisse Baptisma ante Christi passionem institutum.

Nota. 2. ¶ Est præterea annotandum, quòd cùm apostoli nondum essent ante passionem sacerdotes: non baptizabant tanq̃; proprii ministri, sed ex speciali Christi commissione.

TERTIA DIFFICVLTAS.

Vtrùm statim post passionem obligare cæperint sacramenta nouæ legis, vel si non statim, quando.

Huic

HVic difficultati satisfieri poterit tribus conclusionibus, quarum prima sit. Ante passionē Christi circūcisio, & alia legalia, semper fuerunt sub præcepto. Probatur hæc conclusio. Nam Christus non soluit veterem legem, anteq; eam adimpleret: illa aūt nō fuit impleta vsq; ad passionem, qndo dixit, Cōsumatū est, ergo ante passionem legalia nō cessarunt Per passionē enim suam [vt ait Paulus] liberauit nos à seruitute legis. Scotus tamē aliter sentit: nam dicit, in. 4. d. 3. q. 4. Circuncisionem non mansisse in præcepto vsq; ad Christi passionem: sed vsq; ad Baptismum institutū, & inde cucurrisse sub consilio cum Baptismo. 1. Con. Scoto

¶ Secunda conclusio. In passione Domini omnia legalia fuerunt extincta, quantùm ad præceptum, & quantùm ad virtutem. Volo dicere, quòd post passionem Domini non erat præceptum de circuncisione, neq; de aliquo alio in lege scripto, nec circuncisio habebat vim illam, quam priùs habuerat. Hæc conclusio habetur expresse in con. Flo. Et patet ex Paulo Hebræ 7. Translato enim sacerdotio, necesse est, vt legis translatio fiat. In morte autem trāslatum fuit sacerdotium antiquum in alterū Christi: ergo tunc fuerūt extincta. 2. Con. Con Flo Hebræ.

¶ Tertia con. Baptismus, & alia sacramenta nouæ legis quātùm ad eorum vsum ac receptionem statim post Christi passionem, & resurrectionem, obligare cęperūt. Hæc conclusio est. D. Tho. vbi suprà. Et ratione probatur. Quia in passione Christi terminata fuerunt, & extincta omnia sacramēta figuralia veteris legis [vt dictū est in 2. conclusione] sed his successit Baptismus, & alia sacramēta nouæ legis: tunc igitur incepit Baptismus, cæteraq; sacramenta obligare. Præterea quia legalia erant, quędā imperfecta, ergo aduenięte, quod perfectum est, euacuari oportuit, quod ex parte erat [teste Paulo ad Hebræ. 7.] ¶ Sed dubitatur conseqnter, qñ legalia cessauerūt? De hac re fuit magna controuersia inter D Hieroni. & D. Augu. vt est videre apud D. Tho. 1. 2. q. 103. a. 4. Hier. enim videtur sentire, statim post passionē oīa legalia fuisse, nō solū mortua, sed mortifera: & factū Pauli circuncidētis Thimoteū, Actuū 16 & factū eiusdē Pauli, qui sepurificauit, vt Actuū 21. hř, excusat Dicit enim, fuisse quasdā pias dispēsationes, & simulationes, vt scādalū vitaretur Iudęorū [hoc est] ꝙ licet verē illos actus faciebāt apostoli: sed nō tanq; legis cęremōias obseruātes, sicut si quis peliculas virilis mēbri scinderet ꝓpter sanitatem, non causa legalis 3. Con. D. Tho. Dubium. Hebr. 7. Actu. 16 Actu. 21

legalis circunciſionis obſeruandę. Sed nihilominùs. D. Auguſti.
1. Con. meliùs dicit. Vnde ſit concluſio tenenda de eius mente. Statim à paſsione Chriſti, & reſurrectione, vt tota lex vetus totã ſuam vim perdidit, & iuſtificandi, & obligandi, adeò vt nec ſub conſilio maneret, ita Baptiſmus, & tota lex noua cœpit eſſe, non ſolùm in conſilio, verùm & in præcepto, licet ante promulgationem ſufficientem euangelii, per aliquod tempus legalia non erãt mortifera ad hũc ſenſum, quia licebat illa obſeruare abſq; peccato aliquo, etiã ſcienti, & non ignoranti Chriſti legem. Probatur ex facto Pauli
Actuũ 16 Actuum. 16. qui quidem circuncidit Thimoteum. Si autem iam eſſent mortifera: propter quodcunq; ſcandalum non liceret Paulo circuncidere Thimoteum, nec ſimulare circunciſionem, etiam pro ſalute totius populi Iudęorum. Quia eſſet mẽdatium in facto: ergo ad huc poſt reſurrectionem, ante ſufficientem promulgationem, non erant mortifera circunciſio, & cætera ſacramenta veteris legis. Neq; ab re illud Paulus faciebat. Nam intendebat quòd
Ioannis. 3 ſynagoga ſepeliretur cum honore, & oſtendere, bonam & ſanctã fuiſſe legem veterem. Nec obſtat illud Ioannis. 3. Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & ſpiritu ſancto. &c. & illud, quod in eodẽ cap. ait Dominus, Oportet vos naſci denuo. Vbi videtur inſinuare, q̃ ex illo temporis articulo cœpit lex de Baptiſmo obligare. Non [inq̃;] obſtat, quia tunc Nicodemo non id tanq̃; præceptũ, ex tũc obligans, dixit: ſed legem futuram docuit, quam promulgauit. Ac expoſuit, quando poſtea dixit, Ite, docete omnes gentes baptizãtes eos, In nomine patris, & filii, & ſpiritus ſancti. Colligitur ergo ante promulgationem poſt paſsionẽ Baptiſmum fuiſſe in præcepto, ſed excuſabantur illi, ad quos nõ peruenerat illius promulgatio. In quo etiã aduerſatur nobis Scotus, vbi ſupra dicens, Nõ ſolum ab eius inſtitutione vſq; ad Chriſti paſsionẽ [vt nos dicimus] verùm etiam à paſsione vſq; ad ſufficientem euangelii promulgationem manſiſſe ſolùm in conſilio, & non in præcepto, & cœpiſſe eſſe in præcepto à ſufficiente promulgatione.

2. Concl. ¶ Secunda concluſio. Poſt ſufficientem promulgationem euangelii omnia legalia ſunt, fuerunt, & erunt mortifera. Hæc concluſio habetur determinata extra, de Baptiſmo, & eius effectu. c. Maiores. & in conci. Floren. Et probatur ex Paulo ad Gala. 5. Si circuncidimini: Chriſtus nihil vobis proderit.
Con. Elo, Galat. 5.

QVARTA DIFFICVLTAS.

Vtrùm

Vtrùm aqua sit propria materia baptismi.

AD hanc difficultatem duabus cõclusionibus respõdetur, quarum prima sit. Aqua est propria baptismi materia. Probatur ex illo. Ioannis. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu sancto: non potest introire in regnum Dei. Habetur quoq; nra conclusio in c. Inquadam. de celebratio. missarum, vbi Innocentius probat, veram aquam exiuisse de latere Christi ad significandum, non nisi in vera aqua posse fieri Baptisma. Probatur etiam ratione ex proportione, quam habet effectus aquę ad effectum spiritualem. Nam sicut aqua materialis habet mundare corpus ab immundicijs corporalibus: ita aqua Baptismi habet mundare animam à peccatis. Præterea. Quia hoc sacramentum est maximæ necessitatis: & a qua vbiq; põt facilè haberi ratione suę cõmunitatis, & abũdãtiæ. Ideo cõueniẽter aqua in materiã huius sacramenti instituta fuit. 1. Conc. Ioan. 3.

¶ 2. Conclusio. Aqua ista debet esse simplex, taliter ꝙ nõ muteturr species aquę quantuncunq; fiat commixtio. Hęc conclusio habetur in concilio Flo. Vbi dicitur, ꝙ materia Baptismi est vera aqua elementalis. Tenet hanc sententiam Di. Tho. 3 p. q. 66. ar. 4. ad. 5. Ex hac conclusione infertur, ꝙ in niue, vel gelu non potest fieri baptismus, eò ꝙ non est aqua fluida lotioni conueniens, sed sunt mixta quędam imperfecta. Similiter in aqua rosacea, vel in aqua expressa de floribus, & in aquis alchimicis, vel in brodio nimis spisso, in quo plus est de pinguedine, q̃; de aqua, & in aqua mixta cum luto multo, minimè fieri potest Baptismus, quia non sunt aquę verę & naturales. Conci. autem Florenti. & concilij Tridenti. dicunt, ꝙ materia Baptismi debet esse aqua vera & naturalis, videlicet quę retinet substantiam aquę. Similiter sudor & lachrymę nullatenus aquę sunt ad Baptismum idoneę. Nam & si sint resolutiões corporũ, nõ tamẽ aquę sũt purę, vt illa q̃ de latere Xpi exiuit, et multò minus vrina. Est enim digestionis egestio. 2. Conc. Con. Flo Di. Tho. Cõ. Flo. C. Tri.

¶ Nota tamẽ, ꝙ in aqua resoluta ex glacie, vel niue, vel gelu fieri optimè potest Baptismus, cùm sit simplex, & vera aqua naturalis. Etsimiliter, si ex aliquo liquore exprimatur subtilis aq̃ nãlis, vt ex luto, fieri põt Baptismus. Similiter in lixiuio, & in aquis sulphureis balneorũ, & in aqua muris fieri põt Baptismus, siquidẽ verę aquę sunt. Impertinẽs enim est ꝙ aq̃ sit calida, vel frigida, vel amara, vel habeat alias q̃litates ad hoc, ꝙ sit aq̃ sufficiẽs ad Baptis- Notabili

mum. Nam concilia allegata solùm dicunt aquam simplicem esse baptismi materiã: & nihil ꝺ frigiditate, vel caliditate, vel alijs qualitatibus dicunt. De ceruisia verò, & ptisana, atq; id genus potabilibus liquoribus, quorũ in multis partibus freq̃ns est vsus, ꝓpterea ꝙnõ est nisi aq̃ ex ordeo exp̃ssa, ãbigere nõ licet, quin sint alię species ab aq̃, in quibus idcirco sacramẽtũ Baptismi ꝑfici nõ potest.

QVINTA DIFFICVLTAS.

Vtrùm hæc sit conueniens Baptismi forma, Ego te baptizo in nomine patris, & filii, & Spũs sancti.

Conclu. Mar. vl. D. Tho.

EXplicata materia Baptismi, subsequitur de altera eius parte, quę est forma, de qua fit conclusio affirmatiua responsiua ad difficultatem. Hęc conclusio habetur expressè Marci. vltimo. Baptizantes eos in nomine patris, & filij. &c. Habetur etiam in conc.

Cõ. Flo.

Flo. & tenet hanc cõclusionẽ D. Tho 3. p. q. 66. ar. 5. Et ꝓbatur ratione. Nam in hac forma explicatur causa efficiens principalis, cũ dicitur, In nomine patris, & filij, & spiritus sancti, & causa efficiẽs instrumentalis per ly ego. Explicatur etiam persona, quę Baptizatur, per ly te, & actus baptizantis per ly Baptizo, ergo est conueniens forma: quia nihil aliud requiritur.

Notabil.

¶ Annotandum est circa hanc conclusionẽ, ꝙ quanuis requiratur ꝙ exprimatur actus ministri de necessitate sacramenti: non tamẽ de necessitate sacramenti est exprimẽda ꝑsona ministri. Erit tamen peccatum omittere ly ego: veniale tamen propter paruitatẽ materiæ, nisi fortasse graue suboriretur scandalũ. Ex quo patet ꝙ quando Alexander. 3. in c. 1. de Baptismo. dicit ꝙ siquis nõ dixerit, Ego te baptizo in nomine patris. &c, nõ perficit sacramẽtum: intelligendum est quantùm ad actum ministri, non autem ꝙ ly ego, sit de necessitate sacramenti explicandum in forma Baptismi. Secus est de persona baptizata, nam explicatio illius in forma est de necessitate sacramẽti. Ly amen, non est de substãtia neq; de prȩcepto, ita vt quinõ dicit: peccet, nisi fortè vbi particularis consuetudo hoc haberet secundùm Petrum de Palud.

Alexan.

Palude.

Dubium 1. Conc.

¶ Sed dubiũ est, vtrũ mutatio verborũ huius formæ tollat sacramẽtũ? Ad hoc respondetur per aliquot cõclusiones, quarũ prima sit. Illa variatio verborũ, quę nõ mutat sententiã nec sensũ formę

non

nō tollit sacramentū. Probatur ex c. Retulerūt. de conse. d. 4. vbi pontifex determinauit q̄ ille sacerdos, qui linguā latinā penitus ignorabat, & ex illa ignorātia ꝓtulit verba corruptè dicēdo, Ego te baptizo in noīe patria, & filia, & spiritua sancta, si errorē vel hęresim introducere nō intēdebat: verè baptizauit. Nā illa mutatio nō abstulit formę sēsum, cùm illa oratio ex bonitate intelligētis, trinitatē significet. Secus autē erit de illa mutatione, quę sentētiā & sensū variat, & errorē inducere intēdit. Talis enim mutati o sacramētū euacuat: vt si in forma quis diceret, Patris maioris, quia tunc intētioni ecclesiæ aduersaretur, quę baptizare intēdit in nomine & fide triū personarū æqualiū. Et simliter si quis baptizaret vt in casu pręcedenti in nomine patria. &c. intendens, Deū habere filiam: non baptizaret.

¶ Secūda cōclusio. Siquis vteretur hac forma Grecorū, Baptizetur seruus Xp̄i, vel Baptizet te Xp̄s in nomine patris, & filij, & spūs sācti: verū cōficeret sacramētū Hęc conclusio est D. Tho. ar 5. ad. 1. Et probatur ratione: quia in ea exprimitur actus ministri cū, in vocatione trinitatis, q̄ sunt de necessitate formæ, & nihil aliud requiritur, igitur verū sacramētū cōficitur p illā formā. Tamē quimodò ea vteretur apud Latinos cōtra vsū suæ ecclesiæ vix posset ꝓpter scādalū & suspitionē, eximi āmortali, vt videtur sētire Adrianus in materia de baptismo. q. 1. ar 3. Prętergreditur nāq; formā, quā ex necessitate pręcepti obseruare tenetur. Sed nota q̄ si hac forma quis vtens, excluderet actionē ministri, vt scilicet cū dicit, Baptizet te Deus, vel Christus, intelligēdo q̄ solus Xp̄s baptizat, & non per suum ministrum: certè nō conficeret sacramentum.

¶ 3. cōclusi. Siquis adderet formę baptismi cōmuni, scilicet in nomine patris, & filij, & spūs sācti, hāc particulā: & beatę virginis, vel beati Petri, & crederet, & velet hoc esse de essentia formæ, non esset baptismus: secus autē, si ex deuotione adderet.

¶ Sed quid siquis mutaret verbū baptizo, in alia verba equipollētia: vtrū cōficeret sacramētū? Pro hoc sit. 4. con. Nō tantū p verbū baptizo: sed etiā p ista verba, abluo, tingo, vel mergo, verè cōficitur sacramētū. Tenet hanc conclusionē glo. de conse. d. 4 c. Multi sunt. & est cōmunis omniū. dd. sentētia. Et ratione probatur. Quia in quolibet idiomate potest sacramētū cōfici p̄sertim necessitatis sacramētū, q̄le baptismus est. Et probatur: nā aliàs in sola lingua Græca confici posset hoc sacramētū. Preterea, quia secūdū magistrū sentētia. baptizo idē importat, quod tingo, vel abluo.

2. Con. D. Tho. Adria. Notabil. 3. Concl. 4. Con.

Ephę. 5. abluo. Præterea Apoſtolus ad Ephę. 5. Baptiſmum appellat lauacrum aquæ, licitum ergo eſt vti pro baptizo, lauo.

5. Con. ¶ Sed nunquid ſi ſit error in miniſtro circa perſonam, quę baptizatur, videlicet ſi putans ſe Petrum baptizare: & baptizet Mariam, erit ſacramentum? Pro hoc ſit. 5. conclu. affirmatiua, quam habet cõmunis ſententia, & probatur. Quia ad ſacramentũ Baptiſmi cõficiendum ſatis eſt actualis, vel virtualis eccleſiæ intẽtio [vt dictũ eſt de ſacramentis in genere] & qui baptizat nõ habet intentionẽ negatiuam, ſcilicet non baptizandi aliũ q̃ illũ, quẽ ipſe exiſtimat eſſe. Secus tamen erit in matrimonio, quod quidẽ cũ ſit vinculum perpetuæ cohabitationis, errore ſubſtantiæ perſonæ vitiatur. Et ratio diſcriminis eſt. Quia cõtrahẽs, habet intentionẽ negatiuam, ſcilicet non aliam ducendi pręter intentam ab ipſo, vt in ſuo proprio loco diſuſè diſeremus.

6. Con. D. Tho. Palude. ¶ Sexta concln. Si quis diceret, Ego te baptizo in nominibus patris, & filii, & ſpiritus ſancti: non conferret Baptiſmum. Hanc concluſionẽ habet. D. Tho. q. 66. ar. 5. ad 6. & Palud. d. 3. q. 1. ar. 3. Et probatur ratione. Quia in nomine idẽ eſt ſecũdùm dd. quod in autoritate, poteſtate, & virtute patris, & filii, & ſpiritus ſancti. At virtus, quæ operatur in Baptiſmo, ad eſſentiam ſacramenti pertinet: vnde in nomine, non autem in nominibus proferri debet, ſiquidẽ vna ſimpliciſsima virtus Dei eſt, quæ in nomine intelligitur. Vnde vt exprimeretur vnitas eſſentiæ, & trinitas perſonarum: dicitur in forma, In nomine patris, & filii, & ſpiritus ſãcti. Nomẽ enim hîc non accipitur perſonaliter, ſed eſſentialiter. Quo fit, vt ſiquis diceret, Ego te baptizo in nomine patris, & in nomine filii, & in nomine ſpiritus ſancti, perficeret quidem ſacramentũ, quia non ideo aſſerit eſſe plura noĩa, ſicut qui diceret in nominibus: ſed idẽ eſſentiale Dei nomen repetit cõmune tribus. Imo nec ſi dicatur, In nomine trinitatis, erit Baptiſmus. Ratio eſt, qa ſub nomine trinitatis ſolũ ſignificatur perſonarũ numerus, non autẽ ordo, & habitudo earum, & proprietates, non ſcilicet exprimitur an perſonæ ſint fratres, an verò nullũ habeant ordinẽ ad fidem. Nõ tãtùm neceſſe eſt cõfiteri eſſe tres, verũ & eo ordine diſtingui, vt ſint pater, & filius & ſpiritus ſãctus. Similiter ſi intermittatur ly &, niſi interponatur eius loco ly q;, quod equippollet. Adde hîc, qꝺ ſiquis baptizaret in nomine pr̃is, & Chriſti, & ſpũs ſancti nõ coarctãdo ad id, quod eſt in quãtùm homin's, cõficeret verũ Baptiſmum. Quia Chriſtus etiam eſt ꝑſona diuina in quantũ Deus, ſi aũt diceret Chriſti in q̃n-

tum

tùm hominis, volendo eum tali ratione æq̃re trinitati, Baptismũ vitiaret. Nam quatenus homo non infundit gratiam propria autoritate [id est] increata, sicut in quantùm Deus.

¶ Dubitatur præterea, quia p̃sona patris multis aliis nominibus significatur, nẽpe innascibilis, genitoris: & p̃sona filii nomine geniti, & verbi: & p̃sona spiritus sancti nomine procedẽtis, & paracleti, & amoris. &c. vtrũ conficiatur sacramentũ dicendo, Ego te baptizo in nomine genitoris, geniti, & procedentis ab vtroq; ? Ad hoc dubiũ respõdetur per. 7. cõclusionẽ, scilicet q̃ q̃uis Caie. opinio, quã habet pro parte affirmatiua in cõmentariis. 3. p. q. 66. ar. 5. circa septimum argumentũ sit probabilis: nihilominùs quia grauissimi. dd. videlicet. D. Tho. in solu. 7. argumẽti citati, Scotus, Bonauẽtura, Ricardus, Gabri. Thomas de Argentina. Marsy. tenent oppositũ, idcirco dicimus q̃si aliquis baptizaret sub ista forma, In nomine genitoris. &c. talis sic Baptizatus esset rebaptizãdus sub cõditione. Et ratiõe probatur. Quia in necessariis ad salutẽ nõ opinionẽ probabilẽ: sed certã sequi oportet, vt certam nr̃am salutem faciamus: q̃ aũt hæc Caieta. opinio non sit certa, probatur. Nã q̃n Deus aliquibus verbis præstat, seu confert virtutem aliquam, nõ oportet, nec decet talẽ virtutẽ extendere ad alia verba. Constituit autẽ Christus Baptismum in illis peculiariter verbis, quæ magis sunt in vsu in lingua, in qua fit Baptismus, scilicet pater, & filius, & spiritus sanctus: nõ ergo certa est Caie. opinio Quare non dubito hac forma vtẽtem, mortaliter peccare. siquidẽ salutẽ baptizati periculo exponit. ¶ Sed an posset vnus minister plures simul baptizare? Pro hoc sit. 8. con. Quãuis vnus minister posset plures simul baptizare in necessitatis articulo sub hac forma, Ego vos baptizo in nomine patris. &c. quia ly vos tantũ valet sicut te, & te: tñ non possunt plures ministri eundẽ puerũ baptizare. Non enim in forma dici potest, Nos te baptizamus, quia tãtũ valet, sicut ego, & tu: & sic variatur forma. Secus si esset episcopus, qui baptizaret, & diceret, Nos te baptizamus: & si quis baptizaret Regẽ, & loco ly te poneret, Vos, quia tunc compertissimũ, indubitatum q; est omnibus, verũ confici Baptismum. Similiter nõ esset Baptismus, si vnus verba proferret, & alter mitteret puerũ sub aqua, vt si conuenirẽt duo ad eundẽ puerũ baptizandũ, quorũ vnus esset mutus, & alter carens manibus: quia tunc forma istius dicẽtis, Ego te baptizo, esset falsa. Si tñ simul, & semel dum baptizãt eundẽ puerũ, quia contendunt de aliqua p̃benda, ita tamen q̃ quilibet illorũ singulariter

Dubium.

7. Con.

D. Tho.
Scotus.
Bonauẽ.
Ricard.
Gabriel.
Thomas de argẽ.
Marsy.

8. Con.

singulariter sine dependentia ab altero sumergat puerum cũ prolatione verborũ: verus est Baptismus, peccarent tamen non seruãdo ritum ecclesiæ, & essent puniendi de inordinato modo baptizãdi. Quæ omnia diffusissimè dicit. D. Tho. 3. p. q. 67. ar. 6. Di. Tho. Sitñ complexim dicũt duo, Baptizamus, itaq; ambarũ intentionũ vtra q; ab altera per se pendet, quasi per se vterq; adiutoriũ alterius expostulet: non verũ conferunt Baptismum, quia ministri in sacramẽtis agunt volũtate Dei, qui cõstituit vt [cũ baptisma sit vnum ministerium] nõ diuidatur in plures, & non vt causæ naturales, in quibus quicquid vnus potest facere. possunt multi simul.

SEXTA DIFFICVLTAS.

Vtrùm in nomine Christi, scilicet dicendo, Ego te baptizo in nomine Christi, possit dari Baptismus.

AD hanc difficultatem, omissa opinione grauissimorum doctorũ, videlicet magistri sen. in. 4. d. 3. Hugo. de sancto Victore li. 2. de sacramentis. parte. 6. c. 3. Adriani. q. 2. de forma Baptismi, & Caie. in cõmentariis in Thomam. q. 66. ar. 6 qui oẽs vnamniter asserunt, q; qui nũc vteretur illa forma, verũ conferret Baptismum, omissa [in q̃] hac opinione: hac vnica conclusione respõdetur. Si quis prætermittat aliquã trinitatis personã in forma Baptismi, nõ conficiet sacramentũ. Hæc conclusio præter hoc, q; est. Di. Tho. loco citato & cõmunis doctorũ sententia, habetur diffinita in cõci. Flo. vbi ponitur forma Baptismi data à Christo in nomine patris, & filii, & spũs sancti, hr̃ etiã in. c. In synodo, &. c. Multi, &. c. Re vera, d cõse. d. 4. vbi dr̃, quòd baptizati in nomine Christi, sunt sine aliqua difficultate rebaptizandi: & q; si quis vnam de trinitate personã in Baptismo non nominaret, illud baptisma verum esse non posset. Nec valet glosa Caietani, qui ait, Papam ibi intellige re, si quis trinitatẽ explicitè, vel implicitè nõ nominauerit, quia nõ sufficit p vnã personã alias intelligere, nec sufficit q; trinitas in forma implicitè importetur. Nã forma debet esse sensibilis, cmadmodũ requritur q; materia, cui talis forma applicatur sit sẽsibilis. Quo circa si apud aliquẽ sanctorũ inueniatur Baptismũ in noĩe trinitatis sufficere, intelligitur expressis tribus nominibus, vt benè ait Marsy. q. 3. ar. 4. Præterea, quia Xps nõ totã trinitatẽ importat, nõ enim importat patrẽ, sed dũtaxat vnctũ. Postremò patet, nam in baptismo, quo baptizatus fuit Christus, tres psonę distinctę sensibiliter

Hugo. Adrian. Caieta. Cõ. vni. D. Tho. ConFlo Marsy.

ter apparuerunt, nempe pater invoce, filius in carne, & ſpūs ſāctus in colūba. Cōfirmatur vltimò ex vſu eccleſiæ. Ternanq; interro gatur ille, q̄ baptizatur, ſcilicet an credat in patrē, & ā credat in Ieſū Xp̄ū, & ā credat ī ſpūm ſctū: & poſtq̄ ad ſingula reſpōdet, Credo, baptizatur ī nomine patris, & filij, & ſpūs ſancti, ad deſignādū quòd ſicut diſtincta p̄ſonarū requiritur confeſsio in baptizato, ita earūdē exigitur exp̄ſsio in forma, reqritur ergo forma ſēſibilis ſi cut materia Nec obſtat id, quod obiicitur exillo, quod habetur in c. A quodā Iudęo de conſe. d. 4. vbi dicitur q̄ baptizati ī nomine Xp̄i, nō ſūt rebaptizādi. Pro cuius elucidatiōe annotare oportet canonē certiſsimū, ſemperq; ob oculos habēdū, videlicet q̄ aliud eſt loqui de his, ad quę directè ſūmus pōtifex reſpōdet tanq̄ quę ſita, & cōſultata ab ipſo, & aliud de his, quę tanq̄ particularis doctor ſūmus pōtifex admiſcet iterreſpōdēdū. Nā quod pōtifex di rectè reſpōdet, eſt habēdū in magno pretio, & tanq̄ de fide tenen dū, de quo nulli licet vnq̄ dubitare: ſed alijs verbis, quę in deciſi one q̄ſtionis admiſcet, nō neceſſū eſt nos eſſe aſtrictos tāq̄ deter minationi fidei, quia illa nō fuerūt propoſita in quęſtione. Exēpli gratia in c. Maiores. de baptiſmo, & eius effectu, & in clemē. vni ca. de ſūma trinitate, & fide catho. dicitur, q̄ in Baptiſmo infundi tur gratia, & infūdūtur virtutes ſimul q̄tū ad habitū: attamē nōnul li doctores catholici circa infuſionē iſtorum habituum dubitant, & opinātur nō dari, ſaltē de virtutibus moralibus, neq; ob id da mnari putamus: quia nō cōtra pōtificis determinatiōē, ſed cōtra hominis ſentētiā opinātur, quivelut homoibi, qđ, p̄babile videba tur, dixit. In conc. nāq; Vienenſi propter paruulos ante vſū ratio nis ſacro fonte intinctos, ſanxerūt vt probabilius: & nup in conc. Tridētino vt certius dicitur, q̄litates illas, q̄ ſunt gratia & virtutes baptizati, infūdi. Solū. n. in illo c. Maiores. cōſultabatur pōtifex ā p̄ baptiſmū tolleretur peccatū originale, & an p̄deſſet paruulis adſalutē: qa qdā hęretici dicebāt q̄nō, & cōtra illos fuit ibi appoſi ta ſummi pontificis determinatio, q̄ nulli hoc dubitare, vel opi nari liceat. Sic etiam in. c. A quodā Iudæo. noluit ſummus ponti fex determinare de fide, q̄ baptizati in nomine Chriſti, non eſſēt rebaptizandi, quia de hoc non conſultabatur, ſed ſolūm determi nauit de fide, q̄ Baptiſmus collatus à quocūq; homine ſiue Paga no, ſiue Chriſtiano, dummodò intendat facere, quod eccleſia intendit, eſt verus baptiſmus, quia de hoc conſultabatur. Non obſtat etiam id, quod obiiciunt tenentes contrariam ſenten-

Cō. Vēi. Con Tri.

tiam

tiam q̃ apoſtoli baptizabant ſub illa forma in nomine Chriſti. Nã non oportet geſta omnia apoſtolorum ad noſtra referre tempora.

Di. Tho. Alia enim erãt tunc licita, quæ modò non ſunt, & ecõuerſò. vt D. Tho. dicit vbi ſuprà. Nam quemadmodum etiam ſi apoſtoli tunc verum confirmationis ſacramentum abſq; balſamo, & forma, qua nunc vtimur, per ſolam manus impoſitionem conferebant: tamen ſi modò quis ea vteretur: nihil faceret, quia iam ceſſauit ratio, ob quam illa forma vtebantur. Ita ſi in nomine Chriſti apoſtoli in primitiua eccleſia baptizabant: illud erat ex inſtinctu ſpiritus ſancti, peculiariq; diſpenſatione, ac reuelatione eius, qui virtutem ſuam non alligauit ſacramentis: quod manifeſtè apparet, ſiquidẽ Chriſtus præceperat baptizare, In nomine patris. &c. Contra inſtitutionem autem diuinã nemo, niſi ex diſpenſatione agere poteſt. Voluit nanq: Dñs cum apoſtolis diſpenſare, vt nomine Chriſti baptizarent, vt ſcilicet nomẽ ipſius Chriſti, quod tunc tẽporis erat odioſum Iudæis, & Gentilibus: honorabile, amabileq; redderetur p hoc, q̃ ad eius inuocationem ſpiritus ſancti viſibiliter deſcendebat in Baptiſmo, vel forſitam quia non poterant apoſtoli facilè perſuadere hominibus barbaris notitiam trinitatis. Nũc aũt, ceſſante iam cauſa illius diſpenſationis, quia nomẽ Chriſti eſt omnibus amabile, ceſſauit etiã illa diſpẽſatio. Vnde dicit D. Tho. vbi ſuprà,

D. Tho. Duran. Gabriel. quẽ ſequũtur Durã. & Gabri. q̃ qñ eſſet eadem cauſa, quæ fuit tẽpore apoſtolorum, poſſet cõferri Baptiſmus in nomine Chriſti.

SEPTIMA DIFFICVLTAS

Vtrùm immerſio in aqua ſit de neceſsitate ſacramenti Baptiſmi.

Conclu. AD hãc difficultatẽ eſt con. Baptiſmus fieri põt per aſperſionẽ, immerſionẽ, vel effuſionẽ. Peccaret tñ qui nõ ſeruaret ritũ ſuæ eccleſiæ, ac diœceſis. Vñ vbi eſt cõſuetudo baptizãdi p immerſionẽ: nõ põt quis alio modo baptizare puerũ, niſi in vrgẽte neceſsitate. ſ. vel quia aq̃ eſt pauca, & ſic nõ põt fieri immerſio, vel ꝓpter debilitatẽ pueri: nã tũc ex ímerſione imminere poſſet periculũ mortis, vel ꝓpter debilitatẽ miniſtri, q̃ nõ põt ſubſtẽtare baptizãdũ, vel ꝓpter magnã baptizãdorũ multitudinẽ. Aliq̃ enim iſtarũ neceſsitatũ cõcurrẽte, ſatis eſſet baptizare p aſpſionẽ. Et nota q̃ ſi quis aſpga-

Notabil. tur aq̃ attingẽte ipam carnẽ tãta. ſ. aq̃, q̃ ſufficit vt hõ dicatur ablui: verè baptizatur, qa baptizo in diffinitiõe ſignificat, tingere, mergere, & aſpgere. nõ. n. ídiffinitiõe ablutio ſumitur ſtrictè, ſed largo mõ pro

pro aſperſione, vel tinctione. Imo ſi tantùm capilli capitis aqua p fundantur, crediderim eſſe Baptiſmum, quia capilli ſuo modo partes ſunt capitis. Ita enim habet magiſter Soto in. 3. d. ſui. 4. q. vni, ca. ar. 7. Dicit tñ, Quòd non eſt condemnãdus ſcrupuloſus homo qui ſub cõditione huiuſmodi baptizatũ rebaptizaret. Quãdo verò aqua, vel effuſa, vel aſperſa, nullam partem corporis tangit, neq; capillos, ſed duntaxat veſtes, & ſi nõ deſint, qui affirment eſſe Baptiſmum: exiſtimo tamen vt tutiùs, non eſſe Baptiſmum. Nam expræſſè. D. Tho. in 3. p. q. 68. ar. 11. dicit, q̃ de neceſsitate baptiſmi eſt, quòd corpus baptizandi aliquo modo aqua abluatur. Quãdo autem ſolùm veſtes tangit, verè ille non abluitur, quare forma abſq; dubio videtur eſſe falſa, ac ex conſeq̃nti non eſſe baptiſmũ. *Soto.* *D. Tho.*

¶ Secunda concluſio. Baptiſmus fieri poteſt per trinam immerſionem in aqua, & per vnam tantùm, ſecundùm conſuetudinem vniuſcuiuſq; eccleſiæ. Nota tamen quòd in locis vbi eſt conſuetudo baptizandi per immerſionem trinam, ſi ante ſecundam, vel tertiã immerſionem puer moriatur dicta iam & finita forma Baptiſmi: verè baptizatus eſt talis puer, niſi baptizans, per trinam immerſionẽ intenderet baptizare, tunc nanq; non eſſet Baptiſmus, quia deficit miniſtri intẽtio. Et patet quòd niſi habeat hãc intentionẽ, vna immerſio ſufficit. Nam ſepultura Chriſti vna immerſione, aſperſione, vel effuſione quodammodò ſignificatur. Et certum eſt quòd ſi vna die tantum fuiſſet mortuus, ſatis eſſet ad noſtram ſalutem. Triduum nanq; ſolùm fuit neceſſarium ad oſtendendam veritatem mortis. Hæc ſententia eſt domini Caietani in cõmentariis. 3. p. q. 66. ar. 8. ad. 3. Et probatur ratione. Quia eccleſia intendit tres immerſiones, non tanq̃; ex neceſsitate ſacramenti, ſed tanq̃; quandam cæremoniam illius eccleſiæ, vbi eſt talis conſuetudo. 2. *Con.* *Caieta.*

¶ Nota etiam, quòd in patria, vbi eſt conſuetudo baptizandi per trinam immerſionem: non eſt dicenda forma ter, ſed ſemel in omnibus tribus immerſionibus: nam aliàs rebaptizaret quantum in ipſo eſſet. Vnde immerſiones illæ debẽt citò perfici, & forma ali quantulum moroſè proferri, vt omnia ſimul fiant moraliter. *Notabil.*

¶ Tertia concluſio. Quantuncũq; aliquis indubitanter ſciret puerum eſſe moriturum, ſi tamen per immerſionem in aquam citiùs credat, quòd moreretur: nullo modo debet illũ immergere, imo etiam ſi aliter illum baptizare non poſſet, niſi in puteum mittẽdo, quia non eſt aqua alia in loco illo, non liceret illum mittere in puteum, neq; ſi mitteret, Baptiſmus eſſet. Hæc con. eſt communis omnium 3. *Con.*

Scotus. Siluef. Marsy. omnium doctorũ. Eam enim tenet Scotus in 4. d. 5. p. 3. & Siluef. verbo, Baptismus. 4 §. 10. Et Marsylius. q. 4. Et ratione comprobatur. Quoniã Baptismus est ablutio: at verò immersio i la in casu posito, potiùs suffocatiua q̃; immersiua esset, & salus spiritualis in tali casu neunq̃; præferenda est saluti corporali. Quia occidere de se est intrinsecùs malum & prohibitum. Vnde propter nullũ finẽ licitum esse potest: cùm [teste Paulo] non sint facienda mala, vt inde veniant bona. Esset tamen baptizandus puer, qui sic periclitatur per aspersionem: si ad sit aqua ad illum aspergendum. Timendum nanq; non est, q̃ ex aspersione mors acceleretur: cùm aspersio de se non mortifera, nec suffocatiua sit.

Paulus.

4. Con. ¶ Quarta conclu. Licet non sit de necessitate sacramenti caput baptizandi aspergendum: tamen quando commodè minister potest immergere, vel aspergere caput pueri: illud obseruare debet, quia est pars principalis, vbi vigent sensus interiores, & exteriores. Vnde si extra necessitatis articulum baptizaret aliam partẽ solam, relicto capite, graue peccatum committeret, & forsitan mortale, quia contra communem ecclesiæ consuetudinem in re graui ageret. ¶ Notandum est q̃ nisi periculum mortis immineat, tota natiuitas, seu egressio pueri ex vtero est expectanda. Illo tamen imminenti, si caput prodierit, in quo omnes vigent sensus, tutò fieri potest Baptismus: si aspergatur aqua cum debita forma. Et natus postea non est ampliùs baptizandus. Si verò manum, vel pedem priùs emiserit: aspergatur illa pars aqua cũ verbis Baptismi, & sic Deo cõmendetur. Si tamen egressus ex vtero, vixerit: esset iterum baptizandus, sub conditione tamen, Si est Baptizatus &c. Et si non est baptizatus &c Ratio est quia talis commun ter à doctoribus nõ reputatur baptizatus. Et hæc sententia est D. Tho. in.

Notabil.

D. Tho, 3. p. q 68. ar. 11. ad quartum.

OCTAVA DIFFICVLTAS.

Vtrùm sint plura Baptismata.

1. Con. AD hanc difficultatẽ est con. 1. Tria Baptismata conueniente ponuntur, scilicet flaminis, sanguinis, & aq̃. Hãc conclusionẽ tenẽt oẽs doctores in discrimi

D. Tho. nat m D. Tho. 3. p. q 66. ar. 11. & Glosa super epistolã ad Hebræ. Et martyrium dicitu. Baptismus sanguinis

guinis ab effectu effusiõis eius. Motus verò cordis appellatur Baptismus flaminis à causa, quia flamine spiritus sancti ispiratur. Sed Baptismus aquę à sua materia sumit nomen fluminis. Duo prima, baptismata dicuntur: quoniã Baptismi aquæ vices supplẽt, vt sunt cõuersio in Deum in habentibus vsum rationis, vbi includitur Baptismi votũ, vel formaliter, vel virtualiter, ac martyriũ. Breuiter. Omnis actus, qui originalis peccati est remissiuus, atq; adeò qui Baptismi votum formaliter, aut virtualiter includit: baptismatis appellationem meretur. Et quidẽ de Baptismo flaminis habetur apud. D. Augu li. 4. de Baptismo paruulorũ, cuius verba habentur. 15 q. 1. c. Firmissimè, & ibi Glosa. Et actuũ. 1. Vos aũt baptizabimini non post multos hos dies spiritu sancto. De Baptismo sanguinis habetur Marci. 10. Potestis baptizari [inquit Dominus] baptismo, quo ego debeo baptizari? Et iterum, Baptismo meo Baptizabimini.

¶ Secunda conclu. Non quæcunq; conuersio in Deum, quę sufficiens est ad gratiæ infusionẽ, vocatur Baptismus flaminis, sed solùm illa conuersio, & pœnitentia, quæ habet annexum propositum Baptismum aquæ suscipiendi, quando ad fuerit facultas. Ita q̃ q̃ndo aliqua actio dat sanctificationẽ homini, quã per Baptismum aquæ susciperet: dicitur Baptismus flaminis sicut actio, qua adultus vult baptizari, aqua defficiente. Quia voluntas Baptismi pro eius facto reputatur. Tenetur tamen poſtmodùm, opportunitate data, ipsum suscipere. Quo fit vt si quis, cùm primùm peruenit ad vsum rationis, in Deum se conuertat, nihil sciẽs de fide, aut ꝺ Baptismo, gratiam consequeretur. Sed non esset Baptisatus Baptismo flaminis, si nondum habuerat propositum Baptizandi aquæ suscipiendi formaliter, vel virtualiter: diceretur tamen pœnitentia. Et idẽ dicendum est de martyrio, quando non præcessit annexum propositum suscipiendi aquæ Baptismum. Nam tunc diceretur martyrium: non tamen Baptismus sanguinis. Tenet hanc sententiam D. Tho. & adducit ad hoc probandũ. Augu. 4 li. de Baptismo paruulorũ. Probat etiã hanc sententiã pulcherrimè Thomas vualden. li. de sacramẽtis. c. 103. &. 104. &. 105. Et ratione probatur. Quia non potest patere additus ad regnũ cœlorũ, nisi per Baptismũ aq̃ in re, vel in voto, vt ex domini sentẽtia Ioã. 3. Nisi quis renatus fuerit. &c. cõstat. Vnde hæc duo baptismata quoddãmodò agũt in virtute aquæ Baptismi. Quo fit vt insanctificatis in vtero, & in innocentibus occisis pro Christo nullus fuerit Baptismus.

¶ Notandum

D. Tho. Augusti. Thomas vuald. Ioannis. 3

Notabil. ¶ Notandum est, quòd martyrium non est sacramẽtum. Hæc sen
Duran, tentia est cõmunis. Eam tenet Duran. in. 4. d. 4. q. vltima. Et Pe-
Palude. trus à Palu. q. 3. & Gabriel. q. 2. Adrianus. q. vltima de Baptismo
Gabriel. ad tertium. Et ratione probatur. Quia licet per illud detur pueris
Adria. gratia sine ipsorum merito, illud tamen fit quia Deus supplet defe
ctum puerorum, libero arbitrio, ac vsu rationis carentium advotũ
emittendum. Voluit enim Deus illorum martyrium acceptare ex
peculiari priuilegio ad originalis peccati remissionem. Vnde nõ
confert gratiam exopere operato, sicut nec Baptismus flaminis.
Non enim datur maior gratia adultis per actum exterioris marty-
rii: quàm per actum interiorem meretur, licet per illud consequan
tur præmium quodam accidentale. At verò sacramẽta gradum ali
quem gratiæ adultis conferunt præter ipsorum meritum, exopere
operato. Preterea qa martyriũ non habet facere deattrito cõtritũ,
vt sacramẽta faciũt, nec materia, & forma sunt in martyrio neces-
sariæ, sicut in sacramentis. Constat igitur iam ex dictis martyrium
non esse sacramentum. Hinc sequitur, quòd martyrium pro Chri-
to susceptum sine charitate non confert gratiam. Vnde si quis attri
tus tantùm pateretur pro Christo, absq; proposito suscipiendi Ba-
D. Tho'. ptismum, & moriendi pro Christo non susciperet gratiam, vt ex-
Thomas presse tenet. D. Tho. q. 66. a. 12. ad secũdum. Et idem tenet Tho.
vuald. Vualden vbi supra.
Notabil. ¶ Annotare hic etiã oportet, quòd solus Baptismus fluminis est
in præcepto euãgelico in remissionem originalis labis, Nisi quis
renatus fuerit ex aqua, & spiritu sancto. &c. Martyrium autem nõ
est simpliciter in præcepto, nisi tantùm in casu necessitatis ad fi-
dem defendendã. Et tunc patiẽdo pro Christo valet, ac sufficit ad
culpæ & pœnæ plenariam remissionem, dummodo non renuerit
martyr baptizari, cùm facultas Baptismi aquæ suscipiendi occur
rerit: quia aliàs non haberet rectam fidem, nec illi prodesset marty
rium. Ex omnibus prehabitis liquidò colligitur, Baptismum flami
nis præstantiorem, perfectiorẽq; esse aquæ Baptismo: eo quòd il
lum in voto, ac desyderio includit. Nec obstat quòd Baptismus a
quæ semper remittit culpam, & totam pœnam: Baptismus verò fla
minis sæpe relíquit aliquid pœnæ, quia satis est, quòd suapte natu
ra habet remittere totam pœnam, si completam habeat intẽsionẽ:
sed quia ab illa nonnunq; deficit, non semper totam remittit. Col-
ligitur rursus, Baptismum sanguinis excellẽtissimum omniũ esse
Baptismatum, si quidem alia duo Baptismata in se claudit. & ob id

longè

longè copiosiùs confertur gratia per martyrium, quàm per aquę vel flaminis baptismum.

IX. DIFFICVLTAS.

Vtrùm baptismus iterari possit.

PRo hac difficultate est. 1. Con negatiua. Hęc con. est omnium doctorum concors sententia. Illā enim tenet D. Tho. 3. p. q. 66. ar. 9. & probatur ex Paulo ad Ephę. 4. Vna fides, vnum baptisma, & ad Eph. 6. Impossibile est eos, qui semel illuminati sunt: rursus renouari ad pœnitētiam. Licet enim hunc locum quidam hęretici de pœnitētia intelligāt: nihilominùs D. Augustinus aduersus eos scribens in li. de vera & falsa pœnitentia. c 3. intelligendū esse de baptismo necessariò iudicat, & Damascenus li. 4 c. 1. ita hunc locum intelligit, & est determinatum ab ecclesia inc. Rebaptizare. de conse. d. 4. Dicitur enim illic, Rebaptizare hęreticū hominē, qui hęc sanctificationis signa perceperit: omnino peccatum est rebaptizare autem catholicum immanissimum scelus est, & habetur etiam. 1. q. 1. c 1. Rationibus quoq; comprobatur ex di. Tho. loco allegato desumptis. Prima, quia Baptismus est quędam natiuitas & regeneratio, at verò homo in vita corporali denuò minimè nasci potest, sed semel duntaxat, ergo neq; in vita spirituali. Secunda. Baptismus [vt diximus] imprimit characterem indelebilem, igitur non est iterabilis. Tertia. quia Baptismus à Christo redemptore nostro ad delendū originale peccatum datus est: at originale semel dimissum iterum redire non potest. Baptismus igitur iterari non potest. Postrema ratio est, quia per Baptismum cōmorimur consepelimurq; [vt ait Paulus] Christo, Christus autem semel duntaxat mortuus est: nō ergo Baptismū iterare licet. ¶ Secunda con. Qui scienter, ac voluntariè rebaptizaret: irregularis maneret. Hęc cō. in c. Exliterarum tenore. extrà de apostatis habetur. Secus tamen esset quando ex ignorantia inuincibili rebaptizans, & rebaptizatus, si sit adultus illud fecerint: quia tunc irregularitatem neutiquā incurrerent, vt communis omniū theologorum consensus habet. Ex hac conclusione manifestè infertur esse immane sacrilegium puerum iterum baptizare, etiā subcōditione solēniter in ecclesia, si constet domi baptizatum fuisse.

1. *Concl.*

D. *Tho.*

Ephę. 4.

Ephę. 6.

D. *Aug.*

Damas.

D. *Tho.*

2. *Con.*

Neq;

SVMMARIVM

Neq; vllo pacto à censura irregularitatis sacerdotes hmõi excusã tur[vt dictum est] & quando quis scienter absq; ignorantia inuincibili rebaptizatur, vel rebaptizat. Vnde re vera, nisi per Papam, cum illo dispensari non potest: vt benè Siluester annotat verbo Baptismus 5.§.3. & glosa quibus de consecra. d. 4.

Siluester

¶ Nota q̃ qui habet curam populi vt Curio, debet diligentiam non mediocrem adhibere in inquirendo, an baptizatus fuerit puer annon: & siquidem constet q̃ fuit baptizatus nullatenùs est rebaptizandus. Si verò oppositũ constiterit: simpliciter & absq; vlla conditione baptizandus est. Si autem sit dubiũ: verè determinat ecclesia in c. 2 de baptismo, quòd baptizetur sub conditione sub his verbis, Si baptizatus es, non te rebaptizo: sed si nõdum es baptizatus, ego te baptizo &c.

Nota.

De ministro baptismi.

X. DIFFICVLTAS.

Vtrùm Baptismi minister sit aliqua certa persona.

HVic difficultati per aliquot conclusiones respondetur, & earũ prima sit. In vrgẽte necessitate ac immineti mortis periculo quicunq; homo siue sit clericus siue laicus, vir vel fœmina, etiã si sit infidelis, Iudæus, aut Paganus, imo etiam proprius parens, absq; hoc quòd priuetur iure petẽdi à propria vxore debitum: minister huius sacramenti esse potest non solenniter, & verũ sacramentũ baptismi conferre: dummodò formã, & materiã ab ecclesia institutã obseruet, & facere quod facit ecclesia, intendat. Et quidem de laico viro habetur. 93.d c Diacones, & de conse.d. 4.canone. constat. De fœmina verò habetur in cano. Super quibus. 30.q.3.&. in cano. Mulier, de conse.d.4. ac deniq; in cõc. 4. Carthaginẽsi.ca.100. De infideli, Iudæo, vel Pagano determinatur in cano. A quodam Iudæo. de conse d.4. & in cano. Firmiter. de summa trinitate, & fide catho. & in conc. Flo. vbi dicitur quòd à quocunq;, necessitate cogẽte, potest Baptismus cõferri. Et ratione probatur: nam ad Dei misericordiam, qui vult omnes homines saluos fieri, spectat vt in his quæ sunt de salutis necessitate, homo facilè remedium inuenire possit. At verò inter omnia sacramenta Baptismus est maximæ necessitatis: nam quamuis pœnitentiæ sacramentũ sit ad salutem peccatorũ necessarium: supplerí

Con.

Co. Car

C. Flo.

ri tamen potest per contritionem, ministro defficiente. Effectus verò baptismi integer secundū quòd in se claudit characterem [de potentia ordinaria loquendo] per nihil aliud suppleri potest. Quo fit, vt pueri sanctificati in matris vtero, licèt cōsequantur gratiā à peccato originali mundātē: non tamē ex hoc characterē consequuntur, quo Xp̄o cōfigurētur. Et idcirco si aliquis nunc in vtero materno sanctificaretur: necessū esset q̄ postq̄ ex vtero egressus esset, baptizaretur, vt per susceptionem characteris alijs Xp̄i membris cōformaretur.

¶ Sciēdū tamē est circa hāc cōclusionē, intelligēdū esse seruato ordine quodā, nēpe q̄ p̄sente sacerdote, nō baptizet laicus, neq; præsente masculo, baptizet fœmina, neq; fideli præsēte, baptizet infidelis. Nā hūc ordinē nō seruantes: quāuis sacramētū cōferāt, peccāt: nisi maior in dignitate nesciat formam aut sit præcisus ab ecclesia. Nā præsēte sacerdote excommunicato, & nō tollerato ab ipsa ecclesia, vel hæretico, vel suspenso, meliùs est vt baptizet laicus. Ita tenet Siluester verbo Baptismus. 3. §. 1. *Siluest.*

¶ Secunda cōclusio. Extra casum necessitatis vrgentis nulli nisi tātū sacerdoti baptizare licet, qui in p̄sentia episcopi baptizare pōt eò q̄ sibi ex officio incūbit solēniter baptizare. Hæc conclusio est omniū doctorū sentētia calculo approbata. Eā enim tenet. D. Tho. 3. p. q. 76. & Siluester verbo baptismus. 3. § 1. Et Caie. in cō mētariis super articulū. 4. &. 5, q. prædictæ. D. Tho. & patet: nam hoc est propriū officiū sacerdotis, vt in conc. Flo habetur. ¶ Sed dubiū est, qd pctū cōmitteret nō sacerdos, q extra hāc necessitatē baptizaret? Ad quod licèt Caieta. vbi suprà teneat q̄ non sacerdos q̄ndo absq; cōtēptu & solēnitate baptizat extra necessitatē: nō peccat mortaliter: crediderim tñ ego q̄ tā q baptizat, quā qui baptizatur si sit adultus, & pater etiam consentiens q̄ eius filius baptizetur à non sacerdote extra necessitatem in domo sine cę remonijs: mortaliter peccant, nisi ignorantia inuincibili excusentur, existimantes quòd illud licet. Hæc sententia pręter hoc, q̄ est Ricardi in. 4 d. 5 q. 4. ar. 1. & Scoti dis. 6. q. 1. & Palu. q. 1. ar. 2. in eadem dis. & absolutissimi theologi magistri Cano, probatur efficaci ratione. Quia tunc non sacerdos alienum officium vsurpat, quod audacissimum est. Præterea probatur: quia imponitur grauis pœna in iure non sacerdoti, in non imminenti. Articulo necessitatis baptizāti. Habetur enim extrà de clerico non ordinato ca. 1 quòd si sit vir minister ille, efficitur irregularis [in *2. Con.* *D. Tho* *Siluest.* *Caieta.* *Con. Fl.* *Dubium.* *Ricar* *Scot.* *Palude,* *Cano.*

quit enim tex] ꝙ si quis non ordinatus baptizauerit propter teme ritatem, ab ecclesia reijciatur, & nunq̃; ordinetur. Hęc autem pœ na pro mortali, & non pro veniali infligi solet. Nota tñ ꝙ si laicus extra necessitatem sic baptizaret, sacramẽtũ tenet: neq; est iteran dum, licet peccet [vt dictum est] cum solemnitate baptizare.

Notab.

¶ Tertia conclusio. Et si in iure diuino stando cuilibet sacerdo ti ex officio, etiam non imminẽti necessitatis articulo, liceat ba ptizare vt cõ. Flo. dicere videtur. tamẽ ecclesia iustè, sanctèq; in stituit, quòd soli parocho animarum curam habenti, liceat solẽni ter baptizare. Hęc cõclusio habetur in c. Interdicimus. 16. q. 1. & c. Adijcimus. Et ratione patet. Quia sacramẽta à suis presbyteris parochialibus sunt recipiẽda, nõ tamẽ efficitur irregularis sacer dos simplex oppositũ faciens, si quidẽ nõ habetur exp̃ssũ in iure.

3. Conc.

Con. Flo

¶ Et nota ꝙ ex licẽtia curati, aut ex priuilegio superioris, vel ex li centia episcopi, non tantùm simplici sacerdoti: verùm etiam dia cono licet baptizare solẽniter, vt est videre in c. Diaconus. de cõse. d. 4 & c. Adijcimus. Et hęc licẽtia posset nũc cõmitti diaco nibus, vbi raritas esset sacerdotũ, sicut in primitiua ecclesia erat.

Notabi.

¶ Quòd liceat recipere hoc sacramentum à malis ministris tolle ratis ab ecclesia, & quam intentionem minister habere debeat: iam tractauimus de sacramentis in genere.

XI. DIFFICVLTAS.

Vtrùm requiratur in baptismo aliquis leuans puerum de sacro fonte.

AD hanc difficultatem breuiter respõdetur, quòd nõ requiritur in Baptismo de necessitate sacramenti ꝙ sit aliquis leuans [ideſt] patrinus: sed ex celeberrimo ecclesiæ more iureq̃; pontificio, vt patet in. cap. Non plures. &. ca. Vos. de consecratione. d. 4. quia paruuli de nouo venientes ad fidem, institutore indigẽt in spiritualibus, ad quod ipsi patrini tenerẽtur q̃ndo puer aliũ institutorẽ nõ haberet. Nũc autẽ ex quo habẽt parẽtes catholicos, & visitãt ecclesias, ibi potiùs doceantur, & sic patrini excusantur.

Notab.

Con. Ma

¶ Notandum est hîc ꝙ quanuis non baptizatus possit baptizare [vt dictũ est] nõ tamẽ leuare baptizatum, vt declaratũ fuit in cõ. Magũ. Et ratio hoc suadet. Nam persona puerum leuans, non est necessaria: sicut baptizans. ✠ de consec. d. 4. c. in baptismate.

¶ Notandum

¶ Notandum est, quod qui vult esse verus patrinus: nõ solùm debet respondere verba solita: sed etiam tangere puerum. Imo responsio non est de necessitate seu essencia compaternitatis spiritualis: sed tentio, seu leuatio. Quo fit vt neq; ille, qui defert intẽ plum infantulum, neq; mulier quę illum à susceptore recipit, vt pãnis inuoluat, neq; ullus eorum, qui concomitantur, affinitatem contrahit. Similiter neq; ille qui cathecuminum teneret super fõtem ante baptismum, nisi postea Baptizatum susciperet, aut eũ dũ aspergeretur, teneret: affinitatem cõtraheret, quia non esset susceptor. Ex quibus rursus infertur quod cùm in necessitate fit baptismus priuatim, illic cõtrahitur affinitas: non autem postmodùm in catechismo, qui fit in ecclesia. Non tamen per hoc negare volo, q̃ contrahatur compaternitas in catechismo impediens matrimonium contrahendum, sed non dirimens contractum. Neq; si pater vel mater Baptizaret in tali necessitate impeditur à petitione debiti ab altero coniuge [vt dictum est] Quę cognatio contrahitur inter suscipientem & susceptum, vt videbimus in materia de matrimonio. *Notabil.*

XII. DIFFICVLTAS.

Vtrùm omnes teneantur ad Baptismi susceptionem.

HVic difficultatiunica hac cõ. respõdetur. s. post Christi passionem omnes homines tenentur ex Dei prę cepto Baptismum suscipere. Hęc con. habetur difficinita in c. Maiores. extrà de Baptismo, & eius effectu, & in con. c. Flo. sub Euge. 4. Probatur etiam ex sacris literis. Inprimis ex illo Ioã. 3. Nisi quis renatus fuerit &c & Matthei. vlti. & Marci vlti. Euntes, docete omnes gentes, baptizantes eos &c. Est etiam sentẽtia omniũ doctorum. Bernardus namq; in epistola. 77. ad Hugonem de sancto Victore inquit, non solùm prę ceptum esse de Baptismo, verùm etiam prę ceptorum prę cipuum, & Aug. li. 1 de Baptismo paruulorum. c. 18. tenet idem. & confirmatur ratione hęc nostra con. Nam certum, & indubitantum est, q̃ tenentur esse membra ecclesię, vt ex. c. Firmiter, constat. Habetur nanq; illic, vnam esse matrem ecclesiam extra quam nullum posse saluari: per baptismum autem membra ecclesiæ efficimur, vt ex di. Tho. q. 6. 8. ar 1. in corpore, & ad. 3. ar. q patet. Baptismus igitur cadit sub prę cepto. Vnde concludimus

Cõ. vni.
Con. Flo.
Ioan. 3.
Mat. vl.
Marci
Bernar
Augus.
D. Tho.

adeò Baptismum sub precepto vniuersos mortales obligante cadere, vt sit planè catholica veritas, & eius contraria assertio hęresis.

XIII. DIFFICVLTAS.

Vtrùm Baptismus sit medium necessarium ad salutem adultorum.

PRo huius difficultatis declaratione annotandum est, quod salus quandoq; pro salute, quam iusti habẽt in hac vita, accipitur, quę quidem in essendo in gratia consistit, quandoq; verò accipitur pro salute vitę ęternę, quam beati possident in patria.

¶ Annotandum est secundò quòd sacramentum Baptismi bifariam alicui deesse potest. Vno modo in re & in voto, quod cõtingit in illis, qui nec Baptizantur, nec Baptismi desiderium habent. Alio modo in re, sed nõ in voto & desiderio. His sic premissis sit.

1. Con. Ante habitam notitiam Baptismi, nec in re nec in voto explicito Baptismus est medium necessarium ad salutẽ, quam iusti obtinẽt in hac vita habendam. Legimus nanq; actuum 10. Cornelium nondum notitiam Baptismi habentem, virum religiosum timentemq; Deum fuisse. Timere autẽ Deum, religiosumq; esse sine gratia neminẽ posse esse, nemo est qui ambigat. Igitur ante Baptismi notitiam potest quis sine ipso Baptismo salutem consequi. Preterea: inquocùmq; momento quilibet potest se conuertere in Deum, & exire à peccatis, sine Baptismo igitur in re & in voto explicito suscepto, salutem hanc consequi poterit quandiu caret Baptismi notitia. Signater dixi in conclusione, Invoto explicito: nam votum implicitum requiritur, vt dicere videtur D. Tho 3. p. q. 69 ar. 4. Ille nãq; iam paratus est Deo & ecclesię obedire.

¶ Secunda conclusio. Baptismus in re adultis, & habentibus Baptismi notitiam nõ necessarius est ad salutem, sed sat est eis propositum habere illum suscipiendi.

¶ Tertia conclusio. Post notitiam Baptismi habitam, Baptisma in re vel in voto explicito medium necessarium esse adultis ad salutem notissimũ est, siue loquamur de salute quę in hac vita per gratiam, siue de illa quę per gloriam in patria habetur. Hęc con-

Notabi.

Act. 10

D. Tho.

2. Conc.

3. Con.

est expressè D. Aug. li. 1. contra Donastis. c. 8. & contra Gresconium grammaticum c. 13. quem adducit Tho. Vualden. li. de sacramentis. c. 97. Qui quidē dicit ꝙ neq; mors pro Christo, neq; cōtritio sufficiunt sine Baptismo in re vel in voto ad regnū cœlorum aperiendū. Quā obrem Dñs Cornelium misit ad Petrū, vt ab eo baptizaretur post habitam notitiā Baptismi, dicens, Accerse Simonē. &c. hic dicet tibi quid te oporteat facere, & hac eadē ratione Dñs dicit, Qui crediderit, & baptizatus fuerit: saluus erit, qui verò non crediderit [ideſt] cui ad minus suscipiēdi Baptismū desiderium non fuerit. condēnabitur. Concludimus igitur neminem sine Baptismo in re vel in voto saluari posse post notitiam & promulgationem Euangelii, nec etiam martyres. Qua propter etiam apostoli Baptismum receperunt vt ex D. Tho. constat vbi suprà. Hæ conclusiones, scilicet. 2 & 3. ponuntur ad literā in synodo Tridē. sessione .6. c. 4. vbi subdisiunctione decernitur post promulgatum euangelium posse quēq; per sacramētum Baptismi in re vel in voto saluū fieri. Nec tātùm apostolos Baptismum Christi suscepisse tenendū est: verùm etiam rationi multò cōsonātius est & ita piè tenendū, ꝙ Ioannes Baptista fuerit eodem Baptismo baptizatus. Cùm enim erga Christi baptisma tam officiosum sese Ioannes præstiterit: non verosi mile videtur, vt sine illo sacramento mori se sineret, quo fieret Christianus Imò & beatam virginem, & si non vt gratiā primā reciperet, quia ab instāti conceptionis illā habuit, vt tū charactere baptismali & Christiano insigniretur, quo fieret mēbrum ecclesiæ: credendū est fuisse baptizatā. Et hæc sententia videtur cōstare quantū ad Ioānem ex text. euangelico in illo Xpi respōso, Sine mō, qđ Ioāni dedit, dicenti, Ego à te debeo baptizari. &c. Quasi diceret, Sine me priùs hoc abs te officiū recipere, & ego tibi illico id ipsum repēdā. ¶ Sed dubitatur quid erit de illis, ad quos nondū peruenit euangelii notitia, seruātibus legē naturalē? Respōdetur ꝙ quantūcunq; seruent legē naturalē, non saluabūtur sine hoc sacramento in voto seu desiderio. Tū si ipsi fecerint quod in se est, ita quòd nihil contra legem naturalem agant: Deus mittet ad eos illuminandum prædicatores, scilicet angelum vel hominem, vt de Cornelio habetur actuum decimo, & de Eunucho. actorum octauo. Nunquàm enim Deus deficit in necessariis. Hīc solent disputare doctores, quæ fides sit requisita & sufficiat ad salutē: cui dubitationi duabus cōclusionibus plenè posse satisfieri existimo, quarū prima sit. In lege naturę & Mosayca ātē legis euangelicæ

D. Aug.
Th. Vual
D. Tho. syn. Tri.
Dubium
Actu. 10
Acto. 8.
1. Cor.

euãgelicæ diuulgationẽ fides implicita Christi sufficiebat. Hãc
Mag. Sẽ. con. habet magister sen. in. 3. d. 25. & ibidem omnis theologorũ
Di. Aug. sententia. Eam enim tenet D. Aug. li. 19. contra Faustum. c. 14. &
nunc etiam habet verum hęc con. nempe ꝙ sufficit fides implici-
D. Tho. ta ad obtinendam gratiam iustificantem. Ait nanq; D. Tho. 22. q
10. ar. 4. ad. 3. Cornelium iustificatum fuisse per hanc fidem impli
citam. Nam dicit ꝙ Cornelius non erat infidelis: alioquin eius o-
peratio accepta nõ fuisset Deo, cui sine fide nullus placere potest.
Vnde dicit ꝙ habebat fidem implicitam, nõdum manifestata euã-
gelij veritate. Item quia nullus potest habere fidem explicitã sine
prędicãte: & tamen Cornelius & alij similes consequuti sunt gra
tiam ac virtutes. Constat ergo liquidò fidem implicitam sufficere
ad salutem ante diuulgationem euangelij.

2. Con. ¶ Secunda conclusio. Post euangelij autem promulgationem fi-
des Christi explicita est ad salutem cuiuscunq; hominis necessa-
ria. Itaq; tam minores quàm maiores habere tenentur explicitam
fidem de Christi mysterijs, pręcipuè quantum ad ea, quę in eccle-
sia communiter solennizantur, & publicè proponuntur, vt sunt ar-
ticuli trinitatis & incarnationis. Hęc con. ostenditur euidẽter ex
Mar. vl. illo Marci. vlti. Euntes in mundum vniuersum, prędicate euange
lium omni creaturę: qui crediderit, & Baptizatus fuerit, saluus
Ioan. 3. erit. Qui verò non crediderit: condemnabitur. Item Ioan. 3. Sicut
Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filiũ
hominis, vt omnis qui credit in ipso, non pereat, sed habeat vitã
ęternam. Necessaria igitur est ad consequendam vitam ęternam
Actu. 10 fides explicita. Pręterea actuũ c. 10. Angelus Cornelio viro iusto,
ac timẽti Deum ait, Mitte, & accerse Simonẽ: ille dicet tibi quid
Augusti. te oporteat facere. Quę verba tractans Aug. in li. de prędestina-
tione sanctorum c. 7. Non sine fide [inquit] Cornelius orabat: nã
quomodo inuocabat, inquem non crediderat? Sed si non esset ne
cessaria fides explicita, nõ mitteret Dominus ad eum Petrum, qui
illi diceret, quę oporteret audire. Ille [inquit] dicet tibi quid te o
porteat facere. Pręterea probatur ex symbolo Athanasij, vbi dici
tur, Quicumq; vult saluus esse: ante omnia opùs est vt teneat ca-
tholicam fidem. Fides autem catholica hec est, vt vnũ Deum in
trinitate, & trinitatem in vnitate veneremur. Et enumeratis diui-
nitatis articulis, subdit, Sed necessarium est etiam ad ęternam sa-
lutem: vt incarnationem quoq; domini nostri Iesu Christi fideli-
ter credat. Ac deinde recensitis articulis humanitatis, concludit,

Hęc

Hęc eſt fides catholica, quam niſi quiſq; fideliter, firmiterq; credi derit, ſaluus eſſe non poterit. Poſtremò probatur. Nam in ſynodo Tridẽtina nuper celebrata ſeſsione. 4. decreto. 1. determinatur, ꝙ ſine fide noſtra catholica impoſsibile eſt placere Deo, & vocat fidem orthodoxam, quę explicatur in ſymbolis tam Apoſtolorum quàm Athanaſij, & Niceni. *Sy. Tri.*

XIIII. DIFFICVLTAS.

Vtrùm Baptiſmus ſit differendus.

PRo huius difficultatis elucidatione diſtinguendũ eſt. Nam vel loquimur de Baptiſmo paruulorũ: & tunc eſt con. Quòd non eſt differendus Baptiſmus: quã tenet D. Tho. 3. p. q. 68. ar. 9. & ratione probatur, tum quia non expectatur maior inſtitutio, aut plenior conuerſio in eis, tum etiam propter mortis periculũ, quia eis alio remedio ſubueniri nullatenùs poteſt. Vel loquimur de Baptiſmo adultorum: & ſic eſt ſecunda con. Quòd eſt differẽdus Baptiſmus, quia debent priùs per octo mẽſes catezizari [ideſt] inſtrui, vel tempore arbitrario quouſq; ſufficienter ſint inſtructi, niſi mortis articulo periclitentur. Quia ſi tale immineat periculũ, omni tempore baptizari debent, vt expreſſè habetur de conſe. diſ. 4. c. Hi qui. Ita nanq; intelligitur. c. illud Iudęi. de conſe. eadẽ diſtinctione. Quid autem ſit iſte catechiſmus, & in quibus conſiſtat: infrà in ſuo prõprio loco docebimus. *Conclu. Di. Tho. 2. Con.*

¶ Tertia concluſio. Licèt ſint cõſtitutiones eccleſiaſticę, quibus cauetur ac pręcipitur, quòd huiuſmodi adulti baptizentur in paſchate & Pẽtecoſte, vt habetur de conſe. d. 4 c. Catechiſmus, & c. Duo tempora. hoc tamen intelligendum eſt de Baptiſmo ſolenniter celebrato, vt patet ex gloſa. in. c. Nè quod abſit. de conſe. d. 4. Nam abſq; tali ſolennitate non prohibetur Baptiſmus ſiue adultorum ſiue infantium alijs temporibus fieri, & hoc ſiue neceſſitas immineat ſiue nõ. Philippus enim ſtatim Eunuchũ baptizauit: cùm illum ſufficiẽter inſtructum vidit. Similiter Petrus ſtatim Cornelium, & eos qui cum eo erãt baptizauit. Imo iam videtur derogatum eſſe ius canonicum per cõtrariã cõſuetudinẽ. Quòd ſi abſq; vlla prorſus cauſa diutiùs diſtulerit, peccatũ erit contra ius diuinum, mortale quia pręceptum ipſum obligat ſub mortali. *3. Concl.*

Chrisſ. tali. Chriſoſto. nanq; homilia. 1. ſuper acta apoſtolorum, eos acriter inculpat, qui baptizari vſq; ad finem vitę differebant. Carere enim aliorū ſacramentorū beneficio ſine baptiſmo neceſſum eſt. Quocirca opportunitate data, vt cùm quis iam ſatis eſt inſtructus, & temporis decẽtia adeſt, neq; legitimum aliquod obſtaculū baptiſmū cohibet atq; ,phibet, baptiſmi pręcepto tenetur: & nõ expectãda eſt prędicta ſolennitas. Nec ego video quonãmodo ſolẽnitas iſta in hoc nouo orbe commodè obſeruari poſsit paucitate miniſtrorū & multitudine baptizandorū conſiderata. Sũmè enim cauendum nobis eſt, nè eccleſiæ conſtitutiones, quę pro charitate ordinatę ſunt: contra charitatem militent, quia quod pro charitate ordinatū eſt: cõtra charitatẽ militare nõ dbet, ait Bernardus.

Berna

XV. DIFFICVLTAS.

Vtrùm intentio ſuſcipiendi baptiſmi ſacramentum requiratur ex parte baptizandi.

Con. HVic difficultati hac cõcluſione reſpondetur. Quòd eſt neceſſaria intentio ad minus generalis in adultis, qua baptiſmum ſuſcipere intendãt, ſicut Xp̃us inſtituit, & eccleſia tradidit. Probr̃, nã ḉmadmodũ ad hoc quòd homo moriatur veteri vitę, requiritur ni vtente vſu rationis voluntas, qua eum veteris vitæ pœniteat: ita requiritur etiam voluntas, qua intendat nouitatem vitæ, cuius initium eſt ipſa baptiſmi ſuſceptio. Confirmatur ex ritu eccleſiæ, quę iubet vt veniens ad baptiſmum, interrogetur qnid petat, & ã baptizari velit, & reſpondendo quòd ſic, ſuam aperit volũtatis intentionem, & non ſufficit quòd alius reſpondeat pro eo, quando

Ioann. 9 ,p ſe reſpondere poteſt iuxta dictum euangelicum Ioannis. 9. Eatem habet, ipſe pro ſe loquatur. Paruuli verò, cùm nec corde nec ore confiteri valeant: alij pro eis reſpondent. Vnde in adultis formalis, in paruulis verò interpretatiua requiritur intentio, ſcilicet eccleſiæ, quæ paruulum per ſuos miniſtros & baptiſmo offert, &

Duran. baptizat, vt tenet Duran. in. 4. d. 4. q. 7. Nec exiſtimes requiri in adultis ſemper actualis intentio, ſed ſufficit virtualis, vt ſi habuit intentionem actu, quę ipſum ad baptiſmum induxit, licèt dum baptizatur eum mente vagari contingat: verùm baptiſmare

Notabil. cipit talis adultus. Sed annotandum eſt diſcrimen inter baptizantem

eſt diſcrimen inter baptizantem & baptizatū, quòd ille miniſter qui baptizare alium propoſuit, ſi contingeret vt dormiens vel a mens baptizaret, baptiſmum non conferret: quia non eſſet actus humanus. Si autem propoſuiſſet baptizari aliqs, tunc, licèt bapti zaretur dormiens aut amens, eſſet baptiſmus, vt habetur in.c. Maiores. Quia propoſitum præcedens ſufficeret, vt ſuſceptio illa iudicaretur voluntaria, & vt cenſeretur non ponere obicē. Ex his infertur ſecundùm omnium theologorum ſententiam, & vt ex. conc. 3. Chartha c. 34. & de conſe. d. 4. c. Ægrotātes, & ex. c. Ma Cō Car. iores. extrà de baptiſmo conſtat: quòd qui interiùs reſiſtit: etiam ſi exteriùs conſentire videatur, non ſolùm non recipit gratiam, ſed neq; characterem: & idem dicitur in eodem. c. Maiores. de dormientibus: quod intelligendum eſt, ſi priùs q̄ dormitum irent, con tritionem haberent. Nam tunc iudicandum eſt, hos dormientes eodem modo ſe habere. Quod quidem quia chriſtianæ religioni [quę libera eſſe debet] repugnat, ſuſceptionem ſacramenti etiā quoad characterem impedit: ſecus autem eſſet ſi antea aliquando intentionē habuiſſent baptiſmū ſuſcipiēdi: & nunq̄ illā retractaſſēt.

¶ Annotare tamen hîc opùs eſt quòd in foro eccleſiæ ille qui ex Notabil. teriùs voce conſentiret, intus tamen diſſentit, non dubium quin compelleretur ab eccleſia ſeruare fidem & legem Chriſti, quanuis re vera non eſſet Chriſtianus. Ratio eſt quia ipſa tantū iudicat de exterioribus. Ex prehabitis iam colligitur neminem coactum abſoluta coactione, poſſe baptiſmi nec ordinis characterem ſuſci pere, vt in dicto c. Maiores. habetur. Cùm enim Deus cuncta ſua uiter diſponat, id maximè de fide & lege euangelica conſtituit, vt nemo niſi conſentiens, Chriſtianus fieret. Si tamen coactus minis & terroribus quis baptizetur, ſi talis vis ſit imperfecta & conditionata: verè ſuſcipit hoc ſacramentum quantum ad chara cterem & fidem mortuam, licèt non recipiat gratiam, vt conſtat ex. c. De Iudęis. d. 45. Et ratio eſt. Quia iſte talis [vt. 3. Ethi. Ariſt 3. Ethi ait] quàmquàm conditionaliter nolit, abſolutè tamen vult: non tamen valet conſēſus iſte coactus minis & terroribus in ſacramē to matrimonij conficiendo, tum quia eſt contractus naturalis & ciuilis, qui ſi per iniuriam metu mortis celebretur, iure ipſo ciuili inualidus eſt, tum etiam quia non imprimitur character in matrimonio, ſicut in baptiſmo & ordine.

XVI. DIFFICVLTAS.

Vtrùm

Vtrùm pueri ſint baptizandi.

1. Conc. D. Tho.

HIc difficultati vnica concluſione reſpondetur, nẽ pe q̃ neutiquàm licet dubitare pueros eſſe baptizandos. Hanc concluſionem tenet. D. Tho. in. 3. p q. 68. ar. 9. & eandem tenent ſine diſcrimine aliquo omnes catholici doctores. Et ratione confirmatur Nam nullomodo licet dubitare pueros peccatum originale contrahere, cùm ſecundũ Apoſtolum peccatum primorum parentum in omnes homines pertranſeat, & Dauid. Pſal. 50. ait, ſe in iniquitatibus fuiſſe conceptum, & Iob. 3. c. maledixit diei, in qua natus fuerat. Cùm igitur pueris aliud remedium non exiſtat ad hoc delendum peccatum q̃ Baptiſmus: cùm nõdum p oſsint corde credere ad iuſtitiam, nec ore proprio confiteri ad ſalutem, conſequens eſt eos eſſe baptizandos. Quo circa diuini noſtri duces, ſcilicet a poſtoli probauerunt infantes recipi ad Baptiſmum, vt ait Dionyſius vlti. c. de Eccleſiaſtica hierarchia. Tenenda ergo eſt de fide hæc noſtra con. Habetur enim diffinita in. c. Maiores. & in. c. Firmiter. de ſumma trinitate & fi. catholica. & in conci. Tridenti. canone. 13. vbi diffinitur non eſſe rebaptizandos paruulos, cùm ad annos diſcretionis peruenerint, & ſunt poſtmodùm compellendi ad fidem ſeruãdam, ſiue ſint ex parentibus chriſtianis nati, ſiue ex infidelibus. Sunt nanq; iam de republica eccleſiæ, eiuſq; iuriſdictioni ſubiecti. Ita enim habetur ſancitum in conci. Toletano. 4. Cuius verba referuntur. d. 45. c. De Iudæis.

Pſal. 50. Iob. 3. ca

Dionyſi.

Con. Tri

Con. To.

XVII. DIFFICVLTAS.

Vtrùm pueri Iudæorum vel aliorum infidelium ſint inuitis parentibus, baptizandi:

1. Concl.

PRo huius difficultatis declaratiõe p̃mittenda eſt bimẽbris diſtinctio videlicet. Aut pueri iſti habẽt vſũ rationis, aut nõ. Etſiquidẽ habẽt: eſt. 1. cõ. q̃licitè mo ueri poſſunt, & induci verbis ad Baptiſmũ ſuſcipiendũ parẽtibus inuitis, nõ tñ licet illos cõpellere vi, & armis ad illũ ſuſcipiẽdũ. Hæc con. probatur. Quia cũ incipiunt habere vſum rationis: incipiũt eſſe ſui iuris in hoc, & nõ eſſe ſub cura parentũ. Vnde ſicut abſq; ipſorũ iniuria poſſent matrimoniũ cõtrahere: ita ipſis inuitis, poſſũt baptiſmũ ſuſcipe. At verò ſi nõ habẽt vſũ ratiõis, omiſſa opiniõe Sco. i. 4. d. 4. q. vl. vbi aſſerit, prĩcipes Chriſtianos

Scot.

Christianos benè facere pueros infideliũ, inuitis parẽtibus, Baptizando dum cautela adhiberi posset, vt Baptizati religioſè posſent educari: omissa [inquam] hac ſententia. Sit con. noſtra tenenda negatiua, ſcilicet quod non licet illos Baptizare, inuitis parentibus. Hanc concluſionem tenet. D. Tho. 3. p. q. 68. ar. 10. & habetur expreſſè in c. De Iudęis. d. 45. Dicitur enim illic, Præcipit ſancta ſynodus nemini deinceps ad credendum vim inferri. Talis nanq; inuiti ſaluandi non ſunt, ſed volentes. Prętęrea, quia ſi inuitis parentibus, Baptizarentur: ſequeretur magnum detrimentum fidei. Nam facilè ex parentũ perſuaſione relinquerent ſtatũ, quem vi ſuſceperunt propter naturalem affectum, quem erga parentes habent, & ad infidelitatem reuerterentur. Prętęrea, quia quandiu pueri vſu rationis carent, iure naturali ſunt ſub cura & tutela parentum. Vnde maximam iniuriam illis inferret, qui contra eorum voluntatem illos Baptizaret: niſi aliquis eſſet iam iam moriturus infantulus, itaq; de illo nulla eſſet ſpes ſalutis: tũc enim nullam videretur irrogare fidei iniuriã, qui eum Baptizaret, cùm nulla inde apoſtaſia probabiliter timeretur, neq; parẽtibus. Quia cùm re vera ſit moriturus. nõ eum ſeparat ab illis Baptizator, ſed mors. Prętęrea, quia ius diuinum & gratia non deſtruunt naturã, quin imo illam perficiunt. Deſtruerent autem illam: ſi liceret filios infidelium Baptizare, ipſis parentibus inuitis: non igitur licet. Quibus rationibus innixa eccleſia, nunquàm in terris Paganorũ huiuſmodi pueros Baptizare conſueuit, quanuis parentes malè vtantur dominio, quod habent in filios. Non enim eſt eorũ iudex eccleſia: cùm Paulus dicat. De his qui foris ſunt: qd ad nos? Vnde colligitur ꝙ licet eccleſia in potentia & habitu iuriſdictionem habeat in totum orbem ſi fidem ſuſceperit: actu tamen vim coactiuam minimè exercere poteſt, niſi in eos, qui eam ſua ſponte ſuſceperũt, niſi fortè vel terras noſtras inuadant, vel nobis alia ſint ratione infeſti. Nec pręceptum de Baptiſmo commodè eo modo adimpleri poteſt. Nam quanuis pręceptum de non occidendo adimpleri poſsit per medium coactum: non tũ pręceptum de Baptiſmo, nec pręceptũ de audiẽda miſſa, neq; de confeſsione, aut deſuſcipienda Euchariſtia. Quia hęc pręcepta per media libera ſunt adimplenda: & non debemus ad hoc aliquem cogere, ſed tãtùm admonere. Et ratio huius diſcriminis eſt: quia eripiendo puerum de manibus patris illum volẽtis corporaliter interficere: conſequitur effectus prętentus, nempe ꝙ non interficiatur. Vnde vis illa

Con.

D. Tho.

Paulus.

vis illa illata patri est medium ordinatum ad vitam illius pueri cõ seruandam. At verò baptizare pueros infidelium per vim non est medium aptum, & ordinatum ad implendum præceptum de Baptismo, & ad saluandam vitam spiritualem propter periculum relinquendi fidem ex patris conuersatione [vt dictum est].

Notabil. ¶ Annotandum est tamen, q̃ si alter parentum consentiret: possemus eorum filios baptizare, vel si eorum alter veniret ad fidẽ: auferri deberet filius à parẽte manente in infidelitate, & huic cõuerso dari secundùm. D. Tho. in. 4. d. 39. q. 1. ar. 4. ad quartum, & habetur in synodo Toletana prædicta.

Di. Tho. Syn. To.

Notabil. ¶ Notate q̃ meritò dixi, Inuitis parentibus infidelibus: nam secus est de filiis christianorum. Quia cùm sint de iurisdictiõe ecclesiæ: quantunuis parentes reluctentur, possunt baptizari. Imo ipsi parentes contradicentes tanq̃ apostatæ essent puniendi.

3. Con. D. Tho. Caieta. Antoni. ¶ Tertia con. Si filii infidelium baptizarentur defacto inuitis parentibus: verum Baptismum reciperent. Hanc conclusionẽ tenet. D. Tho. 3. p. q. 68. ar 10. & Caietanus ibi, & Antoninus. 2 p. ti. 12. c. 2. §. vltimo. Et ratione probatur: quia illic est vera materia, & vera forma, & intentio ex parte ministri, vt supponitur, & ex parte recipientis non est obex. Nam consensus pueri recipientis non requiritur: quia sicut peccatum originale sine proprio cõsensu cõtrahitur, ita sine proprio consensu remittitur, vt habetur expressè in. c. Maiores. de Baptismo. Nec etiam impedit aduerum Baptisma contradictio parentum: cùm non deducatur ex aliquo loco sacræ scripturæ alienam voluntatem requiri ad hoc sacramentum recipiendum. Vltimò confirmatur hæc sententia ex illo. c. allegato De Iudæis. vbi non permittuntur rebaptizari: quin imo præcipitur illic vt fidem, quam etiam vi vel necessitate susceperũt, tenere coganturnè nomen Domini blasphemetur, & fides, quam susceperunt vilis, ac contemptibilis habeatur.

Dubium ¶ Sed iam quòd non licet baptizare filios in fideliũ qui Christianorum serui non sunt, dubitatur: an liceat filios in fideliũ qui sunt serui Christianorũ [vt capti in iusto bello] baptizare? Ad quod dubium breuiter respondetur, q̃ tenendum est tanq̃ verior & probabilior sententia licere illos baptizare inuitis parentibus. Hãc sententiã tenet Caieta. in cõmen. 2. 2. q. 10. ar. 12. Et ratione probatur:

Caieta. quia si pueri carẽtes vsu rationis auferrẽtur & baptizarẽtur, nõ fieret eis p̃iudiciũ, sed potiùs cõferretur illis magnũ bñficiũ, nec parẽtibus eorũ: q̃ licitè possũt eis auferri & vẽdi i seruitutẽ fidelibus

vel

vel infidelibus propè vel longè, vt alii concedunt: quo facto ſub trahuntur totaliter à cura parentum, & ſubſunt in omnibus curæ eorum, quibus venditi ſunt. Quocirca ſi ab eis tollantur, & offerantur Baptiſmo, nulli videtur fieri iniuria. Nō tamen eſſet decēs, nec ſecurum q̄ pueri baptizati manerent ſub cura infidelium parentum, nè cùm ad annos diſcretionis peruenirēt, eos à fide retro cedere facerent. Similiter baptizare poteſt eccleſia filios hęreticorum inuitis parentibus: quia poteſtatem habet ſuper eos, cùm poſsit illis inferre iuſtum bellum. Eſt nāq; hæreſis Lutherana hac noſtra tempeſtate, quòd hæretici non ſunt compellendi. Similiter ſi quis furtim vel violenter ab infidelibus, qui ſunt in Africa, vel in India liberi, ſuos paruulos ſurriperet: poſſet eos elōgatos à ſuis parentibus baptizare: eſſet tamen nefas illo fine eos capere.

¶ Sed dubium ſe offert hîc non contēnendum vtrū ſcilicet, adultos infideles ſolùm vt fidem ſuſcipiant, minis, & terroribus, atq; aperto bellorum impetu liceat cogere? Ad quod dubium, omiſſa Scoti ſententia vbi ſuprà, tenenda eſt contraria ex cōmuni doctorum conſenſu. Dicit nanq; D. Tho. in. 2 2. q. 10. ar 8. & 12. quòd ſunt huiuſmodi infideles inducēdi ad fidē nō coactione, ſed p̄ſuaſione, idē & Ricardus in. 4 d 6 a 3. q 1. & Petrus de Palu. & Durā. vbi ſuprà, & Magiſter Soto in. 4 d 5. q vnica, & p̄clariſsimus magiſter à Victoria in ſua relectione de Indis inſulanis. p 6. Probr̄ ex illo verbo Xp̄i, Prædicate euāgeliū &c. Et docete oēs gētes. Nō ait vi ipſum obtūdite, ſed docēdo p̄ſuadete, & q ſua ſpōte crediderit, & baptizatus fuerit ſaluus erit. Itē ex illo Matt. 10. Cùm diſcipulos miſiſſet ad p̄dicādū, has leges eis p̄ſcripſit, Infirmos curate, mortuos ſuſcitate, leproſos mundate, dæmones eiicite, & nō dixit, Sanos plagis afficite, aut viuentes trucidate, & nec virgā vllam feratis, ſcilicet poteſtatis. Quinuerò intrantes domū [ait] ſalutate eā dicētes, Pax huic domui [hoc eſt] ecce vobis pacem offerimus, pacemq́; annuntiamus euangelicam. Et ſtatim ſubiungit, Quicunq; non receperit vos neq; audierit ſermones veſtros: exeuntes foràs de domo vel ciuitate, excutite puluerem de pedibus veſtris. Non ait, Perſiſtentes, cogite vt vos audiāt: ſed relinquite eos in ſua infidelitate: noluit ergo Dās, vt eos bello infeſtaremus. Quo fit vt illos, qui nos audire nolent, compellere vt audirent, non poſſemus: benè tamen [vt dixi] perſuadere. Sic enim intelligendum eſt, cùm dicitur quòd ineſt nobis ius tam diuinū q̄; naturale p̄mulgādi euangeliū vbiq; terrarū ſecūdū illud. Mar. vl.

Dubium.

Scot.
D. Tho.
Ricard.
Pet. Pal.
Duran.
Soto.
Magiſt.
Vito.
Mat. 10

Mar. vl.

Euntes

Euntes in mundum vniuersum, prędicate euangelium omni creaturę. non quidem minis & terroribus, sed persuasionibus, blandimentis, ac benignitate, & ad eundem modū intelligere oportet illud Lucę. 14. Compelle eos intrare vt impleatur domus mea, & illud Pauli ad Thi. 4. Argue, obsecra, increpa. &c. Vel possumus dicere q̄ in illa parabola loquebatur Dominus cū hęreticis, quos [vt dixi] compellere possumus: ita vt cùm illic dicitur, Claudos, & debiles, ac cęcos introduc huc: per omnes istos, intelligamus hęreticos: & q̄ ob id eos iussit compellere: & per illos, qui tantū inuitauit, intelligamus omnes infideles, qui nunquàm fidem nostram susceperunt. Et idcirco istos qui se excusarunt, compellere non iussit. Quia credere, est voluntatis: timor autem multum minuit de voluntario [teste philosopho. 3. Ethi.] Et vt rem hanc concludamus, alijs prætermissis testimonijs & rationibus, hoc vnū argumentum, quod mihi facit satis, ex omnibus selegi, nempe q̄ nullum vnq̄; aut sanctorum pontificum, aut conciliorum reperi talem cogendi modum ad intrudendam fidem, vel docu sse vnq̄;, vel permisisse. Imo sanctorū patrum concilia huius coactionis opinioni vnanimiter contradicunt, vt apertè in illo conc. 4. Tolet. tano citato monstratur.

Luc. 14 ad Thi. 4

Ethi. 3.

Con. To Notabil.

¶ Nota tamen q̄ si quis prędicationem nobis impediret, iure possemus eius violentiam etiam armis propulsare. Exemplum est, si princeps aliquis tyrannus aliquam nobis prouinciam prædicādi gratia adeuntibus, vi ingressum prohiberet, aut nos in carcerem detruderet, vim illam vi repellere possemus.

XVIII. DIFFICVLTAS.

Vtrùm pueri existentes in vteris maternis sint Baptizandi.

1. Conc. Augusti.

DE hanc difficultatē sit Prima con. nullo modo eos esse baptizandos. Hanc conclusionem tenet Diu. Augustinus in epistola ad Darda. Inquit nanq; nemo renascitur: nisi prùs nascatur. Certum autem est Baptismum quandam regenerationē esse, anteq; ergo nascantur: non possunt baptizari. Prętera, quia baptismus est quędam ablutio: puer autē in vtero existens non potest vllo

modo

modo aqua ablui, quia quanuis ablutio Baptiſmalis corpus matris lauet: tamen ad filium in vtero exiſtentē pertingere nō poteſt, ſiquidem puer ille tam quoad corpus q̄; quo ad animā diſtinctus eſt à matre. Vnde ſecundùm omnes doctores & ius cano. de cōſe. d. 4. c. Qui in maternis. expectanda eſt pueri natiuitas. Si tamē interficeretur mater pro Chriſto ſecus eſſet. Quia tūc etiam puer exiſtens in vtero interficitur. Sed ſi abluatur mater: non abluitur puer [vt dictum eſt].

¶ Sed nunquid eſt aliquod remedium, quomodo paruuli ſaluentur in vteris maternis? Ad hoc Caie. in commen. 3. p. q. 68. ar. 11. aſſerit poſſe huiuſmodi pueros ſaluari per ſacramentum Baptiſmi non in re, ſed in voto parentum ſuſceptum cum aliqua benedictione prolis, ſeu oblatione ipſius ad Deū cum inuocatione trinitatis. Ratio illius eſt. Quia rationabile [inquit] videtur, vt diuina miſericordia prouiderit homini in quocunq; naturali ſtatu de aliquo remedio ſalutis, ita vt nullum reliquerit ſtatum potentem allegare, impoſsibile eſſe ſibi ſalutis remedium. Non ergo videtur, q̄ Deus dereliquerit pueros exiſtentes in vteris maternis ſine remedio. Sed. D. Tho. exp̄ſſē in loco citato, & in. 1. 2q. 113. ar. 3 & inquolibeto. 6 ar. 4. dicit q̄ non habent aliud remedium niſi Baptiſmum, & idem tenet Aug. in. li de natura & gratia. c. 8. & ita indubitanter tenendum eſt. Vt tamē clariùs explicemus hanc materiam tres concluſiones in medium adducemus, quarum prima ſit. Ex ſpeciali priuilegio Dei, & ex ſola eius miſericordia poſſunt ſaluari pueri in vteris maternis. Hanc concluſionem habet Dominus Durandus in 4. d. 6. q. 2. & Pau d. 1. q. 1 & Gabriel d. 6. q. 1. & Alexan. Alen. 4. p. q. 13. membro. 1. & D. Tho. vbi. ſupra ad. 1. Nā dicit quòd poſſunt ſubijci operationi Dei apud quem viuunt, vt quodam priuilegio gratię ſanctificationem conſequantur. Idē habet in. 4. ſen. d. 24. q. 1. ar 2 quęſtiuncula. 3. ad 2.

Caie.

D. Tho
Auguſt.

1. Con.

Duran.
Palud.
Gabriel.
Alex. al.
D. Tho.

¶ Secunda con. Hęreticum videtur eſſe dicere q̄ ſit aliquod remedium inſtitutum à Deo regulare vel cōmune, quo pueri ſaluētur prętер Baptiſmum. Probatur hęc con. ex Paulo. ad Titū 3. Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis, & ad Eph 5 Chriſtus dilexit eccleſiam ſuam, mūdans eam lauacro aquę in verbo vitę. Habet etiam illam D. Aug. in. 3. li de origine animę c. vlti. aduerſus Vincentium qui hunc errorem habuit. Tenet etiam ſynodus Tridētina ſeſsione. 4. c. 3. 4. & 5. & ratione p̄batur. Quia ſi illud remedium eſſet ſufficiēs: eſſet ſacramentum, ac ex conſequenti

2. Con.
Ad Tit.
Ephæ. 5.
D. Aug.
Syn. Tri

essent octo sacramenta, quod hęreticum est asserere.

3. Conc. ¶ Tertia conclu Temerarium videtur esse asserere, ꝙ pueri siue in vtero, siue extra vterum saluentur in fide parentum per commune priuilegium. Probatur hæc con. quia illud asserere, est contra

Con. Tri omnium sanctorum, & omniũ theologorũ sententiã. Habetur nanq; in conci. Triden. Si quis dixerit Baptismum nõ esse necessariũ ad salutẽ: anathema sit Nec fides antiquorum patrum sufficiebat vt filii saluarentur, nisi adhiberetur aliquod signum exterius, vt te

D. Tho. net. D. Tho. in. 3. p. q 68. ar. 1 ad. 1. In omni enim lege tam noua, q̃ scripta, q̃ naturæ, adhibuit Deus paruulis viuentibus propria vita, existentibusq; extra vterum, remedium per aliquod signum exterius: non autem pro existentibus in vtero.

Dubium. ¶ Sed dubitatur, quid faciendum sit de pregnãte dãnata ad mortem? Respõdetur ꝙ est expectandus partus, vt habetur in l. Negatur ff. de mortuo, & in. l. Imperator. ff. de statu hominum.

¶ Sed quid faciendum si illa ęgrotet ad mortem, an aperiẽda sit, vt fœtus baptizetur: quod temporibus nostris medicus quidam consuluit, & pessimè. Dicitur igitur ad dubium ꝙ nullatenus est

Rom. 5. aperienda: tũ quia non potest sciri euidenter futuram esse mortẽ matris: tum quia licèt sciretur [teste Paulo ad Roma. 3.] non sunt facienda mala, vt veniant bona. Igitur cùm ex huiusmodi apertione euidenter mors matris sequatur: non est aperienda. Verum est tamen, ꝙ iam mortua esset aperiẽda, vt si puer viuus reperiretur:

Di. Tho. baptizaretur, vt dicit D. Tho. 3. p. q. 68. ar. 11. ad tertium.

XIX. DIFFICVLTAS.

Vtrùm furiosi, & amentes sint baptizandi.

1. Con. HAEC difficultati aliquibus conclusionibus respondetur, quarum prima sit. Si aliquis sit perpetuò amens, quia sic natus est, & nunq̃ vsum rationis habuit: huiusmodi baptizandus est. Probatur. Nam idem iudicium est de isto ac de pueris: sed pueri ante vsum rationis baptizari possunt in fide ecclesiæ, ergo & huiusmodi amẽs.

2. Con. ¶ Secunda conclusio. Si quis priùs vsum rationis & sanam mentem habuit, postea verò in amentiam incidit: si quando habuit vsum rationis Baptismum suscipere voluit: absq; dubio est baptizandus

zandus etiam si tunc renitatur actualiter.

¶ Tertia conclusio. Siquis cùm vsum rationis habuit, baptismum suscipere noluit: postea dementia captus, non est baptizandus, & si de facto baptizaretur: nihil baptismus ei prodesset. Ratio secundæ & tertiæ conclusionis est. Quia præterita voluntas presens reputatur. Quo fit vt quanuis tota ciuitas occideretur pro Xpo, priuilegio talis martyrij non gauderet, vt alij, imò periret. Secus si à nati uitate fuisset amens: nam tunc & prodesset ei baptismus & martyrium. 3. Concl.

¶ Quarta conclusio. Siquis taliter sit amens, de quo creditur ad pristinam sanitatem redire posse [vt contingit in illis, qui solēt habere lucida interualla] quanuis anteà baptismum suscipere voluerit [nisi periculum mortis immineret] non est statim, baptizandus. Probatur. Quia melius est, vt tempus in quo ad sanā mentem redeat, expectetur: ne sacramento irreuerentia inferatur. Et ob hanc causam non sunt baptizandi dormientes quantuncunq; in vigilia priùs voluerint baptismum suscipere, nisi constet periculum mortis eis imminere. Has omnes cōclusiones sic intellectas tenet expresse. D. Tho. 3 p. q. 68. ar. 12. 4. Conc

¶ Sed annotandum est magnopere, quòd si quando quis voluit suscipere baptismum & incidit in amentiam, constaret nobis ipsū existere in mortali aliquo, nempe in concubinatu, de quo pœnitere nolebat: malè faceremus tunc baptizādo existentē posteà in amentia, neq; tunc ei baptismus prodesset ad gratiam suscipiēdam, cùm secundùm cōmuniorem sententiam sicut peccatum actuale sine proprio consensu non contrahitur: ita nec sine proprio consensu remittitur, vt in. c. Maiores. habetur. Requiritur enim in adulto pœnitentia, vt alibi dico. Notandum est autem illum nūq; pœnituisse de illo peccato [vt supponimus] siquidem iudicādū est de conscientia & voluntate amentis, sicut anteq; incideret in amentiam. Præterea. Quia nunq; aliquis per sacramentum fit cōtritus, nisi sit atritus: ille autem in amentia existens nullam dispositionem actumq; humanum habet: imò ponit obicem virtualiter, quia sufficit ad hoc quòd nunc dicatur ponere obicem, quòd anteq; in amentiam incidisset, affectum habuisset ad peccatum: cùm illa voluntas censeatur nunc perseuerare in illo, non ergo aliquid ei prodesset baptismus. Verùm est tamen, qnòd si admitteretur adultus cum solo originali sine culpa actuali, si illo modo dispositus incideret in amentiam, de illo esset maior D. Tho. Notab.

difficultas. Nam cùm ad remiſsionem originalis non requiratur actualis fides, ſed ſatis eſt fides eccleſiæ illũ offerentis, & ille non poſuerit obicem criminis actualis: non immeritò cenſeretur baptizari poſſe, & fieri martyr ſi occideretur pro χ̃po. Sed tamẽ
D. Tho. D. Tho. non admittit in adulto originale ſine actuali culpa, eò q̃ perueniens ad vſum rationis tenetur ſe ilicò conuertere in Deũ.

De baptiſmi effectibus.

XX. DIFFICVLTAS.

Vtrùm Baptiſmus remittat peccata omnia, nempe tam actuale, quàm originale.

Con. vni
Cõ. Flo.
Con. Tr
D. Tho

HAc difficultati vnica concluſione affirmatiua reſpõdetur. Hęc concluſio ponitur diffinita in conc. Flo. ſub Eugenio. 4. & in concilio Tridentino ſeſsione. 5. Hanc etiã concluſionem vnanimiter tenent omnes catholici doctores. Eã enim tenet. D. Tho. 3 p. q. 68. ar. 12. & probant doctores ex. c. A paruulo: de conſe d. 4 vbi dicitur, Nullus eſt, qui nõ peccato moriatur in baptiſmo. Sed paruuli tantùm originali, maiores autem omnibus moriuntur peccatis, etiam quę malè viuẽdo addiderũt originali. Probant etiã
Ezechie. ex ſacro eloquio. Habetur enim Ezechielis. 36. Effundam ſuper
Exo. 14. vos aquam mundam, & emundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris. Probant etiam ex illo exodi 14. Vbi dicitur de Ægyptijs, quòd omnes ſuffogati ſunt in mari rubro, ita vt nec vnus ex eis remanſit. Per quod figurabatur, quòd omnia hominum peccata ſuffocanda erãt in aquis baptiſmi. Nec tantùm de hac concluſione non licet dubitare, ſed nec licet dubitare qnòd per baptiſmũ remittatur tota pœna debita pro peccatis, quę ſoluenda erat in purgatorio, vel in inferno, ſed hîc nũq; finiretur. Habetur nãq; de conſe. d. 4. c. Per baptiſmum. q̃ quicquid ab homine dictum, factum, & cogitatum eſt: totum aboletur, & quaſi factum non ſit
Rom. 11. habeatur. Et. c. Sine pœnitentia &. c. Per aquam & c. Regeneran te, ſuper illud ad Roma. 11. Sine pœnitentia ſunt dona & vocatio Dei. Ait Ambro. Gratia Dei in baptiſmo nõ requirit gemitũ &c.
Rom. 6. ſed omnia gratis condonat. Præterea, Paulus ad Roma. 6. inquit, In baptiſmate commorimur Xp̃o [ideſt] applicatur nobis eius paſſio

sio, ergo totam emundat conscientiam quò ad culpam & quò ad
pœnam,&.1 adCor.6.post lõgã enumerationẽ omnium peccato 1.Cor. 6
rum subdit,Et hęc quidem fuistis,sed abluti estis,sed sanctificati
estis,sed iustificati estis in noĩedñi nostri Iesu Christi. Vnde ad Oc
eanum inquit Hieronymus omnia peccata per baptismum do-
nata esse verè & fideliter. Ex his manet iam reprobatus error Lu
theri,qui dixit peccatum originale remitti in baptismo,sed neuti
q̃; radicitùs deleri,sed[sicut philosophi dicũt]qualitatem remit
ti,licèt non funditùs tollatur,sed remanentem concupiscentiã ve
rè esse actuale peccatum, itaq; concupiscentia carnis, quę est in
viro iusto, dicunt quòd est actuale peccatum: quod hęreticũ est:
nam non peccatum,sed inclinatio ad malum est, cui per gratiam
Dei resistere possumus,dimittitur igitur ĩ baptismo originale pec
catum,& excõsequenti omnia actualia peccata : quia cùm remis
sio peccati fit reconciliatio in amicitiã Dei,consequens fit,vt ori-
ginale absq; mortalibus,aut vnum mortale sine omnibus remitti
nequeat quia impium est à Deo dimidiam sperare veniam. Ac p
consequns etiam remittũ ur venialia, quoniã qui maiùs dimiittit,
quid mirum quod & minus dimittat. Lauat igitur baptismus tam
ab omni actualium multitudine,q̃;ab originali. Vnde de conse. d·
4. c. Generante. dicitur. Generãte carne, tantũmodo trahitur pec
catum originale,regenerante autem spiritu sancto,non tãtum ori
ginalium,sed & voluntariorum fit remissio peccatorum. Nec tã-
tum per baptismum in re susceptum remittitur culpa, sed etiam
omnis pœna cuicunq; non ponenti obicem,quod non facit pœni-
tentia,siue illa quę subsequitur baptismum,siue illa quę prȩcedit
cum voluntate ac intentione baptismũ suscipiendi. Quia solùm
remittitur per illã pœna debita pro peccatis secundùm quantitatẽ
cõtritionis. Tãta enim põt esse cõtritio pœnitẽtis,vt per sacramẽ
tũ absolutionis prorsus omnia remittantur peccata quò ad culpã
& pœnã. Inter alias enim differentias,quę inter baptismũ & pœni
tentiã solent assignari,hęc est vna. Nõ tamẽ per hoc intelligatis
baptismũ tollere pœnã,quę in foro exteriori debetur,vt D. Tho. D. Tho.
manifestè dicit in. 3. p. q. 69. ar. 2. ad. 3. nõ enim baptismus liberat
furem à suspendio. At verò à pœnis ecclesiasticis,quæ ex proprio
delicto sequuntur benè liberat,nempe ab irregularitate quæ con
sequitur ex homicidio ,& ab omni alia irregularitate siue ex deli-
cto siue sine illo contracta,excepta dũtaxat irregularitate,quæ ex
bigamia contrahitur. Si enim quis duas vxores habuit in infideli

tate, vel vnam in infidelitate, alterâ verò in fidelitate: ordinẽ recipere non põt. Quia baptiſmus non tollit hanc irregularitatem, vt tenet Ambro. libro. 1. de officijs. c. vlti. Cuius verba habẽtur. 26. d. c. Vna. Eãdem ſentẽtiam tenet. D. Aug. li. de bono coniugali. c. 18. & eam approbat. D. Tho. in addi. 3. p. q. 66. ar. 4. & ſuper epiſtolam ad Titum. c. 1. & ſuper Epiſtolam. 1 ad Thimo. c. 3.

Ambro.
D. Aug.
D. Tho.

XXI. DIFFICVLTAS.

Vtrùm per baptiſmum deleantur pœnalitates huius vitæ.

PRo huius difficultatis elucidatione ãnotare oportet, quòd in præſenti difficultate non loquimur de pœnis actualibus peccatis debitis, quia de his in põcedenti difficultate diſeruimus: ſed loquumur de pœnalitatibus, quæ cum originali peccato contrahuntur, nempe concupiſcentia carnis, morbiq;, & calamitates, ac deniq; mors. Hoc fundamento ſic præmiſſo, vnica concluſione me ſatisfacere poſſe arbitror. Baptiſmus virtutẽ auferendi præſentis vitæ pœnalitates habet: non tamen eas in præſenti ſeculo aufert, ſed eius virtute auferentur à iuſtis in reſurrectione corporum. Hæc concluſio duabus rationibus manifeſtis oſtenditur. Prima. Quia notum eſt Xp̃ũ à principio ſuæ incarnationis fuiſſe plenum gratia & veritate, & tamen corpus paſsibile habuiſſe, quod poſt paſsionem & mortem reſurrexit glorioſũ: pari ergo ratione Xp̃ianos in baptiſmo gratiam conſequi quantùm ad animã: corpus autẽ remanere paſsible, & in reſurrectione immortalitatẽ induturum, fateri opũs eſt. Et ita ad Roma. 8. ait Apoſtolus, Hæredes quidem Dei, coheredes autem Xp̃i, ſi tamen cõpatimur, vt ſimul glorificemur. Secunda. Quia decuit has pœnalitates in homine remanere poſt baptiſmum propter ſpirituale exercitium vitæ Xp̃ianæ, vt videlicet contra concupiſcentiam atq; aliarũ calamitatũ incurſum pugnantes, victoriæ coronam aſſequeremur. Nec per gratiam baptiſmi in illũ ſtatũ innocentiæ in hac vita nos reuocari decuit, à quo Adam cecidit per peccatum. Status nanq; ille erat ſupernaturalis, et ideò cùm illum non recuperamus, manemus in noſtra natura, quæ eſt vt ſimus mortales. At verò natura mortalitatis ſecũ & morbos & alias calamitates trahit, ac carnis cõcupiſcentiã ad verſus ſpiritum. Dicuntur tamen iſta nobis

Con. vni
Roma. 8

in pœ

in pœnâ peccati obueniſſe, quia eramus in ſupernaturali iuſtitia originali, quam per peccatum primorum parentũ amiſimus. Præterea. Experientia ipſa, atq; ex ſacra pagina conſtat, ꝙ per baptiſmum ab huiuſmodi calamitatibus nõ liberemur. Quò fit, vt hęreticum ſit aſſerere quòd per baptiſmum penitùs extinguitur fomes peccati, ſcilicet concupiſcentia [quę in renatis non eſt peccatũ, ſed effectus peccati] quę quidẽ ad peccatũ inclinat, & ex peccato eſt. Habetur enim condemnatio huius hęreſis in conc. Triden. ſeſsio. 5. Aduerſus hunc errorem ſcripſit eleganter Thomas Vualden. li. de ſacramentis. c. 97. vbi quàm plurima teſtimonia ad hoc probandum adducit, & inter cætera illud Pauli ad Roma. 7. Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati. Et ad Galat. 5. Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnem. Similiter aſſerere ꝙ non minuatur fomes iſte in baptizato pluſquàm in non baptizato, eſt error. Nam quãuis maneat in baptizato illa inclinatio naturalis ſeu concupiſcentia, & nec diminuatur, nec debilitetur quantũ ad ſubſtantiam, quia eſt potentia naturalis: & gratia non tollit naturam, ſed perficit: tamen in hoc ſenſu fomes ille dicitur alligari, & minui, ac debilitari in baptizato, quia per baptiſmum habetur maior virtus ad concupiſcentijs reſiſtendum, vt habetur in. c. Placuit. de conſe. d. 4. c. ſequenti, & in conc. Mileuita no. c. 2. & 3. & in Clementina vnica de ſumma trinitate.

Con. Tr.
Th. Vua
Roma. 7
Gala. 5.
Con Mi·

XXII. DIFFICVLTAS.

Vtrùm per baptiſmum conferatur gratia illum ſuſcipientibus, & an æqualis detur omnibus.

HVic difficultati, præmiſſa diſtinctione, nẽpe ꝙ duplex eſt baptiſmi effectus, quidã per ſe, quidã autẽ per accidens: quinq; concluſionibus reſpondetur, quarũ prima ſit. Nemini dubitare licet, ꝙ per Baptiſmũ gratã adultis q̃ pueris cõferatur. Hæc cõ. præter hoc ꝙ ex præcedẽti difficultate infertur manifeſtè: nã ſi p baptiſmũ datur emundatio & ablutio peccatorũ, neceſſũ eſt etiã cõferri gratiã, illã ablutionẽ efficiẽtẽ. præter hoc [inquã] tenet eã D. Tho in. 3. p. q. 69. ar. 6. & habetur diffinita in Clemẽtina. 1. de ſumma Trini. & fi. catho. & in. c. Maiores. de baptiſmo.

1. Cor
D. Tho

2. Con. ¶ Secunda Con. Quanuis ꝙ per Baptiſmum conferatur gratia illum digne ſuſcipientibus ſit de fide: attamen quòd gratia ſit qualitas ab homine diſtincta, & virtutes, & pariter quòd fides, ſpes, & charitas ſint habitus diſtincti prudentiarum ſicut acquiſiti qui per Baptiſmum infundũtur: ſolùm tanq; probabilior ſententia dictis q; ſanctorum conformior hactenus habita eſt. Nunc autem nouiſ-

Sy. Tri. ſimè in ſynodo Tridentina, tãquàm certa veritas eſt ſub hoc verborum tenore decreta, ſeſsione. 6. c. 11. Si quis dixerit hominem viuificari vel ſola imputatione iuſtitię Chriſti vel ſola peccatorũ remiſsione excluſa gratia & charitate, quę in cordibus eorũ per ſpiritum ſanctum diffundatur, atq; illis in hęreat: aut etiam gratiam, qua iuſtificamur eſſe tantùm fauorẽ Dei, anathema ſit. Et prę ter teſtimonia ſacrarum literarum, quibus maximè conſonans eſt

ad. Ti. 3. hęc veritas, vt eſt illud ad Titum. 3. Saluos nos fecit per lauacrũ regenerationis & renouationis ſpiritus ſancti, quẽ effudit in nos abundè, & alia multa, ratio hoc ſuadet. Quia cùm Deus ſuauiter

Sap. 8. diſponat omnia, vt habetur ſapientię. 8. Non quomodocunq; nobis fert opem, ſed gratiam nobis infundit, qua diuinę ſuę, [vt ait. Petrus] conſortes faciat naturę, ac ſubinde potentias virtutibus exornat, quibus vnaquęq; ſuum valeat officium perficere, vt intellectum fide ad credendum, voluntatem autem ſpe & charitate ad ſperandum & diligendum. Itaq; ſicut naturaliter ad productionem animę, conſequitur potentiarum emanatio, quibus anima ipſa operatur, ita & ad infuſionẽ gratię, quę dat illi eſſe ſuper naturale, conſequitur in potentijs ad operandum virtutum infuſio, & in eodem gradu fidei & modò gratiã & virtutes infundi per Baptiſmum paruulis ſicut adultis, oportet nos fateri.

3. Concl. ¶ Tertia Con. Regenerare homines inuitam ſpiritualem, & infuſio gratię & virtutum, qui ſunt effectus ad quos per ſe Baptiſmus inſtitutus eſt, ęqualiter per hoc ſacramentum omnibus pueris dãtur. Probatur. Quia omnes pueri ęqualiter ſe habent ad Baptiſmum, ſi quidem nõ infide propria Baptizãtur, ſed infide eccleſię.

4. Con. ¶ Quarta Con. Licèt ex ſe Baptiſmus conferre habeat ęqualem gratiam omnibus adultis illum recipientibus: tamen propter conditionem ſubiecti ſic vel aliter diſpoſiti, infundit maiorem in vnoq; in alio, veluti quanq; ignis per ſe eundẽ effundat calorem: qui tamẽ propinquius accedit, vehemẽtiùs caleſcit. Accedunt nanq; adulti ad Baptiſmum per propriam fidem, & quidam cum maiori, quidam autem cum minori deuotione. Idcirco quidam plus, qui

dam

dam minus accipiunt, ſicut in vno adulto plura peccata remittit Baptiſmus q̄; in alio, quia plura in illo reperit, & nō propter gratię baptiſmalis conditionem, cùm minima ſit ſufficiens ad omnia peccata delenda. Vnde in quolibet ſoluit quodcumq; in uenerit vt. Di. Tho. dicit in. 3. p q 69 ar. 4. ad 1. D. Tho.

¶ Quinta concluſio. Effectus Baptiſmi per accidens, ſcilicet ad quem Baptiſmus non eſt ordinatus, vt ſunt dona gratuita vt ſalus corporalis: non ſolùm non datur ęqualis omnibus adultis etiā ſi cū ęquali deuotione accedant, ſed neq; omnibus pueris: quia diſpenſantur huiuſmodi effectus ſecundùm ordinem prouidentiædiuinæ. 5. Conc.

XXIII. DIFFICVLTAS.

Vtrùm fictio impediat effectum Baptiſmi.

PRo huius difficultatis declaratione primò annotare oportet, quòd fictionis nomine intelligitur hypocriſis, & quòd cùm accedens eo ipſo acceſsionis opere profiteatur ſe rectam fidem habere Chriſti, velle q̄; ſe ab ipſo iuſtificari: id tamen non gerit in pectore. Itaq; ille dicitur fictus, qui aliud interiùs in corde habet, aliud verò in ore exteriùs oſtendit. Vnde quicumq; ad Baptiſmum acceſſerit cum voluntate remanendi in veteri vita, & ſine fide, & dolore de peccatis, ſine atritione, & ſine deuotione, vel cum contemptu ipſius ſacramēti, exiſtimans non eſſe in eo efficaciam ad ſalutem efficiēdam, vel cum ioco & riſu, dicitur accedere fictus.

¶ Annotare oportet ſecundò, quòd bifariam quis dicitur fictus, nempe quia eius voluntas contradicit Baptiſmo, quia interiùs illum non vult recipere, vel quia contradicit illius effectui, quia licèt illum vult recipere: attamen non vult relinquere peccata. His igitur ſic præmiſsis, prima Con. ſit. Qui accedit ad Baptiſmum vel pœnitentiam cum fictione primo modo accepta, nec recipit gratiam, nec ipſum ſacramentum. Notabi. 2. Con.

¶ Secunda con. Qui accedit ad Baptiſmum cum affectu peccandi mortaliter, & ſine proproſito emendandi corrigendiq; vitam, ſi intendit facere quod eccleſia intendit, licèt verum ſacramentum recipiat: nō tamen illius effectum recipit, ſcilicet gratiam, imò mortaliter peccat in ipſamet receptione, & ſacrilegus efficitur. Quo fit vt huiuſmodi peccatoribus non ſit conferendum Baptiſma,

ptiſma, & tam ille qui cum voluntate peccandi accedit ad Ba-
Sap. 1. ptiſmum ſiue ad aliud ſacramẽtum, q̃; ille qui illud confert, pec-
cat mortaliter, & eſt ſacrilegus. Probatur ex illo ſapientię. 1. Spi-
ritus ſanctus diſciplinę effugiet fictum. Cùm igitur gratia à ſpiritu
ſancto ſit, conferri ficto per Baptiſmum minimè poteſt. Signan-
ter diximus in con. Si accedit cum affectu mortaliter peccandi:
nam tunc duntaxat dicitur accedere fictus ſimpliciter, & non re-
cipere gratiam. Qui autem accedit cum affectu venialiter peccan
di, dicitur tãtùm ſecundùm quid fictus: & verè recipit gratiã, eò q̃
Notabil. ipſam cum peccato veniali exiſtere poſſe, nemo ſit qui dubitet.

¶ Annotandum eſt quòd quando quis per Baptiſmum, vel pœni
tentiam recipit ſacramentum, & non gratiam [vt in. 2. concluſio-
ne diximus] Baptiſmus conſequitur ſuum effectum recedente
fictione [vt ſuprà diximus, vbi adduximus. c. illud. Tunc valere in
cipit. de conſe. d. 4.] Sicut enim lapis dum generatur, illicò deorſũ
mouetur niſi impediatur: quare amoto impedimẽto, ſtatim cadit
ſimiliter quicunq; baptizatur, characterem ſuſcipit baptiſmalem,
& gratiam ſimul ſuſciperet, niſi obſtaret fictio illa: ergo per pœni
tentiam ſublata, recipitur gratia: & ſic illa peccata quę Baptiſmũ
pręceſſerunt, per ipſum Baptiſmum remittuntur, & non per pœni-
tentiam: nam aliàs ſi per pœnitentiam remitterentur, ſequeretur q̃
aliquis in regnum cœlorum ingrederetur abſq; regeneratione ex
Ioan. 3. aqua & ſpiritu ſancto, quod manifeſtè aduerſatur textui euange
Con. Flo lico. Ioan 3. Niſi quis renatus fuerit. &c. Prętereà in remedium
originalis peccati ſecundùm con. Flo. ſolus Baptiſmus inſtitutus
eſt: pœnitentia nanq; duntaxat pro actualibus peccatis poſt Ba-
ptiſmum cõmiſſis inſtituta eſt. Quocirca ſacerdos confeſsionem
illius qui fictè acceſsit, audiens, pro ſolis commiſsis poſt Baptiſ-
mum iniungere debet pœnitentiam, nõ autem pro illis quę ante
Baptiſmum commiſit: quia pro iſtis cùm quis baptizatur, nõ eſt
aliqua ſatiſfactio ſeu opus pœnale iniungendum, neq; poſtmo-
dùm, quando pœnitet de peccato fictionis. Nam aliàs maxima in
iuria irrogaretur Baptiſmo, quaſi illîc non eſſent omnia condo-
nata. Quo fit, vt nil vetaret, aliquem remiſsionem omnium pec
catorum poſſe conſequi per duo ſacramenta, vt in pręſenti caſu
recedente fictione obtinet remiſsionẽ peccatorum pręcedenti-
um Baptiſmum virtute ipſiusmet Baptiſmi, & ſequentium virtu-
te pœnitentię.

Dubium. ¶ Sed dubium eſt non contemnendum, an illud peccatum fictio

nis

nis deleatur per Baptiſmum, an per pœnitentiam? Cui dubio duabus concluſionibus, vnica diſtinctione premiſſa, reſpondetur. Diſtinctio eſt, q̃ aut loquimur d̃ illo peccato fictionis ſecũdũ q̃ p̃cedit cõſumationẽ Baptiſmi, & dicit pſeuerãtiã maculę, aut actualis cõmiſſionis, ſeu omiſſionis ſimul cũ Baptiſmo, ita q̃ in aliquo inſtanti verũ ſit dicere, hoc peccatũ eſſe, & nõ eſſe Baptiſmũ: vel loquimur d̃ illo peccato fictionis ſecundũ q̃ exiſtit ſimul cum characterе. Eſt igitur iã. 1. cõ. Accipiẽdo illud peccatũ primo modo, quãtũ ad culpã & quãtũ ad pœnã dimittitur per Baptiſmũ: accipiendo verò ſecundo modo, tollitur per pœnitentiam: quia in illo inſtanti, in quo recipit characterem, iam eſt Chriſtianus, & ſubiectus eccleſię. At verò omnia peccata, quę aliquis committit quãdo iam eſt ſubiectus eccleſię, ſunt delenda per pœnitentiam, ergo nec fictio, neq; ſubſequentia peccata delentur per Baptiſmum, ſed per pœnitentiam. Et notandum eſt quòd ad remiſſionem peccatorum Baptiſmum precedentium, ſat eſt habere internam attritionem, videlicet pœnitentiam, quę eſt virtus iuxta illud actuum 2. Pœnitentiam agite, & baptizetur vnuſquiſq; veſtrum. Ex quo loco euidenter colligitur requiri ad Baptiſmum in adulto aliquẽ actum poſitiuum pœnitentię mortalium. Nam niſi eum pœniteat veteris vitę, nouam inchoare nõ poteſt. Cùm enim dicit Ambro. quòd Baptiſmus nõ requirit planctum nec genitum, intelligẽdũ eſt, [inquit Magiſter. ſen. 4. d. 4.] de exteriori ſatiſfactione: quia deteſtatio peccatorum interna neceſſaria eſt, non tamen omnium peccatorũ in particulari, ſed ſatis eſt aliqua generalis, ſcilicet vt pœniteat hominẽ ſe peccaſſe: in quo Baptiſmus differt à ſacramẽto pœnitentię. Requirit etiam pœnitentię ſacramentum vocalem confeſsionem omnium peccatorum, quę fit ſacerdoti, quę nõ requiritur ad remiſſionem precedentium Baptiſmum: imò ſi fieret, neq; eſſet ſacramentum, neq; abſolutio conferret gratiam, imò nequè eſſet abſolutio: quoniam ante Baptiſmum vſus clauium eccleſię locum non habet, ſed ſufficit illa generalis confeſsio, qua ſecũdũ eccleſię ritũ abrenuntiãt ſatanę & omnibus põpis eius. Si tamẽ qui baptizãtur, ex deuotione ſua peccata cõfiteri velẽt ante Baptiſmũ, eſſet cõfeſsio audiẽda: nõ tamen ſatiſfactionẽ, neq; abſolutionẽ ſacerdos impẽdere poſſet: quia magnã irrogaret iniuriã Baptiſmi ſacramẽto, cùm ſit õniũ ſacramẽtorũ ianua, & p illã homo à culpa & pœna abſoluatur. Deberet tamẽ cõtra peccata conſueta eis informationem vitę ſpiritualis tradere.

1. Con.

Notabil.

Actu. 2.

Ambro.

Mag. ſẽ.

¶ Anno

Notabil. ¶ Annotare etiam hîc opus est, quòd licèt requiratur in peccatore adulto actus positiuus, nec sufficit illi negatiuè se habere ad hoc sacramentum recipiendum vt patet ex.c. Maiores. de Baptismo & ex D. Tho. 3. p. q. 86. ar. 2. ad primum. Non remittuntur [in quit] peccata etiam in Baptismo sine actuali immutatione voluntatis, quod fit per pœnitentiam. Non tamen est intelligendum ante Baptismum, pœnitentiam hanc prærequiri tanquàm cõcausam gratiæ, ita quòd simul concurrat cùm Baptismo ad remissionem peccatorum, sed tanq̃ causam per accidens ad obicem tollendum

D. Tho. ne adultus accedat ad Baptismum immundus, vt eleganter probat D. Tho. in. 4. d. 4. q. 2. ar. 1. q. 1. ad primum. Hæc omnia quò ad remissionem peccatorum Baptismum præcedẽtium dicta sint: nam ad remissionem sequentium requiritur contritio, vel saltem attritio simul cum pœnitentiæ sacramento. Vnde ad remissionem peccati fictionis, quæ concomitatur characterem baptismalem: necessaria est contritio, vel saltem attritio cum pœnitentiæ sacramento. Quid autem sit attritio, quid verò contritio videbimus in materia de pœnitentia.

Nota. vl ¶ Vltimatè notandum est non solùm verũ esse Baptismum recedente fictione consequi suum effectum: verùm etiam pœnitentiã. Quare non est assignanda ratio, cur aliqua sacramenta singulariter hoc habeant, nempe quòd recedente fictione consequantur

Siluest. suum effectum, quam assignant Siluester verbo Baptismum. 4. § 17. & alii doctores, videlicet quia imprimunt characterem: cùm notum sit pœnitentiam characterem non imprimere, &

D. Tho. tamen suum effectũ consequi recedente fictione. Nec oĩa sacramenta characterem imprimentia consequi suum effectum existimo, sed duntaxat Baptismus. Et quanuis. D. Tho. in. 4. d. 4 q. 3. ar. q. 3. ad tertium affirmare videatur, omnia solaq; sacramenta quæ characterem imprimunt, attingere suum effectum recedente fictione, tamen postmodùm in eodem libro. d. 17. q. 3 ar. 4. re oculatiùs inspecta, idem ait de sacramento pœnitentiæ, & in. 3. p. solis his duobus sacramentis hoc tribuit. Ratio ergo huius differentiæ inter hæc duo sacramenta ex vna parte, & reliqua ex altera est. Quia quemadmodum pueri remissionem originalis, ac proinde salutem consequi non possunt sine Baptismo in re, ita neq; adulti sine pœnitentia in re vel in voto. Sunt enim duo sacramenta ad salutem necessaria.

¶ De

De catechiſmis.

XXIIII. DIFFICVLTAS.

Vtrùm catechiſmus debeat præcedere Baptiſmum.

HVic difficultati duabus concluſionibus Reſponde- 1. Con.
tur, quarum prima ſit affirmatiua, qua illi directè Reſpõdetur. Pro cuius probatione ãnotare oportet ꝙ ſecundùm omnes doctores catechizare idẽ eſt, qđ inſtruere. Vnde catechiſmus nihil aliud eſt, q̃ fidei inſtructio ſeu eruditio. Tunc probatur con. Primò ex illo quod habetur de conſe. d. 4. c. Ante Baptiſmum. Ante Baptiſmũ [ait tex] catechizandi debet hominem prẽuenire officium: vt fidei primũ catecuminus accipiat rudimẽtũ. Deinde probatur ratione: quia cùm in Baptiſmo profiteamur fidem, & credere preſupponat eruditionem eorum, inquibus fides conſiſtit: nam, quomodo credẽt ei, quem non audierunt? quomodo autem audient ſine prędicãte? [ait Paulus ad Roma. 10.] conſequens ſit vt ille Baptiſmum ante Rom. 10.
cedere debeat.

¶ Secunda con. Iſte catechiſmus, ſcilicet inſtructio in 4. conſiſtit. Primùm nanq; oportet quòd doceãtur articulos fidei, & ſingulis diebus eis exponantur in ſua lingua, ſicut habentur in cartula parmulorũ, & ſunt pſuadẽdi vt credant. Nã ſcriptũ eſt de hac diſpoſitione, Accedentem ad Deum oportet credere quia eſt, & quod inquirentibus ſe remunerator ſit. Prẽcipitur enim de conſe. d. 4. c Ante viginti. Quod ante viginti dies catecumini ſymbolum doceantur. Item proponatur illis ꝙ omnia, quę ſunt in cœlo & interra, fecit ſolus Deus iſte: quamobrem eum reuereri, timere, colere, amare, ac eius mãdata obſeruare debemus omnes. Doceantur etiãfrequẽter quomodo Deus factus eſt pro nobis homo, & quomodo pro nobis mortuus eſt, vt nos apoteſtate & ſeruitute dęmonis redimeret, ſub qua per peccatum eramus. Doceãtur etiam quomodo de reliquo oportet eos dęmonis cultum relinquere, & credere quod omnia quę cultum diaboli concernunt, ſunt falſa & mendatia, & quòd ſoli Deo eſt credendum & ſeruiendum, quoniam nemo poteſt duobus dominis ſeruire. Doceantur etiam frequenter, quòd Deus ſibi ſeruientibus dabit vitam ęternam in cœlo: vbi beati ſemper Deum videbunt, & ſemper gaudebunt, nunq̃; infirmabuntur, nunq̃; morientur, numq̃; laborabunt. 2. Con.

Secundè

¶ Secundò doceantur quæ sint mortalia peccata, & maximè ea, in quibus Gētiles huius terræ plurimùm peccare solebant Oportet enim eos docere idololatriā illicitam esse & malam, omnēq; cultum dæmonis, ac omnes superstitiones, vt credere vera esse ea quæ in somnis videntur & alias innumeras superstitiones. Docere etiā eos oportet relinquere mendatia, quia est diaboli loquela, & qui mentiūtur, sunt filii diaboli, qui autem loquuntur veritatem, sunt filii Dei. Doceantur similiter, quo pacto peccata carnalia sunt horrenda ac detestanda, & maximè peccatum contra naturam. Itē adulteria, stupra, tactus impudici, osculaq;, & alia huiusmodi turpia. Doceantur etiam castè & honestè viuere, & non sicut bestiæ cum suis vxoribus si eas habent, q̄ si non habent: interim non debent aliquam mulierem cognoscere. Doceantur quoq; huiusmodi infideles quomodo non debent turpiter agere cum aliquo masculo, neq; se ipsos polluere, neq; se inebriare: quia omnia talia sunt abominanda ac detestanda, & qui talia agunt regnum Dei non consequentur, vt dicit Paulus ad Gala. 5. Et postq̄ sic instructi fuerint, in
Gala. 5. terrogādi sunt à ministro, an eos pœniteat talia cōmisisse, & an de eis displiceat? & ad hoc eos adhortetur exemplo Ioā. Bap. quiue nientibus ad Baptismum suum pœnitentiam prædicabat. Et cùm responderint q̄ sic: moneat eos vt de reliquo non repetant, quia non sufficit relinquere peccata, & de eis displicere, sed necessū est etiam vt deinceps non ea committant, nec habeant propositū cōmittendi. Nam quanuis peccatoribus propter præteritum peccatū non sit denegandum Baptismi sacramentum, cùm specialiter institutum sit, vt per ipsum peccatorum sordes mundentur, vt Paulus
Ephe. 5. ad Ephe. 5. inquit, Mundans eam lauacro aquę in verbo vitæ: tamen peccatoribus voluntatē peccandi, propositumq; perseuerandi in peccatis habentibus, denegādum est. Nam sicut qui indignè manducat Christi corpus iudicium sibi manducat, ita qui indignè accedit ad Baptismum, iudicium acquirit. Propter hos enim dixit
Matt. 7 Dominus. Matthei. 7. Nolite sanctum dare canibus, neq; mittatis margaritas ante porcos. Verum est tamen q̄ si huiusmodi adultis habentibus propositum peccandi, administraretur Baptismus: verè reciperent characterem, & essent baptizati: non tamen reciperent rem sacramenti, scilicet gratiam, cùm illum recipiēdo moraliter peccent obicem ponendo. Sed Baptismus iste in mortali receptus valere incipit fictione recedente, vt patet ex. c. Tunc valere incipit. de conse. d. 4 [vt dictum est]

¶ Tertiò

¶ Tertiò est necessarium ꝙ doceantur adulti mandata Dei cum eorum expositione, sicut dicit Dominus Marcivlti. Euntes ergo, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris. &c. Docentes eos seruare omnia quæcunq; mandaui vobis. *Mar. vl.*

¶ Quartò doceantur, Pater noster, Aue maria, Credo, Salue regina. Exquo colligitur quàm malè, quantoq; cũ periculo hucusq; in his partibus ministri fecerint, qui hoc sacramentũ absq; aliqua instructione in fide & moribus administrauêre. Debet enim adultus qui baptizari debet, symbolum discere, vt habetur in concili. Laodicensi. & in conci. Agathensi. *con. Lao con Ag.*

¶ Posteaq̃ igitur in his prædictis quatuor instructi sufficiẽter fuerint: baptizentur, scilicet quando estò nõ sciant memoriter: sciãt tamen benè distinctèq; respõdere. Ita q; si quis interogetur, an Christus natus sit ex Maria virgine? sciat respondere ꝙ sic, & si interrogatus fuerit, an natus sit ex Maria non virgine? sciat respõdere ꝙ non, & sic de cæteris articulis. Sic enim pauci sunt, qui fidei articulos ignorent.

De exorcismis.

XXV. DIFFICVLTAS.

Vtrùm exorcismi debeant præcedere baptismum.

PRius q̃; huic difficultati satisfaciam: tria annotare oportet. Primum ꝙ exorcismi sunt in duplici differẽtia, quidam qui Baptismum præcedũt, qui sunt quædam sacramentalia, vt exufflatio & immissio salis, appositio sal iuæ. &c. quidam autem qui ipsum Baptismum sequuntur, vt inunctio quæ fit in vertice, & impositio cerei & vestis candidę. Secundum ꝙ per ea, quæ in exorcismo aguntur non solùm aliquid significatur, sed etiam efficitur, & non sicut quidam dixerunt, ea quę in exorcismo aguntur, nihil efficere: sed solũ effectus Dei significare. Vtitur nanq; ecclesia in exorcismis imperatiuis verbis ad expellendã dęmonis potestatẽ quasi virtute sibi diuinitùs tradita, cũ ait, Ergo maledicte diabole, exi ab eo. Et ita hẽt. D. Tho. in 3. p. q. 71. ar. 3. &. Soto in 4. Neq; ex hoc sequitur huiusmodi exorcismos esse sacrã: nã & si suos effectus similiter ex ope opato sortiãtur, tñ neq; gratiã gratũ facientẽ significãt in quo ratio sacr: cõsistit: neq; illã cõferũt q̃ ẽ pfectio nouæ legis sacrõrũ, sed solũ tollũtur ipedimẽta gr̃æ salutaris pcipiẽdæ impediẽtia. *D. Tho. Soto.*

¶ Tertium

Notab.3 ¶ Tertium quod annotare oportet est, quòd per ea quę in exorcismo peraguntur, excluditur duplex impedimentum huius salutaris gratię per Baptismum percipiendę. Quorum primum est extrinsecum pro vt hominis salutem dęmones impedire conantur: & hoc impedimentum excluditur per exufflationem, & insufflationem, quę significant ac efficiunt expulsionem mali spiritus, & boni introductionẽ, & hoc quantum ad hoc quòd non pręstet impedimentum sacramento suscipiendo vt dictum est, non tamen quantùm ad maculã ac reatum pœnę, quiquidem vsq; ad Baptismi susceptionem non tollitur. Secundum impedimentum est intrinsecum, quod quidem homo ex peccato originali cõtraxit. Habet nãq; hõ ex infectione huius peccati sensus occlusos ad percipiẽda salutis mysteria, & hoc impedimentũ tollitur per contactus saliuę in ore, auribus, & naribus Baptizandi factos. Significat enim ac efficit saliua his sensibus appositа, sensuum spiritualium apertionẽ. Debet nanq; habere aures apertas ad audiendum verba Dei & fidei documenta, & significat quòd debet esse promptus ad loquẽdum de fide, quia locutio fit mediante saliua. Crux quã sacerdos facit ei ď sputo ad aures, ad nares, & ad os significat ꝙ Baptizãdus ďbet habere aures cordis clausas nè audiat suggestionem diaboli, os etiã debet habere clausum nè mala verba loquatur, & debet sic viuere, vt sit secundùm doctrinam Apostoli bonus odor Christi in vita sua: vel istud significat, quòd debet emittere fumum orationis deuotè, per quem effugatur dęmõ, iux-
Tho.4.c ta verbum Raphaelis Thobiæ.c.4. Fumus eius effugat omne genus dęmoniorũ, & ista facit cum sputo [ideſt] virtute Christi, quę
Ioann.9 significatur per sputum secundùm quod dicit glosa super illud Ioan.9. Lutùm fecit ex sputo. Nam sicut sputum emittitur ab interioribus cordis, ita filius Dei egreditur ex substãtia Dei patris Vnctio olei in pectore & inter scapulas cum signo crucis significat diuinę largitatis amorem, & operatur deuotam subiectionem ac aptitudinem hominis ad luctandum contra diabolum interius eum vexantem, & ad portandum onera pœnitentię. Immissio salis significat gratiam & sapientiam & pręseruationem à putredine peccatorum.

¶ Sciendum tamẽ est quòd exorcismorum qui sequũtur, aliquis est qui non tantum significat, sed efficit, nempe vnctio quę fit in uertice. Significat enim gratiam Baptismalem Christi in mẽte ipsius Baptizati, & operatur cõseruationẽ illius. Aliquis verò est

qui

qui nihil efficit, sed solùm significat: vt impositio cerei significat lumẽ fidei, quod datur in baptismo, & vestis cãdida significat innocentiæ ac nouitatis vitæ restitutionem. His sic prehabitis, ad difficultatem peraliquot cõclusiones respõdetur, quarum prima sit affirmatiua, nempe quòd est conueniens vt exorcismi prędicti baptismi susceptionem præcedant. Hanc conclusionẽ tenet expresse Celestinus Papa, & refertur de conse. d. 4 c. Siue paruuli. Inquit nanq;, Siue paruuli siue iuuenes ad regenerationis veniãt sacramentum: non priùs fontem vitæ adeant, quàm exorcismis & exuflationibus clericorum spiritus immundus ab eis abjiciatur. Ratione quoq; probatur: nam quicunq; sapienter aliquod opus facere proponit, priùs ea quæ obstant impedimenta remouere debet, iuxta illud Hiere. 4. Nouate vobis nouale, & nolite serere super spinas. At Diabolus potestatem aliquam habet super hominem, ex hoc ipso quòd subditur originali peccato, vel etiam actuali. Expedit igitur ante Baptismum expellere Dæmones per exorcismos, ne hominis salutẽ impediant. Sed nunquid habẽt hanc potestatem exorcismi dæmones expellendi virtute naturali? Pro hoc dimissa quorundam opinione, tenẽtium quòd virtute naturali habent exorcismi hoc efficere, sit. 2 con. quòd exorcismus nõ expellit, nec cohibet dæmonis potestatem per aliquam virtutem sibi tanq; subiecto inherentem, neq; naturalem, neq; supernaturalem: sed ex diuina virtute sibi ex decreto diuinæ misericordię assistente: quia Christus instituit illa verba ad operandum huiusmodi effectus. Hanc conclusionem habet Ricardus in. 4. & Paulud. ibidem. q. 4. Dicunt enim quòd diuina virtute arcta tur Diabolus, ne decæterò, cæteris paribus, tantum possit contra exorcizatum, quantum posset si exorcizatus non esset. Sed dubium est hîc non contemnendum vtrùm scilicet, exorcismi semper infallibiliter suos effectus sortiantur? Pro quò sit 3. con. in ordine, quòd exorcismi baptismales ad cohibendos Dæmones, ne sacramẽti fructũ impediãt, semp sunt salutares, & de se efficaces, nisi recipientis nequitia obstet Hęc con est nota postq̃ ab vniuersali ecclesia huiusmodi exorcismi obseruantur.

1. Con. Cel. Pa. Hiere. 4 Dubium 2. Con. Ricard. Palud. Dubium. 3. Con.

¶ 4 cõclusio. Ad hunc effectũ qui est, dæmones ab obsessis corporibus expellere, non sunt semp efficaces exorcismi. Ratio huius cõclusionis est, qa exorcismi per se nõ ordinantur, nisi ad hoc vt nõ impediantur sacramẽti fructus. Et hoc etiã experimento quotidie discimus, q̃ multi exorcismi dæmoniacis nõ sufficiunt.

4. Con.

¶5.con. Exorcismi ad effectū Baptismi suscipiēdū nō necessarij
5.Con. sunt.Hæc cō.est manifesta,tū quia ad effectū baptismi suscipiēdū, sufficit fides & intētio,vel propria eius qui baptizatur, si sit adultus,vel ipsius ecclesiæ,si sit paruulus,tū etiā qa cū[vt dictū est]ordinētur exorcismi ad impedimēta remouēdū:sine eis pōt quis cō sequi baptismi effectū. Vñ sine ipsis pōt dari baptismus in casu extremę necessitatis:extra istū tñ casum neutiquā eos ptermittere licet,nā mortale peccatū cōmittere[,qui eos omitteret. quia contra solennē ecclesiæ ritū ageret. ¶6 con.Si baptizatus in casu ne
6. Con. cessitatis sine exorcismis,supuixerit,dbet portari ad ecclesiā,& ibidē catechizari,& exorcizari,pter ritū ecclesiæ seruandū:non aūt dbet iterū baptizari,si sit certū q; sit rectè baptizatus,sed si nō sit certum,debet baptizari sub conditione[vt dictum est]
¶7.cō.Quotiescūq; plures simul exorcizari cōtigerit, vnicuiq;
7.Con. oēs p dicti exorcismi sunt faciēdi, nēpe apponenda est illis vestis cādida,& cereus seu cādela,& apponendū est oleū,non solū in pectore,verū etiam inter scapulas,& cætera oia sunt obseruāda,put habetur in manuali. Nec ego [nisi magnus numerus baptizādorū adesset]auderē omittere,nec omittentes à culpa excusare,præcipuè in huius nouę Hispanię partibus post celebratū concilīū prouinciale in vrbe Mexicana,vbi traditur modus,quomō fieri dbet
8.Con. ¶8.cō. Posteaq̄ huiusmodi exorcismi baptismales semel fuerint facti, iterari non possunt, sicut nec baptismus iteratur.
¶9.con. Officiū catechizandi, & exorcizandi incūbit sacerdoti
9.Con. bus tanq̄ primariis agētibus:diaconibus verò & inferioribus ministris,tanq̄ eis qui sacerdotibus debent ministrare. Hanc concl.
D. Tho. tenet.D.Tho.3.p.q.71.ar.4.& illīc adducit Isidorū,dicentē, Ad
Isido. diaconū ptinet assistere sacerdotibus,& ministrare in oībus,quæ agūtur in sacramētis Christi:in Baptismo.s.in chrismate,& in Eucharistia patena & calice. Et in solutione ad.4.ponitur q̄druplex instructiōis genus. Prima enim quæ est cōuersiua ad fidē, licēt primò conueniat episcopo,ac deinde prędicatoribus:potest tñ cuicū q; fideliū permitti. Secunda verò quæ est de rudimentis fidei, & qualiter se habere debeat in susceptione sacramentorū, conuenit sacerdotibus principaliter,& secūdariò eorū ministris. Tertia de cōuersatione in Christianismum,spectat ad susceptores seu patrinos. Quarta est instructio de altioribus fidei mysteriis & pfectione Christianę vitæ,& hęc ex officio pertinet ad episcopos.

Hactenus de Baptismi sacramento.

DE

DE SACRAMENTO CONFIRMATIONIS

POst baptismi sacramētū, sequitur de cōfirmationis sacramento, quod maius est, tū quantùm administrorū dignitatē, Baptismus nāq; extrà necessitatē ab oībus sacerdotibus, & in necessitate ab oībus hominibus administratur: hoc enim à summis pōtificibus, ideſt, episcopis, vel sufraganeis tātūmodò traditur, sicut à solis apostolis tradebatur, vt inferiùs dicemus, tū aūt quantū ad gratiā: illa nāq; quæ in baptismo datur innocētiæ, & nouæ vitę restitutionē causat, quæ verò in hoc sacramēto cōfertur, est quasi armatura, & munitio quędā, qua in hoc deserto post transitū maris Baptismi cōtra singula vitia, & si non semper, quandoq; tamen pugnamus. Sicut enim submersis Ægiptijs à tergo sequentibus filios Israēl, olim hostes pugnauerunt per desertum: sic submerso Diabolo in Baptismo, qui primùm nos insequebatur, multa nobis per huius vitæ desertum vitia constituit, cōtra quę vitia gratia in hoc sacramēto est collata. Vnde, congruè petunt Christiani sibi dari hoc sacramentum, per quod in illa baptismali gratia confirmentur. Vnde dicit Ecclesia, Confirma hoc, Deus, per confirmationis sacracramentum, quòd operatus es in nobis, scilicet per gratiam baptismalis renouationis. Tractaturi igitur de hoc cōfirmationis sacramento, quod quid maius Baptismo est, aliquot difficultates proponemus, vt adamusim ea quæ ad hoc sacramentum expectant: explicemus.

¶ I. DIFFICVLTAS.

Vtrùm Confirmatio sit sacramentum.

VNica conclusione affirmatiua difficultati huic respondetur. Hæc cōclusio est de fide tenēda. Fuit enim opposita sñia, error Armenorū, quem postmodū sustinuit Vuitcl. & posteà Lutherani tenēt eūdē errorem aduersus quē scripsit Tho· Vualden. 2. tomo de sacramentis. c. 3. Et pbatur nostra cōcl. ex illo quod habetur d cōse. d. 5. c. De his. vbi Melchiades Papa interrogat hæreticorū noīe, Con. vni

Tho. vua

Quid mihi prodest post mysterium Baptismi mysterium cõfirmationis? Et respondet quòd sicut exigit militaris ordo, vt cùm imperator quẽcũq; in militũ receperit numerũ, quòd nõ solũ signet receptum, sed etiam armis cõpetentibus pugnaturum instruat: ita in Baptismo recipitur homo in militiam, & in Cõfirmatione coar
Con. flo. matur ad pugnam. Est etiam diffinita in con. Flo. sub Eug. 4. vbi
Con. tri. numerantur. 7. sacramenta, inter quę enumeratur Cõfirmatio. Et Synodus. Tridẽ. sessi. 6. Lutherũ d hac re sub his verbis condẽnauit, Siquis dixerit cõfirmationẽ esse ceremoniã quãdã, & nõ potiùs verũ ac ꝓpriũ sacramẽtũ, anathema sit. Ecclesia etiam vniuersalis quę errare nõ potest, habet Cõfirmationẽ ꝓ vero sacramẽto. Ac
Mag. sen cedit etiã oĩum doctorũ scolasticorũ sctõrumq; sentẽtia sup magi
D. Tho. strum sententia. in. 4. d. 7. &. D. Tho. 3. p. q. 72. ar. 1. quæ ita tenet.

¶II. DIFFICVLTAS.

Vtrùm hoc sacramentum sit institutum à Christo.

Alex. al. Difficultati huic, omissa opi. Alexan. Alẽ. 4. p. q. 24. mẽbr. 1. videlicet quòd neq; à Christo neq; ab apostolis sub hac materia & forma, ꝗs habet, fuit hoc sacramentum institutũ, quia solùm legitur actuum. 8.
Actu. 8. eos confirmasse per manum impositionem, omissa etiam opinione dicentium, quòd licèt non à Christo, ab apostolis
Con. vni tamen fuerit institutum: respondetur hac vnica conclusione affirmatiua, nẽpe quòd sacramẽtũ Cõfirmationis nõ est institutũ ab Ecclesia nec ab apostolis, sed à Christo Dño. Hanc cõclusi. tenet cois
Cypria. schola, & ferè oĩs sancti. Cyprianus in sermone de vnctione chri
Dionisi. smatis. Dionisius. 4. c. de cœlesti hierarchia. Fabianus Papa in de-
Fa. Pa. cretis suis ait, Christũ redemptorẽ nostrũ in cœna discipulos docuisse quemadmodum hoc sacramentũ administrare deberẽt. Et ex hoc, puenit, vt chrisma ab Episcopis cõsecretur in die cœnæ. Ratione etiam cõfirmatur. Nam cũ sacramenta omnia gratiam cõferant, non possunt nisi à Christo institui per potestatem excellentię, quia scriptũ est, Gratiam & gloriam dabit Dñs. Item cùm materia & forma sint de substantia sacramẽti fit vt neutrũ nisi solus Chri-
Notabil. stus instituere potuerit. Et annotare hîc opùs est, quòd asserere, illud sacramentum non fuisse à Christo institutum: esset erroneum. Probatur euidenter ex synodo Tridentina, de sacramentis in cõmuni in canone. 1. Dicitur namquè illic, Siquis dixerit, non esse septem sacramenta à Christo instituta, anathema sit.
Dubium. ¶ Sed dubium est, qñ hoc sacramẽtũ fuerit ĩstitutũ à Christo, Cui

dubio

dubio hac cõclusione respondetur, quòd illud instituit in cœna q̃n do discipulis spũ sanctũ p̃misit. Vnde constat non illud instituisse exhibendo, sed promittendo, id est, nõ fuit vsus istius sacramenti vsq; ad pentecostẽ, secũdũ illud Ioan. 16. c. Si non abiero, paracletus non veniet ad vos: si aũt abiero, mittam eũ ad vos. Et hoc ideo, quia in isto sacramẽto datur plenitudo spũs sancti, quę qui dẽ dãda nõ erat añ Christi resurrectionẽ & ascensionẽ, iuxta illud Io. 7. Nõdũ erat spũs datus, quia Iesus nõdũ erat glorificatus. Tenet hanc nostrã sniam D. Th. 3. p. q. 72. ar. 1. ad. 1. Illam etiam habet Fabian. Papa in Epistola p̃allegata. Ait enim illic, quòd postq; lauit discipulorum pedes in die cœnæ, tradidit hoc sacramentum.

Conclu. Ioan. 16 Ioan. 7. D. Tho. Fa. Pa.

III. DIFFICVLTAS.

Vtrùm Chrisma sit conuenies materia huius Sacramenti.

AD hãc difficul. arbitror me satisfacturũ esse quinq; cõclusio. q̃rũ. 1. sit. Materia huius sacramenti ẽ chrisma, id est, oleũ cũ balsamo. Hęc cõc. diffinitur in cõ. Flo. sub Eug. 4. & in. c. vnico, extrà de sacra vnctione. Est etiã oium Theologorũ in. 4. d. 7. & iuristarũ coĩs sentẽtia. Et anima duertẽdũ hîc est, quòd nõ sufficit oleum nucũ, aut amygdalorũ, aut aliud simile, quia succi illi nõ sunt oleũ: requiritur nanq; oleũ oliuarum. Hoc. n. solùm, p̃prię dicitur oleũ.

1. concl. Con. flo.

¶ Sed dubitatur, an balsamũ sit de necessitate sacramẽti? Pro quo sit. 2. cõ. Chrisma, id est, cõpositũ ex oleo & balsamo, nõ eodẽ modo est huius sacramenti materia, sicut aq̃ est materia baptismi: itaquè non est balsamum de necessitate huius sacramenti, sicut aqua de necessitate Baptismi. Et licèt vniuersalis ferè omnium sententia teneat, mixtionem balsami esse de substantia sacramenti, ita quòd sine illa nullum esset: nihilominùs hanc conclusionẽ ego teneo cum Caietano in commen. 3. p. q. 72. ar. 2. & cum Soto. 4 d. 7. q. vnica, qui eam habent. Et probatur ex. c. vnico extrà de sacra vnctione. & c. Nouissimè. de confe. d. 5. & c. Pastoralis. de sacramentis nõ iterandis Habetur nanq; illic, quendam p̃ errorem fuisse cõfirmatũ oleo bñdicto sine balsamo. De q̃ re cõsultus Papa, vtrũ Cõfirmatiõis sacramentum in eo deberet iterari? Rñdet, quòd ĩ talibus nõ est aliquid iterãdũ, sed cautè supplendũ, quòd ĩ caute fuerat p̃termissum. Nõ igitur balsamũ est de necessitate sacra mẽti, cũ illo deficiente põtifex diffiniat, verũ fuisse sacramentũ. Et cõfirmatur nostra snia rõe nõ cõtẽnenda. Nã cũ verũ & castũ balsamum ĩ sola Syria, terra Paganorũ iueniatur, cũ illic solũ

Dubium. 2. concl. Caietan. Soto.

Plinius Arbuſcula illa reperiatur [ſi fidē Plinio li. 12. naturalis hiſtorię. c. 25. adhibere debemus] fit vt nō facilè haberi poſsit. Non autē eſt veroſimile Chriſtum redemptorē noſtrum materiam tā arduam, tanq; difficilem in materiam alicuius ſacramenti reliquiſſe, non ergo eſt balſamum de neceſsitate ſacramenti.

Notab. ¶ Annotato hîc, quòd propter hanc balſami Alexādrini penuriā, Pius. 4. Pontifex Maximus conceſsit omnibus Archiepiſcopis & Epiſcopis, pvniuerſas has Indiarum occidētalium partes cōſtitutis, vt ſanctiſsimū Chriſma cū balſamo, quod in eis reperitur cōficere & cōſecrare valeāt, vt videre eſt p diploma ī fine huius opis appoſitū.

3. concl. ¶ Tertia cōcluſio. Quāuis nō ſit balſamū de neceſsitate huius ſacramenti: eſt tn̄ de neceſsitate præcepti. Quocirca Pontifex, quòd poſteà chriſmate vngeretur, præcepit. Vndè ſecūdū hāc ſentētiā, qui balſamū p̄termitteret, nō dubiū, quin mortaliter peccaret, licèt [vt ex prædictis patet] verū cōficeret ſacramentū. Sic nāq; intelligē dū eſt illud quod dicit Innocētius, extrà de ſacra vnctione, cū dicit, quòd chriſma ex oleo & balſamo cōficitur. Et ſimili modo

Con. flo. intelligere oportet decretū cōcilij Flo. vbi decernitur, materiam huius ſacramēti eſſe chriſma ex oleo & balſamo cōfectū, ſcilicet quòd balſamū duntaxat de p̄cepto, non autem de neceſsitate ſacramenti requiritur. Neq; chriſma deſe ſignificat niſi vnguentum. Quo fit, vt ſi Epiſcopus diceret in forma, Confirmo te vnguento ſalutis: verum eſſet ſacramentum.

4. concl. ¶ Quarta cōcluſio. Neceſſum eſt, vt chriſma ſit conſecratum per

D. Tho. Epiſcopum. Hanc cōcluſionem habent omnes ſcolaſtici doctores

Con. flo. diſtinctione. 7. & D. Tho. 3. p. q. 72. ar. 3. Eſt etiā diffinita in conc. Flo. ſub Eug. 4. vbi dicitur, materiam huius ſacramenti eſſe chriſma per Epiſcopum conſecratum. Cōfirmatur p̄tereà ex ritu vniuerſalis Eccleſię, & ex authoritate omnium ſanctorum antiquorum, inter quos eſt Cyprianus in opuſculo de vnctione chriſmatis, & Dioni 4 c. de Eccleſiaſtica hierarchia. Accedit quoquè au-

Cypria. *Dioniſi.* thoritas Innocētij de conſe. d. 4 c. Præſbyteris. Vbi ait, quòd preſbyteris baptizatos chriſmate vngere liceat, qđ ab Epiſcopo fuerat cōſecratum. Et cōfirmatur inſuper ratione quā ſancti aſsignāt. Sacramētū nāq; ſanctificans actiuè, opus eſt vt in ſe ſit ſanctū, ac ex cōſequēti vt materia ſit ſanctificata. Præterea, illa ſacramēta quę ſibi miniſtrum determināt, etiā materiā ſanctificatā requirūt, & exigūt: ſed hoc ſacramētū determinat ſibi miniſtrū, ergo requirit materiā ſctificatā ab eo qui ē miniſter huius ſacramēti. ſ. ab Epiſcopo. Vn

po. Vnde baptiſmus quia ſolũ quãtũ ad ſolẽnitatẽ determinat ſibi miniſtrũ, non habet materiã ſanctificatã quãtùm ad neceſsitatem, ſed quantùm ad ſolennitatẽ. ¶ Sed nunquid ſi conſecratio hęc chriſmatis fieret à ſimplici ſacerdote, conficeretur verum ſacramentũ, licèt ageret contra eccleſiæ præceptum? Pro hoc ponitur à nobis quinta concluſio negatiua, nẽpe quòd nõ ſolùm fieret cõtra eccleſiæ præceptũ, ſed non conficeretur ſacramentum. Hanc concluſionẽ tenẽt omnes ſcholaſtici doctores, & habetur in cõc. 8. Toletano. c. 7. Vnus duntaxat Caietan. videtur declinare in oppoſitã ſententiã, licèt non diffiniẽdo aſſeruerit, ſed tamẽ nõ eſt tuta hęc ſententia, nec ratio Caietani aliquid valet, videlicet ſim plex ſacerdos poteſt hoſtiã conſecrare: à fortiori igitur ſi conſecret Chriſma, conſecratio tenebit, eò quòd qui poteſt maiùs poteſt minus [non inquam valet] quia alioquin probaret quòd poteſt conſecrare miniſtros, & altare, quia eſt minus q̃; conſecrare hoſtiã, quod nunq̃ aliquis dixit. 5. Con. Conc. To Caieta.

¶ Sed nunquid poterit à ſũmo pontifice cõmitti huiuſmodi conſecratio ſimplici ſacerdoti? Huic dubio, omiſſa Caietani & aliquorũ aliorũ ſententia, qui partẽ affirmatiuã tenent: reſpondetur hac concluſione negatiua, nempe ſũmũ pontificẽ non poſſe cõmittere ſimplici ſacerdoti Chriſmatis conſecrationẽ. Hęc con. licèt nõ ſit tã certa ſicut præcedens: probabiliorẽ tamẽ eſſe arbitror. Probatur, quia nunquàm hactenus in eccleſia hoc factũ eſt, quod non minimũ eſt argumentũ in ſacramẽtorũ materia. Legimus. n. incõ. Flo. aliq̃ndo ex diſpẽſatione ſimplicẽ ſacerdotẽ cõfirmaſſe, chriſmate tamẽ p epiſcopum cõſecrato, & non legitur, autoritatẽ chriſma conſecrandi fuiſſe illi commiſſam. Concl. Con. Flo

IIII. DIFFICVLTAS.

Vtrùm forma qua eccleſia vtitur, ſit conueniens.

HVic difficultati duabus cõcluſionibus reſpondetur, vna qua directè ad q̃ſtionẽ ſatisfit, altera qua explicatur. Cõcluſio igitur reſponſiua ad difficultatem eſt affirmatiua, nẽpe q̃ hęc eſt conueniens forma, Con ſigno te ſigno ſanctę crucis, & cõfirmo te chriſmate ſalutis in nomine pr̃is, & filij, & ſpũs ſancti Amẽ. Hæc cõcluſio ẽ d fide tenenda. Habetur nanq; diffinita in conc. Flo. ſub Eug. 4. eã quoq; habẽt vnanimiter oẽs doctores, & vniuerſalis eccleſiæ ritus, & ratiõe ꝓbatur. Q̃m illa ẽ cõueniẽs forma ſacramẽti, p quã Con. Con. Fl.

& in qua exprimuntur ea quę sunt necessaria ad illud sacramentū, cuius est forma, sed in ista forma exprimuntur quę sunt necessaria ad sacramentum confirmationis, quia in confirmatione est necessaria persona ministri conferentis sacramentum, hoc autem exprimitur cùm dicitur, Consigno, & cōfirmo. Est in super ibi necessaria persona suscipientis sacramentum, quę exprimitur cùm dicitur, Te. Est ibi etiam necessaria materia sacramenti, quę exprimitur cū dicitur, Chrismate. Est deniq; ibi necessaria causa, nēpe virtus Dei conferentis plenitudinem roboris spiritualis, quę exprimitur cùm dicitur, In nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Manifestum est igitur, ꝙ forma prędicta est conueniens forma huius sacramenti. Nec obstat id, quod aduersus hanc nostram sententiā aliqui obiiciunt, scilicet quòd apostoli non vtebantur hac forma:

Acto. 8. sed manuū impositione. Dicitur nanq; actorum. 8. quod cùm audissent apostoli, quòd recepisset Samaria verbum Dei: miserunt ad eos Petrum & Ioannem, tunc imponebāt manus super illos, &

Acto. 19 accipiebant spiritum sanctum, & actorum. 19. dicitur, ꝙ cùm imposuisset illis manus Paulus, venit spiritus sanctus super eos. Item omnes sancti asserunt, apostolos, per manuum impositionem con-

Ephe. 1. firmasse, vt est videre super epistolam ad Eph. 1. non[inq;] obstat hoc: nam si vtebantur manuum impositione: illud erat, ne vngendo eos quos confirmabant: materia & forma huius sacramenti venirent in derisionem infidelium, & etiam quia sub illis signis visibilibus dabatur miraculosè spiritus sanctus visibiliter, sicut super apostolos descenderat. Ad fundationem enim fidei id necessariū erat. At verò nunc iam cessauerunt huiusmodi causę, quia iam satis est fundata. Quocirca istis causis cessantibus, apostoli & eorū successores vsi fuerunt materia & forma prędictis.

2. Con. ¶ Secunda con. Inuocatio trinitatis in hoc sacramento, & in sacramento Baptismi est necessaria necessitate sacramenti, non autem

Con. Flo in alijs sacramentis. Hęc con. probatur ex conc. Flo. vbi eodem tenore in formis horum duorum sacramentorum duntaxat ponitur inuocatio trinitatis, pars formę. Item qa illa inuiolabiliter ecclesia vtitur. Postremò, quia in his duobus sacramētis tantum, est generalis fidei professio: quanuis enim in Confirmatione non sit tam expressa fidei professio sicut in Baptismo, sed tamen quoniā ad Baptismi perfectionem spectat quodammodò, etiam censetur fidei professio, quasi priorem roborans, ac perficiens.

¶ Animaduertendum est hìc ꝙ chrismatio, seu consignatio necessariò

sariò necessitate sacramẽti ꝺbet informa crucis fieri, alioquin forma esset falsa, vt benè dicit Duran. in. 4. d. 7 q. 2. *Duran.*

¶ Annotare oportet secũdò, quòd si sunt aliquę ecclesię, [vt quidam referunt] quę dicant, Confirmo te chrismate sanctificationis: verum sacramentum conficiunt, eò quòd non mutat sensum huius modi variatio. Similiter si loco, Chrismate, quis dixerit, Vnguẽto, & pro confirmo, Corroboro, licèt aliqua esset culpa, validũ tamẽ esset [vt reor] sacramentum. *Notabi.*

¶ Vltimatè sciendum est, quòd est maximum discrimen inter Baptismum & confirmationẽ, quia Baptismus est regeneratio in spiritualem vitam, qua homo viuit in se ipso, & ideo non ponitur in forma nisi vnus actus, Ego te baptizo. At verò quoniam per confirmationem non solùm homo ipse sanctificatur, sed ad publica ꝓ fide p̃lia instruitur, requiritur primò vt informa exprimatur interna sanctificatio, dum dicitur, Confirmo te chrismate salutis: vbi materia & effectus exprimitur. Pręterea oportet, vt homo exteriùs vexillo crucis consignetur ad pugnã, & ideo pręmittitur, Consigno te signo crucis, vt etiam cum periculo mortis fidem vbiq; prędicet, ac defendat.

De effectibus huius sacramenti.

V. DIFFICVLTAS.

Vtrùm sacramentum confirmationis imprimat characterem.

HVic difficultati vnica con. affirmatiua respondetur, nempe ꝙ per istud sacramentum imprimitur character, qui est secundarius effectus illius, vt suprà dictum est de sacramẽtis in genere. Et probatur. Nam hoc sacramentum non est iterabile, vt in concilio Tarraconẽsi [cuius verba habẽtur de conſ. d. 5. c. Dictum est] diffinitur, Vnde con hęc, est assertio catholica. Est. n. etiã diffinita in con. Toletano 8. c. 7. & in con. Flo. Ex hac con. colligitur manifestè, nõ posse hominẽ eundem bis hoc sacramentũ suscipere, nec episcopũ bis eundẽ hominẽ confirmare. Sed tamẽ qui oppositum faceret, quanuis sacrilegium committeret, & mortaliter peccaret: nõ tamẽ irregularis efficeretur [quicqd dicant canonistæ] Nullus nanq; textus inuenitur in iure, qui hanc pœnã apponat, & regula iuris est ꝙ priuilegia sunt ãplianda: pœnę verò restringẽdę. Quare cùm in iure nõ apponatur irregularitatis pœna, nisi iterantibus Baptismũ, nõ est ad iterãtes cõfirmationẽ extendẽda. Quòd autem *Cõ. Vni.* *Cõ. Tar* *Con. To.* *Con. Flo.*

non

non reperiatur talis pœna iniure appoſita iterantibus confirmatio nem,patet. Nam in.c. Dictum eſt. deconſe.d.5. fit mentio de ite ratione confirmationis:nulla tamen pœna irregularitatis ibi iniun gitur. Nec eſt eadem ratio de Baptiſmi ſacramẽto, quę eſt de Cõ firmatione. Quoniam antiquitùs fuit contentio, ac hęreſis Dona tiſtarum de iteratione Baptiſmi, non autem de iteratione confir-mationis. Dicebant enim,quòd Baptiſmus collatus ab hęreticis, erat iterandus:quamobrem eccleſia pœnam irregularitatis appo-ſuit *Baptiſmum* iterantibus,non autem iterantibus Confirmatio-nem. Apponitur tamen in illo .c. Dictum eſt,prędalle. pro pœniten tia Confirmationem iterantibus,vt ſub habitu regulari vel cleri-cali religioſè famulẽtur,ſi ſcienter illud fecerint. ¶ Et nota quòd character iſte ſuſcipitur ad profitendam fidem Chriſti, quaſi ex of ficio verbis publicitùs coram tyranno.

Notabi.

Dubium. ¶ Sed vtrùm character confirmationis prędſuponat characterem
Con. Baptiſmalem? Pro hoc eſt concluſio vnica affirmatiua. Ratio hu-ius concluſionis eſt:quia nullus poteſt ſuſcipere iſtud ſacramen-tum niſi priùs fuerit baptizatus,cùm baptiſmus ianua omnium ſa-cramentorum ſit. Hec con. eſt de fide,& habetur deconſe. d. 5. c.
Con. Flo Omnes fideles.&.c. Nouiſsimè. & diffinitur in conc. Floren.& in c. Siquis preſpyter. de preſbytero non baptizato. Prędipitur nãq; illìc,quòd ſiquis fuit ordinatus ante Baptiſmũ, quòd baptizetur, & iterum ordinetur. At verò ſiquis anteq̃; confirmationem ſuſci peret,ordinaretur,vel aliquod aliud ſacramentum ſuſciperet, li-cèt malè faceret:factum tamen teneret.

VI. DIFFICVLTAS.

Vtrùm per ſacramentum Confirmationis conferatur gra-tia, gratum faciens.

Con. vni

HVic difficultati vnica con. affirmatiua reſpondetur, nempe q̃ Confirmationis ſacramentũ nõ ſolùm cõ fert gratiam nõ ponẽtibus obicem illudſuſcipien-tibus,verùm etiam maiorẽ gratiam q̃; Baptiſmi ſa-cramentũ imò & quàm cętera ſacramenta, excepta Euchariſtia, in qua corpus ipſũ Chriſti qđ illìc ſubeſt, copioſiorẽ gratiã cõferre cenſetur. Hęc con. quoad primã partẽ, probatur. Nã [vt ſuprà de ſacramentis in genere diffiniuimus]omnia ſacramẽ-ta faciunt̃ attrito cõtritũ. Quoad ſecũdã verò, ꝓbatur manifeſta

ratione

ratione: quia [vt dictū est] in eo cōfertur plenitudo spūs sancti, ad robur & audatiā confitēdi nomē Christi, & fidē, sicuti apostolis in die penthecostes collata fuit, sed spūs sctūs interne nō nisi p gratiā mittitur: ergo per hoc sacramētum cōfertur gratia gratū faciens, & maior q̄; per Baptismum. Habetur etiā expresse de conse. d. 5. c. De his. vbi dicitur, quòd Cōfirmatio est maius sacramētum Baptismo, & maiori veneratione dignum: maiorē igitur gratiā confert.

¶ Annotare tamen hîc opūs est id quod suprà iam insinuauimus, quòd nō datur nūc spiritus sanctus in hoc sacramento in signis sensibilibus, vt in primitiua Ecclesia, sed inuisibiliter, ac latenter diuina charitas infunditur cordibus illud recipientium. *Notabil.*

De suscipientibus Confirmationem.

¶ VII. DIFFICVLTAS.

Vtrùm hoc sacramentum sit omnibus exhibendum, & omnes homines teneantur illud suscipere.

DIfficultati huic aliquibus cō. respōdebimus, & earū prima sit. Hoc sacramentū debet oībus baptizatis tā viris q̄, mulieribus exhiberi. Hæc cōclu. p̄ter hoc quòd habetur de conse. d. 5. c. Cēs fideles. &. c. Vt ieiuni. probatur duabus rationibus. 1 quia tā viri q̄; mulieres, tā muti q̄; surdi recipere possunt indifferenter spiritualē militiam. Omnes nanq̄; apti sunt ad pugnandum spūaliter aduersus fidei persequutores. Secunda, quia sicut de intentione naturæ est, omnem ex carne natum [nisi morte præuentum] ad pfectā ętatem perducere: ita, imò multò magis, intentio Dei est omnia opera sua ad perfectionē promouere: cùm Dei perfecta sint opa. Cùm ergo hoc sacramentum ad perficiendam atq̄; augēdam gratiam baptismalem detur: omnibus exhiberi debet. 1. *concl.*

¶ Sed dubium oritur, vtrùm pueri ante vsum rationis sint confirmandi? Pro hoc sit secunda conclusio in ordine, quòd si puer statim baptizatus, ante vsum rationis confirmaretur verum sacramentum susciperet. Hæc conclusio est D. Tho. & probatur ratione. Nam cùm hoc sacramētum nō solùm ad pugnam ꝑsit, verùm etiā gratiam augeat, licèt nō rōe illius, ratione tñ huius ꝑdent infantibus morituris sacramentū. Cuicunq̄; igitur infanti detur: erit verū sacramētū. Deinde ꝓbatur Nam vt ex Dioni. c. 2. Ecclesiast. hierarc. colligitur, in primitiua Ecclesia illicò puero Baptizato, præmissa cōfirmatiōe, porrigebatur Eucharistia. At ecclesia substātiā *Dubium.* 2. *Concl* D. *Tho.* *Dionisi.*

sacrā

ſacramentorum mutare non poteſt, licèt ergo non ſit in vſu cõfir
mare infantes, nihilominùs ſi cõfirmarentur, eſſet verũ ſacramẽtũ.

¶ Tertia concluſio. Nõ expedit pueros añ vſum rationis confir-
3. *concl.* mare. Hanc concluſionem tenet Petrus à Palude ĩ. 4. d. 7. q. 4. &
palud. patet ex vſu Eccleſiæ, quę non conſueuit eos confirmare quoad
uſq; vſum rationis habere incipiunt, & apti ſunt ad Chriſti fidem
confitendum. Et hanc concluſionem videtur ſuadere textus ille.
c. Vt ieiuni. de conſe. d. 5. vbi dicitur, Ad Confirmationem veniãt
perfectę ætatis, vt moneantur confeſsionem facere priùs &c. Cõ
fiteri autem communiter vſq; ad illam ętatem nequeunt, neq; ha
bere reuerentiam ſacramenti, quæ illic declaratur. Nec obſtat ca
put illud. Omnes fideles. de conſe. d. 5. vbi habetur, quòd omnes fi
deles debent confirmari: quia textus ille intelligitur ſecundùm Ec
cleſiæ ritum pro tempore & loco. Quo fit, vt ſi apud aliquas natio
nes vſus ſit confirmandi pueros nondum vſum rationis attingen
tes, illic confirmentur, quia prohibitio vniuerſalis Eccleſię expreſ
ſa, nullibi legitur.

¶ Quarta cõclu. Nõ oportet expectare ętatem duodecim annorũ
4. *concl.* ad hoc ſacramentum ſuſcipiendum, ſed ſatis eſt ſi pueri ſeptem an
nos attingãt. Sat enĩ videtur eſſe, vt recordari poſsint ſe illud rece
piſſe. Prætereà, quia tũc minores ordines ſuſcipe poſſunt [vt in p
prio loco videbimus] quos tñ nõ dcet ſine confirmatione ſuſcipe.

5. *concl.* ¶ Sed nunquid confeſsio confirmationem præcedere debet? Pro
quo ſit quinta concluſio, quòd ſi ſint adulti, & cõmiſerint aliquod
mortale: quanuis ſit culpa tunc ſine confeſsione accedere, eò quòd
in illo. c. Vt ieiuni. admonentur priùs confeſsionem facere: non ta
men arbitror illam eſſe mortalẽ, quia non tenentur ex præcepto
præmittere confeſsionem ad hoc ſacramentum ſuſcipiendũ, ſed
ex conſilio tantũ. Vnde in. c. prędicto, ſolũ dicitur, quòd cõfiteri ad
moneantur, & nõ quòd iubeantur. Præceptum tamẽ eſt de prę mit
tenda contritione vera vel exiſtimata: & dicitur exiſtimata attritio
vel cõtritio, cũ homo licèt non doleat propter Deũ, bona tamen ſi
de arbitretur ſe dolere propter ipſum. De hac enim attritione lo
quitur. D. Thom. quando dicit, quòd ſi quis adultus in peccato exi
D. *tho.* ſtens, cuius cõſcientiã non habet, vel ſi etiam nõ perfectè contritus
accedat: dũmodò nõ fictus accedat, per gratiã collatã in hoc ſacra
mento conſequitur remiſsionem peccatorum: ſic enim attritus fit
mediante ſacramento ex attrito contritus, & non ſufficit habere
attritionem cognitam, vt dignè ad hoc ſacramentum accedatur
[hoc eſt]

hoc eſt dum quis ſciens ſe non propter Deum pœnitere, accedit. Maior nanq; diſpoſitio exigitur ad Confirmationis ſacramentum recipiendum, q̃; ad Baptiſmum, quia Baptiſmus cùm ſit mortuorum ſacramẽtum, ſatis habet obicẽ nõ iuenire, cum dolore d̃ peccatis [vt ſuprà dictum eſt] vt vitam tribuat. Cõfirmatio autẽ, quia vt gratiam baptiſmalẽ cõfirmet ac corroboret, inſtituta eſt, poſtulare videtur, vt nõ niſi ei exhibeatur, qui in gratia cẽſetur accedere.

Dubium.

¶ Sed adhuc hîc oritur dubitatio, an amentes ſint idonei ad hoc ſacramentum ſuſcipiendum? Cui dubitationi duabus cõcluſionibus reſpondetur, quarum prima ſit, quòd amentes qui habent lucida interualla, confirmari poſſunt: non ſolùm dum lumine rationis non carent, verùm etiam in amentia, niſi anteà contraxiſſent: ratio eſt, quia poſſunt pro fide pugnare.

1. concl.

¶ Secun. cõcl. Si ſint nati ꝑpetuò amentes, ſi cõfirmẽtur, legitimũ erit ſacramẽtum, ſicut diximus d̃ infantibus ãte vſum ratiõis. Sicut nãq; vſus Eccleſię habet nõ cõfirmare illos vſq; ad vſum ratiõis: ſic nec hoc ſacramentum diſpenſari huiuſmodi amentibus debet.

2. concl.

¶ Vltimatè naſcitur graue dubium, an ſit præceptum de Cõfirmatione? Cui dubio hac vnica concluſione ſatisfieri poteſt. Stando in iure diuino, non inuenitur præceptum obligatorium in Euangelio ſicut d̃ cõfeſsione, Baptiſmo, & Euchariſtia inuenitur. Stando verò in iure humano Eccleſię, quanuis ſecundùm Ricardum. d. 7. ar. 5. q. 1. & Petrum à Palude. q. 4. & Durandum. q. 1. & Silueſtrum verbo Cõfirmatio. §. 3. ſit Præceptum humanum de hoc ſacramento ſuſcipiendo, tamen ſecundùm D. Tho. 3. p. q. 72. ar. 8. ad 4. & q. 65. ar. 4. ad. 3. & ſecundùm Adrianum in. q. de Confirmatione: nullum eſt præceptum humanum obligans ſub reatu mortali. Et hæc eſt longè probabilior ſententia. Et probatur quòd nõ ſit de iure diuino: quia ſacramẽtum hoc omnes vno animo conſentiunt non eſſe abſolutè & ſimpliciter ad ſalutem conſequendam neceſſarium, ſed ad benè & commodè: neq; eſt per ſe finis aliorum ſacramentorum vt eſt Euchariſtia, non ergo eſt de præcepto diuino. Item quia non inuenitur tale præceptum expreſſum in euangelio, ſicut de Baptiſmo. Ioan. 3. Niſi quis renatus fuerit &c. Et de Euchariſtia Ioan. 6. Niſi manducaueritis carnem filij hominis &c. Et Luc. 13. Niſi pœnitẽtiam habueritis &c. Quòd autem non ſit de iure pontificio, patet. Nam ſi Eccleſia hoc tanq̃; præceptum iuſsiſſet, cùm ſit præceptum affirmatiuum, conſtitueret tempus: ſicut reliquorum tempus conſtituit quadrageſimam. Vnde omittere hoc

Dubium. Con. vni

Ricard. Palud. Durand. Siluester D. Tho. Adrian.

Ioan. 3. Ioan. 6. Luc. 13.

ſacramẽ

sacramentum ex negligentia secundùm hanc sentẽtiam D. Tho cui in hoc fides est adhibenda, secluso contemptu, solùm erit ve-
Caietan. niale. Ita tenet Caietanus in summa. verbo Confirmatio, nempe nõ esse mortale illud omittere si desit contemptus, & assignat eandem rationem: quia sacramẽtum hoc nec est necessitatis absolutè, nec ex Ecclesię exactione. Contemptus autem vt nomen sonat, idem est quod rem *nihili* pendere, & perinde abijcere ac si nihil esset. Et idcircò si quis Confirmationem omitteret, eò quòd illud sacramẽtũ *nihil* existimat: contẽneret, & mortaliter peccaret.

VIII. DIFFICVLTAS

Vtrùm ille qui confirmatur debeat teneri ab alio.

IN hac difficultate quæritur, an sicut in Baptismo, ita & in Confirmatione requiratur patrinus? Huic diffi cultati duabus cõclusionibus respondetur, quarum
1. concl. prima est affirmatiua. Probatur, nam sicut nup natus indiget pedagogo in his quæ ad ꝓpriæ vitæ cõ seruationem attinent, ita ille qui ad pugnam conscribitur, instructore indiget ad certamẽ, à quo militiæ prȩsentetur. Sicut igitur in Baptismo, ita & in hoc sacramento requiritur susceptor.
2. concl. ¶ Secunda concl. Sicut susceptor baptizandi non est de essentia Baptismi, ita nec de essentia huius sacramẽti. ¶ Sciẽdũ tñ est hîc, quòd susceptores pueri cõfirmãdi, oportet quòd sint cõfirmati, vt ex. c. In Baptismate. de cõse. d. 4 cõstat. Si enim patrinus nõ fuerit cõfirmatus, nõ cõtraheretur cognatio spiritualis, quæ semp cõtrahitur, q̃ndo est verus susceptor sicut per Baptismũ, quę quidẽ impedit matrimoniũ cõtrahendũ, & dirimit cõtractũ. Sed de hoc infrà difusè tractabimus, cùm de matrimonio agatur. At ex confirmatis quilibet potest esse susceptor, nisi vir suę proprię vxoris, cùm contrahatur cognatio spiritualis, & oriatur affinitas. Vnde, si scienter fecerint, debent abstinere adinuicem, & separari quòad thorũ, nõ tamẽ quòad vinculum, & idem est si quis filium propriũ teneat ad Confirmationẽ: quia etiam cõtrahitur ex hoc cognatio spũalis inter cõiuges. Et nota, quòd quãuis nõ debeat esse nisi vni
Notabil. cus susceptor, tamen ante determinationem sacrosancti concilij
Con. tri. Tridentini, sessio. 24. c. 2. quando plures tangebant omnes eandem affinitatem cõtrahebant cũ baptizato seu cõfirmato, non tñ inter se, vt habetur. ca. Quanuis, de cognatione spiri. li. 6. nunc autem post præfatam determinationem, solùm illam contrahunt, qui ad hoc munus fuerint electi ac designati ab ijs ad quos spectat.

¶ De

De ministro confirmationis.

IX. DIFFICVLTAS.

Vtrùm solus episcopus hoc sacramentum conferre possit.

Ad hanc difficultatem sit prima cõclusio. Proprius minister huius sacramenti Confirmationis est solus episcopus. Hęc con. habetur in quàm plurimis ecclesiasticis sanctionibus stabilita. Primum de conſ. d. 5. per totum vt. c. De his &. c. Veruns. vbi dicitur q̃ nisi à summis sacerdotibus, scilicet episcopis. Item Innocentius. 3. in. c. Quanto, extrà de consuetudine, ait, quòd si presbyter confirmat, inaniter id facit & sine veritate in effectu. Idemq; ait c. vnico. de sacra vnctione, & Hugo li. 2 de sacramentis parte. 7. c. 2. & prẽter hoc q̃ est omnium doctorum sententia, probatur manifesta ratiõe ab ipsismet doctoribus assignata, nempe quia sicut est in policia corporali benè ordinata, ita suo modo debet esse in policia spirituali, sed sic est in policia corporali benè ordinata, q̃ promouere aliquem ad statum & gradum excellẽtię super alios, pertinet ad illum qui habet curam communitatis, scilicet ad principem. Quia ergo confirmatus, per sacramentum Confirmationis ponitur in statu excellẽtię super alios, cùm efficiatur miles Christi, ideo conferre sacramẽtum hoc expectat ad solum episcopum qui curam habet totius communitatis in sua diœcesi. Ex quibus omnibus manet exploſa ac refutata hęresis Vuitcleff, qui habuit sacerdotes, imò & diacones iure diuino esse ordinarios huius sacramenti ministros. 1. Con. Hug.

¶ Sed queritur, vtrùm Papa possit committere alijs non episcopis quòd conferant hoc sacramentum, ita quòd si ex tali commissione simplex sacerdos illud administraret, valeret. Ad hoc omissis varijs opinionibus, sit. 1. con. Quanuis Papa non possit committere cuicunq; fideli indifferẽter, vt conferat hoc sacramentũ: potest tamen omni sacerdoti illud committere, & facta hac commissione potest simplex sacerdos optimè confirmare. Hęc cõclusio probatur quò ad primam partem, scilicet quod non possit summus pontifex cuicunq; fideli. Quia nulli potest committi vt habeat potestatem supra corpus Christi mysticum, adminus quò ad dispensationem sacramentorum, nisi habeat potestatem supra cor 2. Con.

pus

pus Christi verum: at verò solus sacerdos habet potestatem supra corpus verum, ergo soli sacerdoti potest committi vt habeat po
D. Tho. testatem supra corpus mysticum in dispensando sacramenta. Quo
Alex A. ad .2. verò partem, conclusionem nostram tenet. D. Tho. 3. p.q.
Ricar. 72. ar. 11. & Alexan. Alensis 4 p.q. 28 membr. 1. ar. 3. Ricardus
Marsi etiam. dis. 7. q. 1. ar. 3. & Marsilius. q. 5. ar. 3. Probatur etiã ex Gre-
Con. Flo gorio 9. in. c. Peruenit. 95. dis. & in concilio. Flo. habetur, quòd ex
rationabili & vrgente admodùm causa potest simplex sacerdos ex dispensatione sedis apostolicæ chrismate per episcopum confecto hoc Confirmationis sacramentum administrare. Quocirca
Scotus. iam est nõ solùm opinio, verũ & ecclesiæ sanctio. Vnde licet Sco
Duran. tus, & Duran. & alij, qui prædictã Synodum anteceſſerunt, oppo
Adrian. sitam sententiam vtcunq; defensare potuerunt, nunc autem iam neutiquàm liceret. Et si Adrianus qui fuit postea, illam habuit ex eo fuisse creditur, qa decretum illud nõ legit. Ex hac. 2 con. quò ad secundam partem, elicitur non de iure diuino episcopum esse necessarium ministrũ Confirmationis, alioquin nõ posset Papa dispensare, vt qui non est episcopus confirmaret: sed ita cẽsendũ est episcopum ministrum esse necessarium, vt nisi Papa dispẽsaret cũ simplici sacerdote, si attẽtaret hoc sacrum cõferre: nihil ageret, vt dicitur in. c. Quanto, citato. In his nanq; quę sunt de iure diuino, vt quòd suscipiens alia sacramenta sit baptizatus, & quòd minister cõsecrationis Eucharistiæ & absolutionis sacramẽtalis sit sacerdos, non potest Papa dispensare. Non enim potest dispensare, vt nõ sacerdos cõsecret, aut nõ baptizatus recipiat alia sacramẽta.
¶ Animaduertere oportet, quòd signanter dixi, Ac singulariter posse Papam committere simplici sacerdoti autoritatem hanc. Nam Episcopus non posset illam cõmittere suo presbytero: cùm hoc pertineat ad plenissimã potestatem iurisdictionis vniuersalis ecclesiæ, quam habet Papa solus.

De ritu huius sacramenti.

X. DIFFICVLTAS.

Vtrùm ritus huius sacramenti sit conueniens.

Con. vni
Notabil.



Vic difficultati vnica conclusione affirmatiua satisfit respondetur. Probatur, quia ecclesia quæ huiusmodi ritibus vtitur, regitur à spiritu sãcto ergo sunt cõuenientes. ¶ Annotare hîc opùs est primò, quòd ritus, sunt illi qui non pertinent ad essentiã sacramẽti. Suscep-

ti. Susceptor nanq; licèt nõ sit de essentia: expectat tamen ad ritũ expręcepto. Cereus autẽ qui offertur, licèt sit aliq̃ religio, ac optima cõsuetudo, eius tamen omissio non esset aliquod peccatum, sicut neq; non dare alapã. Mos enim ille introductus est, vt confirmatus memor sit semper sacramẽti, & vt admoneatur quòd illud suscipit ad pugnã, vt inde discat cõtumelias & plagas pro Christi nomine sustinere. ¶ Secundò nota, morem illũ antiquum, vt tam qui confirmabantur, quàm episcopi confirmantes, ieiuni ad hoc sacramentum accederent, vt habetur de cõse. d. 5. c. Vt ieiuni. & c. Vt episcopi. iam esse abolitum. & cõfirmationẽ fieri tam à prandio, quàm ante prandiũ in quocunq; die. Et possunt episcopi illud cõferre in omni honesto loco, etiam extra ecclesiam. *Notabi.*

¶ Tertiò nota, quòd episcopus extra locum suæ diœcesis etiam subditos suos confirmare nõ debet. Imò nec archiepiscopus subditos suorum suffraganeorum dũ visitat, nec in sua diœcesi alterius diœcesani subditos, vt habetur. 16 q. 1. c. Interdicimus. Confirmando tamen non subditos, licèt peccet, non tamen efficitur irregularis, & verum sacramentum confert. *Notabil.*

Et hęc de confirmationis sacramento dicta sufficiant.

DE SACRAMENTO EVCHARISTIÆ.

HActenus pertractatũ est de generatione spirituali, quę fit in Baptismo, & de augmẽto item spirituali, quod fit in cõfirmatione: dicẽdum erit nunc iam de spirituali alimẽto seu nutrimẽto, quod datur in Eucharistiæ sacramento. Rectus nanq; ordo postulat, vt post Baptismum & post cõfirmationẽ summatur hoc venerabile sacramentum ab adultis. Legimus siquidem quòd submersis Ægyptijs in mari rubro, trãsactoq; mari prędicto, filij Israel nouum pascha in azimo pane fecerũt in deserto: sic & nos submersis dęmonibus in Baptismo cum peccatis nostris, in deserto huius mũdi pascha nouum in azimis synceritatis & veritatis huius sanctissimi panis facere debemus. Ad rem igitur iam accedẽdo erũt aliquot difficultates de Eucharistiæ sacramẽto.

1. DIFFICVLTAS.

Vtrùm Eucharistia sit sacramentum.

DIrusq̃ huic difficultati respondeamus scire opere pretium est, quòd hoc sacramẽtum inter cętera habet quòd non solùm est sacramentum, verùm & sacrificium. Et nunc primò agendum est d illo, qua ratione est sacramentum: deinde quatenus est sacrificium. *Concl.* Tunc est con. affirmatiua ad quęstionem propositam respõsiua, nempe Eucharistiam non tantùm esse sacramentum, verùm etiam omnium sacramentorum maximum sacramentum. Hęc conclusio habetur diffinita in quàm plurimis locis. Item ecclesia appellat Eucharistiam sacramentum. Canit enim, Tantum ergo sacramentum, & in collecta illa, Hoc tuum sacramẽtum nõsit nobis reatus ad pœnam, &c Pretereà, hanc con. tenent omnes scholastici doctores in. 4. à distinctione. 8. vsq; ad. 13.

¶ Sed du-

¶ Sed dubiū eſt, ꝑ quo nomen hoc, ſacramentū Euchariſtię ſupponat. Eſt enim in eo quatuor conſiderare, videlicet ſpecies panis & vini conſecratas: corpuſq; & ſanguinem quę ſub ipſis latēt, & tertiò eorundem conſecrationē, ac deniq; vſum & ſumptionē. Controuerſia igitur nō parua inter doctores eſt, an Euchariſtię ſacramentum ſit cōſecratio, an ipſius Euchariſtię ſumptio, an ſpecies ſenſibiles panis & vini, an corpus Chriſti contentum ſub illis. Cui dubio omnibus opinionibus omiſsis, eò quòd noſtrum inſtitutū nō eſt niſi veritatem oſtēdere, ac probabiliorem ſententiam ob oculos ꝓponere: hac cō reſpōdetur. Neq; cōſecratio, nec ſumptio eſt ſacramētū. Hęc con. quōad primam partē, probatur. Nam cōſecratio vt nomē ſonat, nō eſt niſi actio qua ꝑ formā pficitur ſacramētū: quare ſicut forma qua fit cōſecratio, nō eſt ſacramētum, ita neq; conſecratio ipſa, ſed eſt via ad ſacramentū. Prętereà probatur. Nā nomina artificialia non ſupponunt pro forma, ſed ꝓ materia formā cōnotādo, vt domus. Cùm igitur ſacramētū ſit quoddam artificiatum: nō pro forma qua fit cōſecratio, neq; pro ipſa cōſecratione ſupponere debet. Quōad ſecundam verò partem, nempe quòd non ſit ſumptio Euchariſtię ſacramentum, probatur. Nā hoc ſacramentum ſecundùm omnes doctores eſt perfectum ante ſumptionē, qa vſus nō eſt d neceſsitate huius ſacramēti. Hęc nāq; differētia eſt inter Euchariſtiā & alia ſacramēta habentia m eriā ſēſibilē: ꝙ Euchariſtia continet aliquid ſacrū abſolutè. ſ. ipſū Xp̄ū, & ideo pficitur in ipſa cōſecratiōe materię: alia verò ſacramēta pficiūtur in vſu & appellatiōe materię ad hominē ſanctificādū, vt inquit D. Tho. in. 3. p. q. 73. ar. 1. ad 3. *Dubium.* *Concl.* *D. Tho.*

¶ Vtrùm verò ſupponat pro corpore Chriſti, an pro ſpeciebus etiam ſolet eſſe ambiguitas: ſed nos ponimus concluſionem ambiguitati huic reſpōſiuā, videlicet ſacramentū Euchariſtię pfectū eſſe, id quod remanet poſt cōſecratiōē, nēpe ſpecies panis & vini, & corpus Xp̄i ſub illis cōtētū: differēter tū. Species nāq; ſacramētū tātū ſunt, qa ſunt viſibilis forma inuiſibilis gratię, putà tā corporis Chriſti & ſanguinis, quàm gratię ſacramētalis: at verò corpus Xp̄i ſacramētū & res ſacramēti ſimul. ſacramētū ſcilicet, qa corpus Xp̄i q̄tenus ſub eiſdē ſpeciebus velatur, corpus myſticū repręſentat. Res autem, quia ſignificantur per ſpecies, & per conſecrationem perficiuntur. Et hoc eſt quod dicit Angelus in capitulo. Hoc eſt. cùm ait, hoc ſacramētū cōſtare ex viſibili elemētorū ſpecieque ſcilicet, eſt ſacramentū tātū: & inuiſibili Chriſti carne & ſanguine *Angelus*

tanquàm ſacramento & re ſacramenti. Vnde cùm in diffinitione ſacramenti dicitur, ſacramentum eſſe faciæ rei ſignum, deſigno ſenſibili, [quod quidem ſacramẽtum tantùm eſt] intelligi oportet: nõ autem de illo, quod ſacramentũ, & res ſacramenti ſimul eſt, quale eſt corpus Chriſti in hoc ſacramento: nam hoc non requiritur ꝙ ſit ſenſibile ſignum, ſed ſatis eſt intelligibile eſſe. Et ꝙ ſpecies panis & vini ſint ſacramẽtum tantùm, tenet expreſſè magiſter ſen. in 4. diſ. 8. & Aug. in epiſtola. 23. ad Bonifacium [inquit enim illîc] has ſpecies ſignum eſſe ordinatũ ad homines ſanctificãdos. Quòd autem corpus chriſti ſit ſacramentum & res ſacramenti ſimul, habet D. Tho. 3 p. q. 73. ar. 1. ad 2. & Thomas Vualden. li. de ſacramentis c. 21. & habetur in c. Cum Marthe. de celebra. miſſarum.

Mag. ſen. Auguſt. D. Tho. Th. vual

II. DIFFICVLTAS.

Vtrùm hoc ſacramentum ſit vnum, an plura.

PRo huius difficultatis elucidatione annotare oportet ex Ariſto 5. Metaphy. tex. 7. quòd vnum dicitur tripliciter, ſcilicet indiuiſibilitate vt angelus, cõtinuatione vt linea, & perfectione vt domus, quæ licèt ſit plura in genere ſubſtãtiæ, vt ligna & lapides &c. e tamen vna in genere qualitatis: quia vnicam formã habet: hoc autem ſacramentum eſt vnum perfectione. Eſt ergo concluſio, qua ad difficultatem reſpondetur, quòd quanuis hoc ſacramẽtum ſit multa materialiter, nempe panis & vini diuerſæ ſpecies, nihilominùs vnicum ſacramentum eſt perfectione. Habent ſe nãq; huiuſmodi multa, vt vnum integrantia: quandoquidem ad vnam integram, & perfectam ſpiritualem refectionem ordinantur: ex vnitate enim finis ꝓprij, ſacramẽti vnitas ſummi neceſſum eſt. Quẽ admodum ex refectionis corporalis vnitate, prandij aut cœnæ vnitas ſummitur, & ſicut ad perfectam refectionem corporalẽ, duo requiruntur, ſcilicet cibus & potus: ita ad ſpiritualem concurrere debent ſpiritualis cibus, & ſpiritualis potus, iuxta illud. Ioan. 6. Caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus. Hæc cõcluſio diffinitur in c. Firmiter. de ſumma trinitate, & fide catho. vbi habetur, quòd ſub ſpeciebus panis & vini perficitur myſterĩ vnitatis, & inconc. Flo. & alijs, vt vnum ſacramentum proponitur. De hac re vide D. Tho. 3. p. q. 73. ar. 2. & ibi Dominum Caietanum. Ex præhabitis iam perſpicuè elicitur, perfectiùs reficiſacerdotẽ

Meta. 7.

Concl.

Con. Flo. D. Tho. Caieta.

cerdotem ſub vtraq; ſpecie communicantem populo ſub vna tantùm ſummente: quoniam non ſumitur totum ſacramentum quò ad integram eius repreſentationem, cùm ex vi conſecrationis nõ ſit illîc niſi corpus, & ſic tantùm eſt cibatio ſine potu. Requiritur enim ad potum q̃ ſumatur ſanguis, qui ſit primò per ſe illîc ex vi conſecratiõis. Nec ob id licet inferre, quòd populus defraudtur: cùm defraudari idem ſit quod priuari illo quod ſibi debetur. At verò cõmunicare ſub vtraq; ſpecie, minimè populo debetur. Obſeruat nanq; hunc vſum eccleſia propter huius ſacramenti reuerẽtiam, quam in hoc maximè prętendit. Multoties enim effundere tur ſanguis: ſi populari genti daretur.

III. DIFFICVLTAS.

Vtrùm ſacramentum Euchariſtiæ ſit de neceſsitate ſalutis.

PRo huius difficultatis declaratione annotare oportet, duo eſſe in hoc ſacramento, ſcilicet ſacramentũ & rem ſacramenti. Res huius ſacramenti, vnitas corporis Chriſti myſtici dicitur, quod quidem corpus eccleſiam eſſe nemo eſt qui ambigat. His ſic pręmiſſis, ſit prima con. Euchariſtia quantùm ad hanc vnitatem, de neceſ- 1. Con.
ſitate ſalutis eſt. Hanc concluſionem tenet expreſsè. D. Tho. 3. p. q. 73. ar. 3. & eam probat ex eo, q̃ nulli patet aditus ſalutis extra D. Tho.
eccleſiã, ſicut in diluuio nemo extra arcã Noę fuit ſeruatus, quę quidem arca hanc noſtram eccleſiam ſignificabat. Et eſt determinatio eccleſię c. Firmiter, extrà d ſumma trinitate & fide catholi. Imò eſt articulus ſymboli, Credo in ſpiritum ſanctum, ſanctã eccleſiam, ſanctorum communionem.

¶ Secunda concl. Tam paruuli q̃; adulti poſſunt ex ſolo voto & 2. Con.
deſiderio percipere huius ſacramenti effectum. Hanc concluſionẽ habet D. Tho. vbi ſuprà. D. Tho.

¶ Tertia con. Quanuis effectum Baptiſmi, ſicut effectum huius 3. Con.
ſacramẽti poſſunt adulti ſolo voto & deſiderio ſuſcipere: attamẽ effectũ Baptiſmi non poſſunt paruuli obtinere, niſi in re recipiant ipſum Baptiſmum. Benè tamen effectum Euchariſtiæ [vt dictum eſt in. 2. con.] Ratio diſcriminis eſt, qa Baptiſmus eſt prĩcipiũ ſpiritualis vitę, & oĩum ſacramẽtorũ ianua: Euchariſtia verò eſt q̃ſi cõſummatio ſpũalis vitę & omniũ ſacramẽtorũ finis. At verò principiũ. ſ. baptiſmus haberi debet in re, itaq; de ſe ac ſuapte natura nõ ſaluat niſi ſit in re ſuſceptus, & ideo ſe cẽſetur neceſſarius in

re, per accidens autem, nempe quia copia eius haberi non potest, vsu venit vt votū in adultis sufficiat, qui tale votū habere possūt. Eucharistia verò eò quòd est finis, ex natura sua habet per votum sui salutem operari, secundùm esse in intentione: & idcirco per se non est necessaria in re & secundùm ipsius actualem susceptioēn, nisi tempore statuto ab ecclesia. Vnde paruulis nō est ad ministrandum hoc sacramentum antequàm perueniant ad annos discretionis. Non enim est idoneum, vt quispiam absq; veneratione & reuerentia sacrosanctam Eucharistiam susciperet, quam quidem reuerentiam minimè habere possunt infantes ante istud tempus. Et tunc tenentur ad minus in paschate illud in re suscipere vt habetur in. c. Omnis vtriusq; sexus. de pœni. & remiss. Ante verò istud discretionis tempus cùm paruulus baptizatur, in ipso Baptismo tanquàm in medio suscipit effectum huius sacramenti, eò quòd est finis: & in medio virtualiter clauditur finis, & sic ordinatur homo per Baptismum ad Eucharistiam. Quocircà pueri dū baptizantur intentione ecclesiæ, ordinantur ad Eucharistiam: & sicut fide ecclesiæ credunt, ita & eius voto suscipiunt Eucharistiam: & hoc propriè vocatur habere rem Eucharistiæ in sui initio.

4. Con. ¶ Quarta conclusio. Sacramentum Eucharistiæ non est adeò necessarium sicut Baptismus. Hęc conclusio sequitur manifestè ex 3. præcedenti. Et probatur. Nam absq; Baptismo suscepto realiter vel saltem in voto proprio explicito, nemo potest consequi salutem. At sine susceptione Eucharistiæ sacramentaliter vt in ipso sacramento à nobis māducatur, & sine voto proprio explicito illam suscipiendi, puer consequitur salutem, & manducat hoc sacramentum spiritualiter. De qua manducatione spirituali intelligenda est sententia Domini. Ioan. 6. Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem: non habebitis vitam in vobis. Ita enim illam intelligit. D. Hierony. super. 1. c. ad Ephe. & iste sensus habetur expressè de consecratione distinctione. 2. c. Dupliciter. Non enim eadem ratio est de alimento corporali & spirituali, eò quòd alimētum corporale conuertitur in substantiā aliti. Quocircà nisi realiter edatur, homini prodesse ad vitæ conseruationem non potest. Alimentum verò spirituale conuersò hominem in se ipsum cōuertit, iuxta illud Aug. li. confessionum, qui vocē Christi audiuit, decentis ei, Nec tu me mutabis in te sicut cibum carnis tuæ, sed tu mutaberis in me. Potest autem homo in Christum mutari, eiusq; fieri membrum per mentis votum

Ioan. 6. D. Hier At Ep. 1

Augus.

pro

ppriū, vt adultus absq; reali sacramēto: & p votū alienū. s. ecclesię vt puer postq̄; iam in re sacramētū baptismi susc epit [vt dictū est.]

IIII. DIFFICVLTAS.

Vtrùmbo c sacramentum sit appellandum sacrificium

C. Vni

HVic difficultati vnica conclusione me posse sufficiē ter respondere, non ignoro, nempe appellandū esse sacrificium. Hæc conclusio est omnium sanctorum. Habet nanq; illam Ambro. cuius verba habentur d consecratione. d. 2. c. In Christo &. D. August. lib. 22. de ciuitate Dei. c. 10. Habetur etiam hęc nostra sententia de conse. d. 2. c. Nihil. & in conc. Effesino. & in. c. Firmiter. de summa trinitate. & fi. catho. eandem sententiam habet Caie. in quodā tracta. de hac materia, & super Matthe. c. 26. super illa verba, Hoc facite in meam commemorationem. Confirmatur ratione, quia in omni lege tam naturali quàm scripta, apud omnesq; nationes vbicunq; inuenitur sacerdos sacrificium quoq; inuenitur. Cùm igitur in noua lege inueniatur verus sacerdos: necesse est quòd inueniatur verum sactificium. Nec est de ratione sacrificij occisio animalis, vt Vuitcleff, & Lutherus volūt. Vnde, quia X̄ps semel oblatus & occisus est in cruce: negant Eucharistiam esse sacrificium. Maximè enim in hoc errant, nam licèt noluit iterum offerri in cruce: voluit tamen sub panis & vini speciebus multoties offerri, vt eius corpus & sanguis nūc virtutē nobis cōferrent ac si modo X̄ps immolaretur & moreretur: atq; adeò in hoc sacramēto eū nos ī satisfactionē p nr̄is expiādis piaculus offerimus. Satis nāq; est ad esse sacrificij, quòd offeratur id quod mortuum est.

A*mbro*. D. A*ug*. Co. E*sse* C*aieta*. M*att* 26

¶ Scire tamen hīc opūs est, quòd hoc sacramētum alijs pluribus nominibus nūcupatur. Dicitur enim synaxis [hoc est] communio seu congregatio: quia per hoc sacramētum Christo coadunamur, & in vnū vnimur corpus: ob idq; in sacro canone missæ dicitur, Sacro sancta cōmunio: ac ex cōsequenti, Sacramentū pacis & charitatis. Dicitur etiam viaticum, quia viam nobis ad illam fœlicitatē, ac cœlestē patriā prębet. Et idcirco infirmis porrigitur viā vniuersæ carnis ingressuris. Nuncupatur quoq; Eucharistia [hoc est] bona gratia, quia continet in se Christum qui est plenus gratiæ.

V. DIFFICVLTAS.

Vtrùm hoc sacramentum fuerit in cœna á Christo institutum.

Con. afir

HVic difficultati hac con. affirmatiua reſpondetur, nẽ pe conueniẽter hoc ſacramẽtum inſtitutum fuit in cœna, quę fuit vltima Chriſti cũ ſuis diſcipulis con uerſatio. Hęc con. eſt de fide tenẽda. Habetur enim in concilio Viennenſi, & in euãgelio Matthe. 26. &

Cõc. Vi.
Mat. 26
Luc. 22.
1 Cor. 10
Euſ. Emi

Lucę. 22. Et. 1. ad Corinth. 10. Probatur etiã duplici ratione. Prima, quia decuit, vt quãdo ſe in propria ſpecie à diſcipulorum cõſpectu ſubtracturus erat, tunc in ſacramẽtali ſpecie ſe ipſum eiſdẽ relinqueret. Vnde Euſebius Emiſenus: & habetur c. Quia corpus. deconſe. d. 2. Quia corpus, inquit, aſſumptum ablaturus erat ab oculis, & illaturus ſideribus, neceſſe erat vt die cœnę ſacramentũ corporis & ſanguinis ſui conſecraret nobis. Secunda. quia ea quę vltimò dicuntur ab amicis recedentibus, magis memorię cõmendantur, eò quòd tunc magis inflãmatur affectus ad amicos: vt ergo in maiori veneratione haberetur, vehementiuſq; cordibus ac memorię diſcipulorũ infigeretur, dominus in vltimo diſceſſu ſuo à diſcipulis, hoc ſacramentum inſtituit.

VI. DIFFICVLTAS.

Vtrùm materia huius ſacramenti ſit panis & vinum.

Con. 1.
Con. Flo
Cõc. car

HVic difficultati per aliquot con. reſpondetur, quarũ prima ſit. Panis & vinum ſunt materia conueniens huius ſacramẽti. Hęc con. habetur expreſſè in c. Firmiter. de ſumma trini. & fi. cath. & in cõcilio. Florentino. & conc. 3. Carthaginenſi. c. 24. &. c. Cùm Matthe. de celebra. miſſarum. & deconſe. d. 2. c. In ſacramento. & c. Cùm omne. &. c. Non oportet. Probatur inſuper ex ſacro eloquio. Legimus enim Matth. 26. q accipiẽs panẽ, benedixit, ac fregit, dicẽs, Accipite & comedite, Hoc eſt corpus meũ. Et cõſecrato calice, ſubiũxit, Dico aũt vobis, Nõ bibã amodò ď hoc genimine vitis vſq; indiẽ illũ, cùm illud bibã vobiſcũ in regno patris mei

Mat. 26
1 Cor. 10

Pręterea. 1. ad Cor. 10. ait Apo. Omnes q̃ ď vno pane, & ď vno calice pticipamus. Ratio etiã cõgruens q̃re iſta duo ſint materia huius ſacramẽti eſt, quia hoc ſacramẽtũ ordinatur, ad ſpiritualem nutritionem: vnde ſicut nutritio corporalis conſiſtit in cibo & potu corporalibus: ita nutritio hęc ſpiritualis conſiſtit in cibo & potu ſpiritualibus. Ideo in iſto ſacramento datur corpus Chriſti ſub ſpe

cie

cie panis in cibum,& ſanguis Chriſti ſub ſpecie vini in potũ,& ita dicit ipſemet Chriſtus Ioan. 6. Caro mea verè eſt cibus,& ſanguis meus verè eſt potus. Quo fit,vt neq; propter vini defectum ſit ſolus panis cõſecrandus, nec propter panis defectum ſolum vinum, quia non eſſet perfectum ſacramentum. Et ob id immane ſacrilegium committeretur, quanuis ſi deficeret vinum, & conſecraretur ſolus panis,verum,ſacramentũ conficeretur. Conſecratio nãq; vtriuſq; per ſe ſpeciei abſoluta actio eſt, nõ dependens ab altera: forma enim abſolutè enunciat hoc eſſe corpus ſine dependentia à forma conſecrationis ſanguinis. Et animaduerte, quòd quantũ ad paſsionis repreſentationem,valdè congruum fuit corpus pſe, ſanguinemq; ſeorſum conſecrare, eò quod ſanguis non continuatur corpori,& in paſsione ab ipſo corpore fuit ſeparatus. *Ioan. 6.*

¶ Sed nunquid requiritur ad materiam huius ſacramenti quòd ſit panis iſte triticeus? Quòd enim panis & ſolus panis debeat eſſe materia huius ſacramenti veritas eſt euangelica,de qua haud dubitare licet. Quo fit,vt nequaquàm conficiatur panis huic ſacramẽto idoneus:nempe ex faba,cicere, lente, & id genus alijs: nam quanuis hęc in cibum humanum aſſumantur, non tamen tanquàm panis. Et multò minùs fiet ex commolitis fructibus & commaſſatis,putà ex amygdalis, caſtaneis,nucibus,radicibus &c. Nam non propriè dicũtur panes, ſicut aqua roſacea non eſt aqua, licèt egeſtatis cauſa homines illis veſcantur. Similiter quòd requiratur panis de frumento confectus, non eſt dubitandum. Reſtat igitur ambiguitas, vtrùm de omni frumento poſsit huiuſmodi confici materia,an ſolùm ex tritico? Pro quo ſit. 2. con. in ordine. Panis triticeus eſt neceſſaria materia huius ſacramenti,ita quòd ſine illo nullum eſſet ſacramentum. Hęc con. eſt omnium doctorũ cõmunis ſententia,quam tenet D. Tho. 3. p q. 74. ar. 3. & Alexan. 4 p. q. 32. mẽbr. 2. & Bonauẽtura diſtinctio 11. ar. 1. q. 4. & Scotus q. 6. & Duran. q. 4. Accedit quoq; his doctoribus conc. Flo. vbi materia huius ſacramenti ponitur panis triticeus. Probatur etiam ex facto Chriſti,qui in pane triticeo hoc ſacramẽtum confecit. Cùm dico, Ex pane triticeo, intelligendum eſt de quacunquè ſpecie tritici, ex qua verum nutrimentum ad omnem vſum hominum conficitur. Vnde ſi qua frumenta ſint, quę ex ſemine tritici generari poſsint [ſicut ex grano tritici ſeminato in malis terris,naſcitur ſiligo quod Hiſpani appellamus centenum] ex tali frumento panis confectus,poteſt eſſe materia huius ſacramenti, non *Dubium.* *2 Concl.* *D. Tho.* *Alex. al.* *Bonauẽ.* *Scotus.* *Duran.* *Con. Flo*

non abſtante aliqua accidẽtium diſsimilitudine. Itaquè regula ſit certa, ꝙ omne & ſolũ triticũ ſit materia abſq; diſputatione, an ſint plures ſpecies tritici, an verò ones ſint eiuſdẽ ſpeciei. Ex quibus iam colligitur, neq; ex ordeo, neq; ex ſpelta, neq; etiã ex farre qd inter omnia grana ſimilius eſt tritico, poſſe confici panem, qui ſit materia legitima, in qua fiat conſecratio, quia illa ſimilitudo eſt in figura & colore, non autem in identitate ſpecifica, & quia nõ ſunt ſpecies tritici neq; panis apud homines vſualis, ſed iumentorum pabulum, & deffectu veri panis ab hominibus vſurpatus. Et eadẽ ratione excluditur auena quę pariter brutorum alimentũ eſt, & à fortiori excluditur à materia huius ſacramẽti miliũ, quod vt ex grani figura alijs q̃; accidentibus conſtat, ab omni ſpecie tritici dif
D. Tho. fert. De his agit D. Tho. 3. p. q. 74. ar. 3 ad. 2. & Silueſter verbo
Silueſ. Euchariſtia. 1. §. 2. Eadem inſuper ratione in maycio crediderim ego in hoc nouo Occidentis orbe conſecrationem minimè fieri poſſe, quia grana atteſtantur non eſſe ſpeciem tritici, cùm ex tritico non generetur, neq; ariſtas habeat, quod intelligo etiam ſi nõ fuerit aliud granum niſi maycij, & licet ſit panis vſualis apud iſtos neophytos: non tamen eſt materia apta ad conſecrationem. Nam Chriſtus inſtituit hoc ſacramentum, in pane qui eſt vſualis apud gentem politicam, non autem apud barbaram. Item, quia eadem ratione ſanguis poſſet conſecrari in vino quo vtuntur iſti Indi: quod neutiquam concedere licet. Hanc ſentẽtiam de maycio ha
Soto. bet. Soto. in 4. diſtinctiõ. 9. q. 1. Et nota, quòd debet eſſe panis cõfectus ex aqua elementali, non autem cùm aqua roſacea vel cum alio liquore ſicut cum vino vel cum lacte. Nam ſi ex huiuſmodi aquis artificialibus commaſſatur panis, non eſſet conſecrabilis, vt dicit Soto vbi ſuprà, quanuis Caie. videatur declinare in contrariam ſententiam.

Notabil. ¶ Annotare oportet circa hanc noſtram ſecundã concluſionẽ primò, ꝙ aliquãdo eſt tãta corruptio tritici. l. ingrano. l. ĩ pane cocto, ꝙ ſoluitur ſpecies panis triticei: quod ex diſcontinuitate, ſapore & colore, atq; alijs accidentibus deprehẽdi poteſt. Vnde ex tali materia non poteſt confici corpus Chriſti. At verò quando non eſt tanta corruptio vt ſpeciem ſoluat, ſed eſt aliqua diſpoſitio ad corruptionem, quod declarat aliqualis mutatio ſaporis: tunc optimè ille panis cõſecrari poteſt: peccaret tamẽ cõficiẽs propter inreuerentiam ſacramẽti, & à fortiori eſſet graue peccatũ, quando res eſſet dubia, an panis eſſet corruptus an nõ. Vnde ex amylo

quod

[quod vulgus amylum appellat] et est ex tritico corrupto quod per dies aliquot manet in aqua vt fiat amylum, non videtur posse confici panis qui materiam huius sacramenti esse possit. Ita tenet. Diuus Thomas. vbi suprà & Scotus. dis. 11. q. 6 quanuis quidam contrarium dicant. D. Tho

¶ Annotandum est secundò, quòd in pane confecto ex duabus speciebus tritici mixtis, si vtraq; est apta materia, potest confici corpus Christi. At verò in pane confecto ex duabus speciebus, quarum vna sit apta, scilicet verum triticum, & alia inepta, scilicet ordeũ: si sit multò maior quãtitas de vero tritico, fieri potest cõsecratio, non autem si mixtio fiat vel ad æqualẽ vel illi proximã quantitatẽ ex inepta specie panis, quia tunc species triticeæ panis mutatur, atq; adeò idonea nõ est sacramẽti materia. ¶ Scire vltimatè opùs est, quòd signãter dixi in conclusione, ꝙ debet esse panis: nã citra controuersiã ab omnibus confitetur pastã non coctam, nõ esse legitimã materiam huius sacramẽti. Ratio huius notabilis est, quia secundũ probabiliorẽ sententiã quã habet. Di. Tho. in. 3. p. q. 74. ar. 3. & eleganter ibi docet Caie. & Siluester in verbo Eucharistia. 1. per decoctionem pasta mutat speciem. Item quia siue specie differat à pane cocto siue secùs, non est panis, imò neq; est humanus cibus. Non enim edi potest, nec si edatur nutrit: verùm plurimùm saluti nocet. At verò Christus hoc sacramentum instituit vt esset alimentum spirituale ad similitudinem corporalis alimenti, non ergo potest esse huius sacramenti materia. Scotus. Notabl.

¶ Sed dubiũ est, vtrũ panis iste debeat esse azimus? Pro hoc dubio sit tertia conclusio in hac difficultate, ꝙ quãq; non sit de essẽtia & necessitate sacramenti ꝙ cõsecratio fiat in pane azimo vel fermentato, quia in quocunq; fiat, erit verum sacramẽtũ cùm in euãgelio solùm habeatur panis vt ex cõc. Flo. cõstat: vnusquisq; tamẽ ritũ suæ ecclesiæ seruare sub præcepto tenetur, vt ex eodẽ concilo Florentino habetur. Sunt nanq; diuersæ consuetudines in ecclesia de hoc. Nã Græci in pane fermentato, vt Gregorius ait in regiſtro, Latini verò in azimo consecrant: & vtraq; ecclesia habet suas causas prout idem Gregorius dicit illìc, cuius verba sunt, Romana ecclesia offret azimos panes propterea quòd Dominus sine vlla commixtione, scilicet virilis feminis susceptit carnẽ: sed Græca ecclesia offert fermẽtatũ, eo quòd verbũ patris indutu Dubium. 3. Con. Con. Flo Grego.

indutum est carne, sicut fermentum miscetur farinæ. Ex his infertur corollariũ, quòd sicut peccat presbyter in ecclesia Latinorum celebrans in pane fermentato, ita peccaret presbyter Græcus in ecclesia Græcorũ celebrans in pane azimo, quasi peruertẽs ecclesiæ suę ritũ, nec est dubitãdũ quin mortaliter peccaret, qui modò apud Latinos in pane fermẽtato consecraret, tũ quia est res grauissima, tum etiãquia in iure apponitur pœna grauissima celebrãti in fermentato. Habetur nanq; in c. Literas. de celebratione missarũ, ã quodam qui propter hoc in perpetuum fuit ab officio priuatus, ex pœna autẽ leui, aut graui in iure transgressoribus apposita, mortale, vel veniale esse colligimus.

3. Con. ¶ Tertia conclusio. Rationabiliorẽ esse consuetudinem celebrãdi in pane azimo fateri oportet: tum quia legimus Christũ in azimis consecrasse. Prima nanq; die azimorũ hoc instituit sacramen-
Mat. 26 tum, vt habetur. Matth. 26. & Marci 14. & Lucæ. 22. qua die ni-
Mar. 14 hil fermentatum in domibus Iudęorũ esse debebat, vt Exodi. 12.
Luc. 22 præceptum esse à Deo legitur. tũ etiam quia hoc aptiùs fidelium
Exo. 12 synceritati congruit cùm ad sacramenti vsũ exigatur iuxta illud.
1. Cor. 5. 1. Cor. 5. Pascha nostrum immolatus est CHRISTVS: itaq; epulemur in azimis synceritatis & veritatis.

Dubi. vl ¶ Vltimũ dubiũ est in hac difficultate, vtrùm ꝓ materia huius sa-
4. Con. cramenti reqratur vinũ vitis? Pro quo sit 4. conclusio. Quòd omne & solùm vinum vitis est materia necessaria huius sacramenti.

Con. Flo Hæc conclusio est de fide tenenda, habetur enim diffinita in cõc.
Con. Ca Flo. sub Eug. 4. & in concilio Carthaginẽsi. 3. c. 24. Etc. Fmiter. de summa trinitate & fide catholica. Et de conse. d. 2. c. Didiscimus, &c. c. Cùm olim & c. Non oportet. & c. In sacramẽto. vbi sicut determinatur quòd panis debet esse ex frumento, ita quòd vinum sit ex vuis. Probatur etiam, quia in tali vino Chri-
Mat. 26 stus hoc sacramentũ instituit. Inquit nanq; Matth. 26. Non bi-
Chrisos. bã amodò de hoc genimine vitis &c. Vbi Chrisostomus homilia. 83. De genimine, inquit, vitis quę certè vinũ, non aquam producit. Per quod condemnatur error ille afferentium, quòd sola aqua sufficit. Et ratione confirmatur. Nam ad materiam sacramentorũ assumitur id quod propriè ac communiter habet talem speciem. At verò quod propriè vinũ nuncupatur, de vite sumitur. Cæteri autẽ liquores qui vinũ dicũtur: vt vinũ malogranatorũ vel pomorum &c. non sunt idonea materia, quia non nisi equiuocè & secundùm quandam similitudinem ad vinum vitis, vina dicũtur.

Animad

Animaduerte circa hanc conclusionẽ, quòd in aceto, vel in agresta nõ potest celebrari, quod intelligendũ est, de aceto quod õnino é acetũ, nempe q̃ndo vinũ per corruptionẽ fit perfectè acetũ, tum quia maximum argumẽtum est quòd mutat speciẽ, tum verò quia siue speciẽ mutet siue secùs, non est vinũ. In vino autẽ aliquã tulũ acido, fieri põt cõsecratio. At verò q̃ndo est notabile dubiũ, an sit acetum, grauiter peccaret qui in illo celebraret, sicuti peccat qui celebrat in pane adeò corrupto, quòd est ambiguitas, an sit iam verè panis. Similiter neq; posset celebrari in vino congelato, si adeò cõtingeret indurescere, vt desineret esse vinũ, quod deprehendi posset, si posteà liquefactũ vini virtutẽ non haberet. Vnde si species consecratæ congelarentur, experimentum sumendum esset, an sanguis Christi adesset, ex colore & sapore: nam si liquefactæ posteà haberent colorem & saporem vini: iudicaremus esse illic sanguinem, secùs autẽ si illum non seruarent. At verò in musto nemini dubium est, quin possit fieri consecratio, quanuis nondum sit perfectum vinum propter defectum decoctionis. Habetur nanq; in. c. Cùm omne. quòd permittitur vt botrus vuarum tempore necessitatis in calice exprimatur, & permixta gutta aquę, fiat consecratio, & ita tenet. D. Tho. 3. p. q. 74. ar. 5. D. Tho.

VII. DIFFICVLTAS.

Vtrùm requiratur de terminata quantitas panis & vini ad materiam huius sacramenti.

AD hanc difficultatẽ vnica cõclusiõe negatiua respõdrur, nẽpe quòd neq; ad minimũ, neq; ad maximũ terminatur quantitas consecrabilis, sed quæcunq; quantitas quantũcunq; parua, vel q̃ntuncunq; magna, sub qua potest consecrari panis & vinum, q̃sit ad distãtiã vbi videri põt, & habet esse p se existens in hostia, cõsecrari potest. Itaq; si sacerdos velet cõsecrare totũ panẽ q vẽditur in foro, & totũ vinũ quod est in cellario, verè consecraret: peccaret tamẽ, & immane sacrilegiũ cõmitteret. Hãc conclusionẽ tenet D. Tho. 3. p. q. 74. ar. 2. Et ratione ꝓbatur, quia quælibet pars est panis & vinũ, cùm sit corpus mixtũ ex elemẽtorũ q̃litatibus constãs. Nec obstat huic nr̃æ sentẽtiæ argumentum, quod fieri solet: quia Christus suis ministris nõ dedit potestatẽ ad irrisionẽ fidei & sacra Cõ. Vai. D. Tho.

1.Cor.10 & sacramẽtorum, sed in ædificationẽ. vt dicit Paulus.1.Cor.10. At si sacerdos totũ panẽ qui in foro vẽditur, aut totũ vinũ quod ẽ in cellario consecraret, irrisioni exponeret religionẽ & sacramẽ ta nra [non inquã obstat] nã magnũ discrimẽ est inter potestatẽ characteris & potestatem iurisdictionis, q̃s habet sacerdos. Pote stas nanq; iurisdictionis si suspendatur vel tollatur per Papam, nõ habet effectũ. Quocirca sententia excõmunicati vel suspẽsi iudi- cis nõ tenet: & sic absolutio à sacerdote suspẽso impẽsa, nõ tenet. At tamẽ potestas ordinis, quia character est indelebilis: nec impe diri potest per superiorẽ, quin factũ teneat: neq; per iniquã conse crãtis intentionẽ [si tamẽ cõsecrare velit]. Vnde si quis totũ panẽ qui vẽditur in foro, consecrare intẽdat propter irrisionẽ sacrõrũ, peccaret, & sacrilegiũ cõmitteret: verũ tamẽ sacramẽtũ cõficeret.

¶ Sed nunquid oportet quòd materia sit præsens? Pro hoc sit cõ cluſio afirmatiua, nẽpe quòd materia debet esse præsens ad sensũ

Concl. quo rẽ præsentem intelligimus, videlicet ante oculos nr̃os exi- stentem licèt distantem, dummodò aliquo sensu, scilicet visu, aut tactu, aut olfactu &c. percipi possit. Imò etiam si sit sub patena, vel aliquo alio opperculo hostia contecta. Ex hac conclusione in fertur, quòd & si cæcus non possit sine dispensatione consecra- re: attamẽ vbi fit dispensatio: potest consecrare, quia tactu, vel gu stu, vel olfactu potest materiam percipere. Elicitur etiam excon-

Ioa. ma. clusione, non esse audiendũ Ioannẽ maiorem, qui in. 4. d. 10. q. 2. ar. 2. ait, posse sacerdotem hostiam quam à tergo habet, ac illam quę transparietem est, consecrare [non inquam est audiendus] quia alioquin forma esset falsa. Nam in vtraq; forma tam sangui- nis, quàm corporis, ponitur pro nomen demonstratiuum, vt dicit

Di. Tho. D. Tho. in. 4. d. 11. q. 2. ar. 1. q 3 ad. 1. Probatur etiam ex vniuer sali vsu eccleſię, q̃ solã materiã p̃sentẽ cõsueuit cõsecrare. Ita enim sacerdos debet facere: quando habet consecrare plures hostias, non determinare se debet ad certum numerum, sed debet habere intentionem, vt cõsecret quicquid est ante se. Nam si sacerdos p certitudinem sciret ibi esse vndecim hostias, & tamen non inten deret consecrare nisi decem tamtũ ex eis, si ipse intendat conse- crare omnes nisi supremam, vel infimam, & sic de qualibet alia prout placet: tunc illa vndecima quam mente signat, & à consecra tione excludit, non est consecrata. Omnes autem aliæ sunt conse cratæ. Et hoc de se patet, quia illud quod in speciali cadit sub in tentione sacerdotis cõsecrantis, cõsecratur, & sic est in ꝓposito.

Si

Si verò ſacerdos ſciens ibi eſſe vndecim hoſtias,& non intendẽs conſecrare niſi decem tantùm,non ſignet mẽte illas decem quas conſecrare intendit,nec illam vndecimam quam conſecrare non intendit:ſed ſtat intentio ſua in tali generalitate, videlicet quòd non intendit cõſecrare omnes vndecim, ſed ſolùm decem ex eis: tunc nanq; talem ſacerdotem nullam illarum hoſtiarũ cõſecrare, quãtuncunq; verba proferentem cum prædicta intentione generali, fateri oportet. Cuius ratio eſt, quia cùm conſtet, ipſum non intendere omnes vndecim conſecrare,ſed tãtum decem: & illas non ſignet,non eſt maior ratio quare iſta excludatur à conſecrati one,potius quàm alia. Vnde nulla conſecratur. Et idem eſt ſi intẽdat conſecrare decem de totali numero,& ignorat numerum hoſtiarum,niſi illas decem ſignet: etiam nullam illarum conſecrat.

VIII. DIFFICVLTAS.

Vtrùm aqua ſit vino permiſcenda.

AD hanc difficultatem tribus concluſionibus reſpõdetur, quarum prima ſit affirmatiua, qua directè ad quęſtionẽ reſpondetur. Hæc cõcluſio habetur d cõſe. d. 2. a c. 1. vſq; ad. 7. incluſiuè. Et. c. Cùm Marthe. de celebra. miſſa. Habetur etiam in con. 3. Carthagi. c. 24. & in conc. Flo. Et Cypria. lib. 2. epiſtolarũ, epiſtola. 3. ex qua deſũpti ſunt illi canones citati. Et ratione probatur hæc nr̃a ſententia. Probabiliter nanq; creditur, Dñm Ieſũ Chriſtũ conſecraſſe in vino aquæ permixto, iuxta illud prouerbiorum. 9. Bibite vinum quod miſcui vobis. Prẽptereà, quia hoc ſacramentum dominicam paſsionem repræſentat. At verò vtrũq;, nempe aquam & ſanguinẽ in ſua paſsione profluxiſſe legitur. Prætereà, decuit hæc permixtio propter ſignificationem: nam cùm per aquam intelligatur populus, & per vinum ſanguinis Chriſti, cùm in calice vino aqua miſcetur, ſignificatur quòd CHRISTO populus adunatur. 1. Con. Co. Car Co. Flo. Cypria. Proue. 9

¶ Secũda concluſio. Licèt iſta pmixtio aquæ ſit de neceſsitate p̃cepti, non tamẽ eſt de neceſsitate ſacramenti. Hæc concluſio probatur ex prædictis concilijs, in quibus nihil aliud dicitur niſi quòd vinum vitis eſt materia, & nulla fit mentio de aqua: & licèt aliquid 2. Con.

aliquid prętermittatur à Christo institutũ, si illud sit accidentariũ, & nõ substãtiale: verum conficitur sacramentũ. Et ratio potissima quare aqua nõ est de essentia huius sacramẽti est, quia effusio sanguinis directè ad ipsam passionem pertinebat, cùm naturale sit vulnerato corpori humano, sanguinem emittere: aqua autem solùm fluxit ad demõstrandum effectum passionis, nempe ablutionem à peccatis, & non fuit de necessitate passionis. Ex hac conclusione secunda elicitur, quòd cùm aqua non sit necessaria, nihil refert ad necessitatem sacramenti quę aqua misceatur vino, siue sit naturalis siue artificialis. Arbitror tũ esse mortale apponere aliam aquam, quàm naturalem, quia de latere Christi non fluxit nisi vera aqua. Nam secundũ aliquos expositores, fluxit aqua ex latere Christi, vt ostenderetur eius corpus esse compositum ex quatuor humoribus.

3 *Concl.* ¶ Tertia con. Licèt ista permixtio aquę non sit de necessitate sacramenti, quia tamen est de necessitate prȩcepti ecclesię, qui illã prętermitteret, mortaliter peccaret, nisi forsan ex obliuione omitteret: est enim mos ecclesię solennissimus. Item quia est contra Christi institutionem, & res est grauissima. Et est aqua admiscenda in ea quantitate, quę facilè possit transire in vinum. Habetur enim hoc expressè in cap. Cum Marthę. Quo fit, vt non miscenda sit in magna quantitate, ne conuersio ipsius aquę in vinum impediatur, quęquidem conuersio necessaria est, vt consecratio non impediatur. Si enim tanta fieret appositio aquę, vt solueretur species vini, non posset perfici sacramentum. Vnde dũ apparet aquę plus iusto infusum, debet calix effundi, & iterum vinum cum pauciori aqua infundi.

IX. DIFFICVLTAS.

Vtrùm hæc sit forma huius sacramenti, & conueniens forma, Hoc est corpus meum, in consecratione corporis.

Concl. *Con. Flo* *1. Cor. 11* *Cypri.* *Ambro.*

HÆc difficultas duas in se claudit partes. Et quidem quoad primam, est con. affirmatiua, quę habetur diffinita in. c. Cum Marthę. de celebra. missa. & in con. Flo. sub Eug. 4. habetur etiam deconse. d. 2. c. Panis, &. 1. Cor. 11. ponitur expressè prędicta forma. Eã quoq; habet Cypri. in sermone de cœna Domini, & Ambro. li. 4. de sacramentis. Rationibus deniq; probatur. Prima, quia cùm forma

debeat rei ſacramenti congruere,& forma huius ſacramenti ſolùm importet tráſſubſtantiationem: neceſſũ eſt quòd ſit hæc,Hoc eſt corpus meum.Et eadem ratio eſt de forma conſecrationis ſanguinis, Hic eſt calix ſanguinis mei. Secunda ratio eſt, quia hac forma cõſecrauit Chriſtus. Profertur nanq; forma huius ſacramẽti à ſacerdote,quaſi ex perſona Chriſti loquentis, Hoc eſt corpus meum,vt ſignificetur,ſacerdotem tãtùm proferre verba, per quã prolationem miniſter concurrit ad conuerſionem.

¶ Sed dubium eſt, an verba præcedentia hanc formam, ſcilicet Qui pridie quàm pateretur,ſint neceſſaria ad conſecrandum. Pro hoc dubio prẽmittere oportet quandam diſtinctionem: nempe duplicem eſſe neceſsitatem,alteram ſacramenti,alteram verò prẽcepti. In miſſa ergo quędam ſunt verba de neceſsitate ſacramenti,& quędã de neceſsitate prẽcepti. De neceſsitate præcepti ſũt omnia illa verba quę à beato Petro apoſtolo, & ab alijs ſummis pontificibus ſucceſſoribus ſuis fuerunt inſtituta dici in miſſa. De neceſsitate autem ſacramenti ſunt illa quę Chriſtus in cœna protulit, quando iſtud ſacramentũ inſtituit. Hac diſtinctione ſic prælibata,eſt modo prima concluſio. Siquis dimitteret verba q̃ ſunt tantũ de neceſsitate prẽcepti,& diceret illa quę ſunt de neceſsitate ſacrameti, & haberet intentionẽ conſecrandi:verè conſecraret,mortaliter tamẽ peccaret, grauiterq; eſſet puniendus. ¶ Secunda concluſio. Si diceret omnia verba quæ ſunt de neceſsitate præcepti, & dimitteret illa q̃ ſunt de neceſsitate ſacramenti:quantuncunq; intenderet conſecrare,tamen non conſecraret. Ex his iam colligitur manifeſtè,quòd cùm ſola illa verba, Hoc eſt enim corpus meum, ſint dicta à CHRISTO in conſecratione, quòd ſola illa ſunt de neceſsitate ſacramenti, non autẽ prẽcedentia:& conci. Flo. vbi traditæ ſunt formæ ſacramentorũ,ſolùm poſuit pro forma,Hoc eſt enim corpus meũ, cætera autem verba ponuntur ad narrandã hiſtoriam. Vnde ſi eſſet magna neceſsitas, vt ſi eſſent Chriſtiani in prælio,vbi maximè inimicos timerent:nõ dubito quin poſſet ſummus pontifex diſpenſare, vt omitterentur huiuſmodi verba præcedentia. Et nota,q̃ verbum illud,Eſt,vnit pro vltimo inſtanti ,plationis,& tota loqutio debet ad illud inſtãs referri:& quoniã effectus huius ſacramenti non importatur in fieri,ſed in facto eſſe,ideo nõ ponitur verbũ,Fit,ſed,Eſt. Et hinc rurſus fit,vt licèt panis ſit materia,quia tamẽ non manet poſt conuerſionẽ,pro quo inſtanti vnit[vt dixi]verbũ, Eſt,ideo non ponitur

Dubium.

1. Con.

2. Con.

Con. Flo

Notabil.

Nota.

pro nomen, Hic, ſed pro nomen vagum, Hoc, vt demonſtretin ge nere quod continetur ſub ſpeciebus mutatum eſt, vt inſequenti difficultate diffuſiùs tractaturus ſum. Ex his iã perſpicuè elicitur, formam hanc, Hoc eſt corpus meum, conuenientiſsimã eſſe, per quod reſpondetur ad ſecundam partem difficultatis. Vniuerſaliſ ſimus enim eccleſię vſus, quę nutu ſpiritus ſancti gubernatur, oſtẽ dit Chriſtum his formis conſecraſſe corpus & ſanguinem, cùm à tempore apoſtolorum perpetuum morem his conſecrandi formis habeat. Nec putare licet Chriſtum in conſecrando, alium ordinẽ
Di. Tho. ſeruaſſe præter euangelicum. Sunt enim de hoc plures modi dicendi, quorum quatuor refellit Diuus Thomas .p.3. q.78.ar. 2. ex quibus omnibus vnum tãtùm hîc adducam, ac illum refellam. Dixerunt quidã igitur ꝙ priùs dixit CHRISTVS hęc verba occultè & ſecretè, & poſteà alta voce, quando poſt fractionem porrexit discipulis ſuis, itaq; priùs cõſecrauerit, quàm fregerit. Eſſet enim tunc maximũ periculum, quòd remanerent aliquę micæ conſecratæ in menſa, quod nullatenùs eſt credibile: fuit ergo res geſta, vt referũt euãgeliſtæ nẽpe vt priùs fregerit, feceritq; duodeci mvel tredecim buccellas [ſi ipſe ſũpſit vt renẽdũ eſt] quas in patella vel paropſide poſuit, ac deinde paropſidẽ offerẽs, porrigẽs q;, dixerit, Accipite, & comedite, & poſtremò, Hoc eſt corpus meum, ita quòd verba porrigẽtis fuerũt pariter cõſecrantis. Ex omnibus his vltimatè colligitur quòd cùm eccleſia præſcriptis ſacramẽ
Scotus. torum formis vtatur, fit vt ſola illa verba ſint neceſſaria: quanuis Scotus in 4.d 8.q.2. teneat oppoſitam ſententiam: nempe quòd illa verba præcedentia, Accipite, & comedite, ſunt neceſſaria: neq; verò ſola illa, ſed & alia antecedentia in canone, Accipiens panem &c. Sed nõ apparet quomodo poſsit iſta Scoti ſentẽtia de
Notabil. fendi. Annotare hîc vltimò opùs eſt, particulã illã, Quòd pro vobis tradetur, apud Latinos, neq; apud Græcos [etiã ſi Græci illam ponunt in ſua forma] eſſe de eſſentia: tum quia eccleſia Romana illa non vtitur, tũ quòd neq; in forma calicis ſimilis pticula, Qui pro vobis effundetur, eſt ã eſſentia, vt in ſequẽti difficultate oſtẽdam: tũ deniq; quia particula illa, Hoc eſt corpus meum, ſatis effectum ſignificat. Eſt tamen apud Græcos de integritate, qui illã particulam ponunt in forma.

X. DIFFICVLTAS.

Vtrùm

Vtrùm hæc sit conueniens forma in consecratione calicis, Hic est enim calix sanguinis mei.

AD hanc difficultatem est con. affirmatiua. Hęc con. habetur in locis pro cõ. prędictis difficultatis adductis, & sic de fide est tenẽda. ¶ Sed dubiũ est, an sola illa verba, Hic est. n. calix sãguinis mei, sufficiãt an requirãtur omnia sequẽtia quę inconsecratione calicis pronuntur: videlicet Noui & ęterni testamẽti. &c. Pro huius dubij solutione pręmittenda est distinctio, scilicet aliquid esse partem formę alicuius sacramenti dupliciter: nempe essentialiter, ideſt de essentia formę, & integraliter, ideſt de integritate. Illud dicitur de essentia rei, sine quo res non potest esse, illud autem de integritate, quo sublato, adhùc manet res. Vt bi causa, in homine manus, per, digitus. &c. sunt partes integrales, quibus ablatis, ad hùc manet homo: ablata tamen forma vel materia, manere nõ potest cùm sint partes essentiales. His prędictis, sit cõ. Sola illa verba, Hic est enim calix sanguinis mei, seu, Hic est sanguis meus, sunt de essentia formę, reliqua verò quæ sequuntur, de substantia [hoc est] de integritate, ita quòd quemadmodum homo sine manibus esset mãcus [quia licèt istę partes non sint de essentia formę: sunt tamen de substãtia formę] ita forma qua vtimur inconsecratiõe calicis, esset velut imperfecta seu manca sine ipsis verbis, Noui & ęterni &c. quia sunt de substantia formę, licèt non de essentia formę. Et ita intelligere oportet Di. Thoma. in 3. p. q. 78 ar. 3. quando dicit quòd illa verba sunt de forma, intelligitur [ideſt] de substãtia, & ita tenet Caietanus super. q. citatam ar. 1. 2. & 3 Probatur nunc hęc conclusio: nam verba sacramentorum id efficiunt quod significant, sed illa sola verba, Hic est enim calix sanguinis mei, significant quòd hîc est sanguis Christi, ergo id efficiunt. Prętereà, quia illa verba non sunt minoris virtutis & efficatię, quàm illa quę inconsecratione corporis proferuntur: solis autem illis conficitur consecratio, igitur & solis istis, Hic est enim calix sanguinis mei. Item quia Gręci solis istis verbis consecrãt sanguinem, nec in hoc sunt damnati, & in missali Beati Basylij ista sola verba erant scripta literis rubris tãquàm forma. Itẽ quia hęc verba tantũ ponũtur pro forma in cõsecratiõe calicis de cõse. d. 2

Conclu.

Dubium.

Concl.

Di. Tho.

Caieta.

in capitulis ex Ambrosio citatis. Postremò patet, quia cũ effectus non sint de essentia sacramenti, fit vt neq; illa verba illos significãtia, sint de essentia formę. Concluditur iam ex omnibus prędictis quòd si sacerdos per sola illa verba, Hic est enim calix sanguinis mei, intendat consecrare: verè consecrat, à mortali tamen peccato non excusatur, & sacrilegium committit, quia aliqui doctores videntur dubitare, & in re grauissima non debet sacerdos exponere se periculo. At verò si sacerdos habet intentionem non consecrandi, quousq; verba omnia sequentia proferat, vsq; tunc nanq; non fiet consecratio: & hanc intentionem sacerdos habere debet

Nota.1. ¶ Annotandum est primò circa hanc formam consecrationis sanguinis, & circa formã consecrationis corporis, quòd hęc dictio, Enim, nõ est de necessitate sacramenti, imò nec est de substantia formæ, sicut sunt partes integrales [vt prędictum manet] sed ecclesia addidit ornatus & continuitatis gratia, vt seruiunt in homine pili & vngues. Vnde malè faceret qui illam scienter omitteret.

Nota.2. ¶ Secundò nota, quòd cùm dicitur, Calix, ponitur continens pro contento per metonymiã, vt sit sensus, Hic est sanguis meus contentus in calice.

Nota. 3. ¶ Tertiò notandum est, quòd verba quę apponũtur post hęc verba, Hic est enim calix sanguinis mei: scilicet Noui & æterni testamenti. &c. nõ ornatus causa, sed ad aliquod mysteriũ significãdũ, adduntur. Quatuor nanq; beneficia quę à passione Christi recepimus [cuius passionis istud sacramentum est rememoratiuum] nobis insinuantur per hęc verba consecrationis sanguinis. Primũ enim beneficium passionis est, quòd per ipsum sumus à potestate dęmonis liberati, & istud tangitur in forma sacramenti cum dicitur, Hic est calix sanguinis mei. Sicut enim olim filij Israël fuerunt de potestate & seruitute Pharaonis liberati per sanguinem agni paschalis, sic populus fidelis est de potestate dęmonis liberatus p

Ioã. c.5. sanguinem Christi, secundùm quod confitetur Ioan. in apocalypsi c. 5. loquens Christo, Redemisti nos, Deus, in sanguine tuo.

¶ Secundum beneficium quod recepimus à passione Christi est quòd per ipsam sumus cœlestis glorię hęredes effecti. Et istud tangitur in forma ista cùm dicitur, Noui & æterni testamẽti. Sicut enim pater condens testamentum, filios hęredes constituit, sic Christus nouum testamentum ordinans, constituit nos hęredes glorię paradisi. & istud testamentũ fuit in sua passione ordinatum atq; confirmatum, quia testamentum morte testatoris confirmatur, vt dicit

apostо-

Apostolus ad Hębre. 9. inquit enim, Vbi testamentum est, mors te statoris necesse est intercedat. Sciendum est quòd lex euangelica dicitur nouum & ęternum testamentum, ad differentiā legis Mosayc æ, quę fuit vetus testamentū & transitorium. Dicitur nouum, quia noua promittit, scilicet bona cœlestia, quę nunq̄; leguntur p̄missa fuisse in veteri testamento, sed solùm temporalia. Et ex hoc quòd bona temporalia transitoria sunt, ideo testamentum vetus transitorium fuit, & quia bona cœlestia ęterna suut, ideo testamentum nouum dicitur ęternum. Hæb. 9.

¶ Tertium beneficium quod per passionem Christi accepimus est, quòd per ipsam sumus de fide catholica informati. Et istud tā gitur cùm dicitur, Mysterium fidei. Nam quòd Christus sit in hoc sacramēto: sola fide tenetur, cùm occulto modò sit ibi. Dicitur nāq;, Mysterium fidei, quasi fidei obiectum, quia veritatem sanguinis non oculis cernimus in sacramento, sed fide tenemus.

¶ Quartum beneficium quod per passionem Christi accepimus est, quod sumus per ipsam à peccatis emundati, & hoc tangitur in forma ista cùm dicitur, In remissionē peccatorum. Dicitur etiā, Qui pro vobis, & pro multis effundetur, quasi diceret, non tātùm habet passio mea efficaciam in vobis, verùm etiā in alijs multis. Et nota quòd nullus euangelista possuit ambas has particulas simul. Lucas enim dixit, Pro vobis. Mattheus verò & Marcus, Pro multis: sed ecclesia ambas coniunxit. Possunt etiam hęc verba intelligi, Effundetur pro vobis qui adepturi estis vitā ęternam, q̄n tùm ad efficatiam, & pro multis [ideſt] pro toto genero humano, quantùm ad sufficientiam, quia ad totum mundum redimendum fuit sufficiens. Notabiļ.

¶ Postremò est notandum, quòd in hac forma, Hic est enim calix sanguinis mei, non demonstratur vinum nec sanguis Christi: similiter in forma corporis, Hoc est enim corpus meum, non demonstratur panis nec corpus Christi Probatur: nam quādo profertur pro nomen Hoc, vel pronomē, Hic, ad hūc est ibi substantia panis, & vini, cùm transsubstantiatio fiat in vltimo instanti prolationis. Item, quia essent huiusmodi formę falsę, cùm faciāt hunc sensum, Panis est corpus Christi, & vinum est sanguis Christi Non demonstratur etiam corpus nec sanguis Christi, quia si hoc verum esset, iam consecratio non fieret, cùm iam ibi esset corpus & sanguis Christi: ac exconsequenti verba sacramentorum non efficerent quod significant, cuius cōtrarium concilia determināt, vt su Nota. vl

prà à nobis dictum manet. Non demonſtrãtur etiam accidentia, quia ipſa cùm iam ſint, non fiũt, & pro nomen, Hoc, demonſtrat id quod fit. Item, quia hoc pro nomen, nullo nomine appoſito à parte ſubiecti, ſignificat ſubſtãtiam ſine qualitate [ideſt] ſine determinatiõe alicuius proprię naturæ, videlicet panis aut corporis Chriſti, ſed abſtrahendo ab vtroq;, & à tempore illo quo pro nomen profertur, quia nomẽ & pro nomen non ſignificat tempus, ſed verbo id competit. Vnde dicẽdum eſt, quòd illud pro nomen, Hoc, vagè [quod aiunt] & in confuſſo demonſtrat contentum in generali ſub his ſpeciebus [ideſt] ſubſtantiam in communi, quòd priùs eſt panis, pòſt verò corpus. Non enim ſingularizat pro indiuiduo, ſed pro ſpecie, ad modum quo ſolent Dialectici dicere, Hæc herba naſcitur in horto meo. Senſus nãq; nõ eſt, quòd hæc herba numero, cùm hæc in alio loco exiſtat: ſed ſenſus eſt, q herba eiuſdem ſpeciei naſcitur in horto meo Hanc ſentẽtiam habet. Diuus Thomas 3.p.q.78.ar.5. & ſuper priorem epiſtolã ad Cor.c.11. & Ricardus in.4.d.8.ar.3. & Durandus eadem d.q 2. & Gloſa ordinaria ſuper Mattheũ.26.c. & Caietanus in opus.7. in libello de cœna Domini. Et quanuis exemplum de herba ſit optimum, ſed commodius exemplum eſt ſi Deus tribueret virtutem meis verbis faciendi ex argento aurum, & oſtenderem burſam argẽto plenam, dicens, Hoc eſt aurum. Pro nomen tunc demõſtraret contentũ in hac burſa, quod ex argento fit aurum. Quòd autem inhęreat verbis conſecrationis prædictarum formarum virtus creata inſtrumentalis ad conuerſionem faciẽdam panis in corpus, & vini in ſanguinem, ſicut & in alijs ſacramentis, & quomodo inhęreat: nempe non ad modum quo virtutes inſunt cauſis naturalibus ad ſuos effectus producendos, ſed admodum quo ineſt virtus cauſis moralibus, iã ſatis ſuperquè monſtrauimus ſuprà cùm de ſacramẽtis ingenere ageremus, & patet ex determinatione concilij. Florentini, vbi habetur, quòd ſacerdos in perſona Chriſti loquens, conficit ſacramẽtum. Et ſubditur, Nam ipſorum verborum virtute, ſubſtãtia panis & vini in corpus & ſanguinem Chriſti conuertuntur. Deinde patet autoritate Ambroſij libro de ſacramentis, & refertur de conſe.d.2.c. Panis eſt. vbi ait, Si tanta eſt vis in ſermone Domini Ieſu, vt inciperet eſſe quod nõ erat, quanto magis operatorius eſt, vt ſint quæ erant, & in aliud commutentur. Et ſic, quod erat panis ante conſecrationem, iam corpus Chriſti eſt poſt conſecrationẽ. quia ſermo Chriſti creaturam mutat. Sicut enim Chriſtus digitorum ta-

Di. Tho. Ricar. Duran. Gloſa. Mat 92. Caie. Con. Flo Ambro.

ctu ſanauit leproſum & cæcum, ſua voce ſuſcitauit Lazarum per virtutem inſtrumentalem diuinitùs in ipſis creaturis receptam: ſic verba iſta concurrunt ad ſacramentalem conuerſionem effici endam.

II. DIFFICVLTAS.

Vtrùm in hoc ſacramento ſit corpus Chriſti ſecundùm veritatem.

EXpedita quæſtione de materia & forma huius Euchariſtiæ ſacramenti, meritò ſequitur ſtatim hæc difficultas, Vtrùm corpus ſecundū veritatem exiſtat in hoc ſacramēto: quæquidem quæſtio eadē eſt quæ de ſanguine. Huic difficultati hac vnica concluſione reſpondetur: nempe corpus Chriſti quod ſumptum eſt de virgine Maria, quod paſſum & ſepultum eſt, qđ reſurrexit, ad cœlū q; aſcendit, ſedetq; ad dexteram Dei patris, vnde venturus eſt filius Dei iudicare viuos & mortuos: ſub ſpecie panis, & ſanguinē ſub vini ſpecie contineri veraciter & realiter, nemini licet dubitare. Hæc concluſio eſt habenda de fide, habetur nanq; diffinita in concilio Epheſino in quadam epiſtola Cirili à concilio approbata. Habetur etiam in conc. Conſtan. ſeſsione 8. & in c. Firmiter. de ſumma tri & .fi. catho. habetur quoq; noſtra concluſio in conc Flo. ſub Eug. 4. & in c. Ad abolēdam. de hærecis. & c. Cūm Marthe. de celebra. miſſa. & in clementina vnica. de reliquijs, & veneratione ſanctorum. Et præter hoc quòd eſt determinatio eccleſiæ: ſufficienter ex ſacris literis probatur fuiſſe hoc ſacramentum apoſtolis traditum per Ieſum Chriſtum redemptorem noſtrum, vt ex euangelio apertè oſtēditur. Dicitur enim Matthei. 26. quòd accepit panem, & benedixit ac fregit, deditq; diſcipulis ſuis, & ait, Accipite, & comedite: hoc eſt corpus meum, & Marci. 14. ait Dominus, Sumite: hoc eſt corpus meū, & Lucæ. 22. habetur idē, & Ioan. 6. dicit Dominus, Panis quē ego dabo, caro mea eſt ꝓ mū di vita, & ſequitur, Niſi māducaueritis carnē filij hominis, & bibe ritis eius ſanguinē: nō habebitis vitā in vobis. Et multi ex diſcipulis eius audiētes hoc verbū, dixerūt, Durus eſt hic ſermo: quibus ipſe ait, Spūs eſt q viuificat, caro nō ꝓdeſt qcquā, q̄ſi diceret, expo

Con. vn

Con. Ep.
Con. Cō
Cōc. Flo

Mat. 26
Marci. 14
Luc. 22.
Ioan. 6.

nit Augustinus super Spsalmū. 98. Nō hoc corpus quod videtis, manducaturi estis, nec bibituri illum sanguinē, quē effusuri sunt qui me crucifigent: quod non intelligendum est, vt praue Berēgarius intellexit ꝙ non erat in sacramēto corpus & sanguis Christi, quia non intendit August. excludere per ista verba veritatē corporis Christi, sed modum quo discipuli putabant esse mandncandū. scilicet in propria specie qua ab illis videbatur, quia non erāt illud manducaturi visibiliter in forma qua passus est, & extensum ac sensibile: quia sic, solùm est in cœlo, & semel tantùm immolatus est, sed inuisibiliter & aliena specie occultatum: videlicet sacramentaliter, & sic quotidie in sacramēto īmolatur. Probatur eti
1 Cor. 11 ām ex Paulo. 1. Cor. 11. Dominus Iesus in qua nocte tradebatur, in quit, accepit panem, & gratias agens, fregit & dixit, Accipite, & manducate: hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur: hoc facite in meā commemorationē. Habetur postremò hęc nostra cōclusio de conse. d. 2. per totū. Vltimò probatur sanctorū testimonijs: Hilarius enim. c. In Christo De veritate, inquit, carnis & sanguinis Christi in sacramēto, nō est relictus ābigendi locus. Et Cirillus ait, Qui dubitat an hoc verū sit, Christū ipsū qui veritas est facit mendacē. Ex quibus omnibus manifestè elicitur refutatio hæresis Vuitcleff, & Oecolampadii, & Berengarii, qui omnes verba Christi metaphoricè & figuratiuè debere intelligi asserebant, vt cùm dicitur, Hoc est corpus meū, idest hoc est figura corporis mei, ita quòd peracta consecratione secundū hos hæreticos non mānebat sub speciebus corpus aliud, quā panis & vini, quę anteà erant. Quę quidem expositio si vera esset, nihil in tota scriptura maneret firmum: nam cum dicitur, Verbū caro factū est: facile possent perfidi isti illud interpretari: idest verbū figura carnis factum est: & illud, Ego & pater vnum sumus, possent Arriani exponere per methaphorā, Ego & pater figurā vnius habemus, secundùm ergo rei veritatem sub his speciebus panis & vini continetur corpus & sanguis Christi, vt nostra conclusio asserit, nec de hoc licet du
Gabrie. bitare. De hac re qui voluerit videre difusè, legat Gabrielem le-
Tho. Vu ctione. 39. super canonē, & Thomam Vvalden. in li. de sacramētis à capite. 21. vsq; ad. 35. & Magistrū sen. in. 4. d. 10. Quòd si quis
Mag. se. quęrat, ad quem articulū fidei expectet ac reducatur nostra conclusio? Respondebitur ei, ꝙ quatenus sub his speciebus continetur corpus & sanguis Christi, pertinet ad articulum omnip otentię, quia est miraculum. Secundum verò, quòd hoc sacramentū est

communi

cõmunionis, iuxta verbum Pauli. 1. Cor. 10. Multi vnũ corpus sumus, omnes qui de vno pane & vno calice participamus: peculiariter pertinet ad illã particulam symboli, Credo sanctorum communionem.

XII. DIFFICVLTAS.

Vtrùm in hoc sacramento remaneat substantia panis & vini post consecrationem.

AD hanc difficultatem est con. q̃ nihil substãtię panis aut vini manet post consecrationem. Hęc con. est cõtra hereses aliquorũ, asserentium manere simul cum corpore Christi substãtiam panis, diuersimodè tamẽ: nam quidam taliter dicebant simul manere, q̃ non facerent vnum suppositum, sed duo omnino distincta, quidam autem, vt fuit Ioan. Iacobita, asserebat quòd sicut verbum in vtero virginis asumpsit humanitatem, ita & in sacramento virtute verborum, mediante corpore assumpsit, substantiam panis in vnitatẽ suppositi, & mediante sanguine, substantiam vini: virtute cuius assumptionis dicebat verificari has propositiones, Panis est corpus & vinum sanguis. Quidam verò, vt Valeranus, dicebant quòd corpus erat coopertũ pane, sicut Nestorius aiebat, quòd verbũ erat coopertum humanitate, in qua erat sicut in tabernaculo. Contra ões has hereses habetur diffinita nostra cõclusio incõ Constantiẽ. sessio. 8. & in conc. Lateranensi, vt patet. c. Firmiter. extrà de sũma trini. & fi. catho. scilicet in sacramento altaris sub speciebus panis & vini veraciter contineri corpus & sanguinem Christi, transsubstantiatis pane in corpus, & vino in sanguinem. Et. c. Ad abolendã. &. c. cùm Marthe. de celebra. missa. & Clemẽ. vnica, de reliquijs & veneratione sanctorum. & in conc. Flo. ac demum accedit determinatio ecclesię, vt deconse. d. 2 multis capitibus decernitur, vt in c. Panis qui est Ambrosij, vbi ait, Panis est vsitatus ante verba consecrationis, vbi accesit consecratio, de pane fit caro Christi. Et c. Omnia. Licèt figura panis & vini videatur, nihil aliud post consecrationem quàm corpus & sanguis Christi credendum est. In his nanquè omnibus, determinatur non manere panẽ nec vinum,

1. Con.

Cõ Cõs. Cõ. late. Cõ. Flo.

num,sed transſubstantiari in corpus & sanguinem. Eãdem sentẽti
D. Tho. am tenent omnes catholici doctores,Diuus Thomas. 3.p.q. 75.
Th.vual ar.2. Tho. Vualden.in libro desacramẽtis capitulo 65.& 66. Sunt etiam,suppositafide,vrgẽtissimę rationes pro hac conclusione, ex quibus vnam tatùm selegi: scilicèt quia nõ potest esse aliquid alicubi vbi non erat priùs,nisi vel per loci mutationem,vel peral terius conuersionem in ipsum,vel illîc creetur.Manifestum est au tem,corpus Christi non incipere esse in hoc sacramento per motum localem,nam desineret esse in cœlo,cùm id quod localiter mouetur,non possit ad aliquem locum puenire de nouo,nisi prio rem deserat,nec per creationẽ: igitur incipit esse Christus in hoc sacramento per conuersionem panis in ipsum, ac ex consequenti post consecrationem non remanet substantia panis,sed sub eisdẽ accidentibus sub quibus erat substantia panis,incipit loco illius esse corpus Christi,quia quando vna res conuertitur in aliam prę existentem:ressumit locum alterius rei in quam conuertitur,vt ali mentum cùm conuertitur in substantiam aliti. Nec obstant huic nostrę assertioni quamplurima loca noui testamenti,quibus hęre tici nitebantur defendere,manere post consecrationem substan-
Ioan. 6. tiam panis. Appellatur namquè in illis corpus CHRISTI, pa-
1 Cor. 11 nis, vt est illud Ioan. 6. Qui manducat hunc panem &c. Et A-
Luc. 24 postolus. 1. Cor. 11. Probet autem se ipsum homo,& sic de pa-
Augusti. ne illo edat,& de calice bibat. Et illud Lucę 24. quòd cognitus
Gene. 2. fuit Dominus in fractione panis:interpretatur Augustinus de sa-
Mat. 11. cramento Eucharistię. Mos enim scripturę est,vt res nomen illa-
rum rerum retineant,ex quibus factę sunt. Ait namquè Adam Ge-
ne. 2. de Eua,Hoc nunc os ex ossibus meis,& caro de carne mea: quia ex eius costa fuerat formata. Et Matthe. 11. Quicęci fuerant, cæci dicuntur,cùm dicitur,Cæci vident,& claudi ambulant. &c. Quia igitur corpus & sanguis ex pane & vino fiunt, panis & vinũ
Gene. 18 dicuntur. Item mos est,vt res quales apparent,nominentur. Legi-
tur enim Gene,18. apparuisse Abrahę tres viros, qui tamen erant Angeli:eodem ergo modo quia corpus CHRISTI sub specie bus panis videtur,frãgitur & comeditur,& sanguis sub speciebus vini adoratur & bibitur: panis & vinum meritò dicuntur. Item, nomina rerũ quãdoquè transferũtur ad significandũ imagines re rũ,sicut imaginẽ. D. Petri vocamus Petrũ. Quia igitur illę exterio res species panis & vini repsentãt Christũ sub illis cõtẽtũ:idcirco appellatur panis, corpus Christi, quanuis nullatenus ibi sit panis.

¶ Notan

¶ Notandum eſt ꝙ quanuis [vt dictum eſt] per conſecrationem deſinat eſſe ibi ſubſtantia panis & vini omnino, ita vt neq; maneat ſub ſpeciebus ſacramenti neq; alibi, non tamen dicitur panis ā nihilari, quia hæc mutatio non terminatur ad nihil: nempe ad deſitionem panis, ſed ad præſentiā corporis Chriſti & ſanguinis ſub his ſpeciebus. Semper enim motus denominationē accipit à termino ad quem. Vnde, quando ex aqua frigida fit calida: appellamus hunc motum, calefactionem. Ita enim declarat hanc materiā Dās Caietanus in commentarijs. 3. p. q. 75. ar. 3. & Ambro. de ſacramentis, cuius verba habentur de conſe. d. 2 c. Revera. &. c. Panis. Inquit, Virtute ſermonis Chriſti, id quod erat panis, iam corpus Chriſti eſt, quia ſermo Chriſti creaturam mutat: ſcilicet ſubſtantiam panis in corpus Chriſti, quæ mutatio tranſſubſtantiatio appellatur, quod autem tranſſubſtantiatur ſeu in aliud conuertitur, non annihilatur: nam terminus annihilationis eſt nihil: terminus autem conuerſionis eſt illud, in quod fit conuerſio. Item, quia quemadmodum in generatione manet materia ſub vtraq; forma, ita in hac conuerſione ſunt ſpecies, ſub quibus ſucceſsiuè duæ ſubſtantiæ continētur, ſecluſa inhærentia, quia ſpecies non inhærent corpori CHRISTI ſicut inhærebant ſubſtantiæ panis. *Nota.* *Caie.* *Ambro.*

¶ Secunda concluſio. Hæc conuerſio in inſtanti fit, itaq; primum inſtans non eſſe verborum, eſt inſtans primum, in quo eſt ibi corpus CHRISTI, & anima rationalis, & caro Chriſti, & oſſa, & ſanguis, Non enim dixit dās, Hoc eſt corpus tantū: ſed, Hoc eſt corpus meū: ideſt humanū, quod quidē ſecundū philoſophū in. 2 de aīa, eſt corpus phiſicū organicū. Hæc concluſio ꝓbatur. Nā nō eſt ibi ſucceſsio ex parte formæ ſubſtātialis, cùm forma ſubſtātialis corporis Chriſti nō ſuſcipiat magis & minus, nec ex parte materiæ, cū in hac cōuerſiōe nō ſit aliquod ſubiectū, quod ſucceſsiuè præparetur ac diſponatur, nec etiam ex parte agentis, cùm agens ſit ipſe Deus qui eſt infinitæ virtutis, ac exconſequenti in inſtanti operari poteſt, à nullo enim tempore pēdet. vndè Marci. 7. habetur ꝙ cū Chriſtus dixiſſet cuidā ſurdo, Hephethah, quod eſt aperire: ſtatim aptæ ſunt aures eius, & ſolutū eſt vinculū linguæ eius. Non igitur eſt ponenda aliqua ſucceſsio in hac conuerſione ſeu trāſſubſtātiatione, quia ex his tribus dūtaxat cōtingit ſucceſſio in rebus naturalibus, vt dicit D. Tho. ī 3. p. q 75. ar. 7. Ex hac cōcluſiōe elicitur nō eſſe hāc conuerſionē cōuerſionibus nālibus ſimi- *2. Con.* *2. Ani.* *Mar. 7.* *D. Tho.*

ſimilem, ſiquidem naturales non in inſtanti fiunt: hæc autẽ in inſtanti. Quocircà omnino eſt ſuper naturalis, & ſola Dei virtute effecta. Et ex hoc rurſus infertur, quòd in hoc ſacramẽto diuina virtute tota ſubſtantia panis conuertitur in totam ſubſtantiam corporis Chriſti, & tota ſubſtantia vini in totam ſubſtantiam ſanguinis Chriſti, quod per actionem agentis naturalis neutiquàm fieri poſſet. Hæc nanq; differentia ſolet aſignari inter agens naturale & ipſum Deum, quòd agens naturale non poteſt producere nec deſtruere materiam, ſed tantùm ſuppoſita materia, pellere vnam formam & introducere alteram, vt ignis expellit ex aqua frigus, & inducit calorem per alterationem, & excludẽdo formam aquæ, introducit formam ignis, quæ eſt generatio. Deus autem, quia nullo genere aut differentia limitatur ſua virtute infinita, non ſolùm poteſt facere, vt diuerſæ formæ in eodem ſubiecto ſibi ſuccedant, ſed & conuerſionem totius entis, & cuiuſlibet eius partis: nempe vt tota ſubſtantia vnius rei quãtùm ad materiã & formam, conuertatur in ſubſtantiam alterius, & hoc agitur diuina virtute in hoc ſacramento: quo fit vt appelletur tranſſubſtantiatio. Hoc corola-

Syn. Tri rium habetur in ſynodo Tridentina, de ſacramento Euchariſtiæ c. 2. Siquis, inquit, dixerit in ſacro ſancto Euchariſtiæ ſacramento remanere ſubſtantiam panis & vini vnà cum corpore domini noſtri Ieſu Chriſti & eius ſanguine, & negauerit mirabilem illam & ſingularem conuerſionem panis in corpus, & totius ſubſtantiæ vini in ſanguinem, manẽtibus duntaxat ſpeciebus panis & vini: quã quidem conuerſionem catholica eccleſia aptiſsimè tranſubſtantiationẽ appellat, anathema ſit. Quod dictum eſt multoties in hac difficultate: ſcilicet manere ſpecies panis & vini poſt conſecrationem, quanuis non maneat ſubſtãtia panis & vini: habetur diffinitũ in omnibus locis quæ ad ſtabiliendam concluſionẽ adduximus, & maximè in c Species. &c. Nos autem de cõſe. d. 2. vbi dicitur, Nos autem in ſpeciebus panis & vini quas videmus, res inuiſibiles: ideſt carnem & ſanguinem adoramus, quod non parum pro-

Grego. deſt fidei merito: nam, vt ait Gregorius, fides non habet meritum vbi humana ratio præbet experimentum. Et notato, quòd huiuſmodi ſpecies eandem notitiam ſenſitiuam producunt in ſẽſu poſt conſecrationem quam anteà producebant, quando panis & vini ſubſtantiæ inhærebant, & naturale eſt eis, dum in hoc ſacramento exiſtunt, per miraculum ſine ſubtracto generare notitias ſubſtantiarum, earum in quibus præfuerant, ac ſi eiſdem ineſſẽt, non ſolùm

in ſenſu

inſenſu, verùm etiam in intellectu, ac proinde ex natura ſua habẽt producere iudicium in intellectu quòd illîc eſt panis & vinũ, niſi ꝙ per fidem impediuntur, & intellectus corrigitur in Chriſtiano ne credat illîc eſſe panem & vinum.

XIII. DIFFICVLTAS.

Vtrùm totus Chriſtus cõtineatur ſub vtraq; ſpecie panis & vini.

HVic difficultati per aliquot concluſiones nõ inſufficienter reſpondetur, prẽmiſſa tamen quadam diſtinctiõe: videlicet aliquid eſſe in hoc ſacramẽto dupliciter: nempe aut ex vi ſacramenti, ideſt ex vi formę verborũ, aut ex naturali concomitantia. Tũc eſt prima con. Omnino neceſſe eſt confiteri ſecundùm fidem catholicã, ꝙ totus Chriſtus ſit in hoc ſacramẽto ſub vtraq; ſpecie. Hęc con. habetur expreſſè in Cõcilio. Flo. Colligitur etiam hęc cõ. ex more eccleſię æqualiter adorantis ſanguinẽ ac corpus, quod niſi ſub vtraq; ſpecie totus eſſet Chriſtus, nõ faceret. 1 *Concl.* *Con. Flo*

¶ Secũda con. Ex vi formę huius, Hoc eſt enim corpus meũ, ſolũ corpus cõtinetur: ſanguis autẽ, anima, & diuinitas, ex reali cõcomitãtia. Similiter ex vi huius formæ, Hic eſt enim calix ſanguinis mei, tãtũ ſanguis cõtinetur, at verò cõcomitãter corpus, anima, & diuinitas. Hãc coñ. tenet D. Tho. 3. p. q. 76. ar. 1. & 2. Et ꝙ ex vi huius formæ, Hoc eſt enim corpus meũ, nõ cõtineatur ſanguis, neque ex vi huius formæ, Hic eſt. n. calix ſanguinis mei, cõtineatur corpus, probatur. Nã formæ in hoc ſacramẽto id efficiunt, quod ſignificãt, ſicut in cæteris ſacramẽtis. Significat autẽ forma iſta Hoc eſt enim corpus meũ, ꝙ ibi ſit corpus, & nihil dicit de ſanguine. Igitur ex vi formæ ſolùm eſt ibi corpus. Et nota ꝙ hîc nõ ſumitur corpus pro viuo, neq; pro mortuo, neq; pro mortali, nec immortali: ſed ſimpliciter corpus prout verba ſonant, ſiue viuum, ſiue mortuum. Similiter in forma cõſecrationis ſanguinis nihil dicitur de corpore. Quòd autem cætera cõtineantur concomitanter, probatur. Nam cùm ſit viuum corpus Chriſti, ſine anima ei vnita poſt reſurrectionẽ minimè reperiri poteſt, quia Chriſtus reſurgens ex mortuis, iam non moritur: ſecus autem eſſet in triduo mortis Chriſti, quando anima à corpore realiter fuit ſeparata. Tunc enim ſi hoc ſacramentum celebraretur: re vera non adeſſet anima corpori, neq; ex vi ſacramenti, neque etiam ex reali concomitantia, 2. *Concl* *D. Tho.* *Nota.*

& eadem

& eadem ratione: nempe quia in rei veritate corpus erat seiunctum à sanguine [tenēdo vt tenēdum est, quòd totus sanguis fuit effusus & à corpore separtus] si tunc fieret consecratio, neutrum esset sub speciebus alterius, etiam concomitanter secundùm potentiam ordinariam, secus secundùm Dei absolutam potentiam. Nec obstat huic nostræ secundæ assertioni id quod obijci solet: videlicet quod si nihil cōtinetur sub vna specie quod non sit sub altera, tunc consecrato pane, superflua esset consecratio vini [non inquàm obstat] quia decuit vt seorsum fierēt duæ cōsecrationes, tum ad repræsentandum Christi passionem, in qua sanguis à corpore fuit separatus: quare in eius consecratione mentio fit effusionis sanguinis, tum etiā quia vsui sacramenti hoc congruit: scilicet
3. Con. vt sumeretur sub forma cibi & potus, ex quibus alimētū cōstat.
¶ Tertia conclusio. Carnem esse in hoc sacramento ex vi formæ
Ioan. 6. verborum, minimè dubitare licet. Hæc con. probatur: nam pollicitus est nobis Christus carnem suam dare in cibum Ioan. 6. Caro mea, inquit, verè est cibus. Præterea, quia cùm in hoc sacramēto accipiatur corpus pro corpore physico organico habente par-
2. ani. tes hæterogeneas: ideſt diuersa membra ad diuersa officia, vt accipit Aristo. in. 2. de anima: quando dicit animam esse actum corporis physici organici potentia vitam habentis, & vt accipit apo-
. Con. 12 stolus. 1. Cor. 12. oportet ꝙ in Christi corpore caro, & ossa, & alia huiusmodi claudantur. Præterea, quia canit ecclesia, Verbū caro panem verum, verbo carnem efficit. Et alibi, Quibus sub bina specie carnem dedit & sanguinem &c. vbi caro accipitur pro corpore includente prædicta: scilicet neruos, & omnia alia. Præterea,
Ioan. 6. quia Christum reliquisse nobis corpus suum pro alimento spirituali, liquido constat ex Ioan. 6. c. At verò corpus quatenus corpus aptum ad manducandum non esse, sed quatenus caro est, nemo á
DiTho. bigere valet: ex vi igitur formæ verborum existunt in hoc sacramento caro, ossa, & nerui, & ita tenet D. Tho. 3. p. q. 76. ar 1. ad. 2. nec solùm sunt ista ibi ex vi verborum, verùm etiam accidentia ꝙ ad esse carnis, neruorum, & ossium requiruntur. Attamen accidentia, seu dimensiones corporis Christi, vt quantitas, & alia sunt in hoc sacramento solùm indirectè & concommitanter, sicut diuinitas & anima, & nō ex vi consecrationis, quandoquidem accidentia panis & vini non conuertuntur in accidentia corporis & sanguinis Christi.
Notabil. ¶ Annotare hìc opùs est, quòd siquis attentaret consecrare intri-

duo

duo mortis Christi, quanuis non esset illic ex vi consecrationis, neque ex concomitantia sanguis [vt diximus] nec etiã caro viua cũ anima: tamen adesset ibi caro. Eadem nanq; caro quę fuit sepulta, est in hoc sacramento, vt ex Ambrosio habetur de conse. dis. 2. c. Re vera. Quandò enim dicitur quòd in hoc sacramento est caro, abstrahitur à carne viua, & mortua [vt diximus] *Ambro.*

¶ Quarta conclusio. Christus est in tota hostia totus, & totus in q̃libet parte specierum panis vel vini, quantuncunq; minima, dummodo in ea conseruentur species illorum. Hanc cõclusionem habent omnes sancti. D. Aug. in sermone dominicæ quintæ post Epiphaniam, & refertur de conse. dis. 2. c. Singuli, & Hilarius c. statim proximo. Vbi pars. Et cõc. Flo. Eam quoq; tenẽt vniuersi doctores. Alexan. Alen. 4. p. q. 40. & D. Tho. 3. p. q. 76. ar. 3. & Caietanus in hunc locum Thomæ. Postremò eã tenet vsus ecclesiæ quę vnam hostiam in plures communicantes distribuit, tantum singulis tribuens quantum omnibus. 4. *Con.* *D. Aug.* *Hilari.* *Cõ. Flo.* *Alex. al.* *Di. Tho.* *Caieta.*

¶ Quinta conclusio. Et si forsan sunt qui dicant non esse erroneũ asserere, quòd ante fractionem non sit totus inqualibet parte: eò quod ecclesia non videtur determinasse totum esse in singulis partibus, nisi quando frangitur: sic enim legitur in concilio Florentino, sub qualibet parte, separatione facta, totus est Christus. Et in. c. Singuli, hoc tantũ habetur, q̃ in singulis portionibus dũ sumitur, totus est Christus, & nõ habetur diffinitum, q̃ ante diuisionẽ totus Christus est sub qualibet pte hostię: nihilominùs [vt inquit. Soto in 4. dis. 10. q. 1. ar. 3.] ego dicere nõ auderẽ minoris esse erroris, negare totũ esse in singulis particulis ãte fractionẽ, quàm post fractionẽ, tum quia in c. Vbi pars. sine discrimine dicitur, Vbi pars est corporis, est & totum: tum etiã quia eadẽ ratio videtur militare, ac conuincere: nempe quod sit totus Christus in singulis pticulis ante fractionem sicut post, cùm non fiat virtute fractionis huiusmodi existentia sub singulis particulis. Existentia nanq; corporis in sacramẽto non est naturalis, sed miraculosa per diuinam vitutẽ: fractio autem illa non est actio nisi humana, ergo existentia corporis sub qualibet particula non est virtute fractionis, sed virtute consecrationis. Diuina enim virtus in sacramento, non nisi per vim consecrationis operatur, consecratio igitur fecit vt sub singulis particulis esset corpus, & non fractio. 5. *Con.* *Con. Flo* *Soto.*

¶ Sexta con. Quanuis omnes partes Christi sint simul in qualibet parte hostiæ, sed non sunt simul inter se. Hanc conclusionẽ tenent 6. *Con.*

parte

vnanimiter doctores adducti pro præcedenti conclusione. Et probatur, quia corpus Christi in hostia est extensum, & mẽbra Christi non sunt simul, sed separatim sicut in cœlo. Habet nanq; corpus Christi in ordine ad se ipsũ easdẽ omnino differẽtias, quas in cœlo, vt videlicet sit caput supra pectus, & pectus supra ventrem. At tamen in ordine ad locum, & ad species panis, nõ habet talem ordinem. Quo fit, vt quomodocunq; hostiam vertas, nunquam erit corpus supinum, nec resupinum, neq; frontem ad nos vertit. Duo nanq; in corpore officia quãtitas habet: nempe intrinsecũ, quod quidem inseparando ponendoq; partem extra partem subiecti, ita vt caput sit seiunctum à manu, & manus à pede, consistit. Alterum extrinsecum, quod in extendendo partes in situ in ordine ad locum, consistit, ita vt vna pars corporis sit extra locum, in quo est alia. Et licèt secundum officium ex primo naturaliter oriatur, Deus tamen in hoc sacramento supernaturaliter & per miraculum facit, quòd quantitas primum officium exerceat, non autem secundum. Et ratio huius est, quia corpus Christi in hoc sacramento non est modo q̃ntitatiuo, sed per modum substantiæ, ideſt non correspõdet vna pars specificæ naturę vni parti quãtitatiuæ hostiæ & altera alteri, sed integritas naturæ ita est sub totis dimensionibus, quòd etiam integra natura est sub qualibet parte dimẽsionũ, & hoc est esse indiuisibiliter & substãtialiter, & non quantitatiuè seu diuisibiliter: hoc est extensè, sicut quantitas locati coextenditur quantitati loci. Diuisio nanq; dicit ordinem ad locum, substantia verò ex natura sua tota continetur in parua quãtitate, imò & in puncto. Ex dictis colligitur apertè, corpus Christi in hoc sacramento non esse per se ipsum in loco: nam substantia [vt diximus] non est in loco nisi ratione suæ quantitatis. Cùm ergo corpus CHRISTI non sit subiectum specierum panis, nec habeat aliquam colligationem cum illis, sicuti habebat panis, neque accidentia ipsius corporis Christi sint in sacramento, nisi per concomitantiam, atquè adeò ad modum substantiæ, fit vt licèt panis ratione suæ quantitatis esset in loco, corpus tamẽ Christi non sit per se in sacramento localiter [per se inquam] nam per accidens ratione alienæ quantitatis, non est negandum quin corpus Christi in sacramento sit in loco, vt difficultate sequenti liq̃bit. Hinc rursus elicitur, corpus Christi in sacramento nec esse circunscriptiuè, nec diffinitiuè, quia non est illìc per suam quantitatẽ aut virtutem limitatus, sed per conuersionem panis in ipsum: sic

nanq;

nanq; est in sacramento, vt virtute illius non repugnet simul esse in cœlo & in alijs altaribus. Est tamen diffinitiuè in cœlo: quia illa quantitas illo finitur & terminatur loco, cui quantitati ex natura sua non competit in maiori esse aut in pluribus simul. Item non est circunscriptiuè, quia non est ad mensuram suę proprię quãtitatis, quę est maior quàm hostia. Quòd autem sit in loco adęquato hostię, non est nisi quia [vt diximus] incipit illic esse per cõuersionẽ panis in ipsum. Et hęc est omnium doctorum sententia.

XIIII. DIFFICVLTAS.

Vtrùm corpus Christi sit mobiliter in hoc sacramento.

AD hanc difficultatem per aliquot conclusiones respõdetur, & earum prima sit. Corpus Christi per se localiter in hoc sacramẽto minimè moueri potest. Probatur, quia [vt inprecedẽti difficultate diximus] nõ est per se in loco, nec est in loco cõmensuratiuè modo quantitatiuo, ita quòd partes quãtitatiuę corporis Christi correspondeant partibus quantitatiuis hostię, ergo non potest per se moueri, nec transire de vna parte in aliam. Item, quia impossibile est idem per se moueri & quiescere: corpus autem Christi in cœlo quietum residet, igitur non est in sacramento mobiliter per se. 1. Con.

¶ Secunda conclusio. Ad motum hostię, mouetur per accidens localiter, vt quando hostia eleuatur, aut defertur ad infirmum. Hanc conclusionẽ tenet Diuus Thomas 3. p. q. 76. ar. 6. & Marsilius in. 4. q 7. ar. 3. Et ratio est manifesta, nam semper motis nobis, mouẽtur ea quę sunt in nobis, vt anima mouetur ad motum corporis. 2. Concl. Di. Tho. Marsi.

Sed nota, quòd est latissimum discrimen inter motum quo panis mouebatur, quando erat sub illis speciebus, & motum quo corpus Christi sub illis mouetur: nam panis, quia est propriè in loco ratione propriæ quantitatis, ideo per se mouetur: non quidem ad motum suę quantitatis, imò quia substantia mouetur, quantitas mouetur, licet extensio quantitatis sit ad motum corporis requisita: at verò, non quia corpus CHRISTI mouetur, mouentur species panis quia non sibi insunt ac adhęrent, sed quia mouentur species, ipsum mouetur. Et quanuis corpus Christi moueretur in cœlo, non ideo moueretur in sacramento per se nec per accidens, cùm mouere dicat ordinem ad locum, quem in sacramento Notabi.

non habet. Non enim, quiescente hostia, corpus mutaret locum, & eadem ratione qnanuis loqueretur in cœlo, non loqueretur in sacramento: quia hoc etiam dicit motum linguę, nec si in cœlo stat sedet, aut recubat, tales situs habet in sacramento in ordine ad locum. Non enim in sacramento est capax istarum prædicationum, nec etiam prout est in sacramento potest recipere species, vt oculo corporali videat, vel audiat nos. Et eadem ratione nō potest videri nec audiri à nobis, quia hęc specierum multiplicatio ordinem dicit ad locum. Hęc sententia est cōtra Scotum, qui in 4. dis. 10. q. 5. ait omnem operationem quę conuenit Christo in cœlo, conuenire illi in sacramento. Hoc tamen solùm habet verum in operationibus spiritualibus, vt intellectus & voluntatis: hoc est nō solùm quia intelligit & vult in cælo, sed quia per se potest intelligere & velle in sacramento: & ratio est, quia illę actiones nec requirunt, nec dicunt ordinem ad locum. Et eadem ratione si tempore passionis fuisset seruatum corpus Christi in sacramento qd Christus consecrauit, dum extra sacramētum flagellabatur, in propria specie dolorem tunc sentiret in sacramento: esset tamen dolor ille innatus, sed non illatus conuenit illi illic: ideſt non potest illi inferri potest tamen innatum sentire si in propria specie inferatur: atquè eadem ratione dum anima separata fuit à corpore, separata etiam fuisset in sacramento [erat enim idem in cruce & in sacramento] quare quando moriebatur in cruce, etiam moreretur in sacramento, quia huiusmodi actiones nō dicunt ordinem ad locum. Mors enim non dicit ordinem ad extrà, sed ad interna: hoc est separationē animę à corpore, quę potest accidere in sacramento per passionem susceptam in propria specie, non tamen habet verum in operationibus corporalibus. Passio nanquè, quam sustinuit in propria specie per quam mortuus est, non potest ei accidere in sacramento: cùm passio dicat contactum à circonstanti corpore, nec potuit mori per passionem quam recepit in sacramento. Similiter prout est in sacramento, non poterat irrideri, conspui, crucifixi, flagellari, & cætera huiusmodi, sed solùm in propria specie. Licèt enim idem in substantia sit in propria specie & in sacramento, sed non eodem modo, quia non existit in sacramento modo passibili, vt tunc erat in propria specie, sed impassibili.

Scotum.

¶ Tertia conclusio. Neutiquàm corpus CHRISTI potest etiā per accidens alijs motibus moueri, vt motu calefactionis, frigefactionis, aut corruptionis &c. ad motū specierū panis. Ratio est

3. Concl.

quia

quia actio naturalis minimè sequi potest, nisi sit contactus inter agens & patiens. Cùm ergo corpus Christi non sit in sacramento modo quantitatiuo [vt dictum est] nec quantitas illa specierum panis extendatur in ordine ad locum, consequens fit vt aliquam mutationem phisicam in se recipere non possit. Non enim sequitur, quòd licèt quantitas panis frigefiat, vel calefiat, corpus Christi sic afficiatur per se nec per accidens. Nec ex eo quòd frãgitur quantitas, sequitur q̃ corpus frangatur: benè tamen per accidens frangitur de nominatione extrinseca. Cùm enim dicitur de cons. dis. 2. c. Ego Berengarius. quòd corpus Christi in sacramento sacerdotis manibus tractatur, & frangitur, & diuiditur, ac inter plures distribuitur, & dẽtibus atteritur, & deglutitur: omnia referuntur ad species ipsas panis, sub quibus per accidẽs corpus dicitur atteri, frangi &c. Nam de Christi corpore partes nõ facimus, quia est indiuisiliter in hoc sacramento. Simliter quanuis corruptis speciebus panis, desinat esse corpus Christi sub illis, non tamen corrumpi per hoc dicitur, sicut nec ego per hoc quòd desino esse in sacramento, dicor corrumpi, sed quia desinunt esse illæ species per corruptionem, desinit esse sub illis corpus CHRISTI: ipsum tamen non desinit esse, cùm esse habeat indeficiens sicut Deus, cuius esse est indeficiẽs, desinere esse dicitur in aliqua creatura corruptibili, per hoc quòd ipsa creatura desinit esse: ita Christus, cũ esse indeficiens & incorruptibile habeat, de se, corruptis huiusmodi speciebus panis, desinit esse sub illis, & ipsis manentibus, semper manet contentus sub eis, etiamsi mus velcanis hostiã consecratã deglutiret, substantia corporis CHRISTI non desineret esse sub illis. Vndè, quando in hoc sacramento apparet miraculosè caro vel puer, vt doctores referunt aliquando contigisse, si nulla mutatio fiat circa species, sed solũm ex parte videntium quorum, oculi immutantur ac si exterius viderent carnem vel puerum, imò etiam si fiat mutatio in speciebus, manet nihiominùs corpus Christi sub eisdem dimensionibus panis, licèt non sub colore & figura. Manet enim illic quantitas panis, & alia accidentia quę sufficerent conseruare substantiam panis. Color nanquè & figura non sũt necessaria ad conseruationẽ panis. Et annotato, quòd dicta de speciebus panis sunt, etiam intelligẽda de speciebus vini. *Notabil*

XV. DIFFICVLTAS.

Vtrùm corpus Christi prout est in hoc sacramento, possit videri ab aliquo oculo saltem glorificato.

1. Con. HAVic difficultati quatuor cõclusionibus respõdetur, & earum prima sit. Sine miraculo: scilicet naturaliter loquẽdo, nullus corporalis oculus [Christi oculo excepto] potest videre corpus Christi in Eucharistia, nec etiam si sit oculus corporis glorificati.

Di. Tho. Hanc conclusionem tenet. D. Tho. 3. p. q. 76. ar. 7. &
Scotus. Scotus in 4. dis. 10. q. 5. & q. 9. & Marsilius q. 7. ar. 3. &
Marsi. Duran. distinctione eadem q. 4. Ratione quoq; probatur, nam cùm corpus Christi in
Duran. hoc sacramento non sit modo quãtitatiuo, neq; extensionem habeat in ordine ad species sacramentales, neq; in ordine ad earum locum [vt dictum est] multiplicare nõ potest species per aerẽm, quę oculum corporalem tangunt, quod tamen requiritur, vt corporalis oculus videre possit. De potentia tamen absoluta, nihil obstat quò Deus possit producere notitiam intuitiuã rei, obiecto nõ concurrente per species: quia cùm species concurrant in genere causæ efficientis, & quicquid potest facere per causam secundam efficientem, potest se solo: sine illis poterit Deus producere atq; conseruare notitiam intuitiuam. Dixi in cõclusione, quòd nec etiam si sit oculus corporis glorificati [Christi oculo excepto] quia non est simile de alio oculo glorioso, eò quòd etiam ipse oculus Christi est sub ipso sacramẽto, in quo nõ cõformatur ei alius oculus glorioſus. Signanter etiam dixi, Oculus corporalis: nam ab intellectu beati poterit videri. Est nanq; per modum

2. Con. substantiæ corpus Christi in Eucharistia: substantia autem ab intellectu videri poterit. ¶ Secunda conclusio. Quãuis corporalis oculus CHRISTI videat seipsum sub sacramento existentem, non tamen potest ipsum modũ existendi quo est sub sacra-

Di. Tho. mento, videre. Hanc conclusionem tenet. D. Tho. 3 p. q 76 ar. 7.
Caieta. & ibidem Caietanus. Ratio primæ partis huius conclusionis est, quia corpus Christi diffundere potest species vsq; ad ipsummet Christi oculũ. Quanuis enim quantitas corporis Christi nõ facit extẽsionẽ in ordine ad partes specierũ hostiæ & loci, siquidẽ ad corpora extrinseca nullũ ordinẽ nec proportionẽ habet: facit tamen extensionẽ inter ipsas partes corporis Christi [vt dictũ est]

ac ex

ac ex consequenti partes aliæ ab oculis diffundere possunt species vsq; ad ipsosmet Christi oculos. 2. verò pars huius conclusionis probatur, quia modus ille existendi corporis Christi in hoc sacramẽto, est spũalis: igitur ab oculo corporali videri minimè põt.

¶ Tertia conclusio. Neq; intellectus hominis viatoris, neq; angelicus, per sua naturalia potest cognoscere modum illum existendi nisi per fidẽ, imò neq; etiã anima Christi secundùm veriorẽ sentẽtiam potest cognitione naturali intueri illum modum existendi suiipsius in sacramento, & mysterium incarnationis, sed lumine gloriæ qua perfruitur. Hanc conclusionem tenet. D. Tho. supra, & ibidem Caietanus contra Scotum in. 4. dis. 10. q. 9. & contra alios scholasticos nominales, asserentes non solùm animã Christi, verùm etiam intellectum angelicum, & quoscunq; intellectus separatos non dependentes in intelligẽdo à rebus sensibilibus, posse intelligere lumine naturali modum existendi corporis Christi in Eucharistia. Probatur etiã hæc nostra conclusio contra istos. Nam modus iste existendi, modus est omnino super naturalis, sicut & vnio hypostatica ad verbum. Cùm ergo intellectus animæ Christi sit creatus, & quicunq; alius [intellectu diuino excepto] consequens sit, vt hunc existendi modum intelligere non possint lumine nãli: quia res sicut se habet adesse, sic se habet adcognosci. 3. Con. D. Tho. Caieta. Scotus.

¶ Quarta conclusio. Ab intellectu beato angeli vel hominis, & à fortiori ab intellectu Christi, per visionem diuinæ essentiæ videtur modus iste existendi corporis Christi in hoc sacramento. Hæc conclusio ostenditur manifesta ratione, nam hęc visio in beatis correspondet fidei visioni, quam habuerunt in via viatores, vt illud Psalmi verificetur, Sicut audiuimus, sic vidimus in ciuitate Dei nostri, videtur ergo modus iste existendi à quocunq; intellectu beato. Præterea, quia obiectum quod per se est supernaturale, à supernaturali intellectu percipitur, qualis est Deus, & ab eo qui eius lumen participat, vt est intellectus beatus, vera ergo est conclusio. Et animaduertere hîc opùs est, quòd signanter dixi in conclusione, Ab intellectu beato: nam dæmones non solùm non vident istum modum existendi corporis Christi in sacramento, sed neq; ipsum corpus Christi intuitiuè, sicut angeli beati vident in verbo, sed duntaxat abstractiuè per coactam fidem. 4. Con. Psal. 47

XVI. DIFFICVLTAS.

Vtrùm accidentia remaneant sine subiecto in hoc sacramẽto.

.Con. AD hanc difficultatē duabus cōclusionibus respon
detur,& earū prima sit. Per virtutē diuinā & miracu
lū,accidentia:nēpe quantitatē & alia, sine subiecto
in eodē esse indiuiduato [facta consecratione] qdā
te cōsecrationē in substantia panis & vini habebāt,
manere in hoc sacramēto,nō licet dubitare. Hęc conclusio diffini
Cō. Flo. tur in c. Firmiter.de.su.tri.& fi.catho,& in conc. Flo.sub Eug.4.
Cō Cōs. & in conc. Constā.sessione 8.aduersus Vuitcleff,& aduersus Lu
therū,qui hac nostra tēpestate hunc errorē habuit, scilicet accidē
tia sine subiecto esse nō posse. Existimabāt enim huiusmodi hęre
tici ꝙ, est de diffinitione & quiditate accidentis esse in subiecto,
quod falsum & absurtum est, cū suā quiditatē habeat accidēs per
se. Solū enim verū est ꝙ cōuenit essentiæ accidētis, ex natura sua
habere esse in subiecto:in sacramēto verò nō datur accidentibus
vt per suā naturā subsistāt,sed [vt diximus in cōclusione] per vir
tutē diuinā illa subsistētatē, tribuitur illis modus essendi substātiæ,
videlicet sine subiecto. Hac de re nō minus egregiè quàm diffusè
Tho.Vu. agit Tho. Vualdē. in li. de sacramentis à.c.76.vsq; ad.80. contra
Vuitcleff. Et hāc sentētiā tenēt vniformiter omnes catholici do
ctores,& vniuersa sanctorū testimonia suprà citata illā probāt,qui
bus asseritur, cōuersionē panis & vini fieri in corpus & sanguinē
Christi. Et Tho. Vualden. ostēdit vbi suprà,nō repugnare rerū na
turæ ꝙ accidētia sint sine subiecto,eò ꝙ nō defuerunt philosophi
Basili. qui hoc arbitrabātur,ex quibus dūtaxat Basiliū in suo hexamerō
homilia 6.hīc adducā,vbi ait,lucē illā q̄ fuit in prima die creata,
Damas. fuisse accidēs sine subiecto. Cui & Damascenus adstipulatur. Ra
tionibus quoq; cōfirmatur con. Prima,quia accidētia panis & vi
ni[cōsecratione facta]nō remanēt subiectiuè in substātia panis &
vini,cū panis & vini substātia secundū fidē nō maneat, nec in sub
stātia corporis & sanguinis Christi, quia cū corpus sit glorioſum
& impassibile,minimè huiusmodi accidētibus affici pōt. Secūda,
quia accidēs de subiecto in subiectū migrare nō pōt:at verò si fa
cta cōsecratione,esset subiectiuè in corpore & sanguine Christi,
certū est ꝙ migraret &c. siquidē āte consecrationē in substātia pa
nis & vini erat subiectiuè. Et eadē ratione nō pōt esse subiectiuè
in aēre. Tertia,quia quemadmodū corpus humanū in vtero vir
ginis Deus sine virili semine formauit,& Adā sine semine pro
duxit de limo terræ:ita q̄ntitatē sine subiecto seruare pōt, & de fa
cto in hoc sacramento seruat. Cōstat nanq; infinitam Dei virtu-

tem

tem nullatenus à causis secundis depẽdere. ¶ Sciẽdũ est hîc, q̃ nõ tãtũ à principio quãtitas eget miraculosè in hoc sacramẽto à Deo sustẽtari, sed sẽper cõseruari: cũ esse sine subiecto ei nãliter nõ cõueniat, sed supernãliter. ¶ Sed nũquid q̃ntitas sic à Deo cõseruata miraculosè, est aliorũ accidẽtiũ subiectũ? Pro hoc sit. 2. cõ. affirmatiua, nẽpe q̃ necesse est dicere accidẽtia alia, q̃ remanẽt in hoc sacramento, esse sicut in subiecto in q̃ntitate dimensiua panis vel vini. Hęc cõclusio est manifesta, tũ quia apparet ad sensum aliq̃d illic manere coloratũ & sapidũ alijsq̃; accidẽtibus affectũ: vnde nutrire & inebriare possunt, tũ etiã, quia est principiũ indiuiduationis aliorũ accidẽtiũ: nam facit q̃ sint indiuisa in se, & diuisa à quolibet alio. q̃re necesse est vt sit eorũ subiectũ. Licèt enim dũ q̃ntitas est in subiecto, solũ est subiectũ quo mediãte, subsistãtia recipit alia accidẽtia, vt superficies est subiectũ coloris: nihilominùs q̃ndo ei datur diuinitùs vt per se sit, subinde tribuitur vt aliorum subiectũ existat, quia habet modũ subsistãtiæ. ¶ 3. Conclusio. Alia accidẽtia à q̃ntitate, nẽpe albedo, caliditas, frigiditas. &c. illo solo supposito miraculo q̃ per se existat q̃ntitas sine subiecto, & habeat locũ subsistãtiæ, absq̃; nouo miraculo & absq̃; Dei speciali cõcursu sustẽtatur in ipsa q̃ntitate. Vnde, huiusmodi qualitates suas operationes sine nouo miraculo habẽt, nẽpe si vinum est frigidũ, species illius remanẽtes post cõsecrationẽ nãliter frigefaciunt, sicut q̃ndo erãt subiectiuè in substãtia vini, nã iamq̃ virtute diuina datũ est illis speciebus sacramentalibus vt esse possint sine substãtia, etiã cõceditur illis vt agere possint sine nouo miraculo, sicut cæcus licet miraculosè fit illuminatus: tamẽ postea nãliter videt. Similter p̃ supposito miraculo, videlicet q̃ ille species sacramẽtales esse habẽt sine subiecto quod priùs habebãt in subiecto, nãliter corrũpũtur. Itẽ, cũ q̃ntitas in sacramẽto habeat vicẽ subiecti, põt recipere peregrinas alterationes, vt expulso calore, introducatur frigiditas, manẽtibus semp̃ speciebus q̃ possent conseruare panẽ. Postremò, quia cũ accidẽtia maneãt in q̃ntitate tãquã in subiecto, fit vt ad corruptionẽ illius q̃ntitatis, seq̃tur corruptio ipsarũ specierũ: vt si species mittãtur in ignẽ, aut per putrefactionẽ vertãtur in puluerẽ, & tã q̃ntitas quã alia accidẽtia corrũpũtur ad modũ quo corrũperẽtur, si esset in subiecto, eò q̃ eũdẽ modũ essendi seruãt. Ex quibus iã infertur, cõcedẽdũ esse aliquid ex huiusmodi speciebus sacramentalibus generari posse, siquidem [teste philosopho] semper corruptio vnius est generatio alterius, quòd

Notabi.

Dubium.

2. Con.

3. Con.

adſenſum patet, cum ex hoſtia cõbuſta generari cineres, & expu trefacta, vermes, & ex ſpeciebus vini acetũ videamus. Quicquid enim poſſet generari ex materia panis, ſi adeſſet, totũ generari po teſt exprædicta quantitate: quia quantitas illa vicem materiæ ge rit. Quo fit, vt dũ per actionẽ ignis quãtitas ſpecierũ corrũpitur, nõ annihiletur, quia eius deſitio nõ terminatur in nihilũ, ſed in ge nerationẽ ignis: ꝙre ad deſitionẽ illius, ꝙ fit per primũ nõ eſſe, ſub ſequitur per primum ſui eſſe exiſtentia materię, informata forma ignis, & ideo non creatur illa materia, vt ſcholaſticorum commu nis tenet opinio, quia fit ex quantitate illa, & in iſto ſenſu intelli gitur quòd ex quãtitate fit generatio, quoniam ex illa producitur materia in quam introducitur forma. Vnd nequè eſt creatio, neq; generatio, quia non fit ex nihilo, nec directè ex ipſa quantitate, D. Tho. ſed eſt congeneratio ad ſenſum poſitum. Ita tenet. D. Thomas. 3. Ricar. p.q.78.ar.5. Et Ricardus. dis.12.q.2 ar.2. Et nota quòd quemad Notabil. modum virtute diſpoſitionum, quę pręcedunt in paſſo, introduci tur forma ſubſtãtialis in genito, quę adfert ſecum ſuas diſpoſitio nes: ita virtute diſpoſitionum quę pręcedunt in quantitate, intro ducitur forma in ſuccedente materia, ꝙ adfert ſecũ ſuã quãtitatẽ.

XVII. DIFFICVLTAS.

Vtrùm poſſit aliquis liquor vino conſecrato commiſceri, & talimixtione facta, an eſſettotũ vinum conſecratum, an tantùm pars, an nihil.

PRo huius difficultatis elucidatione annotare opùs eſt, quòd poteſt permiſceri, vel liquor eiuſdem ſpe ciei, putà vinum, vel alterius, vt aqua, idemq; in ma 1. Con. gna, vel in parua quantitate. Tunc eſt prima conclu ſio qua directè difficultati reſpõdetur. Alius liquor vino conſecrato, permiſceri poteſt, ſicut ante conſecrationẽ. Hęc concluſio experientia conſtat, quòd ſi alius liquor adiungeretur 2. Con. vino conſecrato permiſceretur ei. ¶ Secunda concluſio. Si vino conſecrato admiſceatur tantũdẽ aquę, vel alterius liquoris, non manebit ibi Chriſti ſanguis. Ratio huius concluſionis eſt, quia iã 3. Con. nõ manet ſpecies vini. ¶ Tertia concluſio. Si vino cõſecrato mi ſceatur vinum non cõſecratũ eiuſdẽ ſpeciei, & maximè ſi eſſet di uerſarũ qualitatũ, vt albũ & rubeũ in quantitate ſufficienti, non manet ibi ſanguis Chriſti. Hęc concluſio veriſsima eſt, ſed tamen intelli

intelligẽda eſt, quãdo per multi tẽporis curricula, & p motũ maximũ fieret perfectiſsima commixtio, taliter vt pertingeret ad totum vinum conſecratum [quòd quidem raro cõtingere ſolet] tũc enim iam non manerent partes vini conſecrati vnitę: quia eſſent diſperſę, & eſſet aliud vinum numero. Quo fit, vt ſi fiat tam parua alicuius liquoris adiunctio, quòd non poſsit diffundi per totum, ſed vſq; ad aliquam partem ſpecierum, deſinet ſanguis Chriſti eſſe ſub illa parte vini conſecrati: remanebit tamen ſub alia, vt dicit D. Thomas. 3. p. q. 77. ar. 8. in fine corporis ar. D. Tho.

¶ Annotare tamẽ hîc oportet, quòd ſi vinum, vel alius liquor poſt cõſecrationem mittatur in calicem, non tranſit in ſanguinem, neq; ſanguini commiſcetur, miſcetur tamen ſpeciebus ſacramentalibus: ſecundùm nãq; has dimẽſiones tangit ſanguinẽ Chriſti, nõ autẽ ſecũdùm ꝓprias dimẽſiones eius. Ita dicit exꝑſſẽ. D. Tho. Vbi ſuprà ad 2. & 3. Notab. Di. Tho.

De effectibus Euchariſtiæ.

XVIII. DIFFICVLTAS.

Vtrùm per hoc Euchariſtiæ ſacramentum conferantur aliqui effectus in illud dignè ſuſcipientibus.

HVic difficultati vnica concluſione affirmatiua reſpõdetur: nempe quòd ſex ſunt effectus quos confert, & eorum primus eſt cauſare gratiam, de quo habetur. Ioan. 6. c. Panis quem ego dabo, ait Dominus, caro mea eſt pro mũdi vita: & qui manducat me, viuet propter mẽ. Vitam autem ſpiritualem nemo, niſi per gratiam adipiſcitur, igitur confert gratiã. Habetur etiã de hoc primo effectu diffinitũ in conc. Flo. & in conc. Effeſ. in confeſsione fidei, & adducitur de cõſecratione diſ. 2. c. Neceſſarię. Vbi dicitur ꝙ acci pimus carnẽ viuificãtẽ, verbũ Dei vniens ſeipſũ ꝓprię carni, fecit ipſam viuificatiuã. Itẽ, qa diſpẽſatur ſub forma cibi & potus. Caro inqt, mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus. Quo fit, vt omnes effectus quos corporeus cibus & potus exhibet in vita corporea, pręſtet & hoc ſacramẽtũ in ſpirituali vita: nẽpe ſuſtẽtare augere, reparare, & delectare. Ex loco prędallegato manifeſtè colligitur, non ſolũ gratiã cõferre hoc ſacramẽtũ, verũ etiã primã gratiam, ſi quidẽ viuificare habet. Sicut enim ignis, eo ꝙ ex ſe continet calorẽ, exſe habet etiã illũ cõferre vt D. Tho. inqt in. 3. p. q. 79. ar. 1. ad Cõ. vni. Ioan. 6. Cõc. Flo Cõ. Effe D. Tho.

Not ab. ar.1.ad.1.ita ex se habet hoc sacramentum cõferre gratiam, quia eam continet, imò & eam auget in existenti in gratia. Annotanda tamen sunt hîc tria. Primum, quòd hoc sacramentum ex se virtutem habet cõferendi gratiam, scilicet primâ, quia nemo sine eius susceptione, vel in re, vel in voto potest illam suscipere: videlicet vel in voto proprio, vt habent adulti, vel in voto ecclesiæ, vt paruuli dum baptizantur. Cùm enim hoc sacramentũ sit finis Baptismi, sicut Baptismus susceptus in re concurrit ad primam gratiam, ita & hoc sacramentum concurrit in voto quod illic includitur. Secundum est, quòd dum in re suscipitur, eadem gratia augetur. Vnde, hoc sacramentum, in voto quidem, per se conferre habet primam gratiam, in re verò, non nisi augmentum, sed peracci dens ratione dispositionis suscipientis: scilicet quia accedit attritus, putans se esse contritum, cõfert dum suscipitur, primam gratiam. Tertium, quòd hoc sacramentum differt à confirmatione: quia illic augetur corroboraturq; gratia ad propugnandam fidem contra exteriores impugnationes hostium Christi: hîc verò adstinendam perficiẽdamq; spiritualem vitam, vt homo perfectiùs tanquàm per spirituale alimentum adunetur Christo, in ipsumq; magis ac magis conuertatur. Ex his attentè colligito, desiderium & votum Eucharistiæ non sufficere ad cõferendam gratiam eius sacramentalem. Est enim regula in omnibus vt hoc etiam comprehendatur, vniuersalis, quòd gradus gratiæ qui correspondet sacramento, nunquàm nisi in re suscepto confertur. Et ideo admonendi maximè sunt parochiarum sacerdotes, ne ex quacunq; leui causa omittant buccellam infirmis porrigere, fraudãtes eos illo gradu gratiæ quam virtute operis sacramenti reciperent. Grauiter enim falluntur putantes idem esse adorare & suscipere, nisi quantùm ad præceptum implendum. Canones enim qui referuntur de consecra. dis. 2. desumpti ex Augustino, scilicet, Credere in Iesum CHRISTVM, hoc est manducare, & crede, & manducasti: solùm de illa manducatione intelliguntur, quæ est de necessitate salutis. Ad salutem enim sufficit hoc sacramentum suscipere in voto, si tamen per susceptionem Baptismi, aut pœnitentię, aut veram contritionem, aliàs sit homo in gratia. Vnde si infirmus non sit nisi tantùm attritus, nunquàm per adorationem sacramenti fiet contritus, nec recipiet gratiam potiùs quàm dum sanus adorat in ecclesia. Aduerte tamen, quòd quando vomitus vel alia irreuerentia timetur, tunc saluti infirmi præferenda est

da est reuerentia sacramenti, atque adeò non est ministrandum vt optimè dicit Soto in .4. dis. 11. q. 2. ar. 1. *Soto.*

¶ Sed nunquid ratione huius sacramenti, datur æqualis gratia ex opere operato omnibus sumentibus? Pro hoc est conclusio affirmatiua, imò nec maior confertur recipienti illud sub vtraq; specie, quàm sub vna suscipienti. Namalioquin maiorem hostiam suscipienti, maior gratia daretur: quod absurdum esse constat. Quòd si non recipitur maior gratia ratione maioris quantitatis continuæ: igitur nec ratione maioris quantitatis discretæ, cùm sub vtraq; specie, videlicet panis & vini sit vnicum sacramẽtum. Prętereà, quia si maior gratia daretur sub vtraq; specie quàm sub vna, populus cui mater ecclesia tãtùm sub vna specie, scilicet pãis dat hoc sacramentum, priuaretur magna gratia sacrificij. *Cõ. affir*

¶ Sed nunquid conferre gratiam est effectus genericus Eucharistiæ? Pro hoc dubio est conclusio affirmatiua. Hæc conclusio manifesta ratione ostenditur, quia omnia sacramenta habent hunc effectum pręstare: effectus verò peculiaris huius sacramenti est cibare spiritualiter. Habet nanq; Eucharistia causare quò ad vitam spiritualem, omnem effectum in suscipientibus dignè, quem materialis cibus & potus causant quò ad vitam corporalem, nempe sustentare, augere, nutrire, reparare, & delectare, & ob id euangelista ait, Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. *Dubium Cõ. affir*

¶ Et annotato hîc attentè, q̃ Eucharistia non tantùm confert gratiam quando actualiter sumitur & est in ore & in gutture, verùm etiam postquã est in stomacho. Quo fit, vt si aliquis quãdo actualiter sumebat, esset in mortali peccato, posteà verò contritionem haberet antequam species corrumperentur, quòd gratiam obtineret, & veram salutẽ cõsequeretur. Hoc notabile tenet expressè Caietanus in comen. super 3. p. Diui Thomæ. q. 79. ar. 1. Et probat, quia cibus & potus corporalis quandiu est in stomacho, prodest, sed hoc sacramentum sumitur per modum cibi & potus, & durat in stomacho: ergo toto illo tempore prodesse poterit spiritualiter. Item, quia non paruam iacturam faceret siquis hoc sacramentum recipiendo, non habuit illam reuerentiam quæ requiriturad gratiam recipiendam, si quando posteà se disponeret, illam non reciperet durantibus speciebus in stomacho. Nec melatet Soto vbi suprà, tenere cõtrariã sẽtẽtiam. Inqt nanq; solũ habere Euchari *Notabil.* *Caie.* *Soto.*

Eucharistiam suum effectum, dum sumitur, sed mihi magis placet Caietani sententia.

¶ Secūdus effectus huius sacramēti est adeptio gloriæ, ad quo effe
Ioan. 6. ctu dicitur Ioā. 6. c. Siquis māducauerit ex hoc pane, viuet ī ęternum: vita autem æterna, vita gloriæ dicitur, ergo adeptionem gloriæ conferre habet Eucharistia.

Notabile ¶ Annotare tamen hīc oportet signāter euangelistam dixisse, Viuet de futuro, non autem Viuit de præsenti, loquēdo de vita ęterna, quia per hoc sacramētū adipiscimur gloriā, sicuti per passionē Christi cuius virtute operatur. At verò passio Christi non statim nos introducit in gloriā, quanuis sit causa sufficiens gloriæ. Priūs nanq; oportet nos cōpati Xpo in hac vita, si volumus postea con
Rom. 8. glorificari, vt Paulus ait ad Roma. 8. c. ita ergo hoc sacramentum non statim nos in gloriam introducit: præstat tamen nobis virtutem & fortitudinem ad gloriam perueniendi, quatenus est viaticum subsidium sustentandi spiritualem vitam, per quam perueni-
Regū. 3. mus ad gloriam, in cuius figuram legitur. 3. Regum 19. c. Eliam in fortitudine cibi illius, scilicet subcinericij panis quem comedit, ambulasse. 40. diebus & 40, noctibus, vsq; ad montē Dei Oreb. quo celsitudo gloriæ cōtēplatiōis dsignatur: ita Xpiani digne hūc panē sumētes, ambulabūt in illius fortitudine vsq; ad mōtē gloriæ

¶ Tertius effectus quem confert Eucharistia, est remissio peccati mortalis. Si enim consideretur virtus huius sacramenti secundùm se quæcunq; peccata habet remittere ex passione Christi, q̄
Di. Tho. est fons & causa remissionis peccatorū, vt D. Tho. ait. 3. p. q. 79. ar. 3. At verò, si consideretur per comparationem ad eum qui recipit hoc sacramentum, distinguendum est: nam vel accedit ad hoc sacramentum cum conscientia peccati mortalis cognita & scita sine dolore: & huic non tātùm non remittitur peccatum, ve-
1 Cor. 11 rùm etiam peccatum mortale de nouo cōmittit. 1. Cor. 11. Qui mā ducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit. Vel ignoranter accedit: nempe quia doluit de præteritis, & proposuit cauere in futurum, itaq; secundùm humanam probabilitatem præparat se sufficienter: adhuc tamen manet in mortali propter ignorantiā illius peccati [propter ignorantiam inquam] quia si sciret ac in se peccatum agnosceret, doloret de illo & vellet confiteri: tunc nanquè iste qui sic accedit & in re recipit, remissionem peccatorum accipiet: quia iam probat se ipsum, vt Paulus præcipit. Et hæc est concors omnium doctorum sententia. Est enim Diui

Thomæ

Thomæ in 3. p. q. 79. ar. 3. & q. 80. ar. 4. ad. 5. & Bonauenturæ in. 4 d. 9. ar. 3. q 2. & Alexan. Alen. 4. p. q. 46. mẽbro. 3. ar. 4. Gabrielis lectione. 8 super canonẽ. & Scoti eadẽ dis. Nõ enim arbitror posse negari, q̃ sic dispositio seu attrito detur per huius sacramenti perceptionẽ prima gratia, cùm omnia sacramenta faciant de attrito contritũ, vt perdoctè D Tho. docet super Ioan. c. 11. super verbũ illud, Soluite illũ, loquendo de Lazaro, & de hoc sacramento inquit, quòd cibat quos inuenit viuos, sed viuificat quos inuenit mortuos. Nec videtur quomodo aliter possit verificari sententia concilij Flo. asserens gratiã omnia sacramenta continere, & eã conferre non habenti. Confirmatur etiã ex illo Ioan. 6. Qui manducat me, viuet propter me. Ex quibus omnibus iam constat q̃; falsa sit sententia Ioannis Maioris, qui inter theologos solus, in dis. 9. q 1. tenuit, quòd sic accedenti cum peccato ignorato, non remittitur peccatũ mortale. Falsissima nanq, est hæc assertio, siquidẽ dicit, quòd ad hoc q̃ per susceptionẽ Eucharistiæ remittatur hõi peccatum, & gr̃a cõferatur, exigitur q̃ habeat euidẽ tiam ex se quòd sit contritus, quam quidem certitudinem nemo habere potest.

D. Tho.
Bon. ven
Alex. al
Gabrie.
Scotus.
Ioan. 11
Con. Flo
Ioan. 6.
Ioã. Ma.

¶ Annotare hîc vltimatè oportet ex Dño Caie. in cõmentarijs super. 3. p. q. 79. ar 3 ad 2. quòd est magna differentia inter Baptismi & Eucharistiæ sacramenta, & ex parte sacramenti & ex parte suscipientis. Ex sacramento quidẽ, quia sacramentũ Eucharistiæ ex proprio vsu habet rationẽ nutrimẽti, ac proinde conuenientis viuis, & non mortuis: Baptismus autẽ ex propria ratione habet regenerare & abluere. Generatio autẽ nõ prę̃supponit, sed facit ens & viuũ, & similiter ablutio non præsupponit mundũ, sed mundat. Ex parte autẽ suscipientis est discrimen, quia suscipienti Baptismũ, sufficit non ponere obicẽ, & nõ habere cõplacentiam, ad hoc vt diuinã gratiã consequatur. quia omnia condonat Baptismus, vt ex supradictis patet. Suscipiẽti autẽ Eucharistiã, non sufficit non ponere obicẽ: sed oportet probare se ipsũ, & habere dispositionẽ positiuè, vt inquit Paulus. Neq; existimo Caietanũ per hoc asserere voluisse, Baptismum rectè à peccatore suscipi posse, omni displicẽtia etiam imperfecta remota, quòd si forsam ita sensit, omissa eius sententia, dicimus oppositam esse tenendam. Requiritur in adulto saltẽ imperfectus dolor, quem Theologi attritionem appellant. Est enim hoc diffinitum nuper in conc. Tridentino sessione. 6. c. 6. & probatur ex illo actorum c. 2. Pœnitentiam

Notabi.
Caie.
Con. Tr.

tiã agite,& baptizetur vnuſquiſquè veſtrum innomine Ieſu Xp̃i in remiſsionem peccatorum.

¶ Quartus effectus ſacramẽti huius eſt remiſsio peccatorum ve
D.Amb. nialium. Probatur ex D.Ambro. li.4. de ſacramentis c.vltimo,vbi ait, Iſte panis quotidianus in remedium quotidianę infirmitatis ſumitur. Patet etiam ex Innocentio li. de myſterio miſſę, dicente, Hoc ſacramentum venialia delet,& cauet mortalia. Et quia peccata venialia gratiam non excludunt,dignè quis cum illis poteſt ad hoc ſacramentum accedere, cui ideo virtute ſacramenti remittentur, niſi qui accedit,obicem ponat alicuius venialis,tũc ſolùm non remitteturei illud veniale in quò complecet,vt ſi habet tunc propoſitum mentiendi officioſè,nam cætera venialia omnia remitterentur. Venialia enim aliqua poſſunt remitti ſine alis vẽnialibus. Probatur etiam quòd per hoc ſacramentum remittantur venialia, nam quemadmodum nutrimentum cibi corporalis eſt neceſſarium corpori,ad reſtaurandum id quod quotidie deperditur per actionem caloris naturalis:ita, quia quotidie aliquid in nobis dperditur ex calore concupiſcẽtię per peccata venialia, licet enim nõ contrariẽtur venialia charitati, contrariãtur tamen feruori illius, atquè illum diminuunt, vnde, ad hoc prodeſt ſumptio Euchariſtię. Quocircà competit huic ſacramento vt peccata venialia remittat.

¶ Quintus effectus quem cauſare habet Euchariſtia eſt remiſsio pœnę: hunc tamẽ effectum habet in directè,ſicut indirectè & ſecũdariò habet remittere peccata[indirecte inquam]quia inquantũ ſacramentum,non eſt inſtitutũ ad fatiſſaciendum:ſed ad ſpiritualiter nutriendum, quę quidem nutritio per vnionem ad Chriſtum & ad eius menbra fit. At verò vnitas iſta per charitatem fit, ex feruore cuius conſequitur homo remiſsionem non ſolùm culparum venialium,ſed & pœnarum,quatenus eſt actus amicitię Dei. Et ſic per quandam concomitantiam ad principalem effectum, conſequitur remiſsionem pœnę:non tamen totius, ſed ſecundùm modũ & quantitatem deuotionis & feruoris ſumẽtis. Inquantum verò ſacrificium eſt, licèt non remittat culpam niſi per modum meriti, ſi offerens ſit in gratia, attamen vim habet ſatiſfactiuam:non tamẽ ſecundùm hoc totam pœnam remittit,ſed ſecundùm quantitatem affectus & deuotionis offerẽtis, vel etiam illorũ ,p quibus offertur. Creſcit nãquè ſatiſfactio per deuotionem offerentis, tanquam per cauſam agentem:quia magis attenditur penes deuotionem illius,

quàm

quàm penes quantitatem rei oblatæ, vt patet in exemplo de vidua illa, Lucæ. 21. sed fortè non crescit in eadem proportiõe, qua deuotio vnius offerentis excedit deuotionem alterius: quia est considerãda & deuotio, & res oblata, & qa res oblata non duplicatur, nõ totũ qd facit Petrus duplicatur respectu eius qd facit Paulus, & ita tenet Soto in 4. d 11. q. 2. ar. 5 Nota tamẽ qꝑ ex se sufficiẽs est hoc sacrificiũ ad satisfaciẽdũ pro omni pœna: ratio est, qa ea quę in hoc sacrificio offeruntur, nempe corpus & sanguis, cùm sint diuinitati coniũcta, sunt suppositi infinitè grati, & idcirco quã tũ est de se, est hoc sacrificiũ sufficens ad infinitũ effectũ. Ex his q̃ diximus, scilicet satisfactionem crescere iuxta quantitatem deuotionis: subsequitur, tantam posse esse deuotionem offerentis, vt pro vniuersis pœnis & venialium & mortalium virtute huius sacrificij plenissimè fieret satisfactio. Infertur rursus ex præhabitis, quòd hoc sacramentum prodest sumentibus per modum sacrificij, in quantùm pro salute eorum offertur: non tamen ęqualiter, sed secundùm quantitatem deuotionis. *Luc. 21.* *Soto.*

¶ Sextus effectus quem confert hoc sacramentum est, hominem à futuris peccatis præseruare, quod manifestè probatur. Nam ꝑ spicuum est quòd ad modum quo corporale nutrimentum habet conferre vires & robur contra hominis interiora corruptiua, ne incidat in morbum corporalem, habet etiam hoc sacramentum tanquã spiritualem cibum & medicinam præstare, vires & robur spirituali hominis vitæ secundùm illud Psalmi, Et panis cor hominis confirmet, & illud Ioan. 6. Hic est panis de cœlo descendens, vt si quis manducauerit ex hoc pane, non moriatur, quod intelligẽdum est de morte spirituali quę fit per peccatum, Et ibidem. Hic est panis qui de cœlo descendit: non sicut manducauerunt patres vestri manna, & mortui sunt. Qui manducat hunc panem, viuet in ęternum. Hoc est, quoniam manna non erat diuinitàs missum, nisi in subsidium temporalis vitæ quę suapte natura finitur, manducãtes tandem mortui sunt: hic autem panis, quia præsidium est spũalis vitę quę per se est perpetua, virtutem habet eãdem cibandi, & à morte peccati tuendi. Aduerte tamen, quòd cùm homo habeat liberum arbitrium, quòd in hac vita non est confirmatum in bonum, licèt hoc sacramentum habeat virtutem ipsum seruandi, non tamen potestatem tollit, quin possit ipse in malum flecti. Satis namquè est, quòd quatenus est de se, pręseruet homines illud suscipientes contra ea quę intrinsecùs sunt causa mortis, dando se in cibum *Psal. 103* *Ioan. 6.*

in cibum & potum, quibus anima reficitur, & cõtra exteriores impugnationes inimicorum eorum. Proinde Christus redẽptor noster in cœna ante passionem discipulis hoc sacramentum tradidit Vnde, tentatis optimum remedium est hoc sacramentum recipere, vt à peccatis futuris prẽseruentur.

XVIII. DIFFICVLTAS.

Vtrùm per veniale peccatum impediatur effectus huius sacramẽti.

PRo huius difficultatis decisione distinctionem bimembrem prẽmittere oportet, videlicet quòd peccatum veniale, aut consideratur vt iam prẽteritum solùm reatum relinquens, aut in actu: scilicet quòd tunc exercetur, dum sacramentum sumitur, vt cùm quis accedit cum cõplacentia peccati aut proposito peccãdi, vel accedit propter vanam gloriam. Hac distinctiõe sic præhabita, sit
1. Con. prima conclusio. Peccata venialia secundùm priorem modum, nullatenus impediunt effectum huius sacramenti. Hęc conclusio probatur, primò, quia non obstant gratię peccata venialia. Secundò, quia nihil quod remouetur per actionem alicuius causę, impedire potest eius effectum at peccatum veniale prẽteritum remouetur per hoc sacramentum, non ergo eius effectum impedit.
2. Con. ¶ Secunda conclusio. Peccata venialia secundo modo accepta, scilicet in actu, exparte impediunt huius sacramenti effectũ, & ex parte non. Pro cuius elucidatione notato, quòd huius sacramenti duplex est effectus: scilicet habitus tam gratię quàm charitatis, & actualis refectio spiritualis dulcedinis per actualem deuotionem. Ex parte igitur, huius sacramenti effectus impeditur: nempe quò ad actualem refectionem spiritualis dulcedinis. Quod quidẽ euidenti ratione probatur. Nam venialia peccata mentem distrahunt ab attentione & actuali deuotione sacramenti. Deinde patet, qa refectio & dulcedo actum gustandi dicit, sicut gustare, & ic circo sine actuali deuotione haud cõtingere põt actualis refectio & dulcedo, quia esset habere actũ sine actu. Ex parte verò, non impediunt: scilicet quòad augmentũ habitualis gratiæ & charitatis,
Di. Tho. Adria. ita tenet. Diuus Thomas. 3. p. q. 79. ar. 8. & Adrianus in. 4. q. de Eucha

Eucharistia. ar. 1. Ait enim q̃ per peccata venialia, & quomodocunq; per absentiam deuotionis, nihil habitualis gratiæ aut charitatis impeditur, sed actualis tantùm refectio spiritualis dulcedinis. Et ratio huius assertionis est, quia peccata venialia non ponunt obicem gratiæ, & hęc est generalis omnium aliorum sacramentorum conditio, vt accedẽti in gratia per solam sui susceptionem illam augeant ex opere operato quando obicem non inueniunt. Non ergo deneganda est hęc conditio Eucharistiæ sacramẽto, nempe quòd quando sine actuali deuotione accedit homo ad hoc sacramentum, nutritur habitualiter per augmentum gratiæ, licèt non actualiter per sensum dulcedinis: quam tamen dulcedinẽ poterit postmodùm sentire si habuerit deuotionis actum, itaq; priùs natura augetur quàm excitetur deuotio & feruor charitatis, qui est effectus sacramenti. Nec tamen ignoro Caietanum in commentarijs super. q. citatam di. Thomæ ar. 1. habere oppositã sententiã. Dicit nanq; quòd ad recipiendum vtrumq; huius sacramenti effectum, requiritur vt sumatur cum actuali deuotione, sed certè hoc non requiritur ad hoc quòd per hoc sacramentum conferatur effectus eius, habitus scilicet gratiæ. Quo circà adhęrendum esse di. Tho. & Adriani sententię censeo, quibus etiam adhęret Soto in 4. d. 11 q. 2. ar. 8. Non enim priùs natura est actu alis deuotio quàm augmentũ gratię, vt Caietanus arbitratur, sed econuerso vt dictum est. *Caieta.* *D. Tho.* *Adria.* *Soto.*

XIX. DIFFICVLTAS.

Vtrùm solius hominis sit hoc sacramentum spiritualiter sumere.

PRo huius difficultatis elucidatione annotandi sunt quatuor modi manducadi spiritualiter. Quorum primus est manducare spiritualiter per fidẽ, de qua mãducatione ait Christus Ioan. 6. Ego sum panis qui de cœlo descendi: qui mãducat me, viuet propter me. Et iste modus manducandi consistit in credendo in Christũ, per cuius fidẽ incorporamur in ipsum: & dicitur spiritualis ab spiritu sancto. Secundus modus manducandi spiritualiter est, vt distinguitur à reali, quia non est susceptio in rẽ, sed in voto. Et hæc est quę simpliciter in pręsentiarum dicitur spiritualis manducatio, *Ioan. 6.*

& per hanc non recipitur gratia ſacramentalis, quam vocant Theologi ex opere operato quouſq; ſumatur in re, vt ſuprà diximus. Et dicitur ſpiritualis, quia per actum mētis per modum meriti eſt cauſa gratiæ. Tertius modus ſpiritualiter manducandi eſt in re & in ſpiritu, vt cùm iuſtus ſumit ſacramētum. Quartus modus eſt p figuram & methaphoram. Et dicitur ſpiritualis, non ab ſpiritu, ſed vt diſtinguitur contra literalem ſeu verum modum manducandi,

1. Con. Iſtis modis ſic ānotatis, ſit prima conclu. tribus prioribus modis ſolis, hominibus conuenit ſpiritualiter manducare hoc ſacramentum tam in re quā in voto. Probatur, nam manducare ſpiritualiter his modis non eſt vt cunq; vniri Chriſto per cognitionē, ſed credere in ipſum per fidem cum effectu vel affectu manducandi ipſum ſub ſpeciebus ſacramentalibus, & per fidē vnimur atq; coiungimur corpori myſtico, & ſacramenta noſtra ſunt ſacramenta fidei, per quam in ſpeculo & in ænigmate cognoſcimus. Quo fit, vt modi iſti angelis conuenire nō poſsint, quia certum eſt quòd in re hoc ſacramētum manducare non poſſunt cùm non habeāt corpora, imò neq; in corporibus aſſumptis in quibus apparere leguntur, propriè poſſunt manducare, quia non vniūtur eis ſicut animæ eadem informando corpora: quòd ſi in re non poſſunt manducare fruſtrà eſſet deſiderium manducandi. Item, quia licèt angeli ad ſocietatem corporis myſtici pertineant, eidem tamē corpori myſtico non per fidem, ſed per manifeſtam ac claram viſionem coniunguntur.

2 Conclu ¶ Secunda concluſio. Angeli manducant ſpiritualiter Chriſtum in cœlo quarto modo, ſcilicet per methaphoram, cùm illū illic vident per claram viſionem in propria ſpecie. Hæc concluſio ex ſe eſt nota, dicitur enim illa fœliciſsima viſio & fruitio ſpiritualis mānducatio, quia eſt ſpiritualis refectio, hoc eſt, complemētum & ſocietas omnium quę vel angelus vel homo deſiderare poteſt, ſecundùm illud Pſalmi .16. Satiabor cùm apparuerit gloria tua.

Pſal. 16.

XX. DIFFICVLTAS.

Vtrùm confeſsio ante Euchariſtiæ ſumptionem requiratur, an ſola contritio ſufficiat cum propoſito confitendi peccata.

Hæc

HÆc quęstio pręsupponit alterius quęstionis determinationē: videlicet an peccator corpus Christi sacramētaliter manducare possit? cui respōdetur affirmatiuè: nempe quòd non solùm iustus homo, verū etiam peccator Christianus potest manducare corpus Christi sacramentaliter, licèt non manducet spiritualiter: & opposita sententia est erronea & damnata Vuitcleff, contra quem scripsit. Tho. Vualden. tomo. 2. de sacramentis c. 60. Et patet euidenti ratione, nam nunquàm Paulus diceret, Qui indignè manducat, iudicium sibi manducat & bibit: nisi pro comperto haberet quòd peccator sumens hoc sacramentum, manducat illud sacramētaliter, secus de peccatore infideli nondum baptizato, quia nō vtitur eo vt sacramento, sed sicut profano cibo. Quocirca non sacramentaliter manducaret, si contingeret hoc sacramentum sumere: imò etiam si esset catechuminus existens in gratia vt Cornelius, non reciperet per Eucharistiam gratiam sacramentalem, etiam si inuincibili ignorantia illud sumeret putans religiosè facere, quia nullum sacramentum gratiam confert virtute operis operati, nisi baptizatis. Posset tamen tunc illi ratione meriti gratia augeri, propter reuerentiam quā sacramento exhibet. Pręmissa igitur hac determinatione, quòd Christianus existens in mortali, si hoc sacramentum sumat, manducat sacramentaliter illud, licèt non spiritualiter, subsequitur pręsens difficultas: scilicet an priusquam sumat sacramentaliter, requiratur confessio, an sola contritio sufficiat. Et vt certa ab incertis separemus, notandum est q̄ aliquem esse in peccato mortali potest contingere duobus modis, vno modo, vt sit i peccato mortali notorio: alio modo quòd sit in peccato mortali occulto. Et quidem primo modo accipiēdo, est conclusio. Si sit notorius hęreticus, schimaticus, excommunicatus, simoniacus vel fornicarius, quando sic peccatum est notorium q̄ sunt secundùm iuris ordinem condemnati de tali crimine, vel sponte in iudicio confessi, vel canonicè conuicti, vel propter euidentiam facti, quando factum est ita notorium quòd non indiget testibus cùm non possit aliqua tergiuersatione celari, minimè huiusmodi peccatores possunt ad Eucharistiam accedere sine pręuia pœnitentia publica: quia de publicis peccatis publicè pœnitendum est. Et ratio huius conclusionis est, quia ista quatuor crimina maximè huic sacramento repugnāt. Nam in hoc sacramento est secretum fidei, & ideo repelluntur hęretici. Est quoquè vinculum

Tb. vua.

Notabil.

Con.

charitatis, & eò fit, vt prohibeantur schismatici & excommunicati. Eleuat insuper Eucharistia hominem ad statum spiritualem, & inde est quòd propelluntur fornicarij, qui oēs sunt carnales. Vnde sacerdos existens in aliquo istorum, celebrando mortaliter peccaret: imò non solūm ipse, verùm etiam omnes qui eius missam audirent scienter. Vnde, dehuiusmodi peccatoribus nō est prēsens difficultas, si quidem nullum est dubium de illis. Si verò sit in peccato mortali occulto, adhuc est distinguendū: nam tribus modis potest accidere. Primo modo, qa scit se cōmisisse tēpore ptērito aliquod pecatū mortale, d̄ quo nō dolet, nec pœnitet, nec cōteritur: & tunc est prima conclusio, quòd accedendo in hunc modū, mor-

1. Cor. taliter peccat, vt iam dixi in precedenti difficultate, & sacrilegiū committit tanquàm sacramenti violator. De tali enim verificatur sententia. Pauli 1. Cor. 11. Qui manducat & bibit indignè, iudi-

1 Cor. 11 cium: ideſt condemnationem mortis ęternę sibi manducat & bibit, non diiudicans corpus domini: ideſt non discernens inter corpus eius verum in ara crucis immolatum ab alijs, indifferenteri psum assumens sicut alios cibos qui mensæ profanę apponuntur.

Leui. 22 Leuitici. 22. Omnis homo qui accesserit ad ea quę cōsecrata sunt, in quo est immunditia, peribit corā Domino. Probatur etiā exparabola illa Dominica Matth. 11. d̄ rege qui fecit nuptias filio suo,

Mat. 11. & cùm vniuersos ad cōuiuium inuitasset, quēdam eò quòd ad mē sam absquè veste nuptiali sedētem videret, ligatis manibus & pedibus, iussit eum mitti in tenebras exteriores. Ex veteri quoquè

Exo. 30 testamento non desunt exempla. Legitur nāquè Exodi. 30. quòd quoties Aaron & filij eius ingressuri essent tabernaculum testimonij, lauare suas manus & pedes iubebantur, ne fortè morerentur.

1 Reg. 21 Item. 1. Regum. 21. legitur, quòd sacerdos Achimelech nūquàm sanctum panem Dauidi famen cum suis patienti tradere voluit, nisi certior priùs factus an sui pueri mūdi essent. Possem ad huiusmodi propositum multa alia exempla adducere, nisi breuitati studerem. Postremò patet, quia cùm per sumptionem huius sacramēti profiteatur homo se esse vnitum Christo, & quando accedit cū conscientia mortalis peccati, non vnitur, ideo tūc falsitatis crimē incurrit. Secundo modo, quia est in peccato occulto: quod quidem in rei veritate commisit & non fuit confessus, tamen non recolit de illo peecato. Tunc est secunda conclusio, quòd si talis ita diligenter examinauit conscientiam suam ante sumptionē Eucharistiæ, vt sit existamata contritio, quando videlicet quis fecit diligentiam,

vt ſit exiſtimata contritio, quando videlicet quis fecit dilligentiam quę arbitrio prudentis viri videtur ſufficere, & bona fide putat ſe dolere propter Deum. Et hęc ſufficit vt homo per ſacramentum fiat ex attrito contritus, & ſi in generali priuſquàm accedat, conteritur de omnibus peccatis oblitis, non peccat accedendo, imò virtute huius ſacramenti abſoluitur ab illo peccato: cùm hoc ſacramentum [vt diximus] habeat viuificare mortuos. Tenetur tamen, ſi poſteà talis recordatur de peccato, confiteri de illo. Quare quilibet tenetur antequàm accedat ad hoc ſacramentum, diligenter examinare conſcientiam ſuam. Et multò magis ſacerdos antequàm vadat ad celebrandum: hoc enim eſt quod Apoſtolus pręcipit quando ait, Probet autem ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat. Hęc tamē cōcluſio intelligitur, dū modo non ſit ignorantia iuris quę neminē excuſat, vt cùm id qđ peccatum eſt, peccatum eſſe ignorat, vt ſi fornicationem ſimplicē cenſeret non eſſe peccatum. At verò ſi ſit nota attritio, puta quòd ille homo videt ſe non dolere propter Deum, ſed propter pœnas inferni aut alias temporales, illa attritio non ſufficit, quia manet in conſcientia peccati mortalis. Sed ad huc preſens difficultas nō eſt de his peccatoribus de quibus iſte duę concluſiones loquuntur. Tertio modo aliquis poteſt eſſe in peccato mortali occulto: ſcilicet quia recordatur ſe determinatè aliqđ peccatum mortale cōmiſiſſe, & dolet de illo. Et de hoc eſt in pręſentiarum ſermo, an ante Euchariſtiæ ſumptionē ſit neceſſaria confeſsio, an ſatis ſit priuatim ſuam ſecum diſcuſsiſſe cōſcientiam, & ſic habere contritionem cum propoſito peccata confitendi? Ac proinde eſt tertia concluſio, quòd habens copiam confeſſoris, tenetur antequàm accedat ad Euchariſtiam, confiteri peccata omnia mortalia: & niſi confiteatur, mortaliter peccat accedendo. Nec ſufficit confeſsio generalis quę fit ante ſumptionem, nec ſacerdoti illa quam facit in principio miſſę, imò & peccata venialia confiteri priuſquàm ad hoc ſacramentum accedat, optimum conſilium eſt, cùm guſtum & dulcedinem impediant [vt dictum eſt] licèt ad hoc non teneatur quis. Habet hanc concluſionem Hugo de ſancto Victore in li. de Eccleſiaſtica poteſtate ligandi atquè ſoluendi. Si ſacerdos, inquit, antequàm confiteatur, ad corpus Chriſti acceſſerit, reus erit corporis & ſanguinis Domini: quantunuis pœniteat, & vehementer doleat, & ingemiſcat. Cyprianus quoquè in ſermone. 5. delapſis, acriter reprehēdit ſui Epiſcopatus preſbyteros, eò q ad com

3 Con.

Hugo.

Cypria.

munionem lapsos admittebãt sine pręuia confessione. Idem dicit li. 3. epistolarum iepistola. 14. & epistola. 15. Idemq; epistola 16. Ait enim quosdam euangelij immemores communionem ãte cõfessionem suscipere. Quibus locis apertè Cyprianus insinuat, ordinem hunc, vt confessio Eucharistiam prędedat, esse de iure diuino. Probatur insuper ratione, quia illud cuius initium nõ stat, neq; in concilijs statutũ reperitur, sed semper retentum est: credendum est ab Apostolis emanasse: ac exconsequenti de iure diuino esse.

August. Hoc enim fundamentum ponit. D. August. li. 4. de Baptismo contra Donatistas. c. 24. Omnes igitur tenemur ex iure diuino ad hãc prędictam confessionem ante Eucharistiæ sumptionem. Habẽt etiã

D. Tho. hanc nostram sententiam omnes Theologi. Di. Thomas in. 4 dist.

Scotus. 16. &. 17. q 3. ar. 1. quæstiũc. 4. & Scotus, & reliqui omnes in dist.

Caieta. 9. & 17. vnus duntaxat Caietanus inter Theologos in commentarijs. 3 partis q. 80. ar. 4. & in summa, verbo Communio, & inter

Panor. canonistas Abbas Panormitanus super cap. De homine. de celebratione missa. habent oppositam sententiam: nempe non esse necessariam confessionem prędictam, sed sufficere contritionem: attamen iam non licet tenere sententiam Caietani vllo modo, cum sit

Cõc. Tri decretum concilij Triden. sessione. 3. canone vltimo vbi contraria sententia determinatur. Dicitur nãq; illic, Nullus sibi conscius mortalis peccati quantumuis sibi contritus videatur, absq; prędicta sacramentali confessione ad sacram Eucharistiam accedere debeat: quod perpetuo sancta synodus seruandum esse decreuit, modò non desit illis copia confessoris: & subdit quòd si quis prędicta sumpserit docere, prędicare vel affirmare cõtrariũ, sit, ex communicatus. Et probatur ex Pau. prędicipiẽte, vt vnusquisquè probet se ipsum priusquàm ad hoc sacramentum accedat, inquiens, Probet autem se ipsum homo &c. Quem locum omnes doctores sic intelligunt, vt diligenter examinet conscientiam suam, ne sit in eo voluntas peccandi mortaliter, vel aliquod peccatum pręderitum de quo non pœnituerit, & si videat se habere aliquod mortale, quantuncunquè de illo doleat & ingemiscat, non priùs accedat ad suscipiendum hoc sacramẽtum, quàm illud cõfiteatur: per quod Caietani opinio destruitur. Non enim apostolus voluit dicere quòd secum seprobet solus, vt Caietanus sentit, sed adhibito confessore qui eius sit examinis iudex: ita nãq; habet eccleſię consuetudo

Notabi. cuius initiũ nõ cõstat, quã frãgẽtes, existimãt se grauissimè peccare. Vbi ãnotãdũ ẽ, eccleſię cõsuetudinẽ nõ in mediũ afferri tãq; potissimũ

tiſsimũ & primum fundamẽtũ huius ritus, q̃ſi ſit d iure tãtũ eccleſiaſtico, ſed q̃ſi declaratoriã diuini p̃cepti, qđ Pau. inſinuat. Generalis ergo regulaſit, q vbi põt haberi ſacerdos habẽs autoritatẽ absoluẽdi, nullatenus eſt ãte cõfeſsionen ad Euchariſtiã accedẽdũ.

¶ Sed dubium eſt, vtrùm ſint aliqui caſus, in quibus abſquè præuia confeſsione liceat ad Euchariſtiam accedere? Pro hoc dubio ſit. 4. con. affirmatiua, nẽpe quòd ſi non habeat copiam confeſſoris, ſicut ſacerdos, cùm eſt in pago vbi non eſt alius ſacerdos cui confiteri poſsit, & imminet ſibi neceſsitas celebrandi: puta quia iſte eſt curio, maximè ſi eſſet dies Dominica, vel dies ſolennis, & populus ſibi commiſſus vult audire miſſam, & eſſet ſcandalum in populo niſi celebraret, vel fortè aliquis parochianus ſuus eſſet infirmus periculoſè, & requirit illum quòd det ſibi corpus Chriſti, & iſte curio non habet hoſtiam conſecratam: vel imminet ſibi aliqua alia neceſsitas celebrandi, ſicut ſunt nuptiæ, vel aliquid tale: in ijs caſibus ac ſimilibus, ipſe tenetur conteri & pœnitere de peccato ſuo, & eſſe in propoſito cõfitendi ipſum quàm primùm ſe obtulerit confitendi oportunitas: ſcilicet copia confeſſoris, & ſic celebrare poterit. Intelligendam tamen eſſe exiſtimo hanc concluſionem, quando ſacerdos per quatuor millia paſſuum diſtaret à ſacerdote cui confiteri poterat: & adhuc quòd non fuiſſet per hebdomadam in illo peccato: nam re vera tunc ego illum non excuſarem, cùm tempus habuerit ad quærendum confeſſorem ante dominicam diem vel aliud feſtum: niſi eſſet claudus, & non haberet equum, vel ſequeretur adhuc ſcandalum, ex hoc quòd ad aliud oppidũ per hebdomadam abiret. Cẽſetur etiã ſacerdos non habere copiam confeſſoris, quando iam eſt in altari, & recolit ſe aliqua culpa mortali eſſe irretitum: tunc nõ teneretur vocare confeſſorem, nam ſequeretur illi infamia apud audientes rem diuinam & adiuuantem, ſatis nãquè eſt tũc habere contritionem & propoſitum confitendi, vt poſsit inceptum perficere. Secus tamen exiſtimo cenſendum eſſe, ſi eſſet ſacerdos qui adiuuaret, & recordatur alicuius mortalis ante offertorium: nam tunc poſſet, imò credo quòd teneretur dicta epiſtola, vel tempore lotionis manuum vocare ſacerdotem adiuuantem, & confiteri, niſi oriatur ſcandalum. Poſt inceptionem tamen ſecretæ, ac deinceps vſq; ad finẽ miſſæ nõ ſolũ nõ teneret, ſed etiã malè faceret: qa maximã irreuerẽtiã irrogaret ſacramẽto. Similiter, illi q adſunt parati ad ſuſcipiendum ſacramẽtũ, q̃ntũcũq; recordẽtur alicuius mortalis pec

Dubium.

4. Con.

ccati dum ſunt communicaturi in cõſpectu plebis, non eſt conde cens vt illic cõfiteãtur, ſed vel communionẽ ſi ſine nota poſſunt, differant vſq; ad aliam miſſam, vel proponentes illico poſt com cõmunionem confiteri, ſacram bucellã ſumant [non inquàm eſt condecens] propter irreuerentiam quę tunc ſacramento irrogaretur querendo confeſſorem: ſatis, enim eſt habere propoſitũ confitendi. Simliter, ſi occurreret neceſsitas præcepti eccleſiaſtici, vt ſiquis in die paſchatis inuenit ſe vbi nõ habet copiam proprij ſacerdotis qui eum poſsit abſoluere, vel ſi ſacerdos haberet aliquem caſum reſeruatũ epiſcopo, ſi nõ poſſet facilè adire ipſum epiſcopum, quia abeſt: & non celebrando aut non communicando, infamia illi & grande ſcandalum ſequeretur, poſſet, abſq; præuia confeſsione celebrare ſacerdos in quacunq; dominica, & in quócũq; notabili feſto: & Laicus occurrente præcepto de cõmunicãdo in paſchate, poſſet cõmunicare ad euitandum huiuſmodi ſcandalũ & infamiam. Idem eſt de religioſo dicendũ habente aliquod peccatum reſeruatum prælato, ſi eſſet in aliquo oppido diſtante à loco vbi eſt prælatus: poſſet enim tunc huiuſmodi religioſus celebrare in diebus prædictis ſine præuia confeſsione ad euitandum ſcandalum ac infamiam, quę illi ſequeretur nõ celebrando. Idem dicendum eſt, ſi religioſus haberet peccatum reſeruatum in die ſolenni, cùm totus conuẽtus communicat, & nõ adeſt prelatus domi, poteſt cõmunicare eadem ratione ſine præuia cõfeſsione: ſi autem citra ſcandulum põt Laicus comunionem, & ſacerdos celebrationẽ differre, tutiùs eſt abſtinere à cõmuniõe, vel celebratione, quá cõmunicare aut celebrare in caſibus prędictis.

¶ Aduerte tamen, quòd ſi exiſteret huiuſmodi ſacerdos habens peccatum reſeruatum, vbi eſt prælatus, vel ſecularis quando occurrit præceptum de communicando in paſchate, vbi eſt epiſcopus: & ipſe prælatus nollet concedere caſum ſibi reſeruatum alteri confeſſori, ſed ipſe vellet audire confeſsionem illius: ſubditus verò nollet illi confiteri, vel præ verecundia vel ne in poſterum illum parũpenderet, certè ob iſtam cauſam, licèt malefaceret prælatus non concedendo licentiam tamen non ideo illi liceret ſine præuia cõfeſsione ad Euchariſtium accedere, niſi Tyránus eſſet ille prælatus, à quo timeretur vel diuulgatio cõfeſsiõis vel aliud malum: nam tunc ſi non pateret acceſſus ad alium ſuperiorem, ab ſolueretur ſubditus ab eius obedientia in ea re.

Notab. ¶ Annotare hic etiam oportet, quòd omnes hi caſus, præter in articulo

ticulo mortis, intelliguntur vbi non sit crimen annexam habēs ex cōmunicationem. quia excommunicato, nec propter officium nec propter scandalū, aut generale præceptū ecclesiæ de communione, licet ad sacramentū accedere. Vnde, qui irretitus est culpa pontifici reseruata: quia omnes huiusmodi annexam habēt excōmunicationē, caueat ad sacramētū hoc ātēq̄ absoluatur, accedere. *Dubium.*

¶ Sed adhuc dubium restat. Si quis sacerdos recipiat pecuniam ab aliquo, vt illi dicat missam de Requiem vel aliquam aliam, an ob hoc habeat legitimā necessitatem celebrandi sine præuia confessione peccati mortalis in quo existit, si non habeat copiam cōfessoris? Adhoc dubium sit conclusio, quòd talis existens in mortali peccato nullo modo antequā confiteatur, debet se exponere ad dicendam rem sacrā: quia peccaret mortaliter dicēdo. Nec existens in tali casu debet recipere pecuniam pro dicenda missa statim: imò debet se excusare dicendo, Amice, ego non sum benè dispositus pro nunc pro dicenda missa, sed Deo volente, cùm ego sim dispositus, libenter faciam id quod petis. Et si adhuc alius instanter petat quòd statim dicat missam, si iam receperit pecuniam eam sibi statim restituat, & nullo modo exponat se ad celebrandum. Non potest insuper sine præuia confessione accedere ad Eucharistiam, ob solam deuotionem volentis sacramētum sumere, aut celebrare Requiritur enim necessitas vrgens, vt expressis verbis cōcilij admonetur, cū dicat. Quòd si necessitate vrgente, sacerdos absq; præuia cōfessiōe celebrauerit, quāprimū cōfiteatur. *Conc.*

XXI DIFFICVLTAS.

Vtrùm sacerdos debeat denegare corpus Christi peccatori petēti.

RO huius difficultatis ēclaratione bimēbrē distinctiōnē hominū in peccatis existētiū, annotare oportet. Nā q̄dā peccatores sunt occulti, alij verò manifesti: scilicet aut per euidētiā facti, vt publici vsurarij, meretrices, & latrones, raptores, & alij huiusmodi, ita quòd eorū crimina nō possunt aliqua tergiuersatione populo celari: appellatur similiter publicus peccator qui per aliquod iudicium ecclesiasticū aut seculare est cōdēnatus vt habetur in. c. Cū dilectus. de purga. cano. & in c. Euidentia, de accusa. & in c. tua nos. de cohabita. cleri. Occulti verò peccatores appellātur quorum crimina sunt occulta. Distinctione hac sic præmissa, per aliquot

1. Con. quot concluſiones reſpondetur, quarum prima ſit. Peccatori publi co: vt vſurario, concubinario, & meretrici non eſt conferendum hoc Euchariſtię ſacramētū quandiu pſeuerauerint in artis ſuę dedecore, etiam ſi ſacerdoti conſtet in confeſsione iam reliquiſſe illum ſtatum, cùm ſemper ſcandalum ſequatur quandiu populo non ſatiſfecerit. Hanc concluſionē habet. D. Tho in. 3. p. q 80 ar. 6.

D. Tho.

Cipri. Nec non Cyprianus, cuius verba habētur de cōſe. diſt. 2. c. Pro di

Chriſoſ. lectione tua. Tenet eam inſuper Chriſoſt. in. li. 1. de compūctione cordis. Vbi adducit illud, Nolite ſanctū dare canibus, nec mittatis

Matthe. margaritas ante porcos. Idem quoq; affirmat homilia. 83. ſuper Mattheū circa finem. Et confirmatur ratione, quia huiuſmodi publici peccatores non habent ius, eò ꝙ nōdū populo ſatiſfecerint, ad hoc ſacramentum petendum, cùm non probent ſe, vt Paulus. 1.

1 Cor. 11 Cor. 11 præcipit. Non ergo illis infert iniuriam ſacerdos Euchariſtiam denegādo, imò dū quis iure poteſt id negare alicui quod iniuſtè petit, ſi cōferat, ſpōte ſua cōfert, atq; adeò particeps fit illius criminis. Intelligitur tamē hęc cō in loco vbi eius crimē eſt publicū, & eſt diffamatus: nam in alio valde diſtanti vbi habet bonū nomen, conferendū eſt illi ſacramentum: vt ſi commiſit crimen in Italia, & Salmanticę petit à ſacerdote Euchariſtiam: vel ſi cōmiſit in Hiſpania veteri & poſtulat in hac noua, nō eſt ei denegāda Euchariſtia. Ratio eſt, qa tunc p̄ſumēdū eſt eſſe emēdatū. Si verò ſacerdoti conſtaret hoc loco nō eſſe emēdatū d̄ crimine dequo ſcit iudicio publico fuiſſe alibi cōdēnatū, maximè ſi eſt peccatū cōtagioſū, ꝓbabile eſt ꝙ deberet illi denegare, imò credo ꝙ ſi eſſet ꝓ

2. Con. babiliſsimū, ꝙ tale crimē d̄ quo fuit diffamatus, deferreretur ad locū vbi Euchariſtiā petit: ſacerdotē poſſe illi illā denegare. ¶ Secūda cō. Peccatori occulto quē ſacerdos ſcit eſſe peccatorē, imò & ſi ſciāt duo aut tres hōes vicini alicuius magnę ciuitatis: nō ideo publicus peccator dicit̄, nec dicitur crimē notoriū, eò ꝙ ꝓbari poteſt p teſtes: illud enī eſt nōdū māifeſtū, ſed manifeſtabile. Vnd, in in c. Tua nos. Solū enī infamia & indicia p̄bēt ius, ad inqſitionē faciendā. Animaduerte tn, ꝙ poſſet eſſe tā paruū oppidū, l. parochia vt decē criminis cōcij, ſufficerēt vt diceretur notoriū crimē, & in

Auguſt. ciuitate illi nō ſufficerēt. Petēti itaq; occulto peccatori Euchariſtiam tenetur ſacerdos ipſā dare. Hæc cō. ꝓbatur ex di. Aug. cuius verba habētur. 2. q. 1. c. Multi corrigūtur. Dicitur enī illic, Nos verò quę q̄; ꝓhibere à cōmunione nō poſſumus, niſi aut ſpōte cōfeſſū, aut in

aliquo

aliquo iudicio eccleſiaſtico, aut ſeculari nominatū atq; conuictū. Et ꝺ cō ſecratiōe. dis. 2. c. Nō ꝓhibeat. vbi habetur, ſacerdotē nō ꝺebere occultos peccatores prohibere, à ſumptione Euchariſtię ſi petāt: monere tamē eos debere vt timeāt Deū, vel ꝙ ab aſſumptione huius ſacramēti ſe abſtineāt. Habetur etiā nr̄a hæc. 2. con. in 6. cōc. Carthagi. c. vltimo. cuius verba habentur. 6. q. 1. c. Si tantum &c. Placuit. Probatur quoq; exēplo Chriſti redēptoris nr̄i, qui quanuis ſciebat Iudā peccatorem eſſe, non illi denegauit ſacramentum: eò ꝙ peccator occultus erat, & ſcādalū oriretur, ſi ei non traderet, cùm erat inter conuiuantes. Ratione etiā probatur, nā denegando illi ſacramentū ſacerdos, maximū nocumētū ei inferret, ſiquidē prohibere illum à cōmunione non pōt, quin crimē illius occultū detegat. Quāuis enim minus malū eſſet peccatori infamari q̄; indignè ſumere, ſacerdoti tñ peius eſt peccare mortaliter infamando peccatorem occultū, q̄; ꝙ ille peccet: nemini enim delinquere licet vt alium à delicto liberet. Vnde, nec licet ſacerdoti homini peccatori tradere hoſtiam non conſecratā, etiā de conſenſu ipſius peccatoris occulti, vt ſcandalum euitet apud alios, & peccator non ſumat indignè [quāuis aliqui hoc dixerūt] quoniā tunc ſacerdos quātū in ſe eſt, faceret alios idolatrare, qui hoſtiā adorarent. Conſtat igitur iam ex ijs, non poſſe ſacerdotem huiuſmodi peccatori occulto Euchariſtiā petenti, denegare. Ad monere tamē debet in generali, ne aliquis cum cōſciētia peccati mortalis accedat exemplo redēptoris, qui in communi diſcipulos admonuit quando dixit, Vnus veſtrū me traditurus eſt. *Con. Car*

¶ Tertia concluſio. Si peccator ille occultus occultè petat, ſiue ſacerdos ſciat eius peccatum per cōfeſsionem, ſiue extra confeſsionē, citra controuerſiā doctores aiunt, quòd debet ei ſacramentū denegari. Tenet concluſionē hanc. D. Tho. in 4. diſt. 9. ar. 5. q. 1. ar. 1. Et Alexā. Alē. 4. p. q. 49. mēbr. 1. & Bonauē. eadē diſt. ar. 2 q. 4. & Ricardus eadē diſt. ar. 3. q. 1. & Durā. q. 5. Ratio huius cōcluſiōis eſt, qa tūc neq; reuelatur cōfeſsio, neq; ꝓditur crimē peccatoris occultè petētis, ſi ergo pōt ꝺnegari quādoſic petit in occulto ſine obiectiōe & exꝓbratiōe cōfeſsi criminis, ꝺnegādū eſt etiā à ꝓprio ꝑlato, & tēpore paſchatis, q̄nuis q̄dā teneāt oppoſitū. *3. Concl. Di. Tho. Al. Al. Bon. ven Ricar. Duran.*

XX. DIFFICVLTAS.

Vtrùm pollutio nocturna impediat ſumptionem Euchariſtiæ.

Pro

PRo huius difficultatis explicatione annotare oportet duo fundamenta. Primum est, q̃ pollutio nocturna nunquàm secundùm se est peccatum: quia actus qui accidit in somnis non est liber: ac proinde nec bonus nec malus. Tamen potest esse bonus vel malus in sua causa, nam satis est ad hoc quòd sit bonus vel malus, q̃ habeat libertatem in sua causa quanquam in se non habeat, quemadmodum motio brachij qua quis mouet ensem, & occidit hominem, licet in se non sit libera, satis tamen est ad hoc quòd occisori imputetur, q̃ sit libera in sua causa, scilicet in voluntate. Eodẽ modo pollutio que accidit in somnis, licèt in se nõ sit libera: potuit tamẽ esse voluntaria & libera in vigilia. Idcirco potest esse peccatũ mortale, vel veniale, vel nullum, secundùm quòd illius causa potest esse peccatum mortale, vel veniale, vel nullum. Ex quo iam sequitur secundum fundamentum: nempe semper recurrendũ esse ad causam vnde prouenit & accidit dormienti ista pollutio. Potest enim prouenire, vel ex cogitatione p̃terita, vel ex ebrietate & crapula, vel ex tẽtatiõe diabolica. l. ex infirmitate l. ex elleuatiõe nature. Primis duobus modis, nõ põt esse sine peccato mortali. l. veniali, qa si cogitatio deliberata cũ cõsẽsu p̃cesserit. l. ebrietas. l. crapula fuerit dliberata, peccatũ mortale est. Quibus p̃habitis, sit. 1. Con. bimẽbris. Quãdo pollutio, l immunis fuit à culpa, vel venialẽ tm̃ habuit ãnexam, nõ impedit d necessitate scĩi sum ptionẽ, ita vt sumẽs reus fiat corporis & sãguinis Dñi. Si verò illa causa fuit peccatũ mortale, tũc nocturna pollutio impedit d necessitate sũptionẽ istius scĩi: qa sequuta fuit ex causa mortaliter culpabili. Si autẽ cogitatio nõ fuerit cũ cõsẽsu dliberato. l. ebrietas sine crapula nõ fuerit dliberata, pecatũ est veniale aliq̃ndo, & aliq̃ndo 2. Con. nullũ. Proinde vt distĩctius ꝓcedamus est. 2. Cõ. q̃ pollutio subsequuta ex his, d necessitate nõ ĩpedit, vt dixi, sũptionẽ istius scĩi, sed tm̃ d cõgruitate maximè si fuit cũ turpi imaginatiõe: qa ex cogitatiõe [vt cõmuniter dicitur] d primitur mẽs & ideo optimè facit non accedẽdo die seq̃nti ad Eucharistiã q sic sit e peccato. l. cũ peccato veniali pollutus est in sõnis. Itẽ, qa sẽp accidit corporalis fœditas q̃dã, cũ q̃ ꝓpter reuerẽtiã sacĩi nõ dcet ad altare accedere. Legitur nãq;. Leui. 15. Vir d quo egreditur semẽ coitus, imũdus erit vsq; ad vesperã. Animaduertere tn̄ oportet, q̃ si sit aliqd qd̃ ꝓpõderet, sicut reuerẽtia festiuitatis ocurẽtis. l. timeatur d scãdalo, vel est aliqua alia obligatio ad celebrandũ: nõ debet dimitti

propter

propter hoc corporis Christi perceptio. Idem existimo dicendū de cōcubitu coniugali qui fit causa prolis generādę, vel causa reddendi debitū. De congruitate tamen & decentia nō deberēt illa die sumere corpus Christi [vt dixi] Secus est, si fiat conbitus iste coniugalis ratione voluptatis: nā tunc prohibendus esset ne seqn ti die ad hoc sacramentū accederet, vt tenet D. Tho in. 3. p. q. 80 ar. 7 ad. 2. Non tamen intelligas peccatum esse mortale accedere, si non prēcessit mortale in opere, cuius reatus manet. D. Tho.

¶ Tertia conclusio. Si pollutio proueniat ex illusione diabolica, nō credo quòd debeat dimitti: maximè si veniat tempore magnę festiuitatis, vel communis siue generalis cōmunionis. 3. Concl.

¶ Quarta conclusio. Si ex naturæ infirmitate proueniat pollutio [q̄ quidē potiùs est pœna quā culpa] vel si ex eleuatione naturæ proueniat, laudabile est non accedere ad Eucharistiā prorter reuerentiam, quando nulla est necessitas accedendi, ita habetur in Decretis distinctione. 6. c. Testamentum nisi potior causa reformet peccatum, vt magna ḋuotio, vel huiusmodi: & intelligēdum est de congruitate & consilio saluberrimo, id quod dicunt doctores quòd post talē pollutionē abstinendū est à sacramento. 24. horis, qa isto tēpore reputatur natura deordinata, & nō de pręcepto 4. Con.

¶ Quinta conclusio. Si illa pollutio nocturna sequuta fuit ex causa mortaliter culpabili, si die sequenti confiteatur de illa causa pollutus, post contritionē & confessionē non est impedimentū de necessitate quin possit ad Eucharistiā accedere. Habet conclusionē hanc communis doctorū sententia: illā enim tenet Petrus à Palu. & Bonauentura in 4. dist. 9. Et Gabriel lectione. 10. super canonē. Gerson in tractatu de pollutione nocturna. Siluest. in verbo Eucharistia. 3. §. 10. Ratio huius conclusionis est, quia in illo iam non manet immunditia spiritualis, q̄ simpliciter impedit sumptionē huius sacramenti Quocircà, non erit mortale accedere: tamen melius ac congruentius est tunc abstinere, vt D. Tho. sentit in. q. allegata ar. 7. ad 4 &. 5. ne irreuerētia fiat sacramēto. Quòd si pollutio nocturna de congruitate impedit, multò magis impediet pollutio flagitiosa & enormis habita in vigilia, quātūcunq; sit culpa illius p pœnitentiā remissa. 5. Con. Palude. Bon. ven Gabriel. Gerson. Siluest. Di. Tho.

¶ Sexta con.. Ex hoc q̄ aliqs frequēter polluitur, ppter cōfessionū audiētiā, vel propter hoc q̄ multū comedit vel bibit [iuxta cōplexionē tamē suā] nō tenetur intermittere cōfessiones & alias necessarias operationes. Secus tamē esset si huiusmodi frequentes pollutiones seq̄rentur eò 6. Con.

q̄ im

q̄ immundos & inhoneſtos libros legit: nā tūc à lectione taliū librorū abſtinere teneretur.

XXIII. DIFFICVLTAS.

Vtrùm hoc Euchariſtiæ ſacramentum debeat ſumi à ieiunis.

1 Con. HUic difficultati duabus cōcluſionibus reſpōdetur, & earum prima eſt. Præcepto eccleſiæ quilibet chriſtianus tenetur ad Euchariſtiā ieiunus accedere. Hæc cōcluſio habetur expreſſè. 7. q. 1. c. Nihil. Habetur etiā de conſe. diſt. 1. c. Sacramēta. & diſt. 2. c. Liquido. Et in cōc. 3. Cartha. c. 29. & in conc. 2. Bracha. c. 10. & in cōc. Cōſtā. ſeſsione. 13. Vbi cōdēnati ſunt Priſcilianiſtę, aſſerētes q̄ te nebamur ſumere parū vini ad purgādū os & gutur ante huius ſacramēti ſumptionē. Et rationibus etiā probatur. 1. quia cōueniens & maximè decēs eſt, q̄ priùs intret in os chriſtiani ille ſanctiſsimus cibus, quā quicūq; alius cibus: ita q̄ ille qui ſumit iſtū cibū ſacroſanctū, nihil āte ſumpſerit iſta die, vel per modum cibi, vel potus, vel medicinę. Et hoc decet maximè ꝓpter vomitus & ebrietatis periculū, q̄ quādoq; cōtingere ſolēt ex hoc q̄ hōies ſordidè cibis vtūtur. 2. ratio eſt, quia hoc plurimum refert ad hoc q̄ cū maiori reuerētia ad tātū ſacramētū accedatur. Si enim [vt Leuitici. c. 10. habetur] prohibebatur, ne Aaron & filij eius biberēt vinū & omne quod inebriare pōt, eò q̄ initiaturi erant ſanctuarium, vt haberent ſciētiā diſcernēdi inter ſanctū & prophanū, inter pollutū & mūdū: multò igitur magis ſacerdotibus noui teſtamēti celebraturis cōuenit, vt ieiuni accedāt ad tā mirabile ſacramētū. Nec obſtat id qđ à Luthero in libello de abrogāda miſſa priuata obijcitur, videlicet Chriſtū poſt cœnā diſcipulis corpus ſuū tradidiſſe. Nā illud fecit Chriſtus, vt vehemētiùs ſacraméti huius ſublimitatē cōmēdaret, & magis diſcipulorū cordibus infigeretur, & vt priùs impleret figurā, nēpe eſum agni paſchalis, q̄ veritatē inſtitueret. At verò ceſſante figura, noluit eccleſia vt deinceps eodem ordine, hoc eſt, poſt alios cibos ſumeretur, ſed apoſtolos docuit, qui eccleſias inſtituerent vt non niſi ieiunis traderetur.

Leui. 10.

Notabil. ¶ Sed eſt notādum q̄ duplex eſt ieiuniū, quoddā naturæ, aliud eccleſiæ. Ieiuniū naturæ eſt illud qđ priuationē cuiuſcūq; pāſſum per modū cibi vel potus ĩportat, ita q̄ ſoluitur per ſumptionē cuiuſcūq; cibi vel potus ſumpti in modū cibi vel potus, vel etiā medicinæ. Ieiuniū verò eccleſiæ qđ ad carnis maceratiōnē inſtitutum eſt,

tū est, soluitur p comestionē cuiuscūq; sumpti per modū cibi, vna comestiōe facta. Quādo ergo dicitur in nra cōclusione ꝙ sacramentum Eucharistiæ debet sumi à ieiuno, intellegitur de ieiunio naturę, ita ꝙ nequè post sumptionem aquę vel medicinę vel alterius cibi & potus inquacunq; minima quātitate, licet hoc sacramentum accipere. At ieiunium istud prę requisitum, quāuis apud diuersas nationes à diuersis horis incipiat: nam secundū aliquos à meridie, secundum alios ab ortu, secundum verò alios, ab occasu solis: tamē ecclesia Romana sumit à media nocte. Vnde, qui post mediam noctem aliquid per modū cibi vel potus sumpserit, quantuncūq; post hoc dormiat & digestus sit, nunquàm tamen poterit ad hoc sacramentū accedere illa die. Quicquid verò ante mediam noctem sumpserit, licèt posteà non dormiat, non impedit huius sacramenti sumptionē. Nihil enim, vel somnus, vel indigestio refert, quātum ad rationem prę cepti. Vbi autem aliter dies cōputaretur quàm in Ecclesia Romana prædiximus, stādum esset cō suetudini patrię, quę ecclesiæ decreto esset recepta. ¶ Secunda. con. Infirmis debet dari Eucharistia manè, si commodè id fieri potest. Verumtamen, si obseruari id commodè non potest, quia de eorum salutè timetur, detur illis in q̄cunq; hora diei siue noctis, post prādiū siue ante, ne sine viatico discedat. Cō. hęc habetur ex vsu ecclesię quę qquidē id seruat in illa ratione communi funda ta, ꝙ necessitas caret lege. Ponitur hęc sententia expressè de cōse, dis 2. c. Presbyter. Sciendum tamē, ꝙ si nō est hostia cōsecrata, nō debet sacerdos ob cōmunicādū infirmū post cibum vel potū sumptū cōsecrare, quātuncūq; periclitetur infirmus. Ita tenēt omnes doctores, vno excepto Ioane. Maiore, cui fides nō est in hoc adhibenda. Nam vt habetur de conse. dis. 2. c. Relatū. sacerdos cōsecrare non potest ad cōmunicandū alios, nisi ipse prius cōmunicet. Vnde, si post prandiū propter communicandū infirmum deberet consecrare, esset frangenda cōsuetudo ecclesię de nō communicando post prandiū. ¶ Sed quid si aliquis sacerdos, vel alius qui debet cōmunicare, manè lauet os suum, & forte transglutiat aliquid de aqua: nunquid impeditur à susceptione huius sacramenti illa die? Pro quo sit prima con. Si aliquid transglutiatur non in magna quantitate cum saliua permixtū, ac per modum saliuę [qd euitari non potest] non impedit susceptionem istius sacramenti. dummodò fecerit prę ter intentionem.

2. Con. Ioā Ma. Dubium. 1 Con.

¶ Secunda. con. Si aliqd de reliquijs remāserit inter dētes & cū abluit 2 Con.

abluit, transglutit de hoc quòd remanserat inter dentes præter intentionem, non impedit à sumptione huius sacramenti: quia
.3. Con. non deglutiuntur per modum cibi, sed per modum saliuę.

Siluest. Caie. ¶ Tertia conclusio. Si post ablutionem inuenerit sacerdos reliquias hostię consecratę in linteaminibus, non solùm potest sedte netur eas sumere, ita tenet Siluest. verbo Eucharistia. 3. §. 8. & Caie. quolibeto. 1. q. 17. quam de hoc composuit. Et probatur, nam totum reputatur vnum sacramentum, nec censetur perfectũ quousquè omnes reliquiæ sumantur. Præterea, quia si particula hostię adhęsit palato post primum haustum, licet sacerdoti sumere haustum vini, quod possit facere transglutire illam particulam. Præterea, quia in Paraseeue sumit sacerdos hostiæ consecratę particũ positã in vino nõ cõsecrato. Postremò patet, quia si has reliquias inuentas non posset sacerdos sumere, non posset succurrere quàm plurimùs difficultatibus quæ quotidie contingunt. Secus est de portionibus quæ post communionem populi super fuerint: nam illæ reseruandę sunt in pixide, tum, quia illę non sunt cõsecratę ad sumptionem sacerdotis, tum etiam, quia sunt notabilis quãtitatis.

XXIII. DIFFICVLTAS.

Vtrùm non habentibus vsum rationis sit conferendum hoc sacramentum.



2. Con. D difficultatẽ hãc p aliquot conclusiones respõdetur & .1. sit negatiua. Non debet dari pueris ãte quà perueniant ad annos discretionis, vt habetur. 30. q. 6. Omnis vtriusquè sexus, extrà de pœni. & remis. Ratio est, quia ante istud tempus nesciunt discernere inter istum cibum & cibum corporalem: & sic ipsi non exhiberent reuerentiam debitam tanto sacramento. Cùm enim hoc sacramentum sit viuentium, volũtatem propriam requirit susci pientis: secus est de Baptismo, qui est sacramentum mortuorum. Vnde, satis pueri per alienam voluntatem tanquàm nõ viuẽtes offeruntur vitæ. Nec propter hoc aliquod detrimentum vitæ spiritualis &
Augusti. ęternę patiuntur, cùm hoc sacramẽtum spiritualiter manducent in Baptismi susceptione, quando membra huius corporis misty ci effi-
Ioan. 6. ciuntur, inquit enim Aug. in epistola ad Bonifacium, Tunc vnusquisquè fidelium corporis & sanguinis Christi particeps fit spiritu-

aliter

aliter, q̃ndo in Baptiſmate mẽbrũ corporis Xp̃i efficitur: ſic enim intelligitur illud Ioan. 6. Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinẽ, nõ habebitis vitam in vobis. Iudiciũ verò diſcretionis q̃ndo in eis incipiat, vt poſsint hoc ſacramẽtum ſuſcipere, relinquitur examinandum parentibus in conuerſatione, & confeſſori in cõfeſsione. Qui cùm deprehenderint eos habere vſum rationis: ſcilicet diſcernere inter bonum & malũ, & inter hũc cibũ & alios ſeculares, quod pluribus accidit à decimo vſq; duodecimum annũ, imò & aliquibus anteà, tenentur ipſis cõferre Euchariſtiam, Alioquin licèt pueri excuſari videantur, parentes tamen non excuſarentur, vt notat Caie. in commentarijs. 3. p. q. 80. ar. 9. Annotandum tamẽ eſt hîc, quòd cùm certa regula aſsignari non poſsit, cõſuetudo quę eſt optima legũ interpres, diſtinguit inter annum diſcretionis ad confitendũ &, annum diſcretionis ad communicandum: quaſi ad confitendum quęlibet diſcretio ſufficiat, ad communicandum autem exigatur diſcretio deuota & reuerentialis. Vnde, parentes curam puerorum & puellarum gerentes, ad confitendum paruulos decem annorum cogunt, ad communionem autem communiterno mittunt niſi poſt plures annos.

Ioan. 6

Caieta.

Notabi.

¶ De amentibus autem diſtinguere oportet, quia aut huiuſmodi fuerunt amentes ſeu furioſi à natiuitate, ita quòd nunquàm habuerunt vſum rationis. Et de iſtis ſit. 2. concluſio in ordine, quòd ſacramentum iſtud Euchariſtiæ non debet illis dari, tum, quia neſciunt dijudicare inter iſtum cibum & cibum corporalem, tũ etiã, quia iſtud ſacramentum requirit actualem deuotionem in ſuſcipiente, & tales non poſſunt eam habere, nec vllam vnquàm habuerunt: aut tales habuerunt aliquando vſum rationis, ſed amiſerũt ipſum propter aliquam cauſam, & habẽt aliqua lucida interualla. Et de iſtis ſit. 3. concluſio, quòd tempore quo habent talia lucida interualla, ſi petant cum deuotione iſtud ſacramentum, & velint ipſum recipere reuerenter, debet eis dari. Si verò non habent lucida interualla, ſit. 4. concluſio, quòd ſi priùsquàm inamẽtiam incidiſſent, in eis pœnitẽtiæ ſigna præceſſerunt, & Euchariſtiam petierint, & ſint qui de hoc dent teſtimoniũ: eis in articulo mortis denegari non debet hoc ſacramentum, niſi vomitus vel alicuius irreuerentiæ immineat periculum. Hęc concluſio habetur expreſſè in. 4. conci. Carthagi. c. 77. Habetur etiam 26. q. 6. c. His qui. &. c. Qui recedunt. Ratio eſt, quia iſti tales habent

2 Con.

3. Con.

4. Con.

Cõ. Car.

nunc virtualiter deuotionem, licèt actualiter illa careāt, quia nec necessaria est actualis. Nam deuotio præterita quā habuerunt quā do vsum rationis habebant, nunc tempore amentię manet in vi, tute, siue præcesserit ante duos, siue 4, siue decē ānos. siquidē non est per contrarium actum interciſa. nec tamen sequitur vt singulis annis sint ad communionem admittendi, sed, satis est vt discessu ris tanq̄; viaticum prouideatur. Gratiam igitur, cæterosq̄; effectus accipiunt in huius sacramenti sumptione: secus si nunq̄; talē deuotionem habuerint.

5. Con. ¶ De dęmoniacis sit quinta conclusio, q̄ si dæmoniaci cū deuotione & reuerentia peterēt, credo q̄ deberet eis dari: dum tamen tales habeant vsum rationis & actualem deuotionē, ad istud sacramentū. Imò credo, q̄ tantā deuotionē habere possent ad sacramētū, q̄ virtute eius à dęmonio liberarentur.

6. Con. ¶ Deleprosis sit. 6. cō. q̄ istis nō dari debet hoc sacramētū. Quod tamē intelligo deleprosis sic infectis, q̄ nō possent corpus dominicū recipere & tractare in ore suo, qn ipsum reijcerēt, sicut sunt multi, quibus ceciderūt labia & dētes, & sunt toti corrosi vsq; ad guttur: talibus nāq; sic leprosis, nō debet dari corpus Christi: alijs autē leprosis, bene potest dari.

XXIIII. DIFFICVLTAS.

Vtrùm liceat quotidie hoc Eucharistiæ sacramentum suscipere.

1. Con. DRo huius difficultatis elucidatione ānotādū est, bifariā eucharistiā cōsiderari posse, vno modo, secundū se: & sic est prima cō. q̄ quantū est ex parte ipsius sacramēti, vtile est quotidie cōmunicare, vt in suscipiente, quotidie gratia augeatur. Itē, quia cū sit medicina peccatorū, quotidie sumere debemus q̄ quotidie peccamus

2. Con. Alio modo, ex parte dispositionis sumentis: & sic est secūda con. Quicumq; inuenerit se paratū, nempe vt non solùm se liberum à

D. Aug. peccatis sentiat, verùm etiam cū deuotione magna, quotidie potest communicare. Hęc con. probatur ex. D. Aug. de verbis Domini, cuius verba habentur de conse. dis. 2. c. Non ille panis. Ille panis, inquit, quotidianus est, accipe quotidie, vt quotidie tibi p̄sit.

sic

ſic tamẽ viue, vt quotidie merearis accipere. Quo fit, vt ſi homo ſatis cauerit ne in peccato communicet, quanuis quotidie, toto anno, & pluribus annis ad ſacramẽtũ accedat, redargui non poteſt peccati mortalis. Si quis namq; quotidie ſe paratum inuenerit: ideſt purgatum à mortali peccato, laudabile eſt quotidie ſumere. Quocirca, licèt quis crebro peccaret, ſi toties legitimo propoſito eum pœniteret, poſſet abſquè reatu mortalis culpæ accedere. Annotare tamen hîc oportet, quòd iſtis qui corruptis affectibus fluctuant, licèt quotidie reſurgant, non eſt ſanum conſilium quotidie ad ſacramentum accedere, etiam ſi ſint ſacerdotes: tum, quia timendum illis eſt, ne non ſit eorum pœnitentia legitima, tũ, quia nequè ſynceram & caſtam reuerentiam afferre poſſunt, vt decet tanto ſacramento. Vnde, ſit tertia concluſio quòd vt in plurimum, & communiter loquendo, non expedit iſtis quotidie communicare. Probatur, nam ſunt multa impedimenta, quę deuotionem impediunt. Et ſic laudabile eſt, aliquando abſtinere, vt. Di. Aug. in li. de eccleſia. dogma. ait, cuius verba habẽtur de conſe. dis. 2. c. Quotidie. In quit enim, Quotidie Euchariſtiã accipere, nec laudo nec vitupero. Nec exiſtimet aliquis, hoc de ſecularibus dixiſſe Auguſtinum, quia cum ſacerdotibus tãtùm loquebatur. Si tamen ſint aliqui ſacerdotes & religioſi, à ſeculari tumultu ſemoti, diuinę q; contemplationi, lectioni, & orationi vacantes, ita q; ſint integrę & probatę vitæ, laudabilius eſt quotidie communicare: tum, quia maiorem fructum quotidie celebrãtes percipient, tum etiam, quia maius religionis exemplum alijs exhibent.

Notabil. 3. Con. D. Aug.

¶ Sciendum eſt hîc, qnòd ſeculares in primitiua eccleſia, quando ſanguis Chriſti recens in pectoribus fidelium feruebat, quotidie accedebant ad ſacramentum: poſteà verò, creſcente numero fidelium, ac ſubinde tepeſcente in eis charitate fuit cõſuetudo, quòd tantùm ſingulis diebus dominicis communicabant. Quę q dem conſuetudo vſq; ad Aug. tempus durauit, vt habetur in epiſtola. 108. ipſius Aug. ad Ianuarium, cuius verba habentur in decretis dis. 12. c. Illa autem. Et de conſe. dis. 2. c. Quotidie. Omnibus, inquit, dominicis diebus communicandum ſuadeo, & ad hortor: ſi tamen mens ſine affectu peccandi ſit. Poſtmodùm autẽ Fabi. papa inſtituit, vt ſaltem ter in anno cõmunicarent: nempe in nata'i Dñi, in paſchate, & in pentecoſte, vt habetur decõſe. dis. 2. c. Et ſi non frequentiùs. Tandem Innocentius. 3. in conc. Late. propter multitudinẽ fidelium, & ꝓpter indenotionẽ eorũ, inſtituit

Auguſt. Fabia. Innocen. Latera.

quòd ſemel in anno tantum communicare tenerentur ſub præce pto, vt patet ex.c. Omnis vtriuſq; ſexus. Nec tamen p hoc voluit Chriſtianis ꝓhibere, pluries cõmunicare, cũ ſit laudabile ſæpe in fra annum cõmunicare, ſed debent optimum confeſſorem habere, qui eis dicat quando expedit communicare.

Dubium. ¶ Sed quid dicendum eſt de quibuſdã mulierculis beatis, & alijs ſecularibus, qui omnibus diebus dominicis habent conſuetudinem communicandi? Ad hoc ego dico, ꝙmihi nõ videt laudabilis cõſuetudo: cùm obſeruetur in religionibus approbatis ac bene inſtitutis, ꝙ religioſi qui non ſunt ſacerdotes, tantũ bis in menſe communicent, ſcilicet à quindena in quindenã. Satis ergo erit huius generis mulierculis, ſi ſic communicent.

XXV. DIFFICVLTAS.

Vtrùm ſit præceptum de Euchariſtiæ ſumptione.

1. Con. AD hanc difficultatem aliquibus concluſionibus nõ inſufficienter reſpondetur, quarũ prima ſit. Ex præcepto diuino omnes cõmunicare tenentur. Expreſſè habetur concluſio hæc in euangelio. Lucæ. 22. Hoc facite in meã commemorationẽ. Verbũ enim, Facite, p̃ceptũ importat. Et Ioan. 6. Niſi mãducaueritis carnẽ filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitã in vobis: Habẽt hanc concluſionem. D. Tho. in. 3 p. q. 80. ar. 11. quãuis in. 4. diſt. 9. ar. 1. q̃ſtiũcula. 2. habuerit oppoſitũ, & Dñs Durã. in. 4. eadem diſt. q. 2. & Palude. eadem diſtin. q. 1. conclu. 3. Non enim autoritas illa euãgelica eſt intelligẽda de ſola mãducatione ſpirituali per fidem qua in Chriſtum creditur [vt Caietanus ſuper hũc locum Ioannis exiſtimat] ſed de manducatione reali, ſcilicet ſacramentali, vt tenet. D. Auguſti. li. 1. de Baptiſmo paruulorum. c. 21. Nec manducatio ſpiritualis ſufficit, niſi quatenus includit & claudit in ſe manducationem ſacramentalem, nempe votum ſuſcipiendi hoc ſacramentum. Sic enim expoſuimus iam ſuprà ſpirituale manducationem ſufficere. Vnde, neceſſe eſt adultis ad ſã lutem ſuſcipere hoc ſacrametum in re, habita copia miniſtri, vel ſaltem in voto quando non poteſt haberi in re. Tenet expreſſè hoc corollarium Nicolaus de Lyra ſuper locum præallegatũ Ioãnis c. 6. Præterea, quia in prologo cõcilij Epheſini aduerſus Neſtorium

Luc. 22
Ioan. 6.
Di. Tho.
Duran.
Palu.
Caie.
Auguſt.
Lyra.
Ioan. 6.
Cõ. Epb.

ſtorium, eadem verba, Niſi manducaueritis &c. in ſenſu de manducatione ſacramentali allegantur. Prætereà, quia cùm votum nihil aliud ſit quàm promiſsio ſumẽdi, præceptum eſſe diuinum, ali quando ſumendi ſacramentum hoc in re neceſſum eſt. Imò & Caietanus correxit ſententiã poſtmodũ in inſtructione circa errores libelli de cœna Dñi, vbi eundẽ locũ Ioãnis demonſtrat intelligi de manducatione ſacramentali. Accedit poſtremò optima ratio, quia eodẽ tenore eccleſia præceptũ poſuit ſacramẽti Euchariſtiæ & pœnitentiæ: at ſacramentũ pœnitentiæ non ſolũ tanquã de iure poſitiuo expreſsit, ſed determinãdo tẽpus diuini præcepti, ergo etiã eſt præceptum diuinum de Euchariſtiæ ſumptione. *Caie.*

¶ Dubitatur cõſequenter, q̃ndo hoc præceptũ obliget? Pro hoc ſit. 2. con. Hoc præceptũ diuinũ obligat ſicut alia præcepta affirmatiua, nẽpe proloco & tẽpore: ſcilicet quando quis ad talẽ ſtatũ deuenerit, q̃ probabiliter credit, ſe non habiturũ vlterius opportunitatẽ ſuſcipiendi Euchariſtiam. Ex hac concluſione manifeſtè colligitur, præceptũ diuinũ eſſe de ſuſcipiẽda Euchariſtia in mortis articulo, ac conſequenti, ſi ex ſua negligentia quis non recipiat Euchariſtiã, quãdo probabiliter imminet ei exitus de ſtatu viatorũ & eccleſiæ militantis, habita copia miniſtri eã conferre valẽtis & volẽtis, nõ effugiet mortale peccatũ, cũ præceptũ diuinũ cõtẽnere videatur, & ſcãdalũ alijs præbeat. Hãc ſentẽtiã habet Gabriel lectione. 87. ſuper canonẽ. Et Innocentius in libello de officio miſſæ. Adrianus quoq; in materia de cõfeſsine. q. 3. ad primũ. Prætereà, vniuerſalis eccleſiæ mos eſt per totũ orbẽ Chriſtianũ à tẽpore apoſtolorũ inuiolabiliter obſeruatus, exhibendi infirmis viaticũ, præceptũ ergo eſt diuinũ. Accedit verbũ concilij Niceni, q̃d refertur. 26. q. 6. c. De ijs. vbi dicitur, q̃ neceſſario viæ ſuæ viatico qui diſcedũt, nõ fraudẽtur. Prætereà, quia maximũ commodũ huius ſacramenti ſumptio in illo temporis momento præſtat: tũ, cõtra illuſiones & pugnas dæmonũ, tũ præſertim, quia cùm per hoc ſacramentũ Chriſto incorporamur, per illius ſumptionẽ profitemur diſcedere tanquã mẽbra in Chriſto viuẽtia. Et ea dẽ ratione ſacerdos cui imcumbit ex officio ſacramenta adminiſtrare, ſi propter eius negligentiã ſine viatico infirmus de hac vita diſcedat, peccabit mortaliter. Dãnatis ad mortẽ pro ſuis criminibus: ſicuti illis qui ſuſpẽduntur, vel ſubmergũtur, vel cõburũtur, vel quomodolibẽt aliter interficiuntur, quanuis, vt habet. 13. q. 2. c. Queſitũ. nũquã negabatur Euchariſtia: modo tamẽ pro *Dubita. 2. Con. Gabriel. Innoc. Adrian. Con. Ni.*

pter reuerentiam ſacramenti niſi de gratia ſpeciali non datur. Videtur nanq; irreuerentia irrogari ſacramento, ſi qui ſacroſanctum Chriſti corpus ſuſcepit, illico in patibulum & crucem raperetur? Et quandoq; propter mortis atrocitatem, periculum vomitus imminere poſſet. Exiſtimo tamen non vſq; adeò tutam eſſe hanc cõ ſuetudinem, cùm poſſet abſq; aliqua irreuerentia & periculo eis conferri die præcedenti ante ſupplicium, & cùm ſæpe per hoc ſacramentum fiat homo ex attrito cõtritus, & ſuſcipiat gratiã, quam non recepit in pœnitentia.

3. Con. ¶ Tertia concluſio. Ex eccleſiæ ſtatuto quilibet fidelis tenetur communicare ſemel in anno: ſcilicet in paſchate. Habetur expreſſè hęc concluſio in. c. Omnis vtriuſq; ſexus. de pœni. & remiſſi. & quãtum ad hoc præceptum ſpectat, intelligitur paſcha durare duabus hebdomadis, vt Eugenius. 4. declarauit: ita quòd communicãs in hebdomada ſancta vel in hebdomada paſchatis, aut in dominica immediatè ſequenti, ſatis facit præcepto eccleſiæ: poteſt tamẽ de conſilio proprij ſacerdotis ex rationabili cauſa differre ad tempus aliquod huiuſmodi communionem, vt in prædicta decretali patet.

Eugeni.

XXVI. DIFFICVLTAS.

Vtrùm ſit neceſſarium hoc ſacramentum ſub vtraq; ſpecie ſumere.

AD hanc quæſtionẽ quę grauiſsima eſt, duabus cõcluſionibus reſpõdetur quarũ prima ſit. Sacerdotibus de neceſsitate ſacramẽti, atq; adeò præcepti, neceſſariò eſt ſumere ſub vtraq; ſpecie. Hęc concluſio p̃bat̃ ex verbis Gelaſij papæ in. c. cõperimus &c. Relatum. de conſe. dis. 2. Sacerdotes, inquit, tenentur communicare ſub vtraq; ſpecie, quia ſub vtraq; tenentur conſecrare. Non enim nisi ſub vtraq; ſpecie quantùm ad integram ſignificationem perficitur hoc ſacramentum. Ratione quoq; probatur, quia ſacerdos repreſentat Chriſtum offerentẽ corpus & ſanguinẽ ipſius Chriſti. Quocircà, cõficere, & ſumere ſub vtraq; ſpecie tenẽtur. Niſi enim ſub vtraq; ſpecie communicaret ſacerdos, ſacramentum perfectũ non

Gelaſ. Papa.

non eſſet, cùm ſub vna tantùm ſpecie: ſcilicet panis vel vini, perfecta refectio eſſe non poſſet.

¶ Secunda cõcluſio. Seculari populo, tantùm ſub vna ſpecie conferendum eſt hoc ſacramentum. Hęc concluſio habetur in concilio Baſilienſi, & in conc. Conſtan. ſeſsione. 13. Vbi expreſſe precipitur, dari hoc ſacramentum populo ſub vna ſpecie tantùm. Quãuis enim in primitiua eccleſia, inquit Conc. Conſtan, huiuſmodi ſacramentum reciperetur à fidelibus ſub vtraquè ſpecie, vt eſt videre apud. Cyprianum epiſtola. 2. vbi ait, quòd martyribus dabatur ſanguis, vt acriores eſſent ad pugnam. Et in hiſtoria Laurentij legitur dixiſſe Sixto, Experire vtrum idoneum miniſtrum elegeris, cui commiſiſti dominici ſanguinis diſpenſationem. Vbi notatur, diaconum tunc miniſtraſſe ſanguinem populo: licèt [inquàm] ita eſſet in primitiua eccleſia, conſuetudo tamen quæ nunc temporis obſeruatur, rationabiliter introducta eſt, cùm rationabiliter mutentur leges, populis mutatis. Et hanc conſuetudinem ſiquis modo damnaret, aut diceret ſanctam eccleſiam id non potuiſſe, aut non debuiſſe facere, tanquam hęreticus, & tanquam aſſerens eccleſiam poſſe errare, per inquiſitores hęreticæ prauitatis vel per diœceſanos puniendus eſſet grauiter. Licèt enim ea quę ſunt de eſſentia ſacramenti, Apoſtoli abſquè ſpeciali reuelatione nequiuerunt mutare: tamen ea quæ ad vſum ſacramenti expectant, abſquè alia reuelatione per generalem prouidentiam mutare potuerunt. Item, in eodem loco præcipit concilium ſub pœna excommunicationis, quòd nullus preſbyter communicet populũ ſub vtraq; ſpecie panis & vini. Et quidem ſi penitus rem introſpiciamus, de figuris huius ſacramenti videbimus omnes facere pro hac noſtra ſententia. Legimus nanque, agnum paſchalem qui figura huius ſacramenti erat, ſub ſpecie carnis ſolùm filijs Iſraël datum fuiſſe. Manna quoquè, quod typum huius ſacramenti Euchariſtiæ gerebat ſub vna tantùm ſpecie illis collatum. Poſtremò patet, quia CHRISTVS non plebi, ſed duntaxat Apoſtolis, quos ſacerdotes inſtituebat vtranquè communicauit ſpeciem, atquè adeò verbum Matthei, Bibite omnes, non ad omnes CHRISTI fideles, ſed præciſè ad Apoſtolos, ac proinde ad ſacerdotes refertur. Et dum tanq̃ præambulum huius ſacramenti miraculũ quinquè panum quibus turbas ſatiauit, præmiſit, nullã fecit vini aut potus mentionem. Ex quibus ſatis euidens argumentum ſumitur, laicis ſub vna tãtùm ſpecie hoc ſacramentum conferendum eſſe:

2 Con. Cõ. Baſ. C õ. Cõſ

Cypri.

Matthe.

ſicut conſuetudo eccleſię nunc habet. Qui voluerit videre, cur expediens fuerit, quòd deberet eſſe alia conſuetudo à conſuetudine illa quæ erat in primitiua eccleſia, conſulat Cardinalem. Turrem crematam in. c. Comperimus. Et ex omnibus cauſis quas illic adducit, tres tantùm hîc apponere decreui quarum prima eſt, Propter periculum effuſionis ſanguinis, quod immineret ſi populo ſub vtraquè ſpecie traderetur. Secunda, quia non poſſet cõmodè ſanguis conſeruari, eò ꝙ vinum facillimè aceſcit & corrũpitur: & tamen propter infirmos ſicut corpus, ita & ſanguis eſſet conſeruandus. Tertia eſt, propter confirmationẽ fidei, & vt error Neſtorianorũ, & Bohemorũ vitaretur, qui aſſerebant, ſub ſpecie panis non eſſe niſi corpus, & ſub ſpecie vini non niſi ſanguinem: ſub ambabus autem ſimul, dicebant, totum Chriſtum eſſe, quem errorem ſuſcitauit poſteà Lutherus. Aduerſus hunc errorem ſcripſit Thomas. Vualden. in. li. de ſacra. à c. 87. vſquè ad. 94. Et Roſenſis, aduerſus Lutherum ar. 16. ſub Leone decimo condemnato Et Iodocus Clitoueus. li. 1. ante Lutherum de forma miſſæ à cap. 28. vſquè ad 31. Et conc. Conſtan, inquit, firmiſsimè credendum eſſe, & nullatenus dubitandum, integrum Chriſti corpus & ſanguinem, tam ſub ſpecie panis, quàm ſub ſpecie vini, veraciter contineri. Et Caietanus in commen. 3 p. q. 80. ar. 12. probat hanc ſententiam. Nam vt diximus ſuprà, & ex concilijs conſtat, quatuor ſunt in hoc ſacramento ſub ſpecie panis, nẽpe corpus Chriſti ex ſignificatione verborum, deinde anima Chriſti, mox eſt ſanguis, poſtremò diuinitas Hęc tria vt illic dixi, licèt non ſint illic niſi ex reali & naturali concomitantia, tam verè ſunt ibidem quàm corpus: qa vbicũq; eſt corpus viuum, animam eſſe oportet: & in corpore habẽti animã, ſanguinẽ eſſe neceſſum eſt: & cũ anima & ſanguis ſint ibidẽ in corpore viuo, neceſſe eſt ꝙ ibi ſit diuinitas: quia quod ſemel aſſumpſit Deus, nũq; dimiſit [teſte Damaſceno] Et ſciẽdũ eſt, ꝙ gratia q̃ in ſumptione huius ſacramẽti cõfertur, principaliùs cauſat ab iſtis quę ſub ſpecie panis cõtinentur cõcomitanter: ſcilicet à diuinitate & ab anima Chriſti, quàm à corpore qđ ex vi verborum cõtinetur. Ex his iam liquidò conſtat, tantã gratiam, imò eandẽ pręciſè cõferri ſumenti ſub vna ſpecie tãtùm, ſicut ſumenti ſub vtraq; ſpecie: ſcilicet ſacerdotibus. Ac excõſequẽti, ꝙ nõ minorẽ gratiã ſuſcipit populus ſub vna ſpecie cõmunicãdo, q̃; ſi ſub vtraq; cõmunicaret. Neq; ex illo loco Ioan. 6. c. Niſi mãducaueritis carnẽ filij hominis &c. conuincitur, populũ teneri ad ſumendã

Eucha-

Turrem. *Tb vual* *Roſen.* *Iodoc.* *Clitou.* *Cõc. cõſ* *Caieta.* *Damaſc.* *Ioan. 6.*

euchariſtiã ſub vtraq; ſpecie panis & vini. Chriſtus nanq; nõ dixit, Niſi manducaueritis carnẽ ſub ſpecie panis, & biberitis ſanguinẽ ſub ſpecie vini: qa ſi ita dixiſſet, pręceptũ illud omnes homines, tã laicos, quàm ſacerdotes obligaret ad cõmunicandũ ſub vtraq; ſpecie, ſed tãtùm dixit, ꝙ niſi ſumeremus corpus & ſanguinẽ, non haberemus vitã. Et nos vtrunq; ſumimus ſub ſpecie panis ex natu rali cõcomitantia: & ideo nõ opùs eſt ſumere ſub vrraq; ſpecie, vt pulcherrimè dicit Iodocus Clitoueus. Et ſatis eſt vt hoc ſacramẽ tum ſit perfectum, quòd ſacerdos ſumat ſub vtraq; ſpecie, licèt lai cis ſub vna tantùm adminiſtretur. *Iod. Cli.*

¶ Animaduertendum tamen eſt hîc, & ex dictis manifeſtè colligitur, nõ eſſe contra ius diuinum cõmunio ſub vtraq; ſpecie, ſiqui dẽ in antiqua eccleſia erat conſuetudo cõmunicãdi ſub vtraq; ſpecie. Quo fit, vt p eiuſdẽ eccleſię priuilegium poſsit nunc etiã ſub vtraq; ſpecie cõferri Cæſari, & regibus, & cardinalibus non ſacerdotibus. *Notabile*

De miniſtro huius ſacramenti.

XXVII. DIFFICVLTAS.

Vtrùm huius ſacramenti miniſter ſit ſolus ſacerdos.

AD hanc difficultatem vnica concluſione affirmatiua reſpõdetur, nẽpe miniſtrum ſacramẽti Euchariſtiæ, ideſt miniſtrum q poteſt & dbet celebrare miſſam, oportere eſſe ſacerdotẽ ritè & legitimè ordinatum. Hęc. cõ. de fide eſt tenẽda. Habeť enim de ſumma Tri. & fide catho. c. Firmiter. Et in cõc. Flo. ſub Eug. 4. in qbus locis habetur, in ſolis p̃ſbyteris facultatẽ ineſſe cõſecrãdi: ita vt ſi qs extra ordinẽ ſacerdotalẽ hoc ſacramẽtũ cõſecrare tẽtaret, nullũ cõficeret ſacramentũ. Canit nanq; eccleſia, Cuius officium committi voluit ſolis preſbyteris, qbus ſic cõgruit, vt ſumãt & dent cæteris. Et probatur inſupèr rationibus. Prima, quia hoc ſacramẽtum non cõficiť niſi in perſona Chriſti, ſoli ergo illi quibus tradita eſt poteſtas agẽdi in pſona Chriſti, conficere poterũt: huiuſmodi autẽ ſunt ſacerdotes, ſoli igitur ſacerdotes ſunt huius ſacramenti miniſtri. Secũda, qa ꝙmadmodũ in veteri lege non ad õnes offerre ſacrificium *Cõ. vni.* *Con. Fl.*

cium pertinebat, sed ad solos sacerdotes: obtulit nanq; Abrahã deci mas, & Melchisedech panem & vinum, quia erant Dei sacer dotes ita & in lege euangelica: non ad omnes hoc sacrificium p tinet offerre, sed tantùm ad sacerdotes, qui ad hoc officium speci aliter ordinati & instituti sunt. Ex quibus omnibus iam manere explosam, ac refutatam hęresim Vuitcleff & Luteri, constat. Af serebant enim, quòd hoc officium quantum est de se, conuenire potest omnibus secularibus, & persuadebant neq; sacerdotes lai cis præcellere, neq; agricolis episcopos, sed omnes Christia-
Io. Cli. nos esse æquales. Aduersus hunc errorem scripsit Iodocus Clito
Tho. Vu. neus in li. 2. de officio missæ ante Luthe. c. 4. 5. & 6. & Thomas
Tertuli. Vualden. in li. de sacramentis. c. 7. & 28. & Tertulianus in li. dep scriptionibus hæreticorum.

Notabi. ¶ Annotare oportet, quòd quando sacerdotes ordinantur, omnes simul cum episcopo consecrant. Vnde, plures possiunt vnum sacramentum perficere. Hæc sentẽtia, quia non est assertio euan-
Duran. gelica neq; vniuersalis ecclesiæ, non est de fide tenenda. Quare
Caieta. non desunt qui oppositam habent tanquàm veriorem, vt est Du-
D. Tho. randus in. 4. distin. 13. q 3. & Caietanus in commentarijs. 3. p. q.
Innoc. 3. 82. ar. 2. Eam tamẽ tenẽt Di. Tho. q. citata & Innocẽtius. 3. Nec tantùm habet verum hæc sententia quando in eodẽ instanti verba omnes finiunt. verùm etiam quando non simul simultate methaphisica cum episcopo finiunt: nã vt in materia de sacramentis in genere diximus, & in materia de Baptismo, in sacramentis nõ necessaria est simultas methaphisica, sed satis ẽ simultas moralis, vt omnes qui ordinantur, simul proferre formam consecrationis dicantur: dũmodo intentio omnium ad idem instans consecratio nis quo episcopus consecrat, referatur, & vnusquisq; per se habe at intentionem totalem cõsecrendi, & nõ depẽdẽtẽ ab intentione alterius. Singuli tunc consecrant eandem hostiam: vna enim est tunc intentio omnium, et hic est mos qui obseruatur. Vnde, quan uis opinio Caietani, nẽpe quòd noui sacerdotes cum ordinantur, proferant formam eam recitando cum alijs verbis canonis, sed ta men absquè intentione consecrandi aut non consecrandi deter minata, licèt non sit hęretica nec erronea, tamen non est consona ritui qui obseruatur, & ab ipso Episcopo ordinante iubetur. De bent ergo dicere quàm maximè possunt simul cum episcopo, & omnes dicant verba cum intentione consecrandi. Et curet Pon tifex, vt morosè & altè canonem dicat, vt omnes possint dice-

re cum

re cum illo, vt habetur in pontificali nouo à tempore Innocentij octaui paulò ante annum Domini milleſimũ quingenteſimum.

¶ Sed nunquid huius ſacramenti diſpenſatio fieri poteſt per alios miniſtros inferiores ſacerdotibus? Pro hoc eſt prima concluſio, quòd ad ſolos preſbyteros pertinet expropria authoritate, & ex officio Euchariſtiam adminiſtrare, & populo diſpenſare. Hæc concluſio habetur in c. Peruenit. de conſe. diſt. 2. & in cap. Omnis vtriuſq; ſexus. de pœni. & remiſſ. & colligitur præſens concluſio ex iure diuino, iuxta verbũ Pauli. 1. Cor. 4. Sic nos exiſtimet homo vt miniſtros Chriſti, & diſpẽſatores miniſteriorũ Dei. Et ſi Baptiſmi adminiſtratio pmittitur laicis, eſt propter eius neceſsitatem. Probatur etiam duabus rationibus. Prima, quia videmus nõ ſolùm in lege veteri, ſed etiam apud omnes nationes quantũcunquè barbaras, hoc obſeruari: nempe adminiſtrationem ſeu diſpenſationem ſacramentorum à ſolis ſacerdotibus fieri. Secunda eſt, quia ſacerdos conſtituit medius inter Deum & populum: vnde, ſicut ei conuenit populo munera Deo offerre, ita & Dei dona populo tradere. Notato tamen non eſſe tam arctum ius vt ſoli ſacerdotes ſacramentum adminiſtrent, quàm vt ſoli conſecrent: nam conſecrare nequè ex diſpenſatione alij poſſent, ſicut poſſunt adminiſtrare, vt ſtatim dicam.

Dubium 1. Con.

1. Cor. 4

Notab.

¶ Secunda concluſio. Diacono conuenit diſpenſare ſanguinem ex officio. Hæc concluſio patet ex hiſtoria Laurentij diaconi citata ſuprà difficultate. 26. precedenti, & mos iſte erat in primitiua eccleſia, quãdo ſub ſpecie vini miniſtrabat toti populo. Sed modo iam vſus ille ceſſauit: durat tamẽ Romæ, celebrante ſolenniter pontifice, vt refert Duran. vbi ſuprà. q. 4. Dicit enim, ꝙ poſt ſumptionem corporis ſeſſum vadit, & tunc diaconus conſecratum calicem ei adfert, & porrigit.

2. Con

Duran.

¶ Tertia concluſio. In neceſsitate, tẽpore quo preſbyter ægrotat, iubente epiſcopo, vel ipſo preſbytero ex quadam commiſsione, poteſt diaconus deferre Euchariſtiam alicui infirmo. Hanc concluſionem habet expreſſè Petrus à Palude in. 4. diſtin. 15. &. D. Tho. diſt. 13. q. 1. ar. 3. & de hoc nõ eſt dubitandum, imò tãta poteſt eſſe neceſsitas, quòd ſine cõmiſsione poſsit diaconus hoc facere, vt in caſu quo ſacerdos Euchariſtiam deferret ad infirmũ, & cecidit in terram, ac amplius non potuit deferre, poſſet diaconus deferre ſacramẽtũ ad infirmũ illũ, ſine aliqua commiſsione. Imò tãta eſſe poſſet iniqtas ſacerdotis nolẽtis miſero infirmo in extre

3. Con.

Palu.

Di. Tho.

extremis succurrere, vt posset tunc diaconus suum munus præstare. Hoc tamẽ debet diaconus facere semp, præsente presbytero, vt habetur. 99. distinctione. c. Prę sente. Laicus etiã in necessitate potest, imò & debet sacramentum de terra leuare.

¶ Sciẽdũ tamen, ꝙ hanc dispensationẽ sacramenti Eucharistiæ, non possunt facere subdiaconi & alij inferiores ministri.

4. Con. ¶ Quarta conclusio sit, ꝙ licèt omnes sacerdotes ex officio administrare possint hoc sacramentum: ex determinatione tamẽ ecclesiæ soli proprij parochi possunt. Hæc conclusio habetur in. 3. cõ-

Cõ. Car. cilio Carthaginẽsi. c. 7. & in clem. Dudũ. de sepul. & in c. Omnis vtriusq; sexus. de pœniten. & remiss. Probatur insuper ratione, quia de iure diuino tantùm ad prælatos & proprios parochos expectat per sacramẽta populũ pascere. Prętereà, quia sacramentorũ administratio actus iuridicus est, requiritur ergo ãplius, vt administrans iurisdictionem habeat in eos, quibus administrat, vel iure cõmuni, vel expriuilegio, vt possit illos absoluere, & absolutis Eucharistiã dare. Quare in paschate, soli curiones seu parochi possunt suis subditis Eucharistiam administrare. reliquo verò tempore. omnes religiosi, id possunt, sicut confessiones audire, vt patet. c. Religiosi. de priuilegijs.

XXVIII. DIFFICVLTAS.

Vtrùm malus sacerdos Eucharistiam consecrare possit.

Con. vni HVic difficultati vnica cõclusiõe affirmatiua respondetur, nẽpe ꝙ sacerdotes hęretici, vel excõmunicati, vel schismatici, vel degradati, vel perditis moribus dediti, si ritè & legitimè fuerint ordinati, si habeãt intentionẽ faciendi quod facit ecclesia, cũ celebrãt, veraciter cõficiũt corpus Christi: tamẽ peccant mortaliter. Cõclusionẽ hãc habuit. D. Aug. in li. de Baptismo. c. 23. scribens aduersus Donatistas. Et Chrisostomus super Ioannem ait, ꝙ sicut

D. Aug. Chrisost. Th. Vua. p asinã Balaã loquotus est dñs, ita per malos sacerdotes verè sacramẽta præstat. Probat etiã sententiã hanc Tho. Vualden. tomo 2. de sacramẽtis. c. 7. aduersus Lutherũ, & deinceps p multa capita. Rationibus isupèr corroboratur. Prima, qa sacerdos nõ in virtute ,ppria, sed sicut Dei minister & in eius psona, cõsecrat. At verò malignitas nõ priuat ministrũ dñi potestate. Potestas náq; diuini cũ

tùs collatæ, nõ in bonũ singulariũ personarũ, sed in bonũ cõmune totius ecclesiæ, non pendent ex moribus ministrorũ: alioquin cũ hominum crimina occultissima sint, vix vnquã esse possemus certi, an publici ministri potestatẽ habeant, & sacramẽta ab eis collata, solida & valida sint. Item, nũquã essemus certi, vtrum verum sacramentum adoremus, an verò idolatremus. Secunda ratio est, quia character, idest, potestas consecrandi, nõ amittitur per hæresim vel degradationem. Cùm enim redeũt ad vnitatem ecclesiæ, non reordinantur, sed solùm amittitur executio. De hac re satis superq; diximus de sacramentis in genere.

XXIX DIFFICVLTAS.

Vtrùm missa mali sacerdotis sit minoris valoris, quàm missa boni sacerdotis

POsteaquãm in præcedenti difficultate determinauimus, malos ministros verè consecrare si illud attentent, meritò queritur, an eorum missæ sint tanti valoris, ac si dignè consecrarent. Pro cuius elucidatione annotare oportet quòd in missa sunt duo, scilicet sacramentum, quod est principale. Et quantùm ad hoc est prima conclusio, quòd ex opere operato, idest, ex parte Christi sub illis speciebus contenti, tantùm prodest missa mali ministri, quantùm missa boni. Alterum est, ꝙ in missa sunt aliquæ orationes, et istæ sunt in duplici differentia: quedam quę procedunt ab hac persona particulari, & istæ per accidens se habent ad sacrificium. Quare de illis nil hîc dicendum est: aliæ verò sunt quæ ex institutione ecclesiæ fiunt, & procedunt à sacerdote in persona ecclesiæ, quæ quidem dupliciter considerantur, vno modo quatenus sunt ecclesiæ & eius nomine funduntur quibus ecclesia instituit sacrificiũ offerri. Et tunc est secũda conclusio quòd eiusdem sunt valoris in bono & in malo ministro. Ratio huius cõclusionis est, qa huiusmodi orationes procedũt à malo ministro tanquàm à persona publica & totius ecclesiæ vicem gerente, & non innituntur merito ministri, sed ecclesiæ: & idcirco tales orationes efficatiã habent ab ipsa ecclesia, & non à ministro: sicuti si vir bonus æqualem eleemosynam per seruum nequam, & per bonum faceret, nihil enim malitia serui noceret domino. Alio modo considerantur

Notab.

1. *Con.*

2. *Con.*

eędem

eædem preces, quatenus ex peculiari deuotione sacerdotis ori-
3. Con. tis emanant. Et sic est tertia conclusio, quòd maioris sunt valoris
Scotus. in bono sacerdote, quàm in malo. Hanc conclusionem tenet expſ
Soto. se Scotus in. 4. distin. 13. q. 2. ad. 3. principale, & Soto in. 4. eadē
Di. Tho. distin. q. 1. ar. 6. Et est cōformis doctrinæ. D. Tho. in. 3. p. q. 82. ar.
6. Et probatur ratione, quia licèt meritum ecclesiæ sit in perso
nis reipublicæ Christianæ, nihilominùs applicatur per istum mi-
nistrum, quare applicatio & oblatio sacrificij non est tanti valoris,
dum fit per prauum sacerdotem, cùm persona ministri sit Deo mi
nùs grata. Sic nanq; intelligendus est canon ille, Ipsi sacerdotes.
1. q. 1. vbi habetur, quòd quantò sacerdotes fuerint digniores,
tantò faciliùs in necessitatibus pro quibus clamant, exaudiuntur.
Quo fit, vt missa boni sacerdotis simpliciter & absolutè omnibus
pēsatis, melior sit, quàm mali. Sicut enim eleemosyna per malū
seruum ministrata, licèt nihil d merito domini tollat, nihilominùs
cōsiderata in particulari, quatenus per istū nequam seruū daf, non
est Deo ęquè grata: ita missa, quatenus offerf Deo per malum mi
nistrum, non est illi æquè grata, sicut quando offertur per bonum.

XXX. DIFFICVLTAS.

Vtrùm liceat ab excommunicatis, vel hæreticis, seu peccatoribus communionem recipere, & eorum audire missam.

1. Con: AD hanc difficultatem aliquibus conclusionibus re-
spondetur quarum prima sit. Quanquàm secundū ius
antiquum positiuum, à publice suspensis, concubina
rijs, vsurarijs, & simoniacis publicis, non liceat susci
pere sacramentum neq; audire missā, vt expressè ha-
Cō. Cōſ betur. 32. distin c. Nullus, &. c. Præter hæc, in concilio tamē Cō-
Cō. Bæ. stancienſi, & Basilienſi, ob paccandas timoratas conscientias, sic
cōsultum est, vt excommunicatos vitare non teneamur, nisi sint
vel nominatim excommunicati pro quocunquè crimie, vel ma-
nifesti clericorum percussores. In his enim duobus casibus nunc
duntaxat tenemur non recipere sacramenta, neq; audire missam
ab eis. Et Aduerte, quòd censentur nominatim excommunicati,
qui de hęresi, schismate, aut apostasia condemnati sunt, vt Lu-
therani Vuitcleffistæ &c. Item illi, qui vel nomine proprio, vel no
mine

mine dignitatis, vt prætor aut decanus propter quancūquè inobedientiam excommunicantur. Quare publici excommunicati ob alia crimina vt incendiarij, nisi nominentur, non sunt vitandi. Et eadem ratione licèt excommunicentur participantes cum excommunicato, nisi nominentur, non sunt excommunicati excommunicatione maiori. Et quidem, quòd ab hęreticis nec communionē recipere, neq; eorum missam audire liceat, habetur. 24. q. 1. c. Siquis dederit nisi in mortis articulo.

¶ Secunda conclusio. Ex naturali iure ex quadruplici causa tenemur non recipere sacramenta, neq; audire missam ab huiusmodi. Prima causa est, ne simus eorum fautores: nam qui alienis peccatis fauet, consentire cum eis videtur, & non solùm qui faciunt, sed qui consentiunt facientibus digni sunt morte, teste Paulo ad Roma. 1. Secunda, quando scilicet videmus, quòd separare nos ab eorum consortio prodesse possit vt corriperentur. Tertia adeuitandum scandalum, vt si aliqui scandalizarentur, eò q̄ vident nos ab illis missam audire, vel recipere sacramēta. Quarta, quādo esset nobis periculū incidēdi in suum errorē, ac maximè quando immineret periculum q̄ eorum peccatum inficeret rempublicā, quia tunc non solùm teneremur separare nos ab huiusmodi viris criminosis, verùm & illos accusare. 2. Con. Roma. 1.

¶ Tertia conclusio. Quanuis extra duos casus appositos in priori conclusione de iure positiuo, & extra appositos in. 2. cōclusione de iure naturali, semper liceat ab huiusmodi peccatoribus sacramēta recipere & audire missam, tñ optimè qs faceret separando se à receptione sacramētorū & ab auditiōe missæ, vt illis ruborē & verecundiam incuteret: nam forsan sic ad pœnitentiam conuerterētur. Hāc tamē intelligo cōclusionē, quādo sine scādalo posset ista facere, videlicet nō audire missā, nec recipere sacramēta. 3. Con.

¶ Sciendum est hìc, quòd licèt nullus in particulari esset per publicam sententiam ecclesiæ excommunicatus, tamen si tota communitas cuius est ille particularis esset ab ecclesia propter hæresim excommunicata, ipse etiam censeretur excommunicatus, & quemlibet illius communitatis teneremur vitare. Vnde, nō liceret ab aliquo ministro illius communitatis sacramenta recipere, neq; audire missam. Notabi.

XXXI. DIFFICVLTAS.

Vtrùm liceat sacerdoti nūquam celebrare.

Huic

1. Con

HVic difficultati duabus cõclusionibus respondetur, quarum prima sit. Nõ licet sacerdoti per totam vitã, hoc est, omnino à celebratione cessare, etiam si nulla ei parœcialis ecclesię aut alterius obligationis cura incumbat: & omittere non solùm est veniale, sed mortale. Hęc cõ. est cõtra quosdã cõtrariũ tenẽtes, videlicet q̃ solùm obligatur sacerdos celebrare ratione curę animarum, secluſa autẽ huiusmodi cura aut alia obligatione ratione stipẽdij, quanuis non celebret per totam vitam, non peccat mortaliter. Sed nostra conclusio probatur apertè ex Paulo. 2. ad Cor. 6. Hortamur vos, ne in vacuũ gratiam Dei recipiatis: reciperet autem in vacuũ qui nunquàm celebraret, non ergo licet per totam vitam à celebratione abstinere. Prętereà quia Matthei. 26. & Lucę. 16. grauiter reprehenditur à Domino seruus ille qui abscõdit talentũ in sudario: sed iste q̃ nunquã celebraret, absconderet talentum, nõ igitur licet in perpetuum non celebrare. Prętereà, quia vniuersis sacerdotibus, secluſa quacũq; iurisdictione & cura animarum, dixit Dominus, Hoc facite in meam commemorationem: vbi non tantùm consilium, sed prœceptum designatur. Prętereà, quia omnes Christiani qui nunquàm vident sacerdotem aliquem celebrare, scandalizantur. Postremò, quia hanc sententiam tenet. D. Tho. in. 3. p. q. 82. ar. 10. & Ricardus in. 4. dis. 13. ar. 1. q. 2. & Durã. & Paludanus etiam. q. 2. & Siluester verbo missa. 1. §. 7. & habetur itidẽ expressè in. c. Dolentes. de celebra. missa. Vbi reprœhenduntur qui vix quater in anno celebrant.

2. Cor. 6

Mat. 26
Lucæ. 19

Di. Tho.
Ricar.
Duran.
Palude.
Siluest.

¶ Secunda conclusio. Etsi quoties teneãtur in anno celebrare nõ habeatur prœceptum, crediderim tamen ego quòd saltem infestis prœcipuis teneantur. Probatur, nam videntes sacerdotem non celebrantem istis diebus, maximè in festo natiuitatis, & paschatis, & Pentecostes, scandalizantur. Valde tamen dubium est, an sit peccatum mortale omittere in ijs festis prœcipuis ex mera negligentia sine causa rationabili vel aparente celebrare, ait Siluester vbi suprà. Ego tamen credo, quòd non erit mortale, propter hoc quòd in aliquo festo prœcipuo non celebret, nisi adsit scandalum [dummodò aliàs celebret].

2. Conclu

Siluest.

De ritu huius sacramenti.

XXII. DIFFICVLTAS.

Vtrùm

Vtrùm missa pro pluribus oblata, tantùm singulis prosit ac si pro uno duntaxat offerreretur.

RVrsus quàm huic difficultati respondeamus, aliqua fundamenta præmittere operepretium erit, & eorum primum sit, quòd hoc Eucharistiæ mysterium & est sacramentum & sacrificium: aliter tamẽ & aliter, nam quatenus est sacramentum, habet sua propria nomina. Dicitur enim synaxis, hoc est, cõmunio, & viaticũ, & Eucharistia: quatenus verò sacrificium, dicitur missa, vt idem sit quod missio. Vnde, in fine missæ diaconus ait, Ite, missa est, hoc est, Ite, missio est. Transmittiturenim ad Deũ hæc oblatio per sacerdotem, qui inter Deum & populũ mediator est. Itẽ ratio huius mysterij quatenus est sacramentum, in consecratione p ficitur, & tantùm prodest sumentibus, quibus alimentum spiritualis vitæ gratiam confert & dulcedinem, atq; adeò deuotionem excitat. At verò inquãtum sacrificium, ratio eius in oblatione cõsistit, & nõ solis sumẽtibus, verùm & offerentibus & pro quibus offertur, prodest. Vnde, dum in pyxide seruatur, aut infirmo in domum defertur, sacramentum est non sacrificium, sed dum à sacerdote consecratione, oblatione, & sumptione celebratur, est sacrificium. Ad essentiam nanq; sacrificij attinet sumptio vtriusq; formæ, & ob id ecclesia statuit vt nunquàm sacerdos cõsecret, quin vtranq; sumeret.

¶ Secundum fundamentum est, q̃ offerentes sunt in triplici gradu. Primum est sacerdos, qui immediatè, hoc est, per se tanquàm publicus ecclesiæ minister sacramentum consecrat, offert, & con cõsumit, propriam Christi personam repręsentans. Generalissimè verò & mediatè, hoc est, per sacerdotẽ, offert totus populus Christianus, qui quodãmodo singulas missas offerunt, iuxta verbum Domini Exodi. 5. Dimitte populum meũ vt sacrificet mihi in deserto. Particulariùs verò, quodammodo tamen etiam generaliter offerunt omnes, qui aliquem specialem actũ circa hoc sacrificiũ exercent, vt circunstantes: sunt tamen inter illos gradus, nam principaliùs & specialiùs ministri altaris offerunt & chorus, quàm plebs. Itẽ illi q sacerdoti celebranti alimẽta & subsidia ministrãt. Quare, in missa curati totus populus parœciæ offert, & in missa episcopi tota diœcesis. Specialissimè tamen offerunt illi qui peculiarem eleemosynam in hanc missam conferunt, vt offeratur Exo. 5.

ꝑse & ſuis: & quidem iſti ōnes ſunt ſimul offerentes & pro qbus offertur: illi autē pro qbus offertur & nō offerunt, ſunt defuncti, & illę perſonę pro quibus offertur, licèt nihil ſubſidij cōtulerint nec ſint preſentes, tamen ſacerdos ſua ſponte ſacrificium offert.

¶ Tertiū fundamentum eſt, quòd huiuſmodi offerentes, dummodò ſint in gratia quando offerunt, tripliciter valorem & fructum ſacrificij conſequuntur: ſcilicet per modum meriti, per modum ſatisfactionis, & per modum impetrationis. Per modum, inquam, meriti tam de congruo quàm de condigno. Merentur enim decongruo per hāc ſanctam oblationem ſalutem corporis, & reliqua id genus ſubſidia & temporalia bona: nam & illic panē petimus quotidianum. Huiuſmodi nanquè caduca bona ſub merito de condigno non cadūt: nempe vt certa & infalibili lege ſemper petentibus & merentibus concedantur, ſed pro vt Deus expedire nouerit tanquàm remedia ſalutis animę. Merentur prętereà de condigno augmentum gratię, non modò per deuotionem & orationes quas illic fundunt, ſed etiam virtute operis, ſcilicet ratione hoſtię quam offerunt. Satiſfaciunt prętereà per iſtam victimam pro pœnis delictorum, quæ ſibi quò ad culpam remiſſa ſunt. Et hęc etiā ſatiſfactio fit certa & infalibili lege, ſicut in merito de condigno. Nam iſte eſt propriùs effectus operis operati, ideſt, hoſtię oblatę. Aſſequuntur poſtremò & alios effectus per modum impetrationis & ſufragij: nempe de functis releuationem tormentorum purgatorij, aut perfectam liberationem, quę non fit ex rigore iuſtitię per modum meriti de condigno, ſed per modum deprecationis, ſi Deus acceptauerit, & per modum applicationis ſacrificij ad ſatiſfaciendum pro ipſis, etiam ſi ſingularem eleemoſynam non reliquerint.

¶ Quartū fundamētum eſt, quòd hoc ſacrificium quantùm ad res contentas in hoc ſacramento, nempe corpus & ſanguinē Chriſti, infiniti valoris eſt, quatenus verò dicit actionē: ſcilicet oblationē, conſecrationem, & aſumptionem offerētis, non eſt infiniti pretij, cùm iſta ſe teneant ex parte hominis. Quapropter nō eſt omnino eadem ratio de oblatione quam Chriſtus in cruce obtulit, & de noſtra, quia in illa non ſolùm res oblata erat infiniti valoris, ſed actio ipſa Chriſti, quia erat perſona infinitè grata, accipiendo tamē totum ipſum ſacrificium, infinitum eſt ſecundùm ſeipſum abſolute, & infinitum de ſe habet conferre effectum, quantùm ad ſufficientiam, ſed ſecundùm ſe ipſum applicatum huic quantùm ad efficientiam

cientiam, non confert niſi finitum & limitatum, quia eſt inſtrumẽ
tum quo paſsio Chriſti limitato modo applicatur, nempe ſecũdũ
quantitatem deuotionis offerentis, cõfert effectus plus minúſue
vberes, vt inſinuat Di. Thomas in. 3. p. q. 79. ar. 5. Quo fit, vt licèt Di. Tho
ex opere operato non multiplicetur effectus niſi multiplicetur ſa-
crificium, tamen ex maiori diſpoſitione ſuſcipientis quodammo
dò creſcit: ſecundùm enim quantitatem deuotionis eſt magis e-
ſtimanda ſatiſfactio, quàm ſecundùm quãtitatem rei oblatę. Plus
nanquè omnibus miſit vidua illa quæ obtulit duo minuta, pro-
pter maiorem deuotionẽ quam habuit. Sicut enim in cęteris cau
ſis vniuerſalibus, quę quidem [teſte experientia] contrahuntur &
limitantur ad ſuos effectus producendos iuxta virtutem cauſę in
ferioris, ſic iuxta quantitatem deuotionis offerentis habet prę-
re hoc ſacrificiũ maiorẽ vel minorem effectum. Itaq; qui cum ma
iori deuotione petit miſſã vel audit vel adiuuat, maiorẽ effectũ re
cipit. Vnde exiſtentibus in purgatorio, quia non cõcurrunt ſua de
uotione, non prodeſt illis miſſa ſecundùm eorum deuotionẽ, ſed
ſecundùm deuotionem hominum & eccleſię, qui pro ipſis offerũt
hoc ſacrificium Et pari ratione, quando aliquis ieiunat pro alio, i-
pſo neſciente, illi prodeſt ſecundùm quãtitatem ipſius ieiunantis,
quia ille pro quo iſte ieiunat, tantùm ſe hebet vt recipiens, vt ſe
habet anima exiſtens in purgatorio. Conſequitur etiam ex ijs, ſa-
crificij valorem, quando ſacerdos eſt in peccato mortali, virtute
ſuę proprię deuotionis nullũ eſſe, imò nec virtute deuotionis cu
iuſcũq; peccatoris offerẽtis, ſiue offerat qa intereſt ſacrificio, ſiue
quia eleemoſynã cõfert: preces tamẽ & orationes eccleſię oblatę
per malum ſacerdotem, quatenus eccleſię eſt miniſter, fructuoſę
ſunt in miſſa, & correſpõdet tali ſacrificio cũ huiuſmodi oration-
bus certus & limitatus ſatiſfactionis gradus ex opere operato, e
tiã ſi ſacerdos ĩ peccato mortali celebret abſq; vllo deuotionis va
lore. Secus tamen erit de precibus & orationibus laicorum, quia
laici non ſunt miniſtri eccleſię tanquàm ad hoc munus ordinati &
inſtituti, quare virtute precis laicorum exiſtentiũ in peccato, nec
ipſis nequè alijs pro quibus ipſi offerunt, quicquàm hoc ſacrifici-
um proderit, licèt ipſi ſatiſfaciant præcepto de audiẽda miſſa. Hęc
Soto in. 4. dis. 13. q. 2. ar. 1. Ex quibus rurſus elicitur apertè, quòd Soto.
ſi ſacerdos hęreticus, vel excommunicatus, vel degradatus offe-
rat pro anima exiſtenti in purgatorio, illa miſſa neutiquàm prode-
rit illi animę, cùm animabus exiſtẽtibus in purgatorio proſit miſ

fa ratione deuotionis alicuius offerentis,& ſacerdos offerens nul lam habeat deuotionem,imò peccet mortaliter celebrando. Pari ratione nihil proderit miſſa huius hęretici,vel degradati, vel nominatim excommunicati petenti ipſam à tali ſacerdote,nec animæ pro qua illam petit, quãdo ipſe petens ſcit ſacerdotem illum à quo petit eſſe hęreticum &c. Nam tunc talis ſacerdos nõ offert in nomine alicuius particulariter nec generaliter offerentis,ſcilicet eccleſię. Non,inquam,offert in nomine ſpecialiter offerentis vtiliter,cùm iſte qui petit mortaliter peccet petendo,nec offert in nomine eccleſię, cùm hic ſacerdos non ſit eius miniſter neceius membrum. Secus tamen erit quando petit catholicus iſte ab iſto degradato vel excommunicato quòd celebret pro ipſo,vel pro anima ſui defuncti exiſtentis in purgatorio, ignorans ipſum eſſe degradatum vel excommunicatum: tunc nanquè prodeſſet illi ſacrificium illud,cùm non peccet petendo,& ille ſacerdos offert in nomine ſpecialiter offerentis,licèt non in nomine eccleſię quę illi vſum prohibuit. His omnibus præmiſſis,reſpondetur difficultati per aliquot concluſiones,quarum prima ſit. Numerus offerentium non minuit valorẽ ſacrificij in ſingulis. Probatur, nã vnuſquiſquè offerentium perinde hoſtiam offert, ac ſi nullus offerret, & ideo nemo alijs obſtat vt propter alios alii ſuo munere fruſtrẽtur: creſcit enim tunc in omnibus ſimul valor ſacrificij.

1. Con.

2. Conc. ¶ Secunda cõcluſio. Propter maiorem numerum eorum pro quibus ex inſtituto eccleſię generaliter offertur ſacrificiũ,ſcilicet pro Papa,pro Rege,ꝑ epiſcopo,&ꝑ circũſtantibus, &ꝑ parœcianis decimas ſoluũt,nemo vllo ſuo fructo: ſcilicet ſatiſfactionis meriti defraudatur, quia generali inſtituto eccleſię ſingulis ſacrificium applicatur,vnicuique in ſuo ordine & gradu. Hæ duę concluſiones ſunt ad literã ex Soto vbi ſuprà deſumptę. Sed quando offertur hoc ſacrificium ſpecialiſsimè pro aliquibus, vt dum ſacerdos alio obligationis vinculo non tenetur: ſcilicet animarum cura, ſed poteſt liberè ſacrificium ſpecialiter pro hoc aut illo offerre, eſt grauis quęſtio,an ſi plures eleemoſynam pro eodem ſacrificio contulerunt,& pro illis celebret, tantùm proſit eis ſicut ſi pro vno duntaxat offerretur illud ſacrificium: & in hoc ſunt opiniones. Scotus nanquè quolib. 20. tenet partem negatiuam: nempe Miſſam pro multis oblatam,non tantùm ſingulis prodeſſe, quàm ſi ſingulariter offerretur pro vno: eandem tenere videtur Palu in. 4. dis. 45. q. 2. & breuiter hæc eſt cõmunis opinio. Caietanus tamẽ in quodam

Soto.

Sco tus.

Palu.

Caieta.

dam opuſculo in. 2. tomo ſuorum opuſculorum tenet partem affirmatiuam. Cenſet enim idem quod de generali oblatione, videlicet quòd pro quocũq; numero offeratur, tantundem proſit ſingulis, ac ſi pro vno offerretur. Ratio illius eſt, quia ex parte rei oblatæ eſt valor infinitus in hoc ſacramento, & vnuſquiſq; iuxta quantitatem ſuæ deuotionis, cęteris paribus, recipit. Cæteris paribus inquam, nam ſi vnus det eleemoſynam, & alius non cum æquali' deuotione, plus participabit illius ſacrificij dans eleemoſynam. Et re vera ita dicendum eſt, nempe quòd quando offertur pro illis qui ſimul ſunt offerentes, & habent ſpecialem actum circa tale ſacrificium, nemo propter aliorum ſocietatem ſuo fructu aut meriti aut ſatiſfactionis defraudatur. Secus ſi illi pro quibus offert ſacerdos, non ſint offerentes: vt ſi offerat pro anima exiſtenti in purgatorio, aut pro alijs qui eleemoſynam non ſunt largiti. Ratio eſt, quia generali intentione eccleſiæ non applicatur pro illis ſacrificium, ſed ſolùm ex libera intentione & deuotione ſacerdotis offerentis, cui etiam ex opere operato reſpondet certus & taxatus gradus ſatiſfactionis. Vnde, neceſſum eſt quòd quantò diſtribuatur in plures, tãtò minus ſingulis veniat. Quocircà optimè in ordine noſtro conſultum eſt, vt pro vna miſſa non recipiantur à pluribus eleemoſynę ac ſi pro vno eſſet offerenda. Deciperentur enim eleemoſynam largientes in ſua opinione, vt inquit doctiſsimus Soto: quare deterrerentur, & alienarent ab earũ eleemoſynarum largitione. Item, quia eleemoſynæ non debent ſuſcipi pro valore ſacrificij, ſed in ſubſidium & alimentum ſacerdotũ. Quapropter dicimus cum eodem Soto, quòd poſsit forſan ſacerdos duas pitantias pro ſuo victu ſuſcipere [duas inquam] vt ambæ argẽteum nummum vel paulo plus non excedant in Hiſpania, in alijs autem terris id quod in illis æquiualet argenteo nummo & ſufficit diurno victui, poterit ſuſcipere: & hoc ſiue ſit pauper ſiue diues ſacerdos, dum tamen latiùs non ſe extendat hæc licentia, quoniã ſtatus apparatum nõ licet ſacerdotibus hac ratione ſuſtentare, ſed pauperem vitam ducere. Hac enim ratione iure cautum eſt, vt abſq; aliqua bonorum poſſeſsione ad ordines non admittãtur. Nulli nanq; niſi qui ſuis fructibus ac patrimonio viuere poſſent, ordinandi ſunt: nam admittere ad ſacerdotiũ illos qui nõ niſi mendicatis eleemoſynis viuere poſſunt, nefas eſt: & qui ſua culpa pauper ordinatus eſt, paupertatem ſuam perferat. *Soto.*

¶ Annotandum eſt hîc vltimatè, quòd quanuis ſecundùm opini *Notabil.*

Caie. onẽ Caietani quantitas satisfactionis pensetur penes quãtitatem deuotionis offerentium: & si hi pro quibus offertur, haberent tantam deuotionem in vna missa quantam in triginta, illa vnica missa satisfaceret sacerdos pro triginta: sed tamen quia semper petens habet maiorem deuotionem in triginta quàm in vna, & meritò, quia maior honor exhibetur Deo in pluribus quàm in vna, cæteris paribus, qui promisit dicere triginta, tenetur eas dicere, vt dicit idem Caieta. vbi suprà.

XXXIII. DIFFICVLTAS.

Vtrùm hoc sacrificium quotidie in ecclesia sit celebrandum.

1. Con. PRo hac difficultate sit prima conclusio. Quamuis quatenus sacramentum est, satis erat illud toties consecrare quoties populo sumere esset necessarium, sed tamen quatenus sacrificium est, oportet in ecclesia quotidie celebrari. Vnde, hæretici Lutherani negantes esse sacrificium, subinde negant esse quotidie celebrandum, vt patet in abominabili illo libello de abroganda missa priuata Lutheri, vbi dixit satis esse si singulis dominicis diebus, & q̃ ijs vnica dũtaxat Eucharistia cõsecraretur, & quòd illa die populus concurreret vt communicaret. Aduersus quem errorem Thomas Vualden. tomo. 2. de sacramentis non minus pulchrè quàm latè diseruit. Probatur nostra cõclusio breuiter ex illo Lucæ. 11. vbi quotidie Dominus docet nos petere panem nostrũ quotidianum in oratione dominica. Panis autem iste secundùm Augustinum in libro de verbis domini, Eucharistia intelligitur. Quotidie enim fructu dominicæ passionis indigemus propter quotidianos defectus, vt inquit Diuus Thomas in. 3. p. q. 83. ar. 2. Item, quia cùm hoc sit sacrificium Christianorum proprium, manca esset nostra religio nisi quotidie sacerdos nomine publico ipsum consecraret, adorandumq; populo exhiberet, & in satisfactionem pro peccatis offerret.

Tb. Vua

Luc. 11.

Dubium ¶ Sed nunquid est obligatio sub reatu mortali quotidie celebrare? Pro-

re? Pro hoc ſit. 2. concluſio, quòd curiones plebani qui curam habent animarum, quoties populus audire miſſam obligatur, tenentur & ipſi celebrare: quemadmodum tenentur omnia ſacramenta adminiſtrare, quæ populus tenetur ſuſcipere. Quo fit, vt ſaltem in diebus feſtis celebrare teneantur. In profeſtis verò diebus non tenentur niſi vel ratione decimarum & ſtipendij, vel alia ratione. 2. Con.

¶ Tertia concluſio. Omnes eccleſiæ collegiatæ & monaſteria vbi eſt epiſcopus vel abbas vel rector vel prior, tenentur quotidie miſſam celebrare ſub peccato mortali: quod peccatum quoquè omiſsionis celebrandi non toti communitati, ſed prælato, nempe epiſcopo vel abbati vel rectori imputabitur. Hanc concluſionem tenet Panor. in c. Cum creatura. extrà de celebratione miſſarum. quem omnes canoniſtæ ſequuntur, & omnes theologi in 4. diſt. 13. Intelligenda tamen eſt hęc concluſio regulariter: nam exiſtenti cauſa rationabili, licèt non celebretur in aliquibus profeſtis diebus, non erit mortale. 3. Con. Panor.

¶ Quarta concluſio. Et ſi [vt prædictum eſt] teneantur eccleſiæ collegiatæ quotidie collegialiter celebrare, non tamen tenentur quotidie dicere duas miſſas, vnam diei, & alteram pro defunctis vt canoniſtæ dicunt, ſed ſatis eſt ſemel in hebdomada celebrare pro defunctis. Probatur. Nam ſi hoc verum eſſet, oporteret in diebus ſolennibus celebrare pro defunctis collegialiter: quod tamen non expedit. Illud verò quod Panor, & cæteri canoniſtæ dicunt de miſſa defunctorum in. c. Cum creatura. iam abrogatum eſt contraria conſuetudine. 4. Con.

¶ Quinta concluſio. Non licet parocho ſeu curæ pro miſſa diei feſti ſtipendium ſuſcipere, ſi populus dedit iam ſufficiens alimentum pro illis diebus. Simili modo, non licet rectori alicuius collegij, nec priori alicuius conuentus, ſi iam acceperunt eleemoſynam pro tali miſſa diei feſti, ſtipendium accipere. 5. Con.

XXXIIII. DIFFICVLTAS.

Vtrùm idem ſacerdos plures in eodem die poſsit miſſas celebrare.

Concl. HVic difficultati vnica concluſione reſpondetur, nẽ pe quòd regulariter eſt peccatum mortale pluries in die celebrare. Hæc concluſio habetur expreſſè in. c. Cõſuluiſti. &. c. Referente. extrà de celebratione miſſarum. Habetur etiam de conſe. diſt. 1. c. Suffi

Alex. Pa cit. Vbi Alexãder Papa ait. Sufficit ſacerdoti vnã miſſam in die vna celebrare, quia Chriſtus ſemel paſſus eſt, & totũ mundũ redemit: & valde felix eſt qui vnã dignè celebrare poteſt. Dixi in concluſione, Regulariter, quia ſunt aliq caſus, in qbus licet pluries celebrare. Primus caſus eſt in Chriſti natiuitate, in qua ter licet celebrare: nã propter ęternã natiuitatẽ ex patre quæ nobis occulta eſt, in nocte canitur miſſa, cuius introitus eſt. Dñs dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie genui te. Et propter ſpiritualem qua Chriſtus oritur tanquàm lucifer in cordibus noſtris, canitur miſſa in aurora, cuius introitus eſt, Lux fulgebit hodie ſuper nos. Ac demum propter temporalem viſibilemq; natiuitatem in carne adijcitur tertia miſſa clara luce, cuius introitus eſt, Puer natus eſt nobis. Secundus caſus eſt, ſi defunctus eſt præſens non ſine miſſa ſepeliendus: ſcilicet quia ſic habet loci conſuetudo. Tertius caſus eſt, ex neceſsitate infirmorum viaticum petentium: ſi aliter haberi non poteſt, & non eſt hoſtia conſecrata in pyxide, & iam anteà quando non erat neceſsitas celebrauerat. Quartus propter neceſsitatem viatorum die feſto, quando omnes debent audire miſſam, ſi non aduenerint antequàm miſſa diceretur. Quod intelligendum eſt, ſiue huiuſmodi viatores ſint magnates, ſiue alij, & ſi ſit epiſcopus qui aduenit dicta miſſa, poterit iterum celebrare, etiam ſi non ſit dies feſtus, quia epiſcopus quotidie oportet dicere, aut audire rem ſacram. Quintus caſus eſt, pro neceſsitate nuptiarum, quando tempus laberetur. Sextus, quando eſt vnicus ſacerdos, & habet duas eccleſias commendatas: vel vnam commẽdatam & aliam in titulo propter pauperiem: & omnes volunt miſſam, ac non poteſt habere vicarium. Septimus, ſi eodem die occurrunt duæ miſſæ: vna de feſto, alia de ieiunio. Octauus, ſi ſit eccleſia collegiata, conſuetumq; eſſet in illa quòd dicantur duæ miſſæ, ac ex duobus ſacerdotibus qui ibi ſunt, vnus ſolus eſſet aptus. Nonus propter eccleſiarum & ſacerdotum paupertatem. Decimus, quoties occurrit neceſsitas aliqua vrgens arbitrio boni viri. Dicitur nanquè in illo capitulo prælegato Conſuluiſti, quòd licet cauſa neceſsitatis pluries in die celebrare: et hæc neceſsitas

ceſsitas non eſt determinata per legem. Ex quo dicto eliciunt doctores prædictos caſus, quos ponit ad literam Silueſter in verbo miſſa. §. 7. *Silueſ.*

¶ Animaduertendum tamen eſt hîc circa omnes hos caſus cum petro de Palude in. 4. dis. 13. q. 2. quòd nũquàm licet dicere plures quàm duas miſſas, niſi in natali. Nequè poteſt ſacerdos dicere duas in prædictis caſibus, niſi ſit ieiunus. Vnde poſtquàm in prima celebratione lotionem ſumpſit, nullus ſuperueniens vel defuncti, vel magnæ perſonæ, vel cuiuſcunq; alius rei caſus vel neceſsitas, cauſa eſſe poteſt legitima vt iterum celebret. Similiter, nemini licet bis in die communicare: poſſet tamẽ quis plures hoſtias conſecratas ſimul ſumere, quia tunc ſemel dicitur communicare. Qui autem præter caſus iuris, nempe pro pecunia, vel adulationibus ſecularium pluries conſecraret, à reatu mortali non excuſaretur, & in foro exteriori puniendus eſſet. *Palu.*

¶ Aduertere quoquè oportet, peccatum eſſe mortale in die paraſceue conſecrare, atquè adeò priuatim celebrare: quia contra iuſtiſsimas eccleſiæ cęremonias eſſet agere. In alijs verò duobus diebus: ſcilicet cœnæ & ſabbato ſancto, licèt ritus eccleſiaſticus etiam habeat vt ſola vna celebraretur miſſa, non tamen eius obſeruatio tanti refert, quin priuatim ſaltem ex facultate prælati, prę ter miſſam ſolennem poſsit quis celebrare.

XXXV. DIFFICVLTAS.

Vtrùm conuenienter ſit determinatum tempus celebrationis.

PRo huius difficultatis explicatione in memoriam reducere opùs eſt quod ſuprà diximus, nempe diem à media nocte incipere. Tunc eſt prima concluſio Regulariter ſolennis miſſa à tertia vſquè ad nonam eſt in eccleſia celebranda. 1. *Con.*

¶ Secunda concluſio. Miſſæ priuatæ regulariter debent in die celebrari & non in nocte, ſcilicet ab initio auroræ quando ſolis ſplendor apparere incipit quocunquè tempore anni vſquè ad meridiem 2. *Conc.*

meridiem. Priuilegium nanquè est natalis Domini vt illa nocte missarum solennia fierent, vt habetur in capitulo Nocte. de

Palu. conse. distinctio. 1. Potest etiam ex priuilegio hora parum tum anticipari, tum & postponi. Ait enim Petrus à Palud. Papam dispensare cum cardinalibus vt paulo ante auroram celebrent. Et sunt magnates qui habent priuilegium, vt eis per horam à meridie celebretur. Sed tamen si hoc faciunt ad seruiendum delicijs, qui noctes aleis & crapulis vacando in dies vertunt, dieq; dormiendo in noctes. Vituperio, inquit pulchrè Soto, dignum est. Dixi in cõclusione, Regulariter: nam propter causam legitimam, vt causa celebrandi in die festo quando quis iter facit, licèt paulo vel ante auroram vel post meridiem celebret, etiam si sine dispesatione id fieret, non censeretur peccare mortaliter: secus si anticipatio vel postpositio longior esset.

¶ Vtrùm autem liceat ante officium dictum matutinarum celebrare? quanuis Canonistæ omnes teneant quòd est mortale ante

Concl. prædicti officij solutionem celebrare, sit tamen conclusio tenenda, quòd non solùm si occurrerit aliqua necessitas cui obuiari nõ posset: scilicet si esset infirmus sacerdos, & recitare non posset, nõ ideo impeditur quin possit celebrare: vel si esset proprius sacerdos qui nondum recitauerat, & populus eum cogeret statim celebrare, posset absquè peccato, verùm etiam si non adesset tanta necessitas, dummodo esset causa aliqua, nulla esset culpa. Hanc

Soto. conclusionem tenet ex presse Soto li. 10. de iusticia & iure quæsti. 5. ar. 4. Probat, quia sacrificium missæ non connumeratur inter canonicas horas, cùm tantùm sint septem. Item, quia non est mortale ordinem horarum peruertere, vt si quis tertiam ante primam, vel primam in choro, & posteà matutinas priuatim soluat, multò ergo minus celebrare priùs missam erit mortale, quando quidem distincta sunt officia, nequè vnum habet necessarium ordinem ad alterum. Nequè obstat consuetudo quam canonistæ pro se allegant, quia non omnis consuetudo quanuis laudabilis, obligat sub reatu mortali. Dicit tamen illic Soto, quòd vbi fieri posset commodè, si non priùs nocturnum solueretur officium forsan ob consuetudinem, peccatum esset, veniale tamen: cui sententiæ libentissimè adhæreo.

¶ De prima autem, nullus restat scrupulus. Qui enim in conuentu auroræ missam & reliquas ante primam dicere iubentur, melius facient post missæ celebrationem interesse choro ad primam,

quàm

quàm illam ante miſſam ſoluere: niſi quis eos velit obligare vt his eandem dicant, quod eſſet ridiculum: decens tamen eſt vt ſi quis poſt primam celebrauerit, illam priùs ſoluat.

XXXVI. DIFFICVLTAS.

Vtrùm oporteat hoc ſacramen tum celebrari in domo & vaſis ſacris.

AD hanc difficultatem aliquibus concluſionibus reſpondetur, quarum prima ſit, quòd regulariter non licet niſi in domibus conſecratis ſacramentũ celebrare. Cõclu. hæc habetur de conſe. diſtinc. 1. c. Nullus. Nullus preſbyter inquit, Siſueſ. papa, miſſas celebrare præſumat niſi in conſecratis ab epiſcopo locis, qui ſui particeps decetero voluerit eſſe ſacerdocij. Idem dicit Felix papa. c. Sicut non alij. Prætereà, quia tam in lege naturæ quam in lege ſcripta fuerunt altaria dedicata ad ſacrificandum Deo. Legitur nanq; Gene. 28. de Iacob, quòd cùm à ſomno ſurgeret in quo ſcalam illam vidit attingentem cœlum, lapidem erexit in titulum. Quod quidẽ documentum eſt, locum in quo cum Deo colloquimur, quandam habere ſanctitatem. Prætereà, Deutero. 12. ſic lex habebat, Caue ne offeras holocauſta tua in omni loco quẽ videris, ſed in eo quẽ elegerit Dominus. Vnde Felix papa in diſtinctione citata. c. Tabernaculum. Si Iudæi, inquit, qui vmbrę legis deſeruiebant, diuinis ſupplicationibus conſecrata habebãt tẽpla: multò magis nos quibus veritas patefacta, & gratia quæ per Ieſum Chriſtum facta eſt, templa Domino ędificare & ſolenniter ſacrare debemus. Prætereà, quia conueniens eſt vt templa ſint conſecrata, tum ad reprę ſentandam ſanctificationẽ quã eccleſia cõſequuta eſt per CHRISTI paſsionem, tum ad admonendum quanta ſanctitate debeant pollere ſacerdotes & populus, ſacrificantes. Prętereà, quia per conſecrationem fiunt templa & vaſa inſtrumenta Dei ad excitandam deuotionem noſtram: & propitiùs nos illic audit, vt. 3. Reg. 8. de templo Salomonis legitur.

Silu. Pa.

Felix. pa

Gen. 28

Deu. 12.

Felix pa

3. Regun

¶ Aduerte hîc tamen, canones iſtos de neceſsitate eccleſiarum conſecratarum, iam non ſecundùm illam antiquitatem ſeruari, ſed

ſatis

satis esse ecclesias esse benedictas. Non enim facile ecclesia consecrari potest, quæ nō nisi ab episcopo & cū multis cęremonijs cō secrari potest, vt habetur de conse. dis. 1. c. Nemo. Intelligēda est hęc nostra conclusio, seclusis priuilegijs specialibus à summis pō tificibus cōcessis: vel seclusa dispensatione & consensu episcopi, quia propter necessitatem bene potest episcopus conferre licentiā, vt missa celebretur in domibus non cōsecratis: nec benedictis.

Con. Tr. Vnde eadem dis. c. Missarum. ex conc. Triburiēsi præcipitur, missarum solennia non nisi in locis ab episcopo consecratis, vel vbiipse permiserit, celebrāda esse. Non tamen dispensare potest vt celebretur sine altari portatili consecrato, scilicet ara. Fratribus prædicatoribus & minoribus indultum est ac priuilegium, vt vbicūquè fuerint etiam præter necessitatem cum altari portatili possint etiam sine licētia episcopi extra ecclesiam celebrare, dummodo id faciāt sine parochialis iuris præiuditio, vt patet cap. In his. extrà de priuilegijs.

¶ Sciendum etiam hîc est, quòd priuilegia summi pntificis celebrandi in domo non consecrata, semper supponunt decentiam & honestatem loci. In locis enim vbi, vel mensa, vel lectus sternitur ac vir & vxor dormiunt, & in mensis vbi per totum diem ludunt, nisi ob grauem iacētis infirmitatem, vt communionem suscipiat, indecentissimum est huiusmodi priuilegijs vti. Ita nāq; intelligūt priuilegia doctissimus soto in. 4. dis. 13. q. 2. ar. 3. & magister frater Melchior Cano dicit, quòd qui sine necessitate facit: celebrando in domo sua grauiter peccat, & Soto dicit illic, quòd nisi esset perillustris persona, malet vt cæteri quādo exire ad ecclesias nō possunt, die etiam festo missam non audirent, quàm domi audirēt.

Cano. *Soto.*

¶ Sed vtrùm celebrare in locis non consecratis, vel benedictis sine Papę vel episcopi facultate sit peccatum mortale? Pro hoc sit secūda cōclusio, quòd ex necessitate etiam sine licentia episcopi licet, vt patet de conse. dis. 1. c. Consecrationem. Et ita tenet Siluester. verbo Missa. 1. §. 5. Tametsi vbi licentia haberi potest, cō decet vt petatur. Nec opus est magna necessitas vt peccatū mortale excusetur. Quęcunq; enim honesta necessitas excusabit, si tamen debita reuerentia seruetur. Dixi, Ex necessitate: nā citra necessitatem nūquàm licet sine licentia episcopi, bene tamen de eius licentia.

2. Con. Siluest.

3. Con.

¶ Tertia conclusio. De alijs ritibus si quid omittatur non ex malitia, sed ex negligētia inculpabili, non est existimandum mortale, vt

le,vt ſiquis celebrans manipuli fuerit oblitus: vel ſi inaduertẽter celebraret ſine caſula aut ſtola, quæ omnia debent eſſe benedicta ſecundũ communiorem opinionem:vel ſi in panno ſerico celebraret,quia panno lineo carebat:oportet enim vt linteamina nõ ſint ſerica ſed linea,quia corpus Dñi in ſyndone linea ſepultũ fuit vt patet in. c. Conſulto.de conſe. diſt. 1. Quocunq; horum deficienti,ſi verba conſecrationis proferat ſacerdos ſuper materiam debitam cum intentione conſecrandi:verum corpus Chriſti conficiet,nec de peccato mortali timeat,etiam ſi abſq; ara celebraue rit.Secus ſi aduertenter,vel cum negligentia culpabili iſta prętermitteret:quia tunc licèt verè conſecraret,nihilominùs à mortali culpa non excuſaretur:vnde potiùs debet non celebrare etiam ſi ſit dies feſtus.Si tamen celebrat ſine prædictis,non efficitur irregularis,vt dicit Ricar.in.4.ſen.diſt.13. cùm non ſit cautum in iure.Similiter ſine miſſali celebrare videtur mortale,quia celebrãs exponit ſe periculo errãdi in canone,imò & i cõſecratione: & faceret contra generalem conſuetudinem eccleſiæ. Sine calciamẽtis tamen celebrare ſecluſo contemptu, & ex eo quòd non habẽtur,nõ videtur mortale. Ocreę verò vbi conſuetũ eſt,poſſunt eſſe loco calciamentorum. *Ricar.*

¶ Sed dubium eſt, vtrùm in eccleſijs violatis liceat propter neceſsitatẽ celebrare? Sed priuſquàm huic dubio directè reſpondeam, operepretium erit annotare caſus in quibus eccleſia violari cõtingit. Sit igitur primus caſus, ex effuſione ſanguinis grani & notabili & iniuſta, quę prouenit ex eo quòd aliquis percuſsit alium in eccleſia voluntariè,violat eccleſia.Vnde,ſi ob ſui defenſionem cum moderamine inculpatæ tutelæ quis hominem interfecerit in eccleſia,non ideo polluitur. Sequitur etiam quòd non violatur per homicidium caſuale: puta per lapidem cadentem de pariete. Similiter nec violatur per factũ contra ſeipſum ex amẽtia furiæ. Similiter ſi effuſio huiuſmodi fit per naſum in rixa puerorũ,nõ violatur,vt notat ſuper cap. Propoſuiſti. Secũdus caſus eſt, ex effuſione ſeminis in eccleſia non ſolùm illicita,ſed etiam licita cum irreuerentia voluntaria. Vt quoties illicitè fit per molitiem, aut quencunq; coitum cum fœmina,vel maſculo. Simili modo p licitum coitum cum propria vxore ſecundùm probabiliorem opinionem, de quo caſu habetur de conſecratione eccleſię vel altaris.c.fina.&.c. Significaſti,extrà de adulterijs. Fit enim tũc cum p pria vxore cum irreuerentia eccleſię voluntariè etiam ſine pecca to credi *Dubium*

to. Crediderim tamen ego non violari ecclesiam, si coniunges lõ
go tempore in loco sacro obsidentur: quia si non violat effusio sã
guinis facta ad conseruationem vitæ corporalis quando per medi
ci incisionem extrahitur à tonsore, quare violabit effusio seminis
ad conseruãdam vitam spiritualem? A pollutione etiam nocturna
contingente in somnis, ex quacunquè causa proueniat: non viola
tur ecclesia. Tertius casus est quando in ecclesia sepelitur ex cõ
Concl. municatus vel gentilis: tunc est con. ad dubium respõsiua. In his
omnibus casibus non licet celebrare in ecclesia violata sub mor-
tali peccato, quousquè reconcilietur, nisi ingraui necessitate, quæ
maior esse debet quàm ad celebrãdum extra ecclesiam, & hoc de
consensu episcopi vel eius vicarij si episcopus haberi nõ potest,
tunc enim posset ibidem celebrari quousquè episcopus accersiri
posset: non tamen irregularitas committitur propter celebrationẽ
in ecclesia sic violata & interdicta à iure, etiam si sciens & prudens
ibidem celebret, vt patet cap. is qui. de senten. excommunicatio
Palu. nis. li. 6. Secus quando est à iudice interdicta, vt ait Palud. in. 4.
dis. 13. Intelligenda tamen est hęc nostra conclusio, cùm delictum
est publicum, & in foro iudiciali notorium. Secus quando est oc-
cultum, vel sacerdos scit in confessione, quia tunc omnes docto-
Siluest. res conueniunt, quòd licet in tali ecclesia celebrare, nec est opus
Hostien. reconciliatione. Ita nanquè tenet Siluester verbo. Missa. 1. §. 5. &
Ioan An. Hostien. & Ioan. Andreas. super cap. vnico de consecra. ecclesię,
vel altaris. Colligitur eadem sentẽtia ex cap. Significasti. de adul
rerijs. Vbi ecclesia violata ob id censetur reconcilianda, q̃ adul-
teri sacrilegium suum confessi publicè fuerant. Vnde, nisi vel fa-
cti euidentia, vel iuridica confessio intercedat, non opus est absti
nere à sacris: quia ecclesia de occultis non iudicat, nec propter oc
culta crimina censetur ecclesia aliqua polluta.

Dubium ¶ Sed dubium est à quo est reconciliãda ecclesia violata & pollu
1. Con. ta? Ad quod dubium est prima conclusio. Quòd si ecclesia fuerit
consecrata, non potest nisi episcopus illius loci perse vel per aliũ
episcopum de eius licentia eam reconciliare, vt habetur in cap.
Aqua. de conse. ecclesię, vel altaris. Potest etiam vnus episco-
pus aquam benedicere, & alius reconciliare. Per simplices verò
sacerdotes huiusmodi reconciliatio fieri non potest, nisi ex com-
missione summi pontificis: aqua tamen priùs per episcopum bene
dicta cum vino & cinere.

2. Conc. ¶ Secunda conclusio. Si verò ecclesia non fuerit consecrata, sed
tãtùm

tantùm benedicta, potestà simplici sacerdote per aspersionẽ aquæ lustralis reconciliari. De ijs omnibus diffusiùs agit Siluester in verbo missa. §. 5. *Siluest.*

¶ Sciendum tamen est primò, ꝙ si ecclesia consecrata esset polluta, & episcopus ægrotaret, posset dare licentiam vt interim ibi celebrarentur omnia diuina officia.

¶ Sciendum secundò, consecrationem ecclesię, & vasorum, & vestium, quia est indelebilis, non iterari. Habetur nanque in concilio Niceno, quòd ecclesijs semel Deo consecratis non debet iterum consecratio adhiberi, nisi aut ab igne exustę, aut sanguinis effusione, aut cuiusquàm semine pollutæ fuerint. Adducuntur hęc verba concilij de conse. dis. 1. c. Ecclesijs. *Con. Ni.*

¶ Sciendum tertiò, ꝙ Ecclesia pręcipuè consecrata, oratoria, monasteria, & huiusmodi, ad secularem habitationem, vel prophanos vsus non debent reuerti. c. Quæ semel. 16. q. 3. nec hospitalia ad alium vsum c. Ad hæc. De lignis tamen & lapidibus destructi monasterij potest dormitorium vel alius honestus locus construi. Altaris palla, cathedra, candelabrum, & velum si fuerint vetustate consumpta, incendio dentur: cineres quoquè eorum in baptisterio inferantur, aut in fossis pauimentorum iactentur.

¶ Sciẽdum postremò, ꝙ vsus eorũ prophanus genere suo est peccatũ mortale, vt siquis auderet calice consecrato in mensa prophana vti, aut corporali ad tergendum nares, aut vestibus sacris in torneamentis. Hæc enim contemptum pręse ferrent mortalem.

De præcepto audiẽdi missam.

XXXVII. DIFFICVLTAS.

Vtrùm sit præceptum ecclesiæ audire rem sacram in dominicis diebus & festis.

AD difficultatem hanc est prima conclusio affirmatiua, nempe quòd est præceptum pontificium iure diuino fundatum, obligans sub reatu mortali. Hæc cõclusio habetur in concilio Agatensi. & de cõse. dis. 1. cap. Omnes fideles. Patet etiam apertè ex communi Ecclesiæ consuetudine & vsu, à temporibus Apostolorum vbiquè recepto. Et fundatur hoc præceptum in illo mandato diuino. 1. *Con.* *Cõ. Aga.*

diuino, Sabbata sanctifices.

2. Con. Silvest. ¶ Secunda conclusio. Hoc præceptum non obligat missam proprij festi audire, vt expresse tenet Siluest. in verbo missa. §. 2. Sufficit enim audire quancunq; missam. Nam præceptum solùm dicit quòd ijs diebus audiamus missam. Item, quia esset magna molestia christianis, si tenerentur scire si est missa diei. Tametsi sacerdotes reprehensione non careant, si in die festo vnanquanlibet aliam missam dicant.

3 Con. ¶ Tertia conclusio Hoc præceptum non obligat ad audiendum, siquidem sunt pauci qui sermonem latinum intelligant: obligatti men ad assistendum præsentialiter: qui enim in magna ecclesia sacerdotem à longè spectat, licèt non audiat, præceptũ implet. Cõclusionem hanc tenet vbi suprà Siluester.

Siluest.

4. Con. Soto. ¶ Quarta conclusio. Quanquàm dicta epistolà ingrediantur, verè adimplent præceptum: sed si ingrediantur dicto iam euãgelio, magnus est scrupulus, licèt magister Soto dicat solùm, quòd non esset tutum. In quo dicto non videtur expresse asserere q̃ non adimpleant præceptum: crediderim tamen ego cum Arch. Flo. q̃ illud, non adimplent. In fine verò missæ, si post sumptionem sacramenti quis exiret, non censeret transgressionis reus: neque si quis partem vnius missæ, & reliquum alterius audierit, cẽsendus est non adimplere præceptum, quando quidem omnia audit necessaria. Quantum ad attentionem quæ requiritur ad implendum p̃ ceptum de audienda missa, est quinta conclusio, quòd sat est more humano, hoc est, liberè interesse sacrificio & his quæ dicuntur in missa, vt scilicet intersint vt rationales, ideſt cum proposito quo quilibet vadit ad missam, vt faciat qđ ecclesia ordinauit ac intendit, sufficit, inquam, hoc, dummodo voluntariè ac dedita opera, mentem posteà non diuertat ad alia notabiliter, videlicet per magnam partem missæ: nec arbitror tantam attentionem requiri ad impletionem huius præcepti, quantam ad canonicum officium persoluendum, vt bene dicit Soto, sed sufficit quòd sit actus humanus ad sensum expositum.

Arch. Fl.

5. Con. Soto.

Dubium ¶ Dubium tamen consurgit hîc non cõtemnendum, nempe an si infra præceptam missam aliqua oratio aliàs præcepta, vt hora canonica dicitur, simul vtriq; præcepto fiat satis, quemadmodũ præcepto de audienda missa fit satis quanuis ibi recitet ex deuotione rosarium? Huic dubio, quanuis Siluester teneat sententiam negatiuam in verbo missa. 2. §. vltimo, & summa Armilla eodem titulo

Siluest. Armilla.

tulo: decreui tamẽ affirmatiuę adhærere cũ domino Caie. in qđ dam opuſ. de valore orationum dictarum ab audientibus miſſam in die feſto. Cui ſententiæ adheret Soto in 4. diſt. 13. q. 2. ar. 2. & Magiſter Cano. Et probatur triplici ratione. Prima, quia optimè qs poteſt vnico actu duobus prẽceptis ſatiſfacere: vt quando debet Petro centum, qui nunc eſt in extrema neceſsitate, ſoluendo illi, faciet ſatis & eleemoſynę & iuſtitiæ præcepto: & eadem ratione cùm in quadrageſima tenetur ex prẽcepto pontificio ieiunare, vel cùm pontifex ex cauſa rationabili iniungit infra annum ieiunium aliqua feria. 6. in qua quis ratione voti etiam ieiunare tenetur: ieiunãdo faciet ſatis vtriq; prẽcepto. Secũda ratio eſt, quia cõſtat licitum eſſe audienti miſſam præceptam, aſſumere quãcunquè deuotionem votiuam ad habendam mentem Deo vacantem tempore ſacrificij: & nihilominùs præcepto de audienda miſſa ſatiſfacere, ergo eadem ratione recitando ibi horam canonicam, faciet ſatis vtriquè prẽcepto, cùm tantam attentionem habeat circa orationẽ votiuam, quãtam circa horam canonicam. Tertia & potiſsima ratio eſt, quia ſi dum audit miſſam habeat attentionem ad miſericordiam Dei, qua voluit nos redimere, facit ſatis prẽcepto de audienda miſſa, quia nõ poteſt illic meliorem attentionem habere, maximè ſi latinum ſermonem ignorat, ergo eadem ratione ſi ibi recitet horas canonicas, faciet ſatis vtriq; prẽcepto, cùm ſoluere vocaliter horas canonicas non plus minuat attentionẽ quàm attẽdere ad Dei miſericordiã: & precipuè hoc habet verum, quia licèt teneamur tam horas quàm miſſam exoluere attentè, non tamẽ inuenitur præceptum, quòd duabus attentionibus nec duobus tẽporibus exoluere teneamur, propterea quòd ſub vnica attentione & ſub eodem tempore exolui poſſunt. Idem eſt dicendum de orationibus iniunctis in pœnitentia & debitis ex voto, vtrẽquè enim perſolui poſſunt audiendo miſſam.

Caieta. *Soto.* *Cano.*

¶ Annotare hîc oportet, quòd ſeculares habentes pontificum diplomata, per quod ſibi liceat tempore interdicti miſſam audire: teneri in diebus feſtis tempore iſto interdicto eam audire. Nec obſtat ratio, quam faciunt habentes oppoſitam ſententiam: quia ſi tenerẽtur, verteretur eis in incommodum illud priuilegium, cùm tempore interdicti non habentes priuilegia non cogantur audire miſſam, cogantur autem priuiligiati: non, inquàm, obſtat quoniam præceptum audiendæ miſſæ obligat omnes commodè potẽtes audire: & priuilegium deſe non obligat, ſed ſolùm facit homi-

Notabil.

nem potentem audire. Quocirca habentes diplomata: tempore interdicti obligantur hoc præcepto de audienda missa.

Notabil. ¶ Annotandum est hîc postremò, quòd sunt multi qui excusantur legitimo impedimento à præcepto audiẽdi missam, vt sunt infirmi,& qui eis ministrant, & qui inimicitias gerit, si timet hostẽ sibi dari obuium. Viduæ etiã, vbi mos est maritis mortuis, quòd per certum tempus nõ exeant. Excusantur quoquè puellæ nobiles, vbi mos est, quòd propter honestatem sint clausæ,& non prodeant in publicum, nisi eas ad choreas & tauros ducant. Item excusatur vxor quæ à marito propter zelotypiam prohibetur, Excusantur insuper itinerantes, si ob missam audiendam societatem ne cessariam vel vtilem amitterent, ita habet Siluester in verbo, Mi-

Siluest. ssa.2.§.2. Serui verò si à suis dominis ob aliqua negotia gerenda prohibeantur missam audire, excusantur. Ipsi tamen domini sibi videant, an ex iusta, vel illegitima causa illos impediant Mulieres etiã pauperculæ, non habentes vnde decenter vestiantur, & quæ exeuntes ad missam sic deriderẽtur :& breuiter, quoties quis missam dimittit propter aliquod, quod rationabile iudicatur secundùm rectum iudicium, remoto contemptu, excusatur à mortali: vt sunt custodes portarum, rerum, domus, & huiusmodi qui libenter irent ad missam, nisi prædicta obstarent. Excusaretur quoquè sacerdos quando missam audire nequit, nisi ipse solus celebret: nõ enim consulerem, illum absquè ministro posse celebrare [quanuis quidam oppositum affirment] nisi ex summi pontificis dispensatione. Imò etiam si adesset fœmina quæ adiuuaret, eò quòd in concilio Magunti. c. Inhibendũ. de cohabi. cleric.& mulierum, prohi-

Cõ. Ma. bitum est hoc ministerij munus fœminis,& accedere ad altare,& tangere vasa sacra, & sacratas pallas. c. Sacratas. 23. dis. quanuis

Caie. Caie. dicat quòd post primam lotionem possunt tangere. Similiter inhibitum est fœminis incensum circa altare deferre. deconse. dis. 1. c. Vestimenta. Imò etiam si sit monialis, non poterit ista facere. Ex priuilegio tamen Sixti. 4 possunt moniales lauare corporalia, dummodo sint priùs lota à fratribus.

De defectibus qui possunt occurrere in missa.

XXXVIII. DIFFICVLTAS.

Vtrùm possit sufficienter occurri defectibus circa celebrationem huius sacramenti occurrentibus, statuta ecclesiæ seruando.

Pro hu

PRo huius difficultatis elucidatione annotare oportet, deffectus in missa posse contigere ãte cõsecrationẽ vel post cõsecratiõẽ vel in ipsa cõsecratione. Ante cõsecrationẽ possunt esse defectus si nõ ministretur debita materia: puta si loco vini ministraretur aqua. Vnde, ponimus q̃ sacerdos vel minister q̃ seruit & ministrat sibi in missa, posuit in calice aquam credẽs esse vinũ albũ: qd tunc debet facere sacerdos? Ad hoc est conclusio prima, q̃ si sacerdos percipit istum errorem ante consecrationem, debet aquã eijcere, & miscere vinum cum aqua: & sic peragere misteriũ suum. 1. Con.

¶ Secunda cõclusio. Si aduertit post consecrationẽ corporis, ãte q̃; sumat ipsum corpus: debet deposita aq̃, apponere vinũ cũ aqua in calice, & reincipere ab illo loco, Simili modo &c. & ,pse qui vs q̃; infinẽ. Si autẽ percipit post sumptionẽ corporis, est 3. con. q̃ debet administrare vnam hostiam non consecratam, & ibi apponere vinum cum aqua in calice, & reincipere à principio canonis secũ dùm quosdam. Credo tamen quòd sufficeret reincipere ab illo loco, Quam oblationem. Et in fine debet etiam sumere hanc hostiam consecratam & sanguinem, non obstante quòd priùs sumpserit aquam, quæ loco vini fuit posita in calice: ac proinde non est ieiunus, quia præceptum de perfectione sacramenti, ideſt q̃ celebrans semper consecret sub traq; specie: scilicet panis & vini, fortius est, quàm preceptum q̃ sumatur à ieiuno, cùm illud respiciat essentiam sacramenti, & istud eius vsum. 2. Con. 3. Con

¶ Notato tamen, q̃ licèt vbi homo priuatim coram vno vel duobus celebrat, consultiùs sit opinionem D. Thomæ seruare, nempe quòd reincipiatur ab illo loco cum signis & verbis, tamen vbi in publico, & prefertim coram aliquo magnate celebraretur, ad euitandum scandalum ac turbationem populi, fortè non esset absurdum quod dicit Scotus in. 4. dis. 8. q. 3. nempe quod sacerdos secretò fingens lotionem sumere, vinum tunc infunderet, & consecraret, & sumeret statim ad scandalum euitandum. Quid si ille qui ministrat vinum, non apposuit ibi aquã in calice? Ad hoc est. 4. cõclusio in ordine, q̃ si sacerdos percipit hoc ante consecrationem sanguinis, debet ponere aquam in calice, & consecrare. Si verò p cipit post cõsecrationem sanguinis, debet ,pcedere in missa, quia appositio aquæ non est de necessitate sacramenti, vt dictum est suprà: debet tamen confiteri de negligentia, & conteri post finitam missam. Est enim negligentia illa rea pœnę. Notabil. Di. Tho. Scotus. 4. Con.

¶ Secũdus defectus est. Si quis sacerdos aduertat venenum mis
sum esse in calice, vel aranea, vel muscam ibi incidisse, sit prima
1. Con. conclusio, ꝙ quantùm ad venenum, vel araneam nõ debet sume
re, ne calix vitæ in mortem cedat. Sed sanguis iste debet diligen
ter seruari cum reliquijs in aliquo vase mundo & apto cum aliq̃
scriptura notificante ibi esse sanguinem Christi, & nõ sumatur ab
aliquo: quia speciebus illis est admixtum venenum. Si autem sa-
cerdos nondum sumpserit corpus Christi, debet ponere aliud vi-
nũ in calice cũ aq̃ & reincipere ab illo loco, Simili modo. Si verò
iã sumpserit corpus Xp̃i: debet apponere aliã hostiã nõ cõsecratã
[vt dictum est ĩ priori casu] & debet calicẽ diligẽter lauare, & ap
ponere vinũ, & reincipere ab illo loco, Quã oblationẽ &c. In hoc
tamen casu crediderim satis esse vinum tũc iterum consecrare, &
statim sumere: quia vbi erat venenũ erat legitima consecratio san
guinis. Quocircà verba & cruces non opus erat repetere, cùm le
gitimè fuerint facta: vbi verò est mera aqua, vt in priori casu, nun-
quàm fuit sanguis cum corpore, quare nõ legitimè fuerunt facta.
Vnde, reincipiendum est à principio canonis, vel saltem ab illo
loco, Quam oblationem, nisi forsan propter maximum scãdalum,
2. Conc. vt illic diximus. Quantùm ad muscam sit secunda cõclusio, quòd
propter muscam non debet dimittere quin sumat sanguinem, & si
non timet vomitum deglutiat illam cum sanguine ad excusan-
das illas cęremonias: non tamen credo quòd illam transglutire te
neatur, etiam si vomitum non timeat. Quòd si non transglutiat,
debet musca illa capi, & diligẽter lauari, post comburi, & cinis in
piscinam mitti, & lotio debet sumi. Idem est dicendum de ara-
nea, scilicet quòd debet comburi, & cinis mitti in piscinam sacra
rij. Tertius defectus. Si contingat quòd calix cadat, & sanguis fũ
datur, quid agendum est? Ad hoc respõdetur ex quoddam decre
Papa Pi. to Pij papæ, quòd si per negligentiam aliquid stillauerit in tabulã
vel in terram, lingua lambat, & radat tabula, ac in igne consuma
tur, ciniſq; intra altare recondatur: tametsi commodior vsus est,
vt proijciatur in piscinam: sacerdos demum quadraginta dies pœ
niteat. Si autẽ super altare stillauerit calix, sorbeat minister, & tri
bus diebus pœniteat. Si super linteum altaris & ad aliud stilla per
uenerit, decem diebus pœniteat. Si vsq; ad tertium, nouẽ diebus
pœniteat. Si vsq; ad quartum, viginti diebus pœniteat, & linteami
na quæ stilla tetigerit, tribus vicibus lauet minister calice subtus
posito, & aqua ablutionis sumatur, & iuxta altare recõdat. Posset

etiam

etiam ſumi in potum à miniſtro, niſi propter abominationem dimitteretur. Et pars illa linteaminum ſuper quam effuſus eſt ſanguis, comburatur, & cineres in altari vel ſacrario recõdantur. De hac materia, & de pœnitentia quam debet ſacerdos effundens ſãguinem facere, multa ſunt ſcripta de conſecratione. dis. 2. c. Si p negligẽtiam. &. c. Siquis per ebrietatem. Vbi dicitur, Si quis per ebrietatem, vel voracitatem Euchariſtiam euomuerit, quadraginta dies pœniteat, ſi laicus eſt: clerici, ſeu monachi, ſeu diaconi & preſbyteri ſeptuaginta diebus pœniteat, epiſcopus nonaginta. Si autem infirmitatis cauſa euomuerit, ſeptẽ diebus pœniteat. Qui non bene cuſtodierit ſacramentum, & mus vel aliquod aliud animal comederit, quadraginta diebus pœniteat.

¶ Quartus defectus. Si aliquis ſacerdos induat ſe ad celebrandũ, & vbi proceſsit ad miſſam, reminiſcitur ſe aliquod peccatũ mortale cõmiſiſſe de quo nõ eſt cõfeſſus, vel recolit ſe fuiſſe excõmunicatum: tunc ſit prima cõ. q̃ ſi in memoriam venit poſt conſecra 1. Con.
tionem, debet miſſam conficere, & ſacramentum perficere: & tũc illic pœnitere de peccato cum proprofito confitendi & ſatiſfacien
di, ac proinde dignè ſuſciperet: ſi verò recolit ante conſecrationẽ, eſt ſecunda con. quòd ſi non poſſet dimittere miſſam abſquè gra- 2. Con
ui ſcandalo, ſufficit quòd doleat, & pœniteat, ac cõteratur de peccato ſuo, & proponat confiteri quàm primum ſe opportunitas obtulerit: & ſic conſecret in nomine Domini, quia in huiuſmodi caſibus ſummus ſacerdos: ſcilicet Chriſtus abſoluet eũ. Tutiùs tamen, & meritò, reputat. S. Tho. 3. p. q. 83. ar. 6. ad 2. maximè in ca S. Tho.
ſu excommunicationis, & dum ieiunium fregerat, miſſam inceptam deſerere, niſi grande ſcandalum timeretur, nam poſſet fingere ſe eſſe infirmum, vel habere aliquam neceſſariam ac legitimam cauſam. Imò etiam ſi tale ſcandalum ſequeretur, ſi illa culpa adeò illi cordi inhęreat, vt pœnitere nolit, potiùs debet dare illud ſcandalum, quàm ſumere ſacramentum in peccato, quia ſic illud eſt intrinſecè malum, vt nulla de cauſa excuſari poſsit, & poſtquam in ſua eſt poteſtate pœnitere, ſi eum non pœniteat, neceſſariò peccabit: tam ſumendo, quàm relinquendo ſacramentum.

¶ Quintus defectus eſt. Si ſacerdos non habeat memoriam, an verba conſecrationis dixerit, vel etiam alia quę in celebratione ſacramenti dicuntur, ſit prima con. quòd ſi probabiliter ei conſtet 1 Con.
ſe aliquid de verbis quę non ſunt de eſſentia ſacramenti omiſiſſe, non ideo exiſtimo quòd debeat reſumere, ſed conſilium eſt pro

2 Con. cedere,& non iterum resumere. Si verò sint de essentia,est 2. cõ
cluſio,quòd ſi certificetur,vel etiã ſi tantùm habeat conſcientiam
probabilem ſe aliqua verba:nempe formam cõſecrationis omiſiſ
ſe,debet totum tunc repetere,& reſumere à forma conſecratio-
nis,& cętera per ordinem reiterare,ne mutetur ordo ſacrificij.
Notabil. Sed nota,quòd non ſufficit quicunq; ſcrupulus ad reſumendum,
& ideo dixi in concluſione, Si certificetur, vel ſaltem habeat p
babilem conſcientiam de omiſsione huiuſmodi verborum.

¶ Sextus defectus. Si contingat quòd propter frigus ſanguis cõ
Conclu. geletur in calice,tunc ſit con. quòd ſacerdos debet tantùm anhe-
lare in calicem,quòd liquefiat. Credo tamen quòd tutius eſt, vt
calix inuolueretur in pãnis calidis,& ſi non proficeret, ponatur in
aqua calida ac feruenti, cauendo ne aqua ſubintret.

¶ Septimus defectus. Si contingat quòd ſacerdos quando dicit
miſſam,moriatur vel percutiatur aliqua infirmitate, ita quòd non
1. Con. poſsit finire miſſam,tunc ſit prima con. quòd ſi ſacerdos moriatur,
vel mente alienetur, vel alia cauſa ſufficienti impediatur ãte ince
ptionem canonis,vel ſi poſt inceptionem canonis ante cõſecratio
nem,non oportet quòd per alium ſacerdotem ſuppleatur. Tutius
tamen eſt, ſi ſacerdos alius reperiatur ieiunus, ſuppleat illum
defectum: & ſi ſcitur vbi dimiſit,ibi incipiatur:quòd ſi ignoratur,
incipiatur àprincipio canonis. Quòd ſi defecit poſtquam incepit
conſecrare hoſtiam,& non finiuit formam conſecrationis,incipiã
tur ibi,Qui pridie,ſiue ſit ieiunus ſiue non,quando nõ adeſt ſacer-
2. Con. dos ieiunus. Secunda concluſio Si ſacerdos deficiat poſt conſe-
crationem corporis ſolius,vel corporis & ſanguinis ante ſumptio
nem,alius ſacerdos debet ſupplere illud quod remanet, & ſuſci-
pere ſacramentum. Idem eſt faciendum ſi moriatur poſtquam ſũ
pſerit corpus:& non ſumat ſanguinẽ,nam alius ſacerdos debet in
iſto caſu ſumere ſanguinem,& perficere officium miſſę. Et ſi nul-
lus poſſet haberi ſacerdos ieiunus, poſſet illequi non eſt ieiunus
perficere ſacramentum,& ſumere,quia preſtantius eſt preceptum
vt ſacramentum perficiatur, quàm prohibitionis pręceptũ nequis
non ieiunus ſumat:& ſi ſacerdos haberi non poſſet,nõ ideo poſſet
ſumere laicus qui paratus eſſet ad communionem,quia laicum in
primis ſanguinem ſumere nefas eſt,ſed nequè hoſtiam ſumere de
bet,quia laico non licet ſacramentum perficere,ſed eſſet hoſtia re
ſeruanda in pixide, & potiùs eſſet ſubeundum periculum, quòd
ſpecies in acetũ corrũperentᵉ,q; laico liceat miniſtrare calicem.

¶ Octa-

¶ Octauus defectus est. Si contingat quòd sacerdos tãto tempore reseruauit sacramentum sine renouatione, quòd iam sint putre factę & corruptæ illę species sacramentales, tunc dico quòd in ista materia habendum est pro regula generali, quòd tandiu manet sub istis speciebus corpus & sanguis CHRISTI, quandiu sub ipsis maneret substantia panis & vini ante consecrationẽ: & tam cito corpus & sanguis desinunt esse sub istis speciebus, quàmcito desineret ibi esse substantia panis & vini. Quocircà, si illę species venirent in tantam corruptionem, quòd substantia vel apparentia panis & vini sub eis non maneret, neq; ibi iam posset manere, non est corpus neq; sanguis Christi. Vnde, sit prima cõclusio, quòd nõ deberent sumi vt consecratæ, sed sacerdos postquã in missa sumpsit corpus Christi, sumat eas reuerenter, sed non vt consecratas. Si autem nõ venerint ad tantam corruptionem, quin sub ipsis posset manere substantia panis & vini, est secunda conclusio, quòd debent sumi vt consecratæ. 1. Con. 2. Con.

¶ Sed quid si ex illis speciebus corruptis sint vermes generati, quid debet fieri ex illis vermibus? Ad hoc sit cõclusio, quòd debent comburi, & cineres intra altare recondi, sacerdos verò, cuius negligentia hoc accidit, debet grauiter puniri, idcirco sacerdos caueat, ne nimis longo tempore reseruet Eucharistiam, & quòd non seruet eam in loco nimis humido, ita quòd illæ species possint facile corrumpi. Hęc de Eucharistiæ sacramento dicta sufficiant. Dubium Conclu.

DE SACRAMENTO POENITENTIÆ



Vemadmodum homo de per se nõ tã tum generatione atquè augmento ad vitæ corporalis esse, & nutrimento ad eius conseruationem indiget, verùm etiam medicamento in eius infirmitate: pari modo ad esse vitæ spiritualis homo non solùm Baptismo per quem spiritualis vitæ acquiritur generatio: & Confirmatione per quam spirituale habetur augmentum: atquè Eucharistia quę nutrimentum est spirituale: sed etiam Pœnitentia in spirituali infirmitate quæ peccato est acquisita, indiget. Est enim tabula secunda post naufragium Pœnitentia. Nam sicut primum remedium est nauigantibus nauem seruare integram: vbi verò frangitur, est secundum tabulæ adherere, ita transeuntibus per huius vitæ mare, remedium primum est se à peccato in Baptismi naui immunem seruare: amittenti verò integritatem per peccatum, secundum remedium est tabulæ huic adhærere, quam diuina maiestas prouidit, vt per eam homo à Deo per peccatum elongatus, ad ipsum appropinquaret. Hinc est, ꝙ saluator veniens in hunc mũdum, tanquam bonus medicus ægrotis consulens, dicit, Pœnitentiam agite. Agite, inquam, quia medicina est ad sanãdum morbũ, ac veluti clauis ad reserandum cœlum. Actor enim pœnitentiæ sanitatem vulnerum cordis, & regni cœlestis apertionem consequitur. Et cùm iam sit dictum de sacramentis quæ producunt, promouent, & cõseruãt hominem in spirituali esse: vt Baptismus, Cõfirmatio, ac Eucharistiæ sacramentum, superest nunc dicere de Pœnitentiæ sacramento, quæ si homo cadit, facit vt resurgat. Tractaturi itaquè de Pœnitentia, primò dicemus de ipsa in generali: deinde in speciali, & quatenus est virtus: posteà verò quatenus sacramentum: ac postremò de qualibet parte Pœnitentiæ agam in particulari: de cõtritione scilicet, confessione, & satisfactione. Et vt nobis fiant cætera peruia, exordiũ à diffinitione sumere opùs est, nempe

nempe dicere quid sit Pœnitentia,& vnde dicatur. Ad quod sit.

PRIMA DIFFICVLTAS.

Vtrùm Pœnitentia sit dolor de peccatis, quia contra Deum fuere commissa.

PRo huius difficultatis explicatione primò annotare oportet, quòd quãuis alij dicant congruentiùs esse incipere à Pœnitentia quatenus est sacramentum, pro eo quòd tractatus præsens sit de sacramento, nihilominùs mihi congruentior ordo visus fuit quẽ sequutus est Durãdus, incipiendũ esse à Pœnitentia quatenus virtus, quia actus interior exteriorem præcedit. *Nota. 1.* *Duran.*

¶ Est etiam notandum, quòd in hac materia diuersi doctores, diuersas diffinitiões Pœnitẽtiæ assignãt. Ambrosi. enim sic diffinit, Est præterita peccata plangere, & plagenda iterum nõ committere. Augustinus verò sic, Pœnitentia est quędam doloris vindicta, puniens in se quod se dolet cõmisisse. Et dicitur Pœnitentia à pœna. æ. & teneo. es. quasi pœnæ tentio: inquantũ scilicet Pœnitẽs per pœnã quã sustinet, punit se propter illicita quę commisit. Ex hac Augustini diffinitione colligitur conclusio ad difficultatem responsiua, nẽpe quòd Pœnitentia est dolor, nõ quicunq;, sed dolor spontaneus pro peccatis assumptus, vt sit vindicta culparũ volũtaria. Nec solùm vindicta satisfactoria, sed etiam amica & salutaris: quòd enim debeat esse satisfactoria, patet, quia nõ satis est à malo cessare, nisi quam iniuriam intuleris, satisfactione repẽses. Colligitur etiam ex ijs diffinitionibus, quòd non sufficit ad verã Pœnitẽtiã dolor de peccatis prẽteritis, & detestatio veteris vitæ: sed etiam propositũ firmum deinceps vitandi futura, ac vitæ nouæ inceptio. Nemo enim mentẽ in melius mutat, nisi & malè acta detestet, neq; detestari quis prẽterita potest, nisi meliora proponat. Ita habet Magister sen. dis. 14. & 15. in 4. Et Albertus eadem dis. Durandus in. 4. dis. 17. q. 2 ar. 2. Caietanus quoq; in additionibus. 3. partis. q. 1. ar. 1. habet insuper D. Tho. in. 3 p. q. 85. ar. 3. & in. 3. li contra gentes. c. 15. & in. 4. li. c. 72. Probatur etiam ex sacris literis: nã ista duo requiri D. Paulus ad Ephes. c. 4. insinuat, cùm ait, Deponite veterẽ hominem. &c. &, Induite nouum hominem. Et Gene. 6. dicitur, quòd pœnituit eum hominẽ fecisse, prę cauens *Nota. 2.* *Ambro.* *Augusti.* *Concl.* *Mag. sẽ.* *Alber.* *Duran.* *Caie.* *D. Tho.* *Ephes 4.* *Gene. 6.*

cauens in futurum: non ergo satis est, hominem veterem exuere,
Psal. 50. nisi nouus homo induatur. Dauid quoq; in Psal. 50. postquàm petijt pœnitentiam, inquiens, Quoniam iniquitatem meam ego cognosco &c. Cor mundum, ait, crea in me, Deus: & spiritum rectũ
Cõ. Tri. innoua in visceribus meis. Id q; nunc in concilio Trid. sessione.
Cõ. Flo. 6. c. 5. & 6. diffinitur, & ãteà in cõcilio Floren. fuerat declaratum.
Cano. Hoc idẽ probat diffusissimè Magister Cano in priori parte suæ
Nota. 3. relectionis de pœnitentia. Notare etiam hîc oportet, ad verã pœnitentiam, & remissionem mortalium, non satis esse habere propositum abstinendi ab aliquibus mortalibus, sed requiritur quòd proponat ab omnibus & singulis se abstinere: cùm existens in gratia, possit vitare omnia & singula mortalia. Ita D. Tho. in. 3. p. q.
Di. Tho. 87. ar. 1. ad. 1. Ratio est, quia si habet propositum non abstinendi ab aliquo mortali peccato, iam est in mortali: quia illud propositum est mortale.

II. DIFFICVLTAS.

Vtrùm Pœnitentia sit virtus.

Cõ. vni. DIfficultati huic vnica conclusione respondetur affirmatiua. Conclusio hæc non vt cunq; est vera, sed catholica fides, & semper apud catholicos indubitata. Et ꝓbatur inprimis ex sacris literis. Habetur enim
Baru. 2. Baruch. 2. Anima quæ tristis est super magnitudine
Lucæ. 6. mali, & incedit curua & infirma, & oculi deficiẽtes, & anima esuriens, dat tibi gloriã & iustitiã, Dñe. Et Lucæ. 6. Beati qui nũc fletis
2. Cor. 7 quia ridebitis. Et. 2. ad cor. 7. Gaudeo, non quia contristati estis, sed quia contristati estis ad pœnitentiã. Contristati enim estis secundũ Deum: quę enim secundũ Deum tristitia est, pœnitentiam in salutẽ stabilẽ operatur: vnde hęc tristitia nõ de incommodis &
iacturis secularibus propter nimium eorũ affectum sumenda est,
Psal. 6 sed de offẽsa Dei esse debet, & cum rationis moderamine. Dauid insuper Psal. 6. Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectũ meum: lachrymis meis stratũ meũ rigabo. Ecce quo modo propheta sanctus laborat, gemit, lachrymaꝝ in lecto, & per singulas noctes, & non ob qđcunq; incommodũ, sed ob vnam noctem quam in iniquitate contraxerat: ob id enim vitæ totius labo
rem, gemitum, lachrymas q; designat. Ac demum patet ex illo Io

hel

hel. 2. Cõuertimini ad me in fletu & plantu. Prętereà, Virtus, ait Philoſophus, eſt quę bonum facit habentem, & eius opus bonũ. At verò per pœnitentiam homo ex iniuſto fit apud Deum iuſtus, iuxta illud Ezechiel. 18. Si impius egerit pœnitẽtiã, vita viuet: eſt ergo pœnitentia virtus. Probatur quoq; concluſio rationibus. Prima, quia hominẽ, in quẽ peccamus iniuſtè, placare virtus eſt. Deo ergo, quem offendimus, ſatiſfacere virtus eſt. Secũda, quia zelus ille quo quis aliena peccata execratur, & officium iudicis quo in malefactores animaduertit, virtus eſt. multò ergo magis ille quo qs ſua ſponte propria peccata abominatur & vlciſcitur, vt conſequatur ſalutem. Tertia, nam finis pœnitẽtis bonus & honeſtus ac rectæ rationi conformis eſt, cùm habeat pro fine ſumere vindictam ſui, eligatq; ſcelera propria vindicare, ac Deum placare, & ſibi eum reconciliare, morboq; ſpirituali mederi. Mediũ igitur, videlicet pœnitentiam quam pro peccatis accipimus, bonum & honeſtum eſſe, ac exconſequenti virtutem, neceſſum eſt. Nequè exiſtimes bonam eſſe pœnitentiam, quia iuſſam, [vt ieiunium, quia iure poſitiuo iuſſum eſt] ſed quia ſuapte natura bonam. Nec obſtat huic concluſioni, quòd non poſſumus hanc virtutem habere, niſi ante peccauerimus. Nam ſunt quędam virtutes ad tuendam bonam valitudinem animi: & eſt virtus ad eam reparandam, ſi quãdo fuerit amiſſa. Virtus nanquè medicæ artis morbum in ſubiecto ſupponit, cui debet applicari. Sicut enim, ſi omnes eſſent ſani, non eſſet ars medicinæ: ita ſi natura eſſet ſana, vt in ſtatu naturæ integræ & innocentiæ erat, non eſſet virtus pœnitẽtiæ. Et ſicut vindicatio ſceleris alieni ſupponit vitiũ ĩ alio: ſic vindicatio ſceleris proprij ſupponit vitiũ propriũ. Atq; ob id, virtus hæc in Xp̃o non fuit: ſicut neq; fides, aut ſpes: quoniam hæ virtutes imperfectionem in ſubiecto denotant, cui adhærent, nequè in angelis, non ſolùm in bonis qui nullum habuerunt peccatum, ſed nequè in malis, quia eius peccatum eſt irremiſsibile. Non obſtat etiam cõcluſioni noſtræ id quod obijcitur, quia nullũ aliorum ſacramentorum eſt virtus. Nam materia aliorũ ſacramentorum non ſunt actus ſuſcipientis, ſed illa quæ à miniſtro applicatur, vt in Baptiſmo aqua, & in Cõfirmatione chriſma. Materia verò ſacramẽti pœnitentiæ ſunt actus ſuſcipiẽtis, vt cõtritio, confeſſio, & ſatiſfactio, vt inferiùs videbimus: & hęc materia virtus eſt.

Iobel. 2.

Eze. 18.

III. DIFFICVLTAS.

Vtrùm

Vtrùm pœnitentia sit specialis virtus.

1. Con. PRiusquàm directè huic difficultati respõdeam, tres conclusiones sunt præmittendæ, quarum prima sit. Dolere de peccatis ad eum finem, vt languenti animo medeamur: non indiget alia virtute prætercharitatem. Probatur, nam sicut ex amore naturali, medicinam apponimus morbis corporis, ita ex charitate qua nos metipsos diligimus propter Deum, medicinam afferimus ægritudinibus animi. Vnde, quantùm ad hoc, non indigemus speciali virtute.

2. Con. ¶ Secunda conclusio. Dolere de peccatis, eò quòd contra rationem rectam facta sunt, non pertinet ad aliquam specialem virtutem. Nam cùm omnis virtus sit conformis rectæ rationi, eadem virtus sufficit: & vt placeat quicquid rationi consentaneum est, ac vt displiceat quod à recta ratione discordat. Eadem enim virtutis est ratio in prosequẽdo bonũ, & fugiendo malum, & ad vnũquanq; virtutem attinet, vt suum proprium bonum prosequatur, & suum contrarium detestetur malum. Quocircà, temperantiæ virtus satis est, vt detestemur actus intẽperantiæ: & iustitia vt in iustitiam abominemur. Adiustitiam nãquè attinet pœnitere de cõmissa iniustitia, & ad tẽperantiam de contraria intemperantia: & sic de singulis.

3. Con. ¶ Tertia conclusio'. Tristitia de peccato quatenus offensa Dei est, non requirit specialem virtutem præter charitatem. Ratio huius conclusionis est in promptu. Per eandem etenim amicitiam, bonum amicis volumus: & mala amicorum auertimus. Ita habet

D. Tho. expressè D. Tho. in 3. p. q. 85. ar. 2. ad. 1. Et in his tribus conclusionibus conuenit nobiscum

Scotus. Scotus in. 4. distinc. 14. q. 2. Est

4. Con iam quarta concl. addifficultatẽ respõsiua. Quãdo tristitia est de culpa eo fine, vt compensetur offensa commissa aduersus Deum cum emendationis proposito, exigit propriam, specialemq; virtutem. Probatur, nam non respicit pœnitentia singularem rationẽ peccati in aliqua singulari materia, quia sic [vt diximus in. 2. cõ.] sufficerent virtutes singulæ particulares, sed respicit generalem rationem peccati quatenus Dei offensa, & sub ratione emendabilis propter Dei amicitiam, & ad hoc non sufficiunt reliquæ morales virtutes: tum, quòd illæ non attingunt Deum pro immediato fine: tum etiam, quòd non habent castigare malũ vniuersum, emẽdando

dando vitam in omni genere virtutum, ſed hoc proprium eſt pœnitentiæ. Concluſio hęc eſt contra Scotũ in loco allegato. Et probatur adhuc efficaci ratione: quia idem actus propter diuerſa motiua quę habet illũ eliciens, ſpectat ad diuerſas virtutes. Si enim quis det Petro vt releuet eius miſeriã, pertinet ille actus ad virtutem miſericordiæ. Si autẽ det illi vt benefaciat ei, quia eſt ſuus amicus, pertinet ad amicitiam. At verò triſtari de peccato, vt vindicet quis delictum contra Deum commiſſum, & recompenſationem faciat, habet ſpeciale motiuum & finem, quod non pertinet ad aliam virtutem niſi ad pœnitentiam. Accedit & alia non infima ratio, quòd nole pœnitere eſt ſingulare peccatum, quod nõ appareret cui nam virtuti ſit contrarium, niſi ſpeciali virtuti pœnitentiæ. Nec obſtat huic noſtræ concluſioni quòd philoſophi non poſuerunt ſpecialem virtutem pœnitentiæ. Nam ſi non poſuerunt, illud fuit ex duplici ratione. Primò, quia non conſiderauerunt virtutes niſi in ordine ad bonum humanum: pœnitentia autem non eſt virtus ſpecialis niſi in ordine ad diuinã prouidẽtiam, inquantùm per illam reconciliamur Deo, & à nobis ſeparamus pœnam æternam. Secundò, quia finis huius virtutis ſuperat omnem hominis rationem. Quòd enim Deus concilietur, eiuſq; offenſa compenſetur per pœnas voluntariè ſumptas: ratio naturalis non aſſequitur. Solùm fideles qui lumen fidei habent, intelligunt clementiã Dei patris pœnitẽdo poſſe placari: & indulgẽtiã peccatorũ cõparari, fieriq; poſſe pœnitẽdo cõpẽſationẽ iniurię Deo factę: ac morbos omnes animi aboleri. De hac re egregiè agit D. Tho. in. 4. dis. 14. q. 1. ar. 1. q. 3. ad 4. Ex õnibus his iam eſt manifeſtũ, pœnitẽtiã ſpeciale virtutẽ à cæteris virtutibus quas philoſophi cognouerũt, eſſe diſtinctam: quæ quidem virtus non ad religionis virtutem pertinet, vt Caietanus ſentit in commen. 3. p. q. 85. ar. 2. tum, quia eſt cõtra D. Tho. in. 4. dis. 14. q. 1. ar 1. quæſtiũcula. 4. & dis. 15 q 4. ar. 7. ad. 2. vbi expreſſè ait, pœnitentiam diſtingui à latria, qui eſt actus religionis: tum, quia religio, vt idem Sanctus Thomas ait. 22. q. 81. ar. 3. eſt virtus qua propriè exhibemus reuerentiam Deo, inquantùm eſt primum creationis & gubernationis rerum principium, & hoc habet pro fine reddere honorem Deo & cultum. At verò pœnitentia non habet hoc proprium, quod eſt exhibere reuerentiam Deo, ſed proximus finis pœnitentiæ eſt Deum offenſum placare, eiuſq; caſtigare offenſam, emendando vitam & compenſando iniuriam ei factam. Quo fit, vt licet compenſare

Di. Tho. *Caie.* *Di. Tho.* *Idẽ D. T*

sare hanc iniuriam Deo factam spectet ad iustitiam, non tamẽ simpliciter acceptam, sed ad iustitiam commutatiuam acceptam secundũ quid: qualis inter Deum & homines esse potest. Nõ enim reddit pœnitens per pœnitentiam æqualẽ Deo simpliciter, sed secundùm quòd potest. Sufficit nanquè quòd penitens faciat quantùm rationabiliter potest. Rationabiliter, inquàm, nam si quis excederet rationis normam, vt si tantùm se ploratu aut inedia maceraret, vt se occideret, non solùm non esset virtus, sed vitium. De hac iustitia habetur Ezechi. 18. Si autem impius egerit pœnitentiam, & fecerit iudicium & iustitiam &c. Et Psal. 118. Feci iudicium & iustitiam. Et ad Rom. 6. Sicut exhibuistis membra vestra seruire iniquitati: ita nunc exhibete seruire iustitiæ. Quòdautem non sit iustitia simpliciter inter Deum & homines, tenet Di. Thomas in 3. p. q. 85. ar. 3. & ratio illius est, quia inter Deum & hominem non potest constitui perfecta æqualitas propter Dei excellentiam, & ea quæ constituitur, est ex acceptatione ipsius Dei. Bifariam nanquè dicitur iustum, vt autor est Philosophus. 5. Ethicho. scilicet simpliciter, quale est inter æquales, eò quòd iustitia est æqualitas quædam, & secundùm quid inter eos qui non sunt simpliciter æquales, sed vnus est sub potestate alterius: & tale est iustum inter Dominum & seruum, virum & vxorem, patrem & filium. Ex prædictis apertè constat falsitas opinionis Durandi, asserentis pœnitentiam non esse specialem virtutẽ, sed ipsammet virtutem iustitiæ. Cùm enim iustitia dicat æqualitatem, & inter Deũ & nos non sit æqualitas, nisi secundùm quid, pœnitentia non amplectitur totam quidditatem iustitiæ. Item, quia iustitia non amplectitur totam quidditatem pœnitentię, eò quòd iustitia non habet nisi reddere æquale, non autem emendare vitam, aut reconciliare amicum. Cùm enim iudex alicuius rei peccata vindicat, nõ emendam hominis quem suspendit, intendit, sed supplicium sumere. At verò vindicta pœnitentiæ procedit ex amore filiali ad emendandam vitam.

Ezc. 18. Psal. 118 Rom. 6. Di. Tho. 5. Ethic. Duran.

IIII. DIFFICVLTAS.

Vtrùm hæc pœnitentiæ virtus sit habitus infusus.

QVędã mihi sunt iacenda fundamenta pro huius difficultatis elucidatione. Primum, aliquam virtutem esse infusam aut ex genere & natura sua, quia videlicet per actus nostros acquiri & generari non potest. Vnde, necesse est à Deo nobis supernaturaliter infunda

infundatur: vt virtutes theologicæ, nempe fides, ſpes, charitas. Aut virtus dicitur infuſa per accidẽs, quia licèt per actus noſtros naturales acquiri poſsit, miraculoſè tamẽ alicui infunditur: vt ſcientia rerum naturaliũ Adæ fuit collata: & vſus linguarũ collatus apoſtolis. Loquimur autem in præſentiarum de virtute infuſa iuxta priorem modum.

¶ Secundum fundamentum eſt, quòd non eſt alia cauſa neceſſaria ponendi habitus infuſos à Deo, niſi quia per tales virtutes diſponitur homo ad actus ſupernaturales producendos. Hoc fundamentum eſt D. Tho. in. 12. q. 51. ar. 4. & porbatur, quoniam ad actus naturales quos potentia cum Dei auxilio generali [quo cũ omnibus cauſis concurrit] producere poteſt, non eſt opùs habitu, ſcilicet virtute ſupernaturali, & ſic per accidens infunderetur ad iſtos actus eliciendos. D. Tho.

¶ Tertium fundamentum eſt. Actus pœnitentiæ quę ſufficit ad iuſtificationem [quem theologi contritionem appellant] non poteſt eſſe in homine ſine motu Dei pręueniẽtis & cõuertentis, iuxta illud Ioannis. 6. Nemo poteſt venire ad me, niſi pater qui miſit me, traxerit eum, & ſecundùm illud Tre. vltimo. Cõuerte nos, domine, ad te, & conuertemur, nec ſine actu fidei ſupernaturalis: nã ſine fide, vt ait Paul. impoſsibile eſt placere Deo, ad Hebræ. 11. & accedentem ad Deum oportet credere quia eſt, & quia remunerator eſt. Quod oſtenditur ex Auguſtino in li. de vera & falſa pœnitentia. c. 2. vbi inquit, Si fides fundamentum eſt pœnitẽtię: conſtat pœnitentiam quę ex fide non procedit inutilem eſſe. Eſt quo què teſtimonium Hiere. 31. Poſtquàm conuertiſti me, egi pœnitẽtiam: & poſtquàm oſtendiſti mihi, percuſsi femur tuũ. Oportet ergo, quòd priùs nobis per fidem oſtendat. Ioan. 6. Tre. Vlt Hebr. 11 Auguſt. Hiere. 31

¶ Sequitur rurſus ex his quartum fundamentum, nempe quòd actus pœnitentiæ qui eſt ſufficiens ad remiſsionem peccatorum, non producitur à voluntate cum ſolo concurſu & auxilio Dei generali, ſed eget auxilio ſupernaturali Dei, quo ipſe moueat voluntatẽ noſtrã ad veram pœnitentiam. Habet hoc fundamentum D. Auguſtinus de fide ad Petrum. c. 31. Firmiſsimè, inquit, tene, neminem hîc poſſe pœnitetiã agere, niſi quẽ Deus illuminauerit, & gratuita ſua miſeratione conuerterit. Et probat ex apoſtolo ad Rom. c. 2. vbi ait, Bonitas Dei ad pœnitentiam te adducit. Fuit etiam hoc determinatum contra Pelagium in quoddam Africano concilio. Idem diffiniuit Leo Papa in epiſtola. 69. Et nunc tẽ poris Auguſti. Rom. 2. Cõ. Afr. Leo. Pa.

Con Tr. poris diffiniuit concilium Trid. seſsione. 6. canone, Siquis dixerit ſine præueniente ſpiritus ſancti inſpiratione atq; eius adiutorio hominẽ pœnitere poſſe ſicut oportet, vt ei iuſtificationis gratia cõferatur: anathema ſit. Indubiè ergo tenẽdum eſt, non ſolum Deum eſſe qui iuſtificat, ſed & qui cor præparat & diſponit, iuxta illud Ezechielis. 36. Auferam ab eis cor lapideũ: dabo eis cor carneum. Aduerte tamen, quòd non mouet nos tanquam inanime corpus, ſed vt liberè ei aſſentiamur, ſi eidem inſpirationi aſſentimus credendo, ſperando, diligendo: ac ſubinde deteſtando peccata, gratiam nobis eodem inſtanti infundit. Dicit nanq; conc. Triden. ſeſsione citata cap. 6. quòd diſponuntur ad ipſam iuſtitiam, dum excitati diuina gratia & adiuti, fidem ex auditu concipientes, liberè mouentur in Deum, credentes vera eſſe quę diuinitùs reuelata & promiſſa ſunt: ita q; principaliter Deo operãte iuſtificantur, non tamen ſine ipſis diſpoſitiuè & materialiter cooperantibus per Dei auxiliũ. De hac re pulchrè tractat Di. Thomas in. 4. li. contra gentes. c. 72. Quintum fundamentũ eſt, quòd actus pœnitẽtiæ à timore ſeruili procedit ſicut à primò motu noſtri affectus ad hoc ordinato: & dicitur ordinari ad pœnitentiam, quia nõ eſt ad id ſufficiens, cùm non ſit vera contritio. Et timor iſte ſeruilis per ſe non ſufficit amititiã inter nos & Deum conglutinare, ſeruit tamen charitati inducendæ: ſicut ſeta non eſt ſatis firma, vt poſſit fruſta corij conſuere, ſed eſt accomodata ad inducẽdum filũ, & ſicut filum introductum, foras excludit ſetam, ſic charitas introducta, foras excludit timorẽ. Quòd ſi timor iſte ſit ſuppliciorum, & vt euitet pœnam ęternam, eſt bonus, quia habet finẽ honeſtũ, ſecus ſi ſit amiſsionis rerum temporalium, quia non eſt finis honeſtus, ſed vtilis & delectabilis. Et probatur quòd timor pœnarum ſit bonus: nam Dominus exhortatur ad hunc timorem pœnarum, ergo eſt bonus, ac proinde actus ab illo timore procedẽs, erit bonus: antecedens probatur ex illo Lucæ. 12. Nolite timere eos qui occidunt corpus: timete eum qui poſtquàm corpus occiderit, habet poteſtatem mittendi animam in gehennam ignis. Atverò metus gehennę non poteſt eſſe filialis. Habetur etiam de hoc timore. Pſal. 118. Confige timore tuo carnes meas. Et eccleſiaſtici. 1. Timor domini expellit peccatum: nã qui ſine timore eſt, non poteſt iuſtificari. Et rurſus, Initium ſapientiæ timor Domini. vbi non de timore filiali, ſed ſeruili loquebatur ſapiens, cùm filialis ſit effectus dilectionis, & ſic iam ſupponit charitatem: ſeruilis autem

Exe. 36.

Di. Tho.

Luc. 12.

Pſal. 118

Eccle. 1.

initium

initium. Tenet etiam gloſa interlinealis. Et breuiter, aſſerere hũc timorem non eſſe bonum, eſt hæreſis Lutherana condemnata nup in concilio Tridẽ. ſeſsione. 6. canone. 8. ſub his verbis. Si quis dixerit gehennæ metum, per quem ad miſericordiam Dei de peccatis dolendo confugimus, vel à peccando abſtinemus, peccatũ eſſe, aut peccatores peiores facere, anathema ſit. Nec ſolùm propter timorem pœnæ inferni, verùm & mortis & dehonorationis, & ſimilium: quę omnia ſub timore ſeruili comprehenduntur, bene agere & legem ſeruare bonum eſt. Pœnam nanq; mortis ſubiecit edẽtibus de ligno ſcientię boni & mali Deus. Nec obſtat huic noſtræ concluſioni, quia timor ſeruilis eſt extra charitatẽ: nõ enim ſequitur ergo eſt malus: quandoquidem non omnia quæ fiunt extra charitatem ſunt peccata, vt Lutherus vult, quoniam extra charitatem ſunt actus moraliter boni, licèt non ſufficiant ad gratiam comparandam, vt expreſſè aduerſus Lutheranos diffinitur in concilio Tridentino ſeſsione. 6. canone. 7. De bonitate huius timoris agit diffuſiſsimè Ioannes Echius homilia 40. de pœnitentia. Intelligendum tamen eſt hoc fundamentum, ſcilicet quòd timor ſeruilis eſt bonus, quando non induit conditionem ſeruilitatis, vt ſiquis ex metu inferni mouetur ad deteſtandum peccatum, & ad cogitandum vitam ſtudioſam, bonus eſt talis timor. Si verò quis dolet de peccatis propter pœnas inferni cum hac adiecta negatione, Si mihi non immincrent illæ pœnæ, non me pœniteret, profectò iſta conditionalis eſſet mala, & pertinẽs ad ſeruilitatem: qa ille pluris faceret pœnas illas euitare, quàm Dei offenſam: & iſte actus eſt q repugnat charitati. Dicit enim Auguſtinus cuius verba habentur de pœnitentia dis. 1. c. Si propterea, Si propterea, ait, non facis furtum, quia times ne iudiceris, iam intus in corde feciſti, & reus furti teneris, etiam ſi nihil tulifti. De qua re agit Di. Tho. 22. q. 19. ar. 4. & ibi diffuſiſsimè doctores.

Gloſa. *Con. Tri* *Con. Tr* *Aguſt.* *Di. Tho.*

¶ His iactis fundamẽtis, eſt concluſio reſponſiua ad difficultatẽ. Neceſſarius eſt habitus infuſus virtutis ad actũ Pœnitentiæ. Probatur, quoniam hac ſola ratione ponimus virtutes theologicas infuſas, non ſolùm vt ſub opinione in cap. Maiores. de Baptiſmo. relictum eſt, ſed tãquàm certiſsimum, vt nuper in ſynodo Tridẽ. ſeſsione. 6. canone. 11. aſſertum eſt: quia actus earum excedunt naturæ facultatem. Non enim poſſumus cognoſcere Deum, vt eſt finis ſupernaturalis ſine lumine ſupernaturali, ſcilicet fide. Nec poſſumus illum diligere ſuper omnia, niſi dono ſupernaturali, videli

Conclu. *Cõc. Tri*

cet charitate. Tales autem ſunt actus Pœnitentiæ, quare ad actū Pœnitentiæ, neceſſarius eſt habitus infuſus. Sunt nanq; quædam virtutes, quæ ex genere & natura ſua ſunt infuſæ, quia intrinſeca ratione ſunt ſupernaturales, vt ſunt Theologicæ, quę Deum habent pro obiecto tanquàm finem ſupernaturalem. Aliæ verò ſūt per accidens infuſæ, quę ſcilicet cùm Deum non habeant pro obiecto, poſſunt naturaliter acquiri, vt iuſtitia, & reliquæ virtutes cardinales: infunduntur tamen quandoq; à Deo ad perfectionem naturæ, vt ſcientiæ quas infudit Adæ. Pœnitentiam non ſic eſſe infuſam per accidens, intelligendum eſt, ſed ex genere ſuo, quia q̄uis non habeat Deum pro obiecto vt Theologicæ, habet tamen illum pro intrinſeco fine. Eſt enim eius ,prius actus pœnitere de peccato quatenus offenſa Dei ad eius amicitiam conciliandam, vt ſuprà dictum eſt.

Dubium. ¶ Sed dubium eſt, anſemper debeat præcedere actum Pœnitentiæ actus charitatis. Ad hoc eſt concluſio prima, quòd actus Pœ-
1. Con. nitentiæ nunquàm eſt ſine actu charitatis. Hanc concluſionem ha-
Magiſt. bet magiſter ſen. in. 4. dis. 15. c. 4. & habetur de pœnitentia. dis. 3
Di. Tho. capi. vlti. Habet etiam illam. Di. Tho. 12. q. 113. ar. 4. ad. 1. & ar.
Duran. 5. & 8. Durandus. in. 4. dis. 17. q. 1. Et probatur primò ex illo Ioā
Ioan. 3. nis. 3. Qui nō diligit, manet in morte. Deinde probatur ex illo Za-
Zacha. 1 chariæ. 1. Conuertimi ad me, & ego conuertar ad vos. Sed conuerſio ad Deum non fit niſi per actum charitatis, quia ad iuſtificationem ſola fides quę per dilectionem operatur, valet. Item, Lu-
Lucæ. 7 cę. 7. c. inquit Dominus, Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multùm. Per quod datur nobis intelligi, à redemptore dolorē & lachrymas nullas eſſe, niſi eſſent cum charitate. ¶ Secunda concluſio. In genere cauſæ formalis prior natura eſt actus charitatis quàm actus Pœnitentiæ: ideſt prærequiritur ad illā, vt eſſe animal ad eſſe hominis. Probatur hęc concluſio. Nam pœnitens deteſtatur peccatum, quia eſt offenſa Dei, ergo priùs natura amat Deum. Nam niſi quem amore proſequimur, eius mala exhorreſcere non ſolemus. Prætereà, quia id habetur diffinitum in concilio
Con. Tri- Triden. ſeſſione. 6. c. 6. Inquit enim cōcilium, Peccatores ad Pœ-
3. Con. nitentiam ſe diſponunt, incipientes diligere Deum: & propterea deteſtantur peccata.

¶ Tertia concluſio. In genere cauſę materialis ſeu diſpoſitionis, prior natura eſt actus Pœnitentiæ, ſcilicet contritio, quàm habitualis gratia & actus charitatis. Nec inconuenit in diuerſis generibus ca-

bus causarum idem esse priùs & posteriùs altero, teste Aristo. in. 2. phisicorũ. Sanitas enim est causa finalis moderati exercitij, quę ideo priùs mouet hominem ad deambulandum: sed tamen deambulatio prior est sanitate in genere causæ efficientis. Et vẽtus aperiẽs feneſtrã prior est i genere causæ efficiẽtis apertione: sed tamẽ apertio prior est in genere causæ materialis, quia nisi priùs natura aperta esset, aër non ingrederetur. Et calor vt. 8. si sit vltima dispositio in generatione ignis: in genere causæ materialis, seu dispositionis prę supponitur ad introductionẽ formæ ignis. & sic est prior forma ignis. In genere verò causæ formalis, posterior est ipsa forma: ita etiam in genere causæ formalis, prior est gratia, & actus charitatis contritione, qa dat esse contritioni formaliter. Itẽ, quia esse gratum sine gratia minimẽ esse potest. At verò contritio sequitur esse gratum: quapropter in hoc genere posterior gratia est cõtritio: sed in genere causę materialis motus ipse Pœnitẽtiæ est prior, quia nisi hominẽ pœniteret, nõ fieret gratus. Quanuis nãq; in eodem pũcto temporis Deus per auxiliũ speciale moueat liberum arbitrium, & infundat gratiam, nihilominùs motio illa est dispositio, & via ad infusionẽ gratiæ, & priùs natura in genere causæ materialis. Vnde, licèt idem omnino actus eliciatur à libero arbitrio, & simul gratia & habitu Pœnitẽtiæ, nihilominùs qua ratione procedit à libero arbitrio, est prior natura quàm gratia, & quàm habitus Pœnitentiæ, & dispositio ad vtrùmq;. Aristo.

¶ Quarta conclusio sequitur corollariè ex duabus præcedentibus, nempe quòd contritio, seu actus ille Pœnitentiæ est meritorius, & non gratiæ, sed illius gloriæ quę eidẽ gratiæ qua actus informatur, correspondet. Hanc conclusionem tenet. D. Tho. 12. q. 112 ar. 2. Et in primis, quòd sit meritoria, patet. Nam illa cõtritio est opus amici Dei, quia proficiscitur à gratia: & in eodem momẽto quo ille actus producitur, pœnitẽs est amicus Dei, & operatur propter Deum, igitur erit meritoria contritio illa. Quòd autem non sit contritio illa meritoria primæ gratiæ, patet ex Paulo dicẽte, quòd si ex merito, iam non esset gratia. Quòd verò sit meritoria gloriæ, probatur. Nam fingamus hominem post primam illam cõtritionẽ, è vita discedere. Tunc q̃ro, An isti dabit aliq̃ gloria? Quod, qa negari nõ põt, quæro rursum, An illã gloriã talis homo meruerit? Si meruit, habetur intentũ, scilicet q̃ illa cõtritio est meritoria: si non meruit, ergo adulto secluſis sacramẽtis, qbus datur gloria ex solo merito Christi, vt patet in paruulis, datur gloria absq; me 4. Con. Rom. 11

1.Cor.3. què merito proprio. Reclamante Paulo. 1. Cor. 3. Vnuſquiſquè propriam mercedem accipiet, ſecundùm ſuum laborem. Et quidem concedimus libenter, primam gratiam dari gratis: negamus tamen ex inde, primam gloriam dari ſine merito. Eadem enim contritio vt quatuor, & eſt diſpoſitio ad gratiam vt quatuor, & meritoria gloriæ vt quatuor ratione iam dicta, ſcilicet quia in genere cauſæ formalis, prior natura eſt gratia ipſa contritione.

V. DIFFICVLTAS.

Vtrùm Pœnitentiæ virtus ſit ad ſalutem & iuſtificationem neceſſaria.

Actũ. 2. PRiuſquàm ego huic difficultati reſpondeam, illud ſuppono. Quòd cùm duplex pœna ſit, altera interior hoc eſt dolor animi, altera exterior, hoc eſt afflictio corporis: duplex ex conſequenti eſt Pœnitentia, altera interior, de qua actorum. 2. c. Pœnitentiam agite, & baptizetur vnuſquiſq; veſtrum, altera verò exterior, de qua

2.Cor.7 2. ad Cor. 7. Quæ ſecũdùm Deũ triſtitia eſt, Pœnitentiam in ſalutem ſtabilem operatur.

1.Con. ¶ Et de Pœnitentia interiori eſt prima concluſio, quòd eſt neceſſarium remedium ad remiſſionem mortalium peccatorum. actorum 3. Pœnitemini, & conuertimini, vt deleantur peccata veſtra,

Actũ. 3. Eze. 18. Ezechiel. 18. Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis ſuis, vita viuet, & non morietur. Nullum enim aliud proponitur pœnitentibus remedium. Item, eccleſiaſtici. 21. Fili, peccaſti, non addas iterum, ſed de priſtinis deprecare, vt tibi dimittantur. Apocalipſi. quoq; c. 2. Memor eſto vnde excideris: & age pœnitẽtiam, & prima opera fac. Sin autem, veniam tibi cito, & mouebo candelabrũ tuũ de loco ſuo, niſi pœnitentiam egeris. Habetur etiã hæc noſtra con. nuper diffinita in concilio Triden. ſeſſione. 6. c. 14.

Ecc. 21. Apoc. 2 Cõ. Tri. 2. Con. ¶ De exteriori verò Pœnitentia eſt. 2. con. Exterior Pœnitentia eſt quoquè ad ſalutem neceſſaria. Hęc concluſio habetur expreſſè Matth. 11. Olim in cilicio, & cinere Pœnitentiam egiſſent. Probatur etiam ex apoſtolo. 2. ad Cor. 7. Nam autoritas illa, Triſtitia quæ ſecundùm Deum eſt, Pœnitentiam operatur, de exteriori intelligenda eſt. Triſtitia nanquè, quæ ſecundùm Deum eſt, Pœnitentiam, videlicet exteriorem, in ſalutem ſtabilem operatur vera enim

Math 11. 2.Cor 7

ra enim pœnitentia interior intelligi non potest quam non exteri
or consequitur. Præterea, Iohel. c. 2. Conuertimini ad me in to- *Ioh. c. 2.*
to corde vestro, in ieiunio, & fletu, & planctu. Præterea, quia de
iure naturali est, vt aliquis pœniteat de malis quę fecit : quantũ
ad hoc quòd doleat se fecisse, & doloris remediũ quærat per ali
quẽ modum, & aliqua etiam signa doloris ostendat: sicut Niniui-
tæ fecerunt. De hac Pœnitentia quę ad satisfactionẽ refertur ex
teriorem, tractat eleganter Ambro. ad virginem lapsam c. 8. Idẽ *Ambro.*
etiam elegantissimè docet Chrisosto. in epistola ad Hebræ. homi *Chrisost.*
lia. 9. Idem quoq; Cyprianus sermone. 5. de lapsis circa finẽ. Quo *Cypria.*
modo autem Pœnitẽtia sit necessaria ad salutem quatenus est sa
cramentum, infra tractabimus, quando erit sermo de Pœnitentia
vt est sacramentum.

De Pœnitentia quatenus est sacramentum.

VI. DIFFICVLTAS.

Vtrùm Pœnitentia sit sacramentum.

HVic difficultati vnica conclusione affirmatiua re- *Con. Af.*
spondetur. Hæc conclusio de fide est tenenda con-
tra Nouatianos, qui primo negarũt Pœnitentiæ sa
cramentum : sequuti sunt eos posteà Vuitcleffi- *Tho. Vu*
stæ, vt author est Thomas Vualden. in lib. de sacra
mẽtis. c. 135. Habetur hæc nostra conclusio diffinita in. c. Ad abo
lẽdam. extrà de hęreticis. vbi dicitur, Vniuersos qui de sacramẽ
to corporis & sanguinis dñi nostri, vel Baptismate, seu de pecca
torum confessione, vel reliquis ecclesiasticis sacramentis aliter
sentire, aut docere nõ metuunt, quã sacro sancta Romana eccle-
sia prędicat & obseruat, vinculo ppetui anathematis innodamus.
Habetur etiam in concilio Floren. sub Eugenio. 4. vbi Pœniten-
tia inter reliqua nouæ legis sacramenta annumeratur. In cõcilio *Con. Fl.*
quoq; Triden. sessione. 7. canone. 1. de sacramentis in genere. Ha *Cõ. Tri.*
betur insuper in. c. Firmiter. quòd Christus redẽptor noster Apo
stolis, & eorũ successoribus claues, scilicet potestatem aperiendi
regnum cœlorũ: ac proinde absoluendi à peccatis cõmisit. Quod *Mat. 16.*
cũq;, inquit, solueris &c. Matt. 16. & Ioan. 20. Quorũ remiseritis *Ioan 20.*
peccata, remittũtur eis &c. Accedit ad hoc cõsensus ecclesiæ om

nes enim fideles credunt, cùm peccata ſua ſacerdotibus confiten
tur,& ab eis abſolutionis formam percipiunt: remiſsionem pec-
catorum quoq; ſimul percipere . Igitur ſacramentum eſt, ſi quidē
peccata remittit. Sic enim diffinitur, Pœnitentia eſt ſacramentum
remiſsionis peccatorum, quę poſt Baptiſmum cōmittuntur. Vbi
proximum genus diffiniti ponitur ſacramentum,& loco differen
tiæ proprius eius effectus exprimitur, quo & à cæteris ſacramen
tis, quæ non ſunt in remiſsionem pecca torum inſtituta, diſtingui
tur,& à Baptiſmo quo originale remittitur. Item, quia eſt ſignum
ſenſibile à Deo inſtitutum in remiſsionem peccatorum: vt ex prę
dictis authoritatibus conſtat. Senſibilia in hoc ſacramēto ſunt ac-
tus pœnitentis: nēpe contritio cordis, confeſsio oris, ſatiſfactio
operis: quę quaſi materia huius ſacramenti ſunt. Neq; ait Syno-
dus quaſi inſinuans non eſſe verè materiam, ſed eò quòd nō ſunt
materia extrinſecùs appoſita, vt aqua in Baptiſmo, & chriſma in
Confirmatione. Vnde, in ſacramētis materiam habentibus extrin
ſecam, eam oportet ſicut formam ſacramenti per miniſtrum eccle
ſiæ gerentem vicem Chriſti adhiberi: ſed huius ſacramenti mate-
riam, quia actus humani ſunt ipſa materia, non miniſter, ſed pœni
tens, Deo per internam inſpirationem operante, applicat. Eſt etiā
abſolutio ſacerdotis, quę eſt forma per quā miniſter exhibet cō-
plementum ſacramenti. Ex quo colligitur contra Scotum in 4
Scotus dis. 14. q. 4. non eſſe totam eſſentiam huius ſacramenti formam,
ſcilicet abſolutionem à peccatis, quę ſe ex parte ſacerdotis tenet,
Duran. & contra Durandum dis. 16. q. 1. aſſerentem ſolam confeſsionem
eſſe materiam huius ſacramenti, cui ſcilicet ſoli forma tota adiū-
Con. Flo gitur. Habetur enim in conc. Floren. omne ſacramentum ex ma-
teria & forma conſtare, iuxta verbum Auguſt. Accedit verbum
ad elementum, & fit ſacramentum. Materia autem, vt idem con
cilium poſteà dicit, tres actus prędicti pœnitentis ſunt, quòd ſi ab
ſolutio eſſet tota ſubſtantia ſacramenti, non daretur huius ſacra-
menti materia, quę ſit eius pars. Præterea, quia Pœnitentia nō eſt
abſolutio pœnitententis: quandoquidem Pœnitētia actus eſt pœ
nitentis. Quemadmodum enim in iudicio fori exterioris, ſi quis
per legitima teſtimonia, & ſuam confeſsionem abſoluatur, ōnia
hæc ſunt verè cauſa illius abſolutionis, licèt iudicis ſententiā vt
præcipuam cauſam ſpectemus: non aliter in foro conſcientiæ inte
riori, principalis quidem cauſa abſolutionis ſacerdotis ſententia
eſt: ſed ratio tamen, & cauſa concurrens, vt ritè pœnitens abſol
uatur,

uatur, illud teſtimonium etiã fuit quod aduerſus ſe pœnitens dixit. Vnde, non incongruè loqueretur, ſi quis diceret, Pœnitentiæ ſacramentũ accipi pro quoddã medicinali compoſito ex actibus pœnitentis, & abſolutione ſacerdotis. Et ꝙ ratione vtriuſq; partis, principaliũs quidem ratione formæ, ſecundariò autem ratione materiæ, ideſt actuũ pœnitentis, vt ſubijciũtur clauibus eccleſiæ, cauſat hoc ſacramentum remiſsionem peccatorũ. Sicut enim non ſola forma Baptiſmi, ſed ablutio ipſa eſt cauſa gratiæ, ſic fatẽ dum eſt, quòd actus pœnitentis, ſcilicet cordis contritio, oris cõfeſsio, ac operis ſatiſfactio, concurrunt ad cauſandam gratiam tã quã pars ſacramenti. Ita tenet Caietanus in commentarijs. 3. p. q. 84. articulo. 1. Contritio enim non quomodocunquè eſt pars huius ſacramenti, ſed quatenus refertur ad claues eccleſiæ. Pertinet equidem virtualiter ad exteriorem Pœnitentiam, inquantùm implicat propoſitum confitendi, & ſatiſfaciendi, ad arbitrium ſacerdotis. Et licèt ipſa contritio per ſe non ſit ſenſibilis, ſatis tamẽ eſt quòd ſit ratio, quare aliæ duæ partes ſenſibiles ad hoc ſacramẽtũ pertineãt. Nõ enim oportet quãlibet huius ſacramẽti partẽ eſſe ſenſibilẽ per ſe, ſentitur enim cõtritio per exterã cõfeſsionẽ quã in voto includit: ſicuti cõſenſus contrahentiũ per hoc ꝙ foris exprimũtur, efficiuntur inuicẽ materia & forma. ¶ Notato nãq; ꝙ dum quis accedit attritus ad ſacramentum, per gratiã ſacramentalem fit contritus: & hac ratione contritio eſt effectus confeſsionis, & abſolutionis, & cauſa remiſsionis peccatorum. Sed dum accedit verè contritus propter Deum, illa contritio etiam nõ eſt contritio, niſi quatenus prius natura informatur gratia per ſacramentum in voto. Vnde, ſemper ſentitur per exteram confeſsionẽ. Itaq; contritio eſt per ſe pars ſacramenti, ſed non eſt per ſe ſenſibile ſignũ, niſi quatenus per cõfeſsionẽ & ſatiſfactionẽ innoteſcit. ¶ Sciẽdum tamen eſt hîc primò, quòd in pręſentiarũ nomine cõtritionis amplectimur attritionẽ. Non enim eſſe poteſt perfectũ ſacramẽtũ ſine attritione, vel cõtritione. Et conciliũ Flo. poſuit cõtritionem partem eſſe ſacramẽti: & non poſuit attritionem, eò ꝙ cõtritio eſt certa, & indubitata materia. Quòd autem attritio ſufficiat, quanuis verum ſit, non eſt tamen adeò certum & indubitatum, & ideò tenens certum reliquit incertum.

Caie.

Notabi.

Con. Fl.

¶ Sciendum eſt, ſecundo, quòd ſatiſfactio, quanuis ſit poſterior tempore abſolutione ſacramentali, verè tamen eſt de integritate huius ſacramenti: videmus nanque accuſationem, teſtimonium

sententiã iudicis, & solutionem pœnæ esse de integritate iudicij, cùm tamen non sint simul. Similiter capilli & vngues partes hominis sunt integrales, nec tamen simul cum homine nascũtur. Breuiter in omnibus cuius partes quendã successionis ordinem habẽt, nõ oportet partes integrantes simul esse. Licèt enim præcesserunt, q̃ndo tñ aduenit absolutio, cõpletur ratio sacramẽti, & informãt, vt dictũ est.

VII. DIFFICVLTAS.

Vtrùm peccata sint propria materia huius sacramenti.

Notabi. 1. Con.

RIusquàm huic difficultati respondeam, annotare oportet duplicem esse materiam huius sacramẽti, nempe propinquam & remotam. Tũc est prima cõclusio. Proxima seu propinqua materia huius sacramenti sunt omnes illi tres pœnitentis actus quos inpræcedenti difficultate posuimus, scilicet quibus homo conteritur, confitetur, & satisfacit, & pro istis actibus supponit sacramẽtum Pœnitentię, connotando quòd subdantur formę eiusdem sacramenti, quę est absolutio. Hæc conclusio habetur expræsse in concilio Floren. Eandem etiam habet sententiam Alexan. Alen. 4.p.q.60.membro.2.& Ricardus in.4. distinctio.16.q.1. articulo 1 & Marsilius.q.10.ar.1 Di.Tho.in.3.p.q.84.ar. 2.ac vt breuiter dicam, sententia hæc est communis: vnus tamen Scotus in.4.dis 14.q.4. licèt affirmet peccata esse materiã, quæ per sacramentum expelliť, nõ tamẽ agnoscit materiã propinquã: scilicet actus pœnitentis: sed tutior est sententia communis omnium priscorum doctorum. Habent enim se huiusmodi actus sicut in alijs sacramẽtis aqua, vel Chrisma, & concurrunt actiuè tanq̃; instrumenta Dei, & sunt partes Pœnitentię, atq; adeò sacramẽti simpliciter & propriè materia ex qua, & hoc est in hoc sacramẽto speciale, q̃ actus suscipientis sunt materia Pœnitentiæ, in Baptismo autem minimè.

Con. Flo
Alex. Al
Ricard.
Marsili.
Di. Tho.
Scotus.

Notabil. ¶ Animaduertẽdum est circa hanc primã conclusionem discrimẽ inter materiã aliorũ sacramẽtorum & hãc huius: q̃ aliorũ materia [excepto matrimonio] res est, aut naturalis, aut artificialis, vt aq̃ & chrisma, & panis: materia verò huius, nẽpe cõtritio, si sit perfecta, res supernaturalis est p auxiliũ speciale diuinitus inspirata, iuxta illud Ioã. 6. Nemo potest venire ad me, nisi pater meus traxerit eũ.

Ioan. 6.

2. Con. ¶ Secunda con. Peccata commissa post Baptismum sunt materia remota. Con. hæc probatur, nam peccata ipsa sunt materia horum actuum

actuũ:quia de his pœnitẽs dolet, &, cõfitetur,& pro his satisfacit.

¶ Notandum verò est circa hanc secundam con. q̃ peccata non sunt materia ex qua,sed circa quam versantur actus sacramentales ad destruendum illa: sicut lignum materia est circa quam ignis, quia per ignem destruitur,& non manet. Ita peccata non manent post pœnitẽtiã quantũ ad culpã, nõ igitur peccata sunt materia ex qua,quæ manet,sed materia circa quã,quæ nõ manet post actionẽ. *Notab. 1*

¶ Annotandum est secundò, q̃ licèt hoc sacramentũ Pœnitẽtiæ sit propriè de peccatis venialibus sicut de mortalibus, quia tã venialia quàm mortalia nostra propria voluntate commisimus: tamen non principaliter est contra venialia institutum, sed contra mortalia,quia ad eorum deletionem principaliter institutum est. Originale autem neutiquàm est Pœnitentiæ materia. Nõ enim potest eius nos pœnitere, cum illud propria voluntate non commiserimus,nisi Pœnitentia largo modo pro cuiuscunquè mali detestatione,& displicẽtia accipiatur. Quo fit, vt qui nullius actualis culpæ recordatur,nullomodo cõfiteri potest, sicut beata virgo. vnde fabula est,quòd dicitur solitam fuisse confiteri Ioanni Euangelistæ. Nullũ enim peccatum veniale commisit,nec potuit committere, vt nuper Tridentina Sinodus pronunciauit: nam ante Christi cõceptionẽ reliqatũ habuit fomitẽ,vt ait. S. Tho. qui tũc fuit omnino extinctus. *Notab. 2* *Con. Tri Di. Tho.*

VIII. DIFFICVLTAS.

Vtrùm hæc sit forma huius sacramenti, Ego te absoluo

Difficultati huic vnica cõclusi. afirmatiua respõdetur. Probatur hæc cõ. Nam sicut Marci vltimo dixit Dominus, Euntes in mundum vniuersum, docete õnes gentes, baptizãtes eos, &c. & per hoc illis tradidit formam Baptismi: ita etiam quando dixit Matthei. 18. Quodcunquè solueris super terram &c. tradidit eis formam à peccatis,q̃ est hęc, Ego te absoluo: verũ est tamẽ q̃ nõ ita formaliter Xps expræssit hanc formã sicut illam, Hoc est corpus meũ: nihilominùs plucidè colligitur ex illo verbo ad Petrũ, Quodcunq; solueris &c. Probatur etiam ex illo Ioan. 20. Accipite spiritũ sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt. Ex concilio quoquè Constan. probatur in interrogationibus Martini Quinti, inter quas ponit hãc, vtrum credat quod sacerdos ritè ordinatus, cùm debita materia, & intentio *Con. Af. Mar. vl. Mat. 18.* *Ioan. 20*

ne etiam si sit malus, verè absoluat: & quòd si non credat, est hære
Con. Flo ticus. Conc. insuper Floren. determinat hanc esse formam in hoc
Di. Tho. Pœnitentiæ sacramento. D. Tho. etiam in opus. 22. ponit hanc for
mam, & dicit non esse parui momenti, quòd ecclesia canit, Iam bo
ne pastor, Petre clemens, accipe vota præcantium: & peccati vin
cula resolue tibi potestate tradita. Vnde nõ est blasphemia, quòd
sacerdos dicat, Ego te absoluo, vt putant hæretici Lutherani, vt
videre est, ar. 11. & 12. à Leone condẽnatis. Sicut enim inter sacra
menta veteris legis & nostra est maximum discrimen, ita & inter
sacerdotes nouæ & veteris legis, vt eleganter lib. 3. de sacerdotio
Chrisost. edisserit Chrisostomus. Veteris nãquè legis sacerdotes leprosos
coram ipsis assistentes non mundabant: sed eos mundos ostende-
bant, ac probabant, & nullam virtutem habebant spiritualem con
ferendi gratiam. At verò nouæ legis sacerdotes verè mundãt, qa
verè soluũt, & plenissimam potestatem à CHRISTO susce pe
Bernar. runt soluendi à peccatis. D. etiam Bernardus ait in sermone Petri
& Pauli, concione. 2. quòd sententia Petri in terra præcedit Dei
sententiam in cœlo, & non sequitur illam, quia sacerdos prius solu-
uit in terra, postea Dominus approbat illud. Non enim dixit Chri-
stus, Quodcunq; soluero, sed, Quodcunq; solueris. Nec dixit, vt
D. Augustinus super Psalmum. 101. tracta. 2. inquit, Quodcũq; tu
existimaueris esse solutum, sed, Quodcũq; solueris. Quibus etiã
Magist. testimonijs exploditur, ac refutatur sententia Magistri sen. in. 4.
dis. 18. dicentis, tantundem esse dicere, Ego te absoluo, ideſt ab-
solutũ ostẽdo. Quod quidẽ efficaci ratione cõuincit esse falsum.
Sacramẽta nãq; id efficiũt qd significãt, significãt autẽ remissionẽ
peccatorũ, verè igitur illã efficiunt. Negare ergo per hæc verba,
Ego te absoluo, sacerdotẽ ministerialiter atq; instrumẽtaliter vir
tute diuina causã esse remissiõis [licèt solus Deus authoritatiuè
remittat] hæresis est manifesta: quia est negare claues. Item, quia
qui ait sacerdotem nõ absoluere, pari ratione debet dicere, nec
verè Baptizare: sed cũ ait, Ego te Baptizo, sensum esse, Ostẽdo te
Baptizatũ, qđ absurdũ est. Quòd si aliq̃ndo pœnitens absolutionẽ
per istã formã nõ recipiat, vel quia nõ accedit dispositus, vel qa iã
Di. Tho. est in gratia, nõ illud formæ defectui tribuẽdũ est, sed fictioni cũ q̃
ad hoc sacrum accedit. Quocirca D. Tho in. 3. p. q. 84. ar. 3. ad
3. exponens hãc formã, Ego te absoluo, ait, Ideſt absolutiõis sacra
mẽtũ tibi ipẽdo: qd est dicere, Ego quãtũ in me est, & per se attinet
ad virtutẽ sa cramenti, ego te absoluo: hoc est, sacramẽtũ absolu
tionis

tionis tibi impẽdo, cuius virtute si cũ dispositiõe debita accederes, aut si in peccatis existeres, absolutus fieres. Itẽ, ꝙa licet virtute cõtritiõis existat iã in gratia, nihilominùs verè absoluitur. Nã cũ legitima cõtritio votũ cõfessionis, ꝓ suo tẽpore includat, in virtute futuri sacri peccata remittit talis cõtritio. Qua, ppter dũ quis absoluit, applicat sacrũ, cuius virtute est absolutus. In quo sensu vera est forma, Ego te absoluo: quia tũc sacerdos complet quod pœnitens in voto gerebat. Sicuti dũ Cornelius ingratia existens, baptizatus fuit, vera erat baptizãtis forma, Ego te baptizo: quia cõplebat illud cuius virtute & voto fuerat ab originali ablutus.

¶ Annotandũ est hîc, quòd licèt verbũ, Absoluo, mutetur, dum modo maneat sensus ęquiualens, erit forma sufficiens, vt si loco illius ponatur, Remitto: nam idem est absoluo te, & remitto tibi peccata: quia idem effectus causatur, vt annotat Caietanus. Item, quia dominus constituens confessores, sicut dixit, Quodcunquè solueris super terrã: ita dixit, Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. Itaquè vtraq; istarum formarum sumitur ex verbis domini: forma tamẽ per verbum, Absoluo, est cõgruentior, & malè faceret qui relicta forma hac qua ecclesia vtitur, verbo remitto vteretur. Pari ratione sufficiens esset hæc forma, Sacramentũ absolutionis tibi impẽdo: esset tamẽ hæc mutatio pariter peccatũ. *Notab. 1* *Caieta.*

¶ Annotato secundò, quòd est discrimen inter absolutionem à peccatis, & absolutionem ab excommunicatione, quia ad absoluendum ab excõmunicatione, nulla est prescripta forma, sed quo modo cũquè fit absolutio. Secus verò in sacramento, cuius forma habetur à iure diuino. Nequè est de necessitate addere, A peccatis tuis, licèt sit congruum. Addere autem, Ab omnibus peccatis de ꝙbus es cõtritus, & quorũ es oblitus, nõ est prudẽtia, nec est in vsu, nisi apud vulgares & rurales sacerdotes. *Notab. 2*

¶ Annotare oportet quoq; tertiò, ꝙ pronomen, Ego, cùm in verbo subintelligat, nõ est necessariũ ꝙ exprimatur, sicut nec in forma Baptismi. *Notab. 3*

¶ Quartò demum annotare decet, quòd addere inuocationem trinitatis, In nomine patris, & filij, & spiritus sancti, cõgruẽtissimũ est. Nam significatur, absolutionem hanc authoritate diuina fieri, non tamen est de necessitate sacramenti secundùm communẽ sententiam omnium theologorũ, vno excepto Durã. Io. Cõstat sẽ tẽtia hęc ex concilio Floren. quod tantùm ponit pro forma, Ego te absoluo: relinquintur enim, vt dicit. S. Tho. loco citato, talis appositio, arbitrio sacerdotis. Solùm enim in forma Baptismi, & Cõ *Nota. 4.* *Con. Fl.* *Di. Tho.*

firma

firmationis, explicantur de necessitate sacramenti personæ diuinæ, cuius rationem iam illic apposuimus. Vnde in hac forma omissio trinitatis nullatenus esset peccatum mortale. Orationes autem quę præmittũtur sacramentali absolutioni, vt Misereatur tui omnipotens Deus. &c. tantùm sunt depręcatiuæ, ne impediatur effectus sacramenti ex parte pœnitentis. Vnde de cõgruitate non autem de necessitate sacramenti adduntur, nec per se sufficerent ad collationem gratiæ. Similiter, manuum sacerdotis impositio non est necessaria necessitate sacramenti: patet, quia in euangelio vbi data est potestas clauium, nulla fit eius mentio, sed solùm habetur, Quodcunq; solueris, &c. nec in concilio Floren. fit huius vsus mentio. Imò neq; de decentia & congruitate est necessaria manuum impositio, nisi vbi in tota prouincia esset in more. Secus tamen est in sacramento confirmationis & ordinis, in quibus ea cõfertur copiosior gratiæ infusio, & quædam excellentia potestatis in diuinis mysterijs, cõgruũ est vt manuum impositio fiat, nõ autẽ necessarium.

IX. DIFFICVLTAS.

Vtrùm hoc Pœnitentiæ sacramentum sit de necessitate salutis.

PRiùsquàm huic difficultati respondeam, quędã distinctio pręmittenda est: nempe bifariam aliquid ad salutẽ necessarium esse. Vno modo absolute, vt est illud sine quo nullus salutem consequi potest: sicut gratia Christi, & sacramentum Baptismi. Alio modo ex suppositione, scilicet supposito peccato. Ac proinde est cõ. Licèt primo modo hoc Pœnitentiæ sacramentũ nõ sit necessariũ ad salutẽ, est tamẽ necessariũ secundo modo, videlicet peccato mortali subiacentibus. Probatur hæc conclusio: nã quẽadmodum medicatio corporalis est necessaria ad corporalem salutem postquã homo in morbũ incidit, ita sacramentũ Pœnitentiæ post peccatũ cõmissum post Baptismũ ad spũalẽ salutem est necessariũ. Ex quibus refutatur apertè error Lutheranus affirmans nullam esse opùs Pœnitentia, sed optimã Pœnitẽtiã esse nouã vitã inchoare. Itaq; nullo est opùs dolore pręteritorũ criminũ secundùm Lutheranos, sed sola resipiscentia, ideſt proposito mutandæ vitæ cũ fide qua credimus Deũ nobis peccata remittere. In subsequentibus ampliùs refutabimus hanc hęresim.

Conclu.

¶ Sed

¶Sed an ſit hoc ſacramentum neceſſariũ in re, an ſufficiat in voto & deſiderio, meritò dubitatur. Ad hoc dubium ſit prima cõcluſio. Non eſt neceſſarium ad ſalutem ſacramentum Pœnitentiæ in re ſuſceptum, ideſt poteſt quis ſaluari, etiam ſi in re non ſuſcipiat hoc ſacramentum, vbi non eſt facultas ſuſcipiendi. Cõcluſionem hanc in primis diffinit Leo Papa in epiſtola ad Theodorum epiſcopum numero .69. Item, Baptiſmus non eſt neceſſarius in re ſuſceptus, ſed ſatis eſt in voto, ſi aliter haberi neqt: ergo nec Pœnitentia. De Baptiſmo habetur ex. D. Aug. lib. 4. cõtra Donatiſtas. c. 22. & ex D. Bernar. epiſto. 77. ad Hugonẽ. Innocẽtius quoq; habet hoc, de Baptiſmo. c. Debitũ, & de preſbytero non baptizato. c. 2. & de pœnitentia dis. 1. c. Pœnitet. Illud verò, quod dominus ait, Quorum retinueritis, retenta ſunt. Ioan. 20. eandẽ intelligentiam habet, quam & illud, Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto, videlicet cùm adeſt facultas: nam cùm deeſt, ſufficit votum ſuſcipiendi huiuſmodi ſacramenta.

1. Con. Leo. Pa. Auguſt. Bernar. Ioan. 20

¶Secunda concluſio. Sacramentum Pœnitentiæ eſt medium ad ſalutem neceſſarium peccatoribus baptizatis in re ſuſceptum, ſi facultas adeſt. Hanc concluſionem probat egregiè. D. Tho. in. 3. p. q. 65. ar. 4. & q. 84. ar. 5 Ratio illius eſt, quia peccator nõ ſaluatur, niſi applicet ei paſsio Chriſti, vel in re vel in voto. Non enim eſt aliud nomẽ ſub cœlo, in quo nos oporteat ſaluos fieri, actorũ c. 4. Deniq; eã cõfirmat Conci. Tri. ſeſsione. 6. c. 14. inquiẽs, Pœnitentiã ſecũdã tabulam aptè patres ſanctos nũcupaſſe poſt naufragium. Et ne quis hanc eſſe. D. Thomæ mentem poſsit ambigere, legat illũ in lib. 4. cõtra gẽtes. c. 72. Quod expreſſè habet etiã Tho. Vual. in lib. de ſacramẽtalibus titulo. 8. tomo. 5. c. 68.

2. Con. Di. Tho. Actũ. 4. Cõ. Tri. Di. Tho. Tho. Vu

¶Sed iam quòd ſatis eſt ſacramentum haberi in voto quãdo deeſt facultas in re ſuſcipiẽdi, meritò dubitat, an requiratur votũ explicitum, an ſufficiat implicitum. Ad hoc ſit. 3. concluſio. Non ſatis eſt, ad æternam ſalutem conſequendam, peccatoribus baptizatis votum implicitum huius ſacramenti, ſed requiritur explicitum & formale, ſi illis tunc occurreret memoriæ hoc ſacramentũ. Probatur, nam quemadmodum Baptiſmus eſt neceſſarius nõ baptizatis: non aliter Pœnitentia baptizatis exiſtentibus in mortali peccato. At ſine voto explicito Baptiſmi nullus ſaluatur, vt ex illo Marci vltimo deducitur: ſcilicet. Prędicate euangeliũ omni creaturæ: qui crediderit &c. qui verò nõ crediderit condemnabitur. Ex qbus verbis colligit primũ Baptiſmũ in voto ſatiſ eſſe. cũ re ipſa

3. Con. Mar. vl.

re ipsa ſuſcipi nõ põt. Idcirco non dixit, Qui nõ fuerit Baptizatus, cõdemnabitur, ſed, Qui nõ crediderit. Colligitur deinde, fidẽ huius ſacramenti Baptiſmi eſſe ad ſalutem neceſſariam: ideſt quòd per Baptiſmum præſtatur remiſsio peccatorum omnibus gentibus. Tenent ſententiam hanc Thomas Vualden. in li. de ſacramentis. c. 130. & Hugo de ſancto Victore in. li. de ſacramẽtis parte. 6. c. 7. & Bernardus in epiſtola citata. Si igitur citra Baptiſmi votũ explicitum nullus omnino ſaluari poteſt, cùm non adeſt facultas re ipſa ſuſcipiendi: nec ſine voto quidem Pœnitentiæ explicito ſaluabitur qui peccatum mortale poſt Baptiſmum perpetrauit. Nã quæ ſunt vt media neceſſaria ad ſalutem, & propterea ſunt in præcepto: vt credere in CHRISTVM, ſuſcipere Baptiſmum, Pœnitentiam agere: ſi in re haberi nequeunt, oportet teneantur in voto explicito. Alia verò diuina mandata ſatis eſt implicitè, & ingenere ꝓpoſitum habituale tenere admplendi, cũ occurrerint. Nec ſufficit ad remiſsionem peccatorum, quæ poſt Baptiſmum commiſſa ſunt, ſola cõtritio ſine ordine ad claues. Requitur igitur votum explicitum confeſsionis ad aurem ſacerdotis: quòd iam ex Tridentino concilio diffinitũ eſt, in ſeſsione. 6. c. 14. Vbi cùm cõcilium docuiſſet hoc ſacramentum eſſe ſecundam tabulam poſt naufragium, per quam fieret lapſi hominis poſt Baptiſmum reparatio: ſubdit docendum eſſe, chriſtiani hominis Pœnitentiam multò aliam eſſe à Baptiſmali, ea q; contineri non modo ceſſationem à peccatis, verũ etiã eorundẽ ſacramentalem confeſsionem: ſaltẽ in voto, & ſuo tempore faciendam. Quod etiam diffinitum eſt in concilio Conſtantienſi ſeſsione. 8. à Martino. 5. in bula condemnationis articulorũ contra Vuitcleff. & Ioan. hus, ac reliquorum diſcipulorum eius, qui aſſerebant, quòd ſi homo debitè fuerit contritus, omnis confeſsio exterior eſt ei ſuperflua & inutilis, & condemnantur illic. Nec ſolùm ſine confeſsione publicorum peccatorum cuiquè ſalutem patere non poteſt, verùm etiam erroneum eſt dicere quòd ſine confeſsione publicorum peccatorum: quia delictum iudicandum in aliquo foro, notum debet eſſe in illo foro in quo eſt iudex: ſed etiam ſi peccata ſint publica, non ſunt confeſſori nota in foro ſacramentali. Opùs igitur eſt, vt peccator illa ſacerdoti confiteatur, non enim ſciebat peccatum publicum anteà vt Chriſti vicarius, ſed ſolùm vt homo, ſicut iudex aliquando ſcit peccatum vt homo, quòd neſcit vt iudex. Item, quia ſi peccator non confiteatur publicum peccatum iudici innoteſcere non poteſt au

Tho. Vu
Hugo.
Bernar.
Cõc. Tr
Cõ. Cõſ.

teſt an doleat vel non doleat de illo peccato. At verò confeſsio non tantùm ordinatur ad manifeſtationem peccati, verùm etiam pœnitentis voluntariam diſpoſitionem manifeſtandam. Quo fit, vt quantuncunquè confeſſor cognouerit pœnitentem commiſiſſe adulterium, aut clericũ percuſſiſſe: nihilominùs ſemper tenetur pœnitens illam circunſtantiã explicare. Nec ſola cõfeſsio, q̃ præcipua materia eſt huius ſacramenti, eſt neceſſaria, verùm etiam ſatisfactio per ieiunia, eleemoſynas, orationes, & alia pia ſpiritualis vitę exercitia, vt patet ex cõcilio Tridentino ſeſsione 6 c. 14. Ita què niſi proponãt pœnitentes ſe eccleſię poteſtati ſubijcere, vt iuxta eius arbitrium peccata compenſent, ſeruari non poſſunt. Aduerte tamen, q̃ ſignanter dixi in concluſione, Si hoc ſacramentum occurreret memorię tempore quo conteruntur, quia ſi non occurreret, ſatis eſſet votum implicitum confeſsionis. Sic nanquè arbitror intelligendos eſſe Adrianum q. 1. de confeſsione ad ſecundũ & Ricardum diſtinctio. 17. articulo 2. q. 1. & Alexan. Alẽ. 4. p. q. 76 membro 2. tenentes in his locis, ſufficere votum implicitum, & incluſum in cõtritione. Hinc colligitur, quòd dum quis rapitur ad martyrium, non opùs habet voto confeſsionis, primùm ſi non adſit copia confeſſoris, vanum eſſet, & quanuis adeſſet copia, poſſet tam ſubito rapi ad amorem Dei, & inflamari ad martyrium, vt memorię non occurret ſacramentalis confeſsio, & nihilominùs per martyrium obtineret veniam: nam martyrium non tanquàm Pœnitentia, ſed tanquàm heroicus actus charitatis remittit peccata: quando tamen meminit ſacramenti, tenetur habere votũ explicitũ, imo ſi copia ſuppeteret confeſſoris, & temporis ad confitendum, confiteri teneretur.

Cõ. Tri.

Adrian.

Ricar.

Alex. Al

X. DIFFICVLTAS.

Vtrùm de ſacramento Pœnitentiæ ſit diuinum præceptum.

VT ſolutionẽ huius difficultatis manifeſtè intelligamus, ãnotare oportet, quòd ſicut in alijs ſacramẽtis materia, aut eſt res naturalis aut artificialis, vt aqua in Baptiſmo eſt à natura, panis verò in Euchariſtia eſt à natura & arte: ita materia huius ſacramenti: nẽpe dolor peccatorum, partim quidem naturalis eſt: naturali enim ratione homo mouetur ad pœnitẽdum de malis ab ipſo commiſſis: quia

Notabi.

sis: quia malum naturaliter displicet, sicut bonum placet. Sed tamen quòd hoc vel illo modo pœnitentiã agat, est ex institutione diuina. Quare sit prima cõclusio. De Pœnitẽtiæ sacramento quãtum ad hanc partem est diuinum præceptum, licèt materia Pœnitentiæ sit à natura. Probatur. Nam sacramentum pœnitentiæ ad salutem necessarium est, vt retro docuimus. Quod vtiq; sacramẽtum citra confessionem constare non potest, quę scilicet est præcipua huius sacramenti materia. Ob id igitur manifestè efficitur de confessione diuinum esse præceptum. Probatur deinde ex testimonio Ioan. 2. c. Quorum retinueritis, id est non remiseritis, retenta sunt: eò nanq; quòd dixit, Quorũ remiseritis, remissa sunt, ostẽditur, verbum è regione additum, scilicet Retinueritis, perinde esse, ac si dixisset Christus, Si nõ remiseritis, nõ erunt remissa. At verò, remittere sacerdotes nisi cognoscant, minimè possunt: cognoscere autem nequeunt, nisi peccatores cõfiteantur. De cõfessione itaq; diuinum præceptum est. Ambrosius etiam in lib. 1. de pœnitentia. c. 2. eodem Ioannis testimonio quo & nos confirmat hanc sententiam. Ex illo etiam Iacobi. 5. Confitemini alterutrum peccata vestra. Post hęc, vt reliqua prętermittamus argumẽta, quę modo repetere esset molestũ: sententia hęc nostra habetur diffinita in concilio Complutensi habito sub reuerendissimo archiepiscopo Toletano Alphonso Carrillo ex Pontificis summi commissione contra Oxomensem, asserentem peccata nostra deleri per solam cordis contritionem sine ordine ad claues, & confessio de peccatis esse ex aliquo statuto vniuersalis ecclesiæ, & non de iure diuino. Quarum propositionum Sixtus. 4. condemnationem approbauit, vt est videre in extrauaganti eiusdem Sixti. 4. Ex quibus iam clarè colligitur hęreticum esse negare, diuinum præceptum esse de confessione. Sed quando hoc præceptum appositum? Ad hoc est secunda conclusio. Hoc Pœnitẽtiæ sacramentum instituit Christus redemptor noster Ioan. 20. quando dixit discipulis suis, Accipite spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata &c. Pœnitentiæ nanq; sacramentum, quoddam iudiciale est. Nam ibi est reus, est accusator, est sententia, est pœna iniuncta: sed in hoc loco discipulos suos eorumq; successores, fecit iudices. Tunc igitur instituit hoc sacramentum: cum iuditium tunc instituitur, quando instituũtur iudices. Frustra enim illos iudices feciſſet, nisi peccatores ad cõfitendum obligaret. De hac re latissimè agit. Ioannes Echius homilia 42. de Pœnitentia. Vbi quomodo

1. Con.

Ioan 20.

Ambro.

Iacobi. 5

Cõ. Cõp

Sixt. 4.

2. Con.

Ioan. 20

quomodo hęc confeſsio euangelica in veteri lege fuerit figurata, pulchrè probat.

¶ Sed iam ꝙ eſt de præcepto Pœnitentia, merito dubitatur quo tempore hoc pręceptum obliget. Ad cuius dubij euidentiam ſciendum eſt, quòd nunc in præſentiarum ad dubium hoc de Pœnitentia exteriori loquendo, ſcilicet de confeſsione, non reſpondebo, quia de hac tractaturus ſum infrà in materia de confeſsione: nempe quo tempore confiteri tenemur. Sermo itaq; de Pœnitentia interiori hîc erit, an ſtatim poſt peccatum teneatur homo pœnitere? Ad quod eſt concluſio. Non tenetur homo quotieſcũ què peccata occurrunt memoriæ, ſiue practicè, ſiue ſpeculatiuè occurrant, dolere & conteri de illis, quia occurſus materiæ non obligat ad actum eliciendum: poteſt enim voluntas ſe habere negatiuè, hoc loquendo de memoria & voluntate ſecundùm ſe, nã ſi ſit ſermo de illa, quia ſcilicet parit, aut deteſtationem, aut approbationem peccati commiſsi occurrentis, ſic obligat ille concurſus ad deteſtationem. Itaq; ſi eliciat actum, debet eſſe deteſtatio peccati occurrentis: quę quidè poteſt eſſe attritio vel cõtritio ne in approbationem lapſus fiat. Hanc concluſionem ponit dominus Caietanus in opuſculo. 27. quęſtionum. q. 7. contra Gabrielẽ in 4. diſtinc. 14. q 3. & contra Alexan. Alen. 4. p. q. 68. membro. 2. & contra Scotum eadem diſtinctione. Ratio Caietani eſt, quia pręceptorũ affirmatiuorũ, natura licet ſit obligare ſemper, ſed nõ ad ſemp, ſed ad determinatũ tẽpus, hoc eſt tẽpus neceſsitatis. Vnde pręceptũ de cõtritione habẽda nõ obligat niſi ad tẽpus vrgẽs ad contritionẽ, nẽpe in articulo mortis: & tẽpus ante ſacramẽti cuiuſq; ſuſceptionẽ aut ad miniſtrationẽ, quoniã tũc niſi eſſet cõtritus, mortaliter peccaret ſuſcipiens ſacramẽtũ, aut exercẽs actum, quẽ ſine peccato mortali oportet exercere. Et iuxta hãc doctrinã, intelligẽdus eſt. D. Tho. qnãdo dicit in. 4. dis. 17. q. 13. ar. 1 quęſtiuncula. 4. quòd tenetur homo pœnitere, quando peccata memoriæ occurrunt: ideſt tenetur non complacere. Et non vult dicere quòd ſemper tenetur deteſtari poſitiuè, quando occurrũt memoriæ, nam ſatis eſt nõ complacere, vel quòd ſi eliciat actum, ſit peccatum commiſſum deteſtando.

Dubium

Conclu.

Caieta. Gabrie. Alex. Al Sco tus.

Di. Tho.

II. DIFFICVLTAS.

Vtrùm hæc Pœnitentia durare debeat vſq; ad finem vitæ.

1. Con. PRo plena intelligentia huius difficultatis est præsupponenda illa distinctio, sæpiùs à nobis repetita: nempe aliam esse Pœnitentiam interiorem, & aliã exteriorem. Tunc est prima conclusio. Pœnitentia interior durare debet vsq; ad finem vitæ. Hęc tamen conclusio non intelligitur, quòd semper homo actu cogitet de peccatis, ac de illis positiuè displiceat, sed quòd semper homo tenetur non complacere, quando peccata occurrunt memoriæ ad sensum expositum ex mente Caietani in præcedente difficultate: nam si peccatum remissum pòst aliquando placeret, illa complacentia esset peccatum. Imò, licèt de lege ordinaria ita sit, quòd non tenemur semper habere actum positiuum displicentiæ pręteritorum, & propositum illud in actu iterum non committendi, attamen quando vehemens tentatio insurgit, quę offert periculum consentiendi in malum, fortasse ratione huius periculi tenemur propositum actu confirmare ad expellendum vehemẽtem tentationis impulsum.

Dubinm. ¶ Sed nunquid erit laudabile ei cui sunt peccata remissa, frequẽter in memoriam reuocare? Pro hoc dico, quòd in incipiẽtibus, & continentibus, qui sunt in conflictu carnis, nonnunquam prętеritorum memoria periculosa est: & ideo quando periculum offert, rescindi debet, quando verò non est periculosa, salutare consiliũ est eadem peccata identidem memoria repetere, quę pẽsatis peccatorum incommodis & detrimentis, cor humiliet, & in bonum confirmet. Illis verò, qui iam satis peccata luxerunt, & perfectionis statum attigerunt, quanuis frequens peccatorum memoria quasi humilitatis frenum ad conterendam elationem mentis vtilis sit, tamen sæpe altior diuinorũ cõtemplatio accomodatior est.

2. Con. ¶ Est secunda conclusio. Pœnitentia interior durat in beatis post hanc vitam, quoad nolitionem peccatorum, non tamen illa displicentia causat in illis dolorem illum neq; tristitiam, quam causat in existentibus in hac vita: quia beati non sunt capaces doloris, sicut sunt homines viatores.

3. Con. ¶ Tertia conclusio. Pœnitentiam exteriorem non oportet vsq; ad finem vitæ perdurare, sed vsq; ad tempus per sacros canones & confessores taxatum.

XII. DIFFICVLTAS.

Vtrùm hoc Pœnitentiæ sacramentum debeat iterari.

Quæsti

QVestio hęc pẽdet ex alia, scilicet an charitas semel habita, possit amitti: de qua materia tractant docto res ex professo in. 3. sen. à dis. 27. vsq; ad. 32. & D. Tho. in 2. 2. q. 24. ar. 11. vbi omnes sine discrimine concludunt, partem affirmatiuam de fide tenendã esse contra Iouinianum & Pelagium, tenentes gratiam & charitatem in Baptismo susceptam, amitti non posse. Hac quæstione sic absoluta, est conclusio ad difficultatem correspõsiua. Sacramentum Pœnitentiæ est iterabile. Probatur, nam opposita est hęresis Nouatianorum afferentium, hominem post babtismum lapsum, non posse consequi veniam peccatorum. Aduersus quem errorẽ disputat D. Aug. in epistola. 108. ad Senleutianam, & in lib. de quęstionibus noui & veteris testamenti. q. 102. Et Ambro. lib. 1. de Pœnitentia à capite. 5. vsq; ad. 13. Contra hunc errorem in. c. Firmiter. de summa tri. & fi. chatho. est diffinitũ, quòd si quis post baptismi susceptionem prolapsus fuerit in peccatũ, semper per Pœnitentiam reparari potest. Fuit etiam error hic condemnatus in concilio Romano. 60. episcoporum, & cõcilio Niceno. c. 8. & est determinatio in concilio Lateranensi. Nec solùm si semel fuerit prolapsus, poterit tantùm per Pœnitentiam semel reparari, vt aliqui hęretici dixerunt: sed quoties ceciderit, & veram fecerit Pœnitentiam. Sicut nanq; in seculari vita, corporis generatio non est nisi vna, sanatio verò à frequentibus morbis, sic & in vita spirituali baptismus natura sua non iteratur: Pœnitentia verò toties, quoties lethalis morbus expostulat. Prætereà, Ezechielis. 18. ait dominus, Si impius egerit Pœnitẽtiam ab omnibus peccatis suis [non ait, His aut illis, aut semel, aut bis, sed quotiescunq;] vita viuet, & non morietur, Hieremiæ. 18. Sine aliquo præscripto termino si Pœnitentiam, inquit, egerit gens illa à malo suo quod locutus sum aduersus eam, agam & ego Pœnitẽtiã super malo quod cogitaui, vt facerẽ ei. Quòd si in veteri lege, vbi Deus vltionũ dominus appellabatur, hoc verũ erat, in lege euãgelica multò magis erit verum. Prætereà, quia hoc manifestè colligitur ex illo quod dominus Petro interroganti illum dixit, Domine, quoties peccabit frater meus, & dimittã ei? Respondit hęc verba, Non dico tibi vsq; septies, sed vsq; septuagies septies, Matthei 18. Prætereà, quia repugnaret hoc infinitati diuinæ misericordiæ, quæ omnem numerum, & multitudinem peccatorum excedit, cuius misericordiæ magnitudinem respiciens propheta

D. Tho. Conclu. D. Aug. Ambro. Con. Ro. Con. Ni. Con. La. Ezec. 18 Hier. 18. Mat. 18.

regius dicebat, Miserere mei Deus: secundùm magnam misericordiam tuam, quod refertur ad grauitatem peccati. Et secundũ multitudinem miserationum tuarum: dele iniquitatem meam, quod refertur ad frequentiam. Vnde impietas reprobatur Cain dicentis, Gene. 4. Maior est iniquitas mea, quàm vt veniã merear. Est enim impietas in remitendis culpis terminum misericordiæ Dei præscribere. Vnde colligenda est regula, quòd nunquam per Deũ stat quominus quicunque peccator reconciliari cum ipso valeat. Nemini enim auxilium speciale negat, quod ad reconciliationẽ sufficit, iuxta illud Apocalip. 3. Ecce sto ad ostium, & pulso: si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuã, cœnabo cum eo, & ipse mecum. Ex quo colligitur illud Oseæ. 2. Perditio tua Israël, id est tu est illius causa, ex me autem auxilium tuũ. Nec obstat illud Pauli ad Hebræos. c. 6. Impossibile est eos qui semel sunt illuminati, & gustauerunt cœleste donũ, & participes facti sunt spiritus sancti, & prolapsi sunt, renouari rursus ad Pœnitẽtiam. Nam locus iste intelligendus est de Pœnitẽtia, quæ est in Baptismo: Pœnitentiam enim Baptismum apellari, habes apud Lucã. c. vltimo Oportebat, inquit, prædicari in nomine eius Pœnitentiam, & remissionem peccatorum in omnes gentes. Sensus igitur illius loci Pauli est, impossibile esse per Pœnitentiæ sacramentum rursum renouari, idest priorem nouitatem quam per Baptismum accepimus, iterum accipere, eò quòd resumere iterum Baptismum nõ possumus. Expositionem hanc ponit. D. Tho. in. 3, p. q. 84. ar. 10. ad primum. Eam tenet etiam Chrisosto. & Theophilatus super Lucam. Et Ambro. li. 2. de pœnitẽtia c. 2. & Augus. in. lib. de vera & falsa pœnitentia. c. 3: Potest secundò ille locus Pauli exponi, impossibile, idest difficile valde. Ita exponit Hieronimus, cuius verba referuntur in. c. Si enim. de pœnitẽtia dis. 2. Et ita etiam exponit Ambro. vbi suprà. Nec hic modus loquendi à sacro eloquio alienus est: ita enim exponi solet illud Matth. 19. Impossibile est diuitem intrare in regnum cœlorum, idest difficile. Imò & Aristo. in. li. 1. de cœlo. c. 11. inter reliquas significationes huius nominis impossibile, eam ãnumerauit, vt qđ nõ facile, nec cito, nec bene fieri potest, impossibile dicatur. Non obstat etiam illud dictum Gregorij qđ habetur de pœnitentia distinctione. 3. c. Pœnitentiam. Pœnitẽtia est ante acta peccata deflere, & flenda iterũ non committere. Non, inquam, obstat vt Pœnitentia sit iterabilis, nam Pœnitentia est ante acta flere, & tunc dum flet, neq; actu peccare, neq; propositum habe

Gene. 4.
Apoc. 3.
Oseæ. 2.
Hebr. 6.
Lucæ. vl
Di. Tho.
Chrisos.
Theophi
Ambro.
Augus.
Hieroni.
Mat. 19.
Aristo.
Grego.

re peccandi. Siquis nanq; dum actu conteritur, id agit quod pœniteat, aut se facturum proponit qđ gesit, vel peccatum aliud, irridetur Pœnitentiæ. Quòd autẽ postquàm eum pœnituit, relabatur, non excludit quin Pœnitentia pręterita fuerit vera. Sicut enim, q verè cucurrit, posteà sedet, ita quẽ verè pœnituit, potest recidere.

De *effectu* Pœnitentiæ.

XIII. DIFFICVLTAS.

Vtrùm per Pœnitentiam remittantur omnia peccata.

RIusquàm huic difficultati respondeam, annotare oportet, bifariam posse contingere quòd aliquod peccatum per Pœnitentiam tolli nequeat. Vno modo exparte peccatoris, quia non potest pœnitere: vt sunt dęmones, omnesq; damnati. Alio modo exparte Pœnitentiæ quantuncunque veræ: ita quòd hominem, illius peccati pœniteat, nulla tamen Pœnitentia delere sufficiat. Hac distinctione sic præmissa, sit prima conclusio. Peccata dęmonum, & omnium damnatorum non possunt per Pœnitentiam deleri, quia non potest eis peccatum displicere inquantùm culpa, & Dei offensa est: sed solùm inquantùm est pœna quam patiuntur, & illorum Pœnitentia omni spe veniæ vacua est, & desperatione plena. Sunt nanquè eorũ affectus cõfirmati in malo, & immortali odio Deum semper prosequuntur, iuxta illud. Psal. 73. Superbia eorum qui te oderunt, ascendit semper.

Notabi.

1. Con.

Psal. 73.

¶ Secunda conclusio. In viatore nullum est peccatum, quod per Pœnitentiam remoueri, ac deleri non possit. Conclusio hæc manifestè probatur: nam liberum arbitrium hominis viatoris flexibile est ad bonum, & ad malum. Vnde, asserere quòd est aliquod peccatum, quod in hac vita per Pœnitentiam deleri non possit, certè est erroneum. Repugnat nanquè libero arbitrio, diuinæ q; gratiæ, per quam à Deo cor cuiuscunquè peccatoris mouet ad agendum Pœnitentiã. Prouer. 21. Cor regis in manu Dei, & quocũquè voluerit vertet illud. Repugnat quoquè diuinæ misericordię, Iohel. capi. 2. Benignus, & misericors est, & patiens, & multæ misericordiæ. Repugnaret insuper infinitæ virtuti passionis Christi, per quã hoc Pœnitẽtię sacramentum, sicut & cætera sacramenta operãtur.

2. Con.

Prou. 21

Iobel. 2.

Est etiam cõtra naturam hominis viatoris, hoc enim homo ab Angelo distat, quòd, cùm Angelus sit merè intellectualis, nullo vtẽs discursu, primo peccato sic voluntatem suã malo infixerit, vt non
Ioan. 2. esset ampliùs in bonum uertibilis: sed homo, cũ sit rationalis, sicut per intellectum semper potest discurrere, ita per voluntatẽ à bono in malũ, & vice versa mutari. Et Ioan. in sua canonica. c. 2. Si quis peccauerit, quocunq; scilicet peccati genere, aduocatum habemus apud patrem, Iesum Christum iustum, qui propitiatio est pro peccatis totius mundi. Quocircà error est blasphemus Armacha. li. 9. de quęstio. Armenorum. c. 27. & iniurius in Christum & eius passionem afferentis, probabile esse secũdum scripturam aliquod esse irremissibile peccatum. Nam si aliquod esset irremissibile peccatum, non fuisset vniuersalis redemptor. Et vt cætera argumenta prętermittam, in huius rei confirmationem, dico quòd est hæc
Mat. 16. conclu. de fide tenenda. Habetur enim ex illo Matth. 16. Quodcũ
Ioan. 20 què solueris &c. Qui enim dixit, Quodcunquè, nullum excepit.
Ambro. Et Ioã. 20. Quorum remiseritis peccata &c. Ambro. etiam lib. 1.
Ioan. 3. de pœnitentia c. 10. Vbi adducit illud Ioan c. 3. Sic Deus dilexit mũdum, vt filium suum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in ipsum, nõ pereat. Vbi signanter dicitur, Omnis, nullo excepto. Habetur quoquè hæc sententia in cap. Firmiter. de summa. tri. & fi.
Th. vual catho. Vbi dicitur, Si quispiam post Baptismum prolapsus fuerit in peccatum, per veram potest semper Pœnitentiam reparari. De hac re non minùs egregiè quàm diffuse edisserit Thomas vualdẽ.
Heb. 12. in lib. de sacramentis. c. 151. Nec obstat huic cõclusioni illud Pauli ad Hebræ. c. 12. quòd Esau non inuenit Pœnitentiæ locum, quã quàm cum lachrymis inquisisset eã. Ratio ꝙre nõ obstat, est, quia non verè pœnituit. Non enim eiulabat, nisi propter primogenitam amissam, tamen odium fratris non deponebat: quod colligitur ex eo quòd dicebat, Venient dies luctus patris mei, & occidã
2. Ma. 9 Iacob fratrem meum. Idem dicendum arbitror de Antiocho. 2. Macha. c. 9. qui Deum orauit, à quo tamen non erat misericordiam consequuturus, eò quòd non dolebat de præterita culpa, quia erat offensa Dei, sed quòd culpa illa causa infirmitatis corporalis
Mat. 12. & plagæ fuerat, quã, ipso iuito, patiebat. Similiter nõ obstat illud qđ apud Mat. c. 12. habet, Qui dixerit verbũ contra spiritũ sanctũ nõ remittetur ei, neq; in hoc seculo neq; in futuro: nõ obstat inquam, quia loquitur de finali impœnitentia, scilicet quando quis sic est obstinatus in peccatis vsquè ad mortem, & accedere non vult

vult ad diuinã miſericordiam: & poſt huius vitæ finem non eſt remiſsio peccatorũ. In hoc enim ſenſu aliquod eſt irremiſsibile peccatũ, vel poteſt ĩtelligi, Nõ remittetur ei, id eſt nõ facile remittetur, ſed cũ magna difficultate. Et ſecũdũ has duas expoſitiones, intelligẽdũ eſt illud primæ Ioannis. 5. Eſt peccatum ad mortẽ, nõ ꝓ illo dico vt oret qs. Ita exponit hunc locũ. D. Tho. in. q. de malo. q. 3. ar. 15 ad. 3. ſcilicet de peccato finalis impœnitentiæ. Amb. li. 1. de pœnitẽtia. c. 8. &. 9. aduerſus Nouatianos dat aliã expoſitionem videlicet ꝙ Ioannes appellet peccatũ ad mortẽ, peccatum grauiſsimum cuiuſcunq; ſit generis, pro quo nõ ſufficit vt vnuſquiliber de plebe oret: ſed requiritur oratio inſtantiſsima excellẽtiſsimæ perſonæ, ſicut pro peccato Iſraël adorationis viuuli nõ vnuſquiliber, ſed Moyſes orauit, & id cum magna exageratione, Aut dele me de libro vitæ, aut noxam populo remitte, ex hoc tamen non ſequitur, aliquod peccatum eſſe irremiſsibile. Et dico ꝙ quãuis Deus adeò eſſet iratus, vt re vera omnia ſuffragia orationum ab illis amoueret propter eorum obſtinationem in peccatis: adhuc non infertur, illa peccata eſſe irremiſsibilia. Quia cum peccator in ſua libertate manet, poſſet pœnitere, & facere quod in ſe eſt: cui Deus ſuũ auxilium neceſſarium ad eius conuerſionem non denegaret. Nec pro homine ſic inueterato & obſtinato, vt in concubinatu, aut vſura, aut obſtinatiſsima hæreſi, prohibet orare: non enim ait, Nemo oret, ſed, Non dico, id eſt non præcipio, vt roget quis.

1. Ioan. 5 Di. Tho. Ambro.

¶ Animaduertendũ eſt, ꝙ ſi inueniantur in ſacro eloquio aliqua loca, vbi videatur Dñs vaſtationẽ cõminari populo, & nõ velle illis parcere, vt eſt illud Hierem. 14. Noli orare pro populo iſto, & ſi ſteterint tres viri coram me, non exaudiã &c. intelligenda ſunt in ſenſu cõminatorio, ſicut illud Ionæ. 3. Adhuc quadraginta dies & Niniue ſubuertetur, hoc eſt ſecundũm præſentem iuſtitiam, ſi non egerint Pœnitentiã, nã ſi pœnitentiam egerit gẽs illa à malo quod fecit, agã & ego pœnitentiã ſup malo, quod cogitaui vt facerẽ ei.

Notabi. Hier. 14 Ionæ. 3.

¶ Annotare hic oportet ſecũdò, ꝙ non requiritur aliqua mora & menſura tẽporis, ꝙ quam duret pœnitentia vt Deus reddatur placatus. Imò in inſtanti peccatorem in Dei amicitiam reddere poſſe nemini dubitare licet. Habetur namq; Ezechielis. 18. Cùm auerterit ſe impius ab impietate ſua quam operatus eſt, & fecerit iudiciũ & iuſtitiam: ipſe animam ſuam viuificauit. Habetur etenim de Pœnitentia diſtinctio. 3. capit. Talis, quòd tanta eſt pietas Dei, quòd quemlibet peccatorem etiam ſceleratiſsimum, ad pœnitentiam

Ezec. 18

recipit,& ad ſtatum reuocat.

XIIII. DIFFICVLTAS.

Vtrùm poſsit per Pœnitentiam vnum peccatum ſine alio remitti.

1, *conclu* HAEc quæſtio pendet ex alia quæſtione, ſcilicet an ſit ne Pœnitentia poſsit peccatum remitti. Ad quã difficultatẽ duabus concluſionibus reſpondetur, quarum prima ſit. Impoſsibile eſt alicui ſine pœnitentia quatenus eſt virtus, hoc eſt ſine pœnitentia interiori peccatum mortale actuale remitti. Probatur, quia non poteſt alicui peccatum mortale remitti ſine mutatione voluntatis: volũtas autẽ mutari minimè poteſt, niſi recedat à termino à quo, ſcilicet à peccato: & alium terminum acquirat, ad quẽ mutatur, ſcilicet Deum. Igitur vera eſt concluſio. Item, Deus non poteſt alicui actualẽ offenſam remittere abſq; illius voluntatis tali mutatione, quia tunc Deus diligeret eum, quem bonum non efficit, & ſic diligeret hominẽ malũ, quod implicat contradictionẽ. Nã cùm Deus ſit ipſa per ſe bonitas, & voluntas & bonitas ſint eadem eſſentia, eius voluntas non poteſt ferri niſi in id, quod ſuus intellectus oſtendit ei ſub ratione boni: & quia falli non poteſt, neceſſe eſt vt illud ſit verè bonũ eo gradu, quo diligitur. At verò bonũ & iuſtũ impoſsibile eſt hominẽ adultum fieri, niſi voluntatẽ quã habet à Deo auertat, in ipſum conuertat, quod per ſolã peccati deteſtationem quæ eſt pœnitẽtia, fieri poteſt: ergo eſt impoſsibile ꝙ Deus alicui peccatum remittat mortale, niſi per Pœnitentiam. Et licèt nõ deſint, qui intelligant illud eſſe impoſsibile de potentia abſoluta Dei, ſed nobis ſufficit concluſionem aſſerere de potentia ordinaria.

2, *conclu* ¶ 2. con. Sine pœnitentia ſecundũ ꝙ eſt ſacrametnum, quod pficitur per ſacerdotis officium, ligantis & abſoluentis: remittere poteſt Deus de potentia abſoluta peccata. Intellige abſq; ſacramẽto nõ ſolũ in re, verũ etiã in voto. Probatur, qa Deus nõ habet ſuam poteſtatẽ ſacramẽtis ſuis alligatã. Remiſit enim Chriſtus mulieri adulteræ. Ioan. 8. & peccatrici, Lucæ. 7. ſine pœnitentia vt eſt ſacramẽtũ, nõ tamẽ ſine pœnitentia interiori. Sine ſacramẽto tamẽ in re vel in voto nõ poteſt de potẽtia ordinaria remittere peccatũ. Hac quæſtione ſic abſoluta principali difficultati vnica cõcluſione reſpõdetur, nẽpè impoſsibile eſſe per pœnitentiam vnũ peccatũ ſine alio

Ioan. 8.
Luc. 7.

alio remitti. Probatur primò, quia peccatum nõ remittitur sine gratia, sicut nec expellitur frigus à manu, nisi calor ingrediatur, siquidem vnum cõtrarium expellit aliud. Cùm igitur quodcunq; mortale peccatum gratiæ cõtrarietur, & nullum expelli possit ab anima, nisi ipsa anima gratiam suscipiente: omnia peccata simul remitti debent, vel nullum. Deindè probatur, quia dimittere vnum sine alijs, esset contra perfectionem diuinæ misericordiæ: cuius perfecta sunt opera, vt dicitur Deuteronomij. c. 32. Vndè, cuius miseretur, totaliter miseretur. Et hoc est quod Augustinus magnificat in li. de pœnitentia. c. 9. Cuius verba habẽtur de pœnitentia dis. 3. ca. Sunt plures. Impium est, ab illo qui iustus & iustitia est, dimidiam sperare veniam. Probatur quoq; nostra sententia ex illo primæ Ioan. 3. Qui non diligit, manet in morte. Ille autem quẽ pœnitet de vno peccato, & nõ de alio, nõ verè diligit, ergo manet in morte. Postremò probatur ex illo Eze. 18. Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis, quæ operatus est &c. vita viuet, & non morietur. Ab omnibus inquit, nullo excepto. Omnium igitur percipiet homo per pœnitentiam remissionem, vel nullius. Nec impedit non habere memoriam alicuius peccati mortalis quãdo pœnitet: quia licèt solùm ei remittatur peccatum de quo directe pœnituit, tamen indirectè, extensiuè, & consecutiuè etiã illud remittitur, cuius est oblitus, dummodò priùs sufficientem diligentiã, examenq; fecerit: itaq; ab sq; sua culpa quorundam est oblitus. Et ratio est, quia illa contritio fuit sufficiens ad gratiæ infusionem, quæ quidem introducta, seu infusa, omnia peccata remittit.

Deu. 32.
Augusti.
1. Ioan. 3
Ezec. 18

XV. DIFFICVLTAS.

Vtrùm remissa culpa per pœnitentiam, remaneat reatus pœnæ.

RIusquàm huic difficultati satisfaciam, duo sunt annotanda, & eorum primum est, quòd in mortali peccato sunt duo, scilicet auersio à bono incommutabili, & conuersio ad bonum commutabile, ideſt auersio à Deo, & conuersio ad creaturas. Vndè auersioni à Deo correspondet pœna eterna conuersioni autẽ ad bonum creatum correspondet pœna temporalis, vt dicit Di. Thom q. 86. ar. 4. Sciendum est ex Diuo Thoma, quòd gratia habet duo. Primũ est

Notabile.
Di. Tho.

est, quòd iustificat peccatorem sine eius operatione, Quia si ex o-
Rom. 11 peribus iam non est gratia, inquit Paulus ad Roma. 11 Secundum quod habet, est quod cooperatur peccatori, id est concurrit cum illo ad eliciendas suas operationes meritorias. Vndè, remissio culpæ mortalis & pœnæ æternæ, quæ consequitur ad illam culpam, fit à gratia operante sine nostris meritis, quia in iustificatione impij priùs natura infunditur graria pœnitentiam informans, quàm actus noster sit vera contritio, non tamen gratia operans ideò sic dicitur, quia operetur omninò sine motu liberi arbitrij: imò in-dulto gratia nihil operatur nisi mouendo liberum arbitrium: sed dicitur gratia operans, quia ipsa præuenit liberum arbitrium mouendo illud, per cuius motum ipsa operatur, & remittit peccatum, & motus ille quatenus est à libero arbitrio, non est meritorius, sed dispositio materialis ad gratiam. Quare in genere causæ materialis est prior quàm gratia, & tunc non habet esse contritionis, etiam si sit de offensa Dei: sed quatenus procedit à gratia, est posterior cum ipsa gratia, & prior in genere causæ efficientis quàm remissio peccatorum, vt perdocte ait doctissimus Soto in. 4. dist.
Soto. 14. q. 1. ar. 6. Remissio verò pœnæ temporalis pertinet ad gratiam cooperantem, in quantùm scilicet homo per liberum arbitrium cũ auxilio diuinæ gratiæ æquanimiter pœnas ferendo satisfacit iustitiæ, soluiturq; à reatu temporalis pœnæ. Quarè, licèt vterq; effectus sit per gratiam, præcedit tamen effectus gratiæ operantis, & deinde subsequitur effectus gratiæ cooperantis cum libero arbitrio. Vndè, remissio culpæ, quia est effectus gratiæ, in instanti fit. Sed alter qui fit ex merito liberi arbitrij informati gratia, fit secundùm quantitatem motus eiusdem liberi arbitrij. Aduerte tamen q̃ tantus potest esse animi feruor, vt vnico actu contritionis tollatur cũ
1. conclu culpa tota pœna. His iactis, sit prima conclusio. Remissa culpa mortali, simul tollitur reatus pœnæ æternæ.

2. conclu ¶ Secunda conclusio. Nihil vetat quòd remaneat reatus alicuius pœnæ temporalis, remissa culpa. Hæc conclusio probatur ex il-
Reg. 12. lo. 2. Regum. 12. vbi postquàm dimisit Dominus peccatum Dauid dixit, Veruntamen filius qui natus est tibi, morietur: quod fit in pœnã flagitij & sceleris patrati, remissa igitur culpa, remanet pœna aliqua. Item, quia postquàm Nathan venit ad Dauid, petebat ipse Dauid misericordiam Dei, dicens, Miserere mei, Deus, secun-
Nu. 24. dũ magnã misericordiam tuam: & infrà, Amplius laua me. Domine ab iniqtate mea: & à peccato meo mũda me. Simile habetur nu-

merorum

merorũ. 14. Vbi oranti Moysi pro populo, vt dimitteret eis pecca tũ, dixit Dñs, Dimisi, attamẽ omnes qui tentauerunt, non videbũt terram, pro qua iuraui patribus eorũ. Vbi patet, quòd dimissa culpa, exigitur à Deo pœna pro culpa ipsa. Prætereà. 2. Machabeorũ. 12. legitur, Sãcta ergo, & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis soluãtur. Sed hoc de culpa minimè intelligi põt, cùm culpa post hãc vitã nequeat remitti: intelligitur ergo de pœna q̃ remanet post hãc vitã. Prętereà, quia opposita sẽtẽtia est hęresis Luthero condẽnata: dicebat nãq; ꝙ homini iusto post remissam culpã nullius prorsus erat satisfactionis necessitas, quia Christus sufficiẽter satisfecit p̃ meritũ infinitũ suæ passionis. Ex quo inferebat, fruſtrà esse indulgentias, & satisfactiones, ac purgatoriũ, siquidẽ nulla pœna remaneret, remissa culpa. Prętereà, quia omnes fatentur, ꝙ postquã aliquis pœnituit, imponenda est illi aliqua Pœnitẽtia: quod quidẽ nõ derogat misericordię diuinę: tũ, quia nihil vetat ꝙ iustus puniatur propter iniustitiã priorem: tũ, quia pœna q̃ infligitur post culpã remissam, nõ tãtũ tanquã pœna, sed etiã tãquã satisfactio infligitur. Et quidẽ si aliquis cõbusit domũ alterius, nõ solũ amicitiã illius, sed etiã iustitiã lęsit. Potest igitur Iesus recipere in suã amicitiã proximũ, qui illũ offendit, si ab illo veniã petat, sed nihilominùs, salua amicitia, offensus põt repetere domũ suã. Similiter rex põt amico suo homicidiũ remittere, salua tamẽ amicitia, cogit eũ satisfacere alteri parti pro iniuria sibi illata, & eũ ponit in carcere, donec soluat: eodẽ modo per peccatũ leditur Deus in amicitia, & in iustitia. Vnde, licèt p̃ verã Pœnitẽtiã, & veniæ petionẽ reddeat peccator in Dei amicitiã, & tollatur in ordinatio voluntatis: exigit tamẽ Deus ab illo recõpẽsationẽ iustitiæ per aliquã pœnã, & in carcere purgatorij eũ mittit, si ãte suæ vitæ terminum plenè non satisfecerit. Nec hoc etiam præiudicat sufficientiæ passionis CHRISTI, qui sufficienter pro pœnis omnium peccatorum satisfecit. Nam passio Christi habet tollere reatum cuiuscunquè pœnę, non solùm ęternæ, sed etiam temporalis. Et ideo dicitur quantùm ad sufficientiam, infinita. At verò, quia causa non sortitur effectum, nisi applicata sit, vt secundùm modum applicationis habeat effectum quantùm ad efficaciam, itaquè secundùm modum quo homo participat illius virtutem, tollit reatum pœnæ aliquando totaliter, vt in Baptismo, aliquando secundùm propriorum actuum modum, vt in Pœnitentia. Quocircà non statim per primum actum Pœnitententiæ quo 2. Mal 12.

quo culpa remittitur, ſoluitur reatus totius pœnæ, ſed completis
D. Tho. omnibus Pœnitentiæ actibus, vt ait. Di. Tho. in. 3. p. q. 86. ar. 4. ad 3. & diffuſiùs in lib. 4. contra gentiles.

3. Con. ¶ Tertia concluſio. Sicut remiſſa culpa per Pœnitentiam, remanere poteſt aliqua temporalis pœna [vt dictum eſt] ita remanere poſſe aliquas reliquias peccati, culpa remiſſa, nõ licet ambigere. Hęc concluſio ſuadetur ex eo, quòd iſtæ reliquiæ ſunt effectus conuerſionis inordinatæ ad bonum commutabile, quare cùm hæc conuerſio contingere poſsit ſine à uerſione a Deo [vt quando aliquis peccat venialiter] ſublato eo quod eſt ex parte auerſionis, nẽpe remiſſa culpa mortali, ſimul cum pœna æterna poterunt huiuſmodi reliquiæ permanere, quæ ſe tenent ex parte conuerſionis inordinatę. Quòd ſi quis quærat, Quænam ſint huiuſmodi reliquie quę remanent in peccatore, ſublata culpa? reſpondendum eſt ei, q̃ non ſolùm ſunt mali habitus, aut diſpoſitiones ex malis actibus frequẽtatis generati, verùm etiam debilitas quædam ex parte potentiæ operatiuæ ad rectè operandum. Quemadmodum enim per corporalem ęgritudinem vires corporales debilitantur: & ęgritudine ſanata ad huc remanet quandoquè quędam impotentia, ac imbecillitas ad operandum: ita ægritudine ſpirituali curata, quãdoquè relinquitur quædam imbecilitas ad bene operandum. Accedit ex euã
Mar. 8. gelio illud Marci. 8. de cæco per Chriſtum illuminato, qui primo reſtitutus eſt ad imperfectum viſum: quare aiebat, Video homines velut arbores ambulantes. Deinde reſtitutus eſt perfectę ſanitati, ita vt clarè perſpiceret omnia. Poſt primam ergo remiſsionẽ culpæ, qua homo reſtituitur ad viſum ſpiritualem, ad huc remanent in eo reliquiæ peccati præteriti. Nec tantùm habet verum quòd poſſunt reliquiæ manere, remiſſa culpa per Pœnitentiam, ſed etiam remiſſa per Baptiſmum, remanere poſſunt. Statim nanquè poſt ſuſceptionem ſacramenti Baptiſmi, eccleſia ad miniſtrat ſacramentũ extremæ vnctionis, ſi adſit neceſsitas, quia contra huiuſmodi reliquias: inſtitutum eſt extremæ vnctionis ſacramentum, vt eccleſia abundè inſtructa, nihil prætermittat, vt hominẽ ex hac luce proficiſcentem perpurgatum mittat ad cœlum. Expurgatio nanquè quãtũ ad omnẽ pœnam, ſi in hac vita nõ fuit perfecta, in purgatorio perficitur. At verò, ſi per Baptiſmũ ſemper tolleretur, fruſtrà extremã vnctionẽ eccleſia adhiberet. Item, qa qui ante quã Baptiſmũ ſuſciperent, fuerunt dediti vitijs: experiũtur in ſe q̃ndã inclinationẽ ad malũ, debilitatẽq; ad rectè operãdũ: verũeſt tamẽ q̃ Deus quã doquè

doq; de repente,& culpam,& pœnam, & omnes reliquias abſter git,vt de Magdalena,Lucæ.7.legitur. Quandoq; verò, vt dictũ eſt,per gratiam operantem remittit culpam, & per cooperantem progreſſu temporis,pœnas. *Lucæ. 7*

¶ Quarta concluſio. Quandoq; huiusmodi reliquiæ remanent [vt dictum eſt]tamen remanent debilitatæ, & diminutæ . Proba tur hæc concluſio, nam licet per abſolutionẽ non tollantur vitio ſi habitus,nec diminuantur de per ſe[ſiquidem habitus vitioſus de per ſe debet tolli,aut diminui per actus contrariæ virtutis, vel per ceſſationẽ ab illis actibus,vt habitus iniuſtitiæ per actus iuſti tiæ]nihilominùs ſecundariò,quia per Pœnitentiam datur gratia: ex conſequenti datur frenum ad vniuerſa vitia, & ad malas inclinationes coercendas. *4. Con.*

XVI. DIFFICVLTAS.

Vtrùm ad mortalium peccatorum remiſsionem Pœnitentia *explicita requiratur.*

PRiuſquàm huic difficultati ſatiſfaciã,annotare opor tet, quòd per peccatum mortale mens ſeparatur,ac auertitur perfectè à Deo,cui per remiſsionem culpæ coniungitur. Tunc eſt concluſio. Ad culpæ mortalis remiſsionem Pœnitentia explicita & formalis neceſſaria eſt.Hæc concluſio quantùm ad hoc ſcilicet, quòd requiratur Pœnitentia ad remiſsionem mortalis peccati,nemini licet dubitare,quia cùm per mortale peccatum voluntas deordinetur per inordinatam cõuerſionem ad bonum creatum ſecũdùm iuſtitiam:exigitur vt illa de ordinatio ad ordinationem reducatur, hęc autem ordinatio per Pœnitentiam faciẽda eſt, neceſſaria igitur eſt Pœnitentia. Sed quantùm ad id quod dicit concluſio,nempe quòd debet eſſe explicita hęc Pœnitẽtia,explicatione indiget concluſio. Nam ſi intelligatur,quòd de ſingulis peccatis recordetur,intelligenda eſt concluſio,quantùm ad remiſsionem plenariam omnium peccatorum, quoad culpam, & quoad pœnam, vt regulariter fit à Deo:cõfitendo peccata,& examinando ſuam cõſcientiam,tunc nanq; requiritur quòd recordetur de ſingulis peccatis,& quantùm in ſe eſt deteſtetur ſingula mortalia, ita enim intelligendus eſt.D.Tho. quando dicit in.3.p.q.87.ar.1. quòd diligentiã *Notabi. Conclu.*

ligẽtiã adhibeat ad rememorãdũ singula peccata mortalia, vt singula detestetur. Et probatur, nã ad hoc vt homo cõsequatur remissionẽ omniũ suorũ delictorũ, requiritur ꝙ tantũ doloris accipiat & pœnitudinis, quãtũ indulsit sibi í peccatis. Sed de quocũq; peccato homo sibi indulsit, igitur de singulis oportet ꝙ memoretur, & pœniteat, regulariter loquẽdo. Dixi, Regulariter, nã aliquãdo Deus expeculiari priuilegio potest concedere tantam pœnitudinẽ & dolorem peccatorum, quòd per illum dolorem remittantur ei omnia peccata, quoad culpam & quoad pœnam. Si autem intelligatur quòd debent esse tot detestationes & dolores, quot fuerũt peccata, posteà in materia de contritione agemus. Sed pronunc dico, quòd ad remissionem omnium peccatorum, quantũcunq; sint innumera, sufficit vnica contritio generalis omnium peccatorum. Hęc sententia est expressa domini Caie. in quolib. q. 2. de contritione, & in commentarijs 3. p. q. 87. ar. 1. Dicit nanq; Dominus, Ezechie. 18. In quacunq; hora homo ingemuerit peccatum suũ, ampliùs omniũ iniquitatũ illius nõ recordabor. Patet etiã ex illo de latrone, cui in momẽto remisit dominus õnia peccata sua.

Caie.

Eze. 18.

XVII. DIFFICVLTAS.

Vtrùm peccatum veniale remitti possit sine Pœnitentia.

RIusquã huic difficultati respõdeam, suppono vnũ de fide tenendum, nempe peccatum veniale esse, quod multi hęretici negant hac nostra tempestate, dicentes nullũ esse veniale peccatũ, sed omnia esse mortalia, iter quos est Vuitcleff, vt est videre apud Vualdensem, tomo. 2. de sacramen. c. 154. Sed multis euãgelicis telis hæc hæresis perimitur. Ait enim Christus Matth. 7. Quid vides festucã in oculo fratris tui, & trabẽ in oculo tuo non vides? Vbi mortale, quia visum adimit, trabes appellatur, festuca verò, quæ visum remittit, significat veniale. Et Ioan. apostolus in sua. 1. canoni. ait, Si dixerimus ꝙ peccatũ nõ habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis nõ est. At verò, apostoli erãt cõfirmati in gratia, & cadere non poterant, imò & illi qui sunt virtute & religione progressi, absurdum esset dicere, ꝙ tã crebro mortalia committerent. Loquitur ergo illic apostolus de venialibus peccatis. Insuper prouerbiorum c. 20. dicit sapiens, Septies in die cadit iustus. Postremò Matth. 12. habetur, De omni verbo otioso quod locuti fuerint homines, reddẽt rationẽ in die iudicij. Verbũ autẽ otio

Vual.

Mat. 7.

Ioan.

Mat. 12

otioſum non mortale, ſed veniale peccatum eſt. Ex quibus iam ſatis liquet, quòd non licet negare non eſſe peccatum veniale.

¶ Annotare oportet, peccatum veniale mentem hominis auerte re, & ſeparare à Deo, imperfectè tamen & ſecundùm quid. Vnde datur per illud hominis affectus, ne ita promptè in Deum feratur. His ſic præhabitis, per aliquot concluſiones reſpõdetur ad difficultatem, quarum prima ſit. Sine Pœnitẽtia peccatum veniale non remittitur. Hãc concluſionem habet D. Tho. 3. p. q. 87. ar. 1. Et rationibus manifeſtis ſuadetur, primũ, qa per peccatum veniale deordinatur voluntas quodammodo per conuerſionem ad bonum creatum, ſecundùm igitur iuſtitiam, illa imperfecta deordinatio ad ordinationem neceſſe eſt reducatur: hoc tamen abſq; Pœnitentia fieri minimè poteſt, Pœnitentia igitur neceſſaria eſt. Deinde probatur, nam ſicut mortale remitti non poteſt, quandiu voluntas adhęret peccato [vt diximus] ita nec peccatum veniale, quandiu voluntas adhęret, & manet affecta ad veniale, Pœnitentia igitur opùs eſt ad venialis remiſsionem.

Notab.

1. Con.

Di. Tho.

¶ 2. conc. Hæc Pœnitẽtia ſic prę requiſita, ad venialis deletionẽ nõ opùs eſt qp ita ſit pfecta, vt ad deletionem mortalis exigitur, cũ enim [vt ex fundamẽto à nobis præmiſſo cõſtat] per veniale nõ fiat auerſio à Deo ſimpliciter, vt per mortale fit, ſed tantũ ſecũ dũ quid. Non enim infringitur diuina amicitia per peccatũ venia le: vt pote nõ contra, ſed præter diuinam exiſtens voluntatem: nõ cõtra, ſed præter charitatem: nõ cõtra, ſed præter diuina prę cepta.

Con. 2.

¶ Tertia concluſio. Quanuis ad conſequendam à Deo veniã pec cati venialis non requiratur Pœnitentia explicita & formalis, neceſſaria tamen eſt virtualis & implicita. Hæc concluſio ſola explicatione indiget, videlicet quid ſit Pœnitentia formalis, & explicita, & quid implicita, ac virtualis, & vt breuiter explicem, dico Pœnitentiam formalem & explicitam nihil aliud eſſe, quàm actuale dolorẽ, quẽ Pœnitens de peccatis habet. At verò Pœnitentiam virtualẽ atq; implicitã eſſe actum qui ita afficit, ac diſponit hominẽ, vt quicquid ſibi occurreret, quod eum ab iſto actu, ſcilicet diuinæ amicitiæ, retraheret, aut retardaret, ei diſpliceret, & doleret ſe cõmiſiſſe, etiã ſi tũc de illo non cogitet. Itaq; tunc dicitur, hominem, hanc Pœnitentiam virtualem & implicitam habere, quãdo virtute illius actus quem habet, ſi offerreretur peccatum veniale, explicitè diſpliceret, & pœniteret. Ex qbus iã colligitur, hũc actũ vim expellẽdi, remittẽdiq; oĩa venialia habere, ſi ponãtur. tũ,

3. Con.

quia

quia non est maior ratio de vno quàm de alio, tum etiã, quia omnibus venialibus contrariè opponi perspicuum est, intelligi tamẽ debet dũmodo ille doloris actus generalis sit efficax ad sensum positum, nempe quòd si ei offerretur, ac eius memorię occurreret aliquod veniale, illud detestaretur per hunc generalem dolorẽ. Sicut enim peccata venialia non sunt de necessitate cõfessionis, ita nec de necessitate formalis contritionis, sed sufficit virtualis, quod tamen non sufficit ad remissionem mortalium, nisi quando adhibita sufficienti diligentia illo tempore quo illam teneturad hibere, non possunt memoriæ occurrere, quę quidem diligentia commemorandi venialia non necessaria est, licèt sit vtilis. Hanc
Di. Tho. conclusionem sic intellectam habet D. Tho. inquęstionibus de malo. q. 7. ar. 11. Secus si iste dolor inefficax esset, idest si alicui veniali esset affectus actualiter, vel virtualiter. Nam tunc hoc veniali peccato remanente, cętera venialia ei remitterentur per illũ actum quem habet, Volo in omnibus Deo placere. Quòd autem illud veniale cui est affectus, non remittatur, patet, quia nullus actus, nec feruor charitatis vllum remittit peccatum veniale, quando eius adest complacentia, aut propositum: & rarissimè contin
Con. Mi git, vt homines ab omni veniali peccato sint mũdati. Propter hoc nanq;, concilium Miliuitanum. c. 6. ait, quòd õnes homines etiã iusti ex veritate petunt, Dimitte nobis debita nostra: nam primę Ioan. c. 1. dicitur, Si dixerimus quòd peccatum non habemus, ipsi
Prou. 20 nos seducimus, & veritas in nobis non est. Et prouer. c. 20. Quis
Iob. 25. potest dicere, Mundum est cor meum. Et Iob. 25. c. Nunquid potest apparere mundus natus de muliere? Ratio etiam adhoc manifesta sumitur ex omnium theologorum sententia, asserente hominem existentem in gratia posse, moraliter loquẽdo, vitare omnia & singula mortalia. At verò venialia peccata singula vitare posse, sed non omnia, secus est ex priuilegio peculiari, quo vsus est cum beata virgine.

4. Con. ¶ Quarta conclusio. Quotiescunq; de nouo gratia infundi-
D. Tho. tur, peccata venialia remittuntur. Hęc conclusio ad literam est D. Tho. in. 3. p. q. 87. ar. 2. Intelligenda tamen est, regulariter loquendo, quia si quis haberet solùm contritionem de mortalibus, nullam nec explicitam nec implicitã de venialibus, daretur ei gratia per contritionem illam mortalium, nontamen cõsequeretur remissionem venialium. Attamen raro hoc contingit, nam regulari
Caieta. ter [vt eleganter declarat Caietanus in commentarijs. 3. p. q. 87. ar. 2.

ar. 2. homines si veram habent contritionem, non precisse habent illam de mortalibus peccatis, sed communiter de omnibus, etiam venialibus. Ex hac nostra conclusione manifestè sequitur, quòd in receptione cuiuscunquè sacramenti nouæ legis remittũtur omnia venialia, nisi actualiter alicui mens sit affecta, siquidem quodlibet sacramentum, quantùm ex parte sui est, habet infundere primam gratiam. Dixi, Quantùm est ex parte sui, seu ex vi sacramẽti, quia potest contingere, quòd qui recipit sacramẽtum, habeat iam illam, vel quòd ponat obicem, & sic non conferat illi gratiam illã. Postremò probatur hoc corollarium, quia quicquid sufficit ad remissionem mortalium, sufficit etiam ad remissionem venialium: sed sacramenta ratione sui habent remittere mortalia peccata non ponentibus obicem, ergo & venialia.

¶ Quinta conclusio. Quanquàm quotiescunquè de nouo gratia infunditur, regulariter peccata venialia remittuntur [vt dictũ est] non tamen requiritur ad venialium deletionem gratiæ nouæ infusio. Hanc conclusionem habet D. Thomas. loco. citato in superiori cõclusione, quam dupliciter probat. Primum, quia sicut per peccatum veniale gratia nec tolli, nec diminui potest: ita pari ratione nec ad illius remissionem exigitur nouæ gratiæ infusio. Deinde probat, quia cùm vnumquodquè tollatur per suum contrarium [vt summè calidum per summè frigidum] & veniale peccatũ non contrarietur gratiæ habituali, vel charitati: sequitur apertè ꝙ non est necessaria gratiæ nouæ infusio ad illius remissionem. 5. Con. Di. Tho.

¶ Sexta conclusio. Quanuis nouæ gratiæ infusio nõ sit necessaria ad venialium peccatorum remissionem: aliquo tamen nouo actu à præexistente gratia & charitate elicito, opùs est, quo homo detestetur veniale peccatum explicitè, vel implicitè, formaliter, vel saltem virtualiter. Ex hac conclusione inferuntur duo corollaria. Primum est, quòd ad remissionem peccatorum venialium exigitur vt homo sit in gratia, quia sola gratia Dei est peccati remissiua, vt. D. Tho. inquit, q. 87. ar. 4. Ex hoc rursus sequitur, veniale peccatũ remitti nõ posse sine mortalis peccati remissione. Et ratio huius corollarij est, quia in mortali existens, debitam displicentiã peccati venialis minimè potest habere, requiritur nãq; ꝙ illa displicẽtia, seu dolor sit ꝓpter Deũ, & ꝙ illi sit accepta, vt sit sufficiẽs ad venialiũ remissionẽ. At verò sine gratia hoc habere nõ potest. Item, quia peccatũ veniale contrariatur feruori charitatis, sine feruore ergo Charitatis remitti non potest. Sed hunc feruorẽ habere 6. Con. Di. Tho.

SECRETARIA GENERAL

non potest existens in peccato mortali, igitur nec remitti poterit sine remissione mortalis. Nec obstat id quod obijcitur, quòd tunc aliquis puniretur æternaliter in inferno pro veniali peccato. Nam tũc per accidens puniretur, idest ratione status, quia esset in statu, in quo semper maneret culpa, manente autem culpa in æternum, debet etiam pœna esse æterna. Nec me latet Durandum in. 4 dist. 16. q. 1. ar. 2. & Scotum dist. 14. q. 21. & Gabrielem dist. 16. q. 1. ar. 3. habere contrariam sententiam huius nostri corollarij, nempe quòd posset veniale in inferno remitti. Rationes tamen quas adducunt, iam ex prædictis manent solutæ. Fatemur tamen libenter posse venialia in pugatorio remitti. Christus nanque hoc expresse insinuat, Matthei. 12. cùm ait, peccatum in spiritum sanctum nõ remitti in hoc seculo nec in futuro, vbi datur intelligi à contrario sensu, aliqua remitti in futuro. Vnde Gregorius. 4. lib. dialogorũ ait, aliqua leuia peccata in alio seculo dimitti: neq; hoc potest intelligi solùm quãtùm ad pœnas: nam illo modo etiam grauia mortalia illic expurgantur: inteligi ergo debet, quòd venialia illic dimittuntur quòad culpam per actum charitatis & patientiæ continuatum, illo tempore quo veniale punitur: nam est actus Deo placens, & ad remissionem accommodatissimus. Quanuis nanquè actus ille non sit meritorius augmenti gratiæ aut gloriæ, quia hoc est proprium viatoribus: nihil tamen obstat quominus sit remissorius venialis culpæ, cùm sit charitatis.

Duran. *Scotus.* *Gabriel.* *Matt. 12* *Grego.*

7. Con. ¶ Septima concluſio. Licèt ecclesia authoritatem remittendi omnia peccata tam mortalia, quã venialia accepit à Christo domino ex illis verbis, Quorũ remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta erunt: differenter tamen, quia authoritatem remittendi mortalia accepit per signa solùm à Christo instituta, videlicet sacramenta, nam mortalium remissio non fit sine gratiæ collatione. At verò ad remissionem venialium, accepit ecclesia authoritatem condendi media seu signa, quibus remitterentur, quandoquidem ad eorum deletionem collatio gratiæ non requiritur: de quibus signis seu medijs tractant sequentes conclusiones.

8. Con. ¶ Octaua concluſio. Per tunſionem pectoris, & per confessionem generalem, & per orationem dominicam remittuntur peccata venialia. Probatur, quia in his omnibus est Pœnitentia formalis, & explicita. Et quòd tunſio pectoris includat disſplicentiam explicitè, nemini dubium est, nisi quis iocosè id faciat: & habetur de hac

de hac tunſione de Pœniten.diſ.1.c. Tres ſunt autem. Quantùm autem ad confeſsionem generalem, probatur. Nam explicitè dici mus, Peccaui comeſtione, potatione, riſu, verbo, opere, & omiſſione. Et licèt non ſit aliquod ſufficiens teſtimonium ad hoc probandum, ſatis tamen eſt communis omnium catholicorum ſententia, eccleſiaſticaq; conſuetudo: & ita dicunt prædicatores, Peccata mortalia veſtris confitebimini confeſſoribus: nunc autẽ pro venialibus dicite confeſsionem generalem: nec eſt credendum, q̃ prædicatores populum decipiant. Prætereà, non leue argumentũ eſt eccleſiæ conſuetudo generalis, quæ equidem cõmuniter vtitur in prima & completorio hac generali confeſsione. Sacerdos quoquè quando ſacrum facturus eſt, & ad altare accedit, confitetur generaliter ante gradum altaris. Propter aliquem enim effectum fit hæc confeſsio. Et hunc effectum credimus eſſe remiſsionem venialium. De oratione quoquè dominica patet etiam: dicimus nanquè, Dimitte nobis debita noſtra &c. Habetur etiam expreſsè de Pœniten.d.3.c. De quotidianis, leuibus q; peccatis quotidiana oratio fidelium ſatiſfaciat, ſcilicet Pater noſter.

¶ Nona concluſio. Aſperſio aquæ benedictæ, benedictio epiſcopalis, quælibet ſacramentalis vnctio, oratio in eccleſia dedicata, operantur ad venialium peccatorum remiſsionem. Et in primis p̃batur hæc concluſio quadam communi ratione, quia in omnibus his eſt diſplicentia implicita & virtualis, cùm in his õnibus ſit motus reuerentiæ in Deum, hac enim ratione ait. D. Tho. in.3.q.87. ar.3.ad primum, omnia iſta prędicta remiſsionem venialium peccatorum cauſare. & eandem ſententiam tenet Silueſter. in verbo Peccatum. §. vltimo. Deinde probatur hæc noſtra concluſio quãtùm ad ſingula membra in particulari, & primùm de aqua benedicta, habetur expreſsè de conſe. diſ.3.c. Aquam. Vbi Alexander. inquit, Aquam ſale conſperſam benedicimus, vt ea cuncti aſperſi, ſanctificentur, & infrà, Coinquinatos ſanctificat, & purgat. Intelligendus tamen eſt textus, quòd ſanctificat nõ immundos ſimpliciter, quales ſunt qui mortalis peccati habent maculam, ſed immũdos ſecundùm quid, nẽpe quoad maculã venialis peccati. & hãc mũdiciem dominus oſtendit, cùm dixit, Qui totus eſt mũdus, nõ indiget niſi vt pedes lauet, ſed eſt mundus totus. De benedictione epiſcopali ego non reperio in iure teſtimonium conuincẽs, tantùm enim habetur. 1. quæſtion. 1. capi. Dictum eſt. quòd quanuis aliquis boni meriti ſit, nõ tamẽ poteſt benedicere, niſi fuerit ordi

9. Con.

Di. Tho.

Siluest.

Alex. 9

natus, ex quo loco non habetur benedictionem episcopi remittere venialia, sat tamen est communis omnium tam canonistarum quàm theologorum sententia, quæ quidem habet per hanc benedictionem remitti venialia. Et adhuc probatur ex communi ecclesiæ vsu, tenentis hanc sententiam: ad hoc nanq; episcopi suam ordinant benedictionem, vt scilicet venialia peccata remittat.

¶ De vnctione sacramentali, & de oratione in ecclesia dedicata, similiter non inuenio aliquod testimonium firmum in iure, quòd remittant venialia peccata, sed solùm reperitur communis loquendi modus doctorum hoc asserentium: sufficit enim nobis ita à patribus nostris accepisse, licèt non sint scripta in iure. Multa namquè de aure in aurem vsquè ad nos deuenerunt, & non perscriptum.

Dubium. ¶ Sed dubiũ est, an ista ex opere operato remittant venialia. Pro
Conclu. hoc sit cõclusio. Omnia ista, nempe tunsio pectoris, aspersio aquæ benedictæ &c. non habent remittere peccata venialia ex opere operato, sed ex sola deuotione secundùm communem sententiã
D. Tho. theologorum, quam tenet D. Tho. in 3. p. q. 87. & in 4. sen. dis. 16
Caie. q. 2. ar. 2. & in eadẽ. 3. p q 83. ar. 3. ad 3. & Caietanus habet eãdẽ
Sco tus. Scotus quoq; in 4. dis. 16. & Palu. dis. 16. q. 1. ar. 1. & Gabriel. q.
Palud. 5. Et ratio huius conclusionis est, quia cùm ecclesia non habeat
Gabrie. potestatem ex opere operato remittẽdi peccata nisi per sacramẽta: & culpæ veniales sint verè peccata, nõ possunt ex opere operato remitti nisi per sacramenta: nec ex hac nostra sentẽtia infertur, quòd frustrà aqua benedicitur, & episcopalis benedictio datur, si ex de votione tantùm illam recipientium remittitur eis veniale. Non frustrà fiunt: inquam, tum, quia istæ consecrationes prosunt ad plures alios effectus, scilicet ad expellendos dæmones, & ad salutem corporalem: tum etiã, quia Deus peculiariter assistit illis rebus sensibilibus. Vnde, magis nos mouet ad deuotionem per ista, quàm per alia sensibilia, scilicet per aquam non benedictam. &c.

XVIII. DIFFICVLTAS.

Vtrùm peccata per Pœnitentiam remissa, redeant persequens peccatum.

Huic

HVic difficultati aliquibus concluſionibus me ſatiſfacturum exiſtimo, ſi tamẽ præmiſerim vnicam diſtinctionem, nempe duo eſſe in mortali peccato. Primum, culpam ipſam. Alterum, pœnæ æternę reatũ. Tunc eſt prima concluſio. Peccata ſemel remiſſa, redire non poſſunt perſequens peccatum quantùm ad culpam. Hãc concluſionem tenet D. Tho. in 3. p. q. 88. ar. 1. Et probatur manifeſta ratione, quia opus Dei per opus hominis amoueri, & irritari nequit: remiſsio autem priorum peccatorum fuit opus diuinæ miſericordię, per ſequens igitur peccatum hominis irritari non poterit. Item, quia Petrus qui occîdit hominem, Pœnitentiamq; de illo homicidio egit, & iterum poſt Pœnitentiam furatus eſt: certum eſt, quòd hoc vltimum peccatum furti non habet homicidij maculam, non ergo redit per ſequens peccatum iam ſemel remiſſum. Nam ſi cauſa non redit, non eſt cur effectus redeat. 1. Con. D. Tho.

¶ Secunda concluſio. Peccata dimiſſa, non poſſunt etiam redire quantùm ad pœnam, Quantùm ad pœnam, inquam, non ſolùm ſenſus, quia noua pœna ſenſus debetur peccato nunc de nouo commiſſo, & non illa prior quæ peccatis iam dimiſsis debebatur: ſed nec quãtum ad pœnam damni. Probatur iſta cõcluſio, quoad pœnam ſenſus ex illo Naum. 1. Non ſurget bis tribulatio, vel ſecundùm ſeptuaginta, Non puniet Deus bis in id ipſum. Et Ezechiel 18. Inquacũq; hora ingemuerit peccator, iniquitatũ eius ampliùs non recordabor. Quæ quidem teſtimonia ratione confirmantur, quia Deus non remittit peccata ſub hac conditione, infuturum ſi lapſus non accidat. Quoad pœnam verò damni, probatur, nam pœna damni ſequitur auerſionem & maculam, & in hoc peccato de nouo cõmiſſo, & eſt noua auerſio à Deo, & noua macula, prout conſurgit ex alio & alio actu peccati mortalis, ſcilicet ex alia conuerſione ad bonum creatum, ac ex conſequenti debet eſſe alius diſtinctus reatus pœnæ ęternæ à reatu pœnę debitę priori peccato iã dimiſſo. Sed vtrũ iſta pœna damni ſit eadẽ in omnibus dãnatis, & nõ maior pœna in vno quàm in alio? Ad hoc Duran. in 4. diſ. 22 q. 1. & Paludanus q. 2. & Capreolus dicunt, eamdem prorſus eſſe. Ratio illorum eſt, quia illa pœna non eſt niſi priuatio & carentia diuinæ viſionis: quę non recipit magis & minus, vt ait, D. Tho. in 3. p. q. 71. ar. 3. ad primum. Doctiſsimus tamen Soto in 4. diſ. 16. q. 1. ar. 1. tenet, quòd non eſt eadem in omnibus, ſed maior in vno quàm in alijs, quia pœna illa damni correſpondet maculæ 2. Con. Naum. 1. Ezec. 18 Duran. Palud. D. Tho. Soto.

torum, ergo vbi maior est macula, maior est pœna. Item, quia cùm tristitia & afflictio, quæ est pœna sensus, oriatur ex pœna damni, & non solùm ex igne & alijs crutiatibus, quę non est æqualis in omnibus fit, vt etiã pœna damni non sit æqualis. Vnde dicit, quòd licèt non sit maior priuatio quia priuatio, vt dictum est, non recipit magis aut minus, est tamen maior pœna. Et licèt vtra què sentẽtia sit probabilis, probabiliorem tamen reputo secundam.

3. Con. ¶ Tertia conclusio. Et si præterita peccata iam dimissa, quantùm ad eandem priuationem diuinæ visionis numero per peccatũ subsequens redire non possint [vt dictum est] redeunt tamen quantũ ad eãdem priuationem specificam. Probatur. Nam per subsequẽs peccatum mortale homo priuatur gratia, & sit reus pœne æternę, sicut etiam priùs erat in prioribus peccatis autẽ dimissionem eorum, cùm hoc commune sit omnibus peccatis mortalibus. Igitur quantùm ad eandem specificam priuationem diuinæ visionis peccatum iam dimissum redire posse fatẽdum est. Et hoc modo intelligere oportet D. Iacobum apostolum in sua canonica c. 2. cùm dicit, Qui in vno offendit, factus est omnium reus. Incurrit nanq; eandem mortem æternam specifice, quam meruerat per peccata præterita iam dimissa. Hanc conclusionem sic explicatam, habet D. Tho. in. 3. p. q. 88. ar. 1.

D. Iaco.

D. Tho.

4. Con. ¶ Quarta conclusio. Peccata illa priùs dimissa, dicuntur quodammodo redire per subsequens peccatum, scilicet inquantùm reatus eorum ratione ingratitudinis virtualiter continetur in peccato illo subsequenti. Ad istum tamẽ sensum, quòd grauius peccatum est quod nunc post dimissa peccata de nouo committitur. Nam ex eo quòd reditur ingratus per iterationem peccati, diuino beneficio iam recepto in remissione priorum delictorum, videtur grauiùs peccare, quàm prius peccauerat. Hanc conclusionem habet Diuus Thomas. in. q. citata per totam. Intelligitur tamen hæc conclusio, quòd scilicet est grauius peccatum quod denouo committitur, non faciendo comparationem simpliciter secundùm omnia quæ in vno & in altero peccato considerari possunt, sed secundùm quid, putà quòd aliqua est noua ingratitudo in posteriori [vt dictum est] Exempli gratia, si quis fecit furtum, & posteà æquale, ex obiecto & circunstantijs propter ingratitudinem prioris remissi, secundum est grauius. Sed tamen si priùs fecit homicidium, & posteà furtum, nõ opùs est vt furtum cum sua ingratitudine adæquet grauitati homicidij prioris, quia cætera ex obiecto non sunt

D. Tho.

non sunt paria.

¶ Quinta conclusio. Et si non oporteat quantitatem ingratitudinis æqualem esse absolutè quantitati beneficij susceptí, quia contra æquale beneficium susceptum potest vnus homo esse magis ingratus, quàm alius, vel secundùm intensionem contemptus beneficij, vel secundùm grauitatem culpæ contra benefactorem de nouo commissę, ex quibus quãtitas ingratitudinis mensuratur, nihilominùs tamen cęteris paribus, quantò beneficium maius est beneficio, tantò ingratitudo maior est ingratitudine, quia supposita æqualitate contemptus beneficij, vel offensæ contra benefactorem de nouo commissæ, quantificatur ingratitudo ex susceptο beneficio. Ex quo iam colligitur, quòd tantò quis post Pœnitentiam grauiùs peccat, quantò maiora fuerunt peccata sibi priùs dimissa, & pluries, si quidem beneficium quantificatur ex peccatis illis dimissis, vt dicit ex presse D. Tho. & Caie. in. 3. p q. 88. 5. Concl. D. Tho. Caieta.

¶ Sexta conclusio. Hæc grauitas, quæ quidem ratione ingratitudinis consurgit, non mutat speciem peccati commissi post Pœnitentiam, quia non apponit deformitatem alterius speciei ab ipso peccato, imò ingratitudo trahitur ad speciem peccati, quod circunstat, putà fornicationis, si peccatum commissum post Pœnitentiam, est fornicatio, & sic de alijs. Et hanc ingratitudinem commodum est confiteri: non tamen necessarium secundùm omnes doctores. Non enim opùs est dicere, Postquàm iam Deus mihi remiserat multa peccata, fornicaui: & ratio est quia non habet aliam deformitatem, seu malitiam distinctam à peccato quod commisit post Pœnitentiam. Consequitur nanquè hæc ingratitudo ad omnia peccata mortalia, sicut quilibet peccãs mortaliter, inter prętamen erit quãdo aliquis offendit, scilicet fornicaꝛ cũ hac intẽtione, Quia Deus remisit mihi peccata mea, volo illum offendere. Itaq; in illo peccato de nouo cõmisso, adsit cõtemptus formalis Dei, & beneficij ab eo recepti. Tũc nanq; ingratitudo ista mutat speciẽ, & est speciale peccatũ, & ideo est necessariò cõfitẽda. Sunt enim illic duæ peccatorũ rationes formales, licèt materialiter sit vnica actio: nẽpe fornicationis, & ingratitudinis, licèt ille magis nomineꝛ contẽptor & ingratus, quàm fornicarius. Similiter, tãta potest esse ingratitudo, vt si quis sæpe, & sæpissime remissionẽ obtinuit peccatorũ, liberatusq; fuit à multis periculis, in quę eorũ causa fuerat cõiectus, tũc profecto licèt ingratitudo nõ sit speciale pecca-

tum, est tamen circunstantia necessariò confitẽda, ita tenet Soto, in. 4. dis. 16. q. 1. ar. 4.

XIX. DIFFICVLTAS.

Vtrùm per Pœnitentiam restituantur homini gratiæ & virtutes.

Con. vni HVic difficultati vnica conclusione affirmatiua respondetur, nempe quòd per Pœnitentiam restituũtur gratia & virtutes. Hanc conclusionem inprimis citra controuersiam tenent omnes doctores, Di. Tho. in 3. p. q. 89. ar. 1. Deinde probatur quadam vrgenti ratione. Cùm enim per Pœnitentiam detur homini ipsam agenti gratia secũdùm omnes: necessum est vt etiam illidẽtur virtutes: quia sicut ex animæ essentia fluunt omnes potentiæ eius, ita ex gratia consequuntur omnes virtutes, quæ sunt restitutu posibiles. Et nota quòd non est hîc sermo de virtutibus acqsitis: ille enim non generantur nisi ex similibus actibus: Similiter non est sermo de Pœnitentia vt est virtus, cũ dicitur per Pœnitẽtiã restitui virtutes, quia sic ipsa potiùs simul cum cæteris per sacramentum Pœnitentiæ infunditur, & est effectus gratiæ: sed sermo est de Pœnitentia inquantùm est sacramentum, secundùm quòd est causa instrumentalis gratiæ, vt supràdictum est.

Dubium. ¶ Sed maius dubium est in hac materia. Vtrùm pœnitens ad æqlem gratiam illi quam ante peccatum habebat, an ad maiorem, vel ad minorem resurgat. Cui dubio persequentes conclusiones

Conclu. respõdetur. Sit igitur. 2. cõ. in ordine. Pœnitẽs nõ semper resurgit ad æqualem gratiam, nec ad minorem. Hanc conclusionem tenent õnes antiqui doctores. Alex. Alẽ, in 4. p. q. 57. & Bonauen.

Ale. Al. *Bonaue.* in 4. dis. 14. q. ãtepenultima, & vltima. & Albertus Magnus dis.

Alber. 14. ar. 21. & 22. & Duran. in 3. distinc. 31. q. 2. & eã manifesta ratio

Duran. ne probare possumus. Videmus nanq; feruentissimos viros tepidè, & non ita feruidè post perpetratum peccatum, & Pœnitentiã operari sicut anteà, & ediuerso eos, qui antequàm peccatum committerent, tepidè operabantur, post Pœnitentiam verò feruentissimè operari, imò etiam eundem pœnitentem quandoq; videmus resurgere cum maiori, quandoq; cum minori feruore. Quare euidenter

denter cõuincitur, non ſemper in æquali gratia omnes reſurgere, contra Henricum de Gandauo quolib. 5. q. 23. Secundùm enim hanc ſententiam Henrici, nihil referret pœnitentem feruentiſsimo contritionis motu reſurgere, aut tepidiſsimo: quod concedere abſurdum eſt. Nec valet ratio Henrici dicentis, quòd ſi non omnes in æquali gratia reſurgerent, iam daretur gratia ex operibus, contra Paulum ad Roma. c. 11. Si autem ex operibus, iam nõ eſt gratia. Cui rationi ſatiſſit diſtinguendo de gratia, quę qdẽ quã doq; pro auxilio gratuito, quãdoq; verò pro gratia habituali, qua ſumus Deo grati, accipi ſolet. Et ſiquidem pro auxilio gratuito accipiatur, nõ præcedit aliqua diſpoſitio ex parte noſtra, præcedit nanq; omnem noſtram operationem hoc auxilium: illud enim eſt tractio Dei, qua Deus nos prẽuenit mouendo liberum arbitrium noſtrum. Si autẽ pro gratia habituali accipiatur, prẽcedere oportet diſpoſitio ex parte noſtra. De hac enim gratia, ait. D. Thomas in. 3. p. q. 89. a. 1. contritionem eſſe vltimam diſpoſitionem ad gratiam conſequendam, & in 2. ar. inquit, Iniuſtificatione impij motus liberi arbitrij eſt vltima diſpoſitio ad gratiam: ille nanquè motus per quem Deo conſentimus, eſt vltima illa diſpoſitio. Nec propter hoc concedere licet, gratiam dari ex noſtris operibus, quia opus in ſacris literis non quæcunquè operatio noſtra appellatur, ſed illa tantùm, cui ex merito merces debetur. Hoc autem non habet illa operatio noſtra, cùm ſolùm ſe habet diſpoſitiuè, & materialiter, & non meritoriè, quia vt eſt à libero arbitrio, illa diſpoſitio non eſt meritoria. Quãdiu nãq; homo diſponit ſe, ſemper manet inimicus, & ſic opus eius tunc nõ eſt meritorium.

Henric. *Rom. 11.* *D. Tho.*

¶ Tertia concluſio. Pœnitens non ſemper reſurgit ad maiorem gratiam illa, à qua ceciderat. Hanc concluſionem tenent omnes doctores pro præcedenti concluſione citati, contra Okam in 4. q. 8. & 9. & contra Gabrielem in. dif. 14. q. 3. ar. 3. qui habent, ſem perpœnitẽtẽ reſurgere in maiori gratia & gloria, quàm prius habuerat, quia tota omiſſa reſtitmr ei, & p cõtritione prẽcedẽti datur nouus gradus. Et ratio etiam in præcedenti concluſione ex experiẽtia ſumpta, vrget pro hac noſtra cõcluſione, nẽpe qa videmus quotidie quoſdam poſtquàm reſurgunt, tepidiùs operari, non igitur concedendum eſt, hos reſurgere cum maiori amore, & ad maiorem gratiam & gloriam, quia maior amicus Dei diligentiùs ſeruit Deo, quandoquidem amor Dei, teſte Gregorio homilia. 30. non eſt occiſus, operatur enim magna ſi eſt. Prętereà, ad gratiã

3. Con. *Okam.* *Gabrie.* *Gregor.*

ad gratiã disposítio prærequiritur, itaquè quantò maior est gratia introducenda, tantò maior dispositio est necessaria, sed cõtritio est dispositio non solùm ad gratiam nouam suscipiẽdam, verùm etiã ad gratiam præteritam, scilicet ad nouum gradum ratione meritorum mortificatorum, quę tunc viuificantur, vt statim diffusiùs ostẽdam. Tantò igitur maior erit gratia etiã præterita, q̃ntò maior fuerit contritio cum qua resurgit. Nec sententiæ huic aduersatur
Eze. 18. illud Ezechielis. 18. dicentis, Si impius egerit Pœnitentiam omnium iniquitatũ quas operatus est, amplius non recordabor, & in iustitia quam operatus est, viuet. Recordaret autem illius iniquitatum, si non restitueret pœnitenti totam gratiam quam prius habuerat, & totam gloriam meritis mortificatis debitam. Non inquam, aduersatur huic sententiæ, nam iste locus, scilicet quòd non recordabitur illarum iniquitatum post conuersionem peccatoris, intelligendus est quantùm ad culpam & pœnam æternam, quia quantùm ad pœnam temporalem, quæ relinquitur soluenda in hac vita, vel in purgatorio, bene recordabitur Dominus: & ita intelligenda sunt omnia alia loca, si quæ sunt in sacris literis de hac materia. Non enim negandum est, nostrarum iniquitatum Deum memoriam habere ad puniendum, etiam post Pœnitentiam: quemamodũ non est negandum habere memoriam operum quæ homo ante peccatum operatus est. Iuuant nanquè opera prius à viro iusto facta. Iuuant, inquam, illi posteà in peccato existenti, vt citius illum Dominus à peccato eripiat. Non tamen Deus tenetur illum à peccato eripere, cùm illud non sit meritum de condigno, sed tantùm de congruo.

Roma. 5. ¶ Nõ obstat etiam illud Pauli ad Roma. 5. Vbi abũdauit delictũ, superabundauit & gratia, nam illud de gratia CHRISTI dumtaxat intelligendum est, quæ superat vniuersa mundi delicta, verum est tamen, quòd quandoquè grauiter peccãtes, feruentiùs dolent, & sic vberiorem gratiæ habitum consequuntur, veluti Magdalena. Dicitur etiam semper gratia resurgentis abundans, quãtùm ad rationẽ gratiæ, quia ei qui plus peccat, magis gratis beneficium remissionis confertur.

4. Conc. ¶ Quarta conclusio. Pœnitens quandoquè resurgit cum maiori gratia quàm prius habuerat: quãdoquè autẽ cum æquali: quãdoquè etiam cum minori secundùm proportionem dispositionis maioris vel minoris, cum qua resurgit à peccato. Hanc conclusionem præter authoritatem omnium doctorum, quos adduximus

pro secun

pro secunda conclusione, qui illam tenent expressè, habetur in distinctione. 50. cap. Quæcunquè. & colligitur manifestè ex. 2. &. 3. conclusionibus, nam, si non semper resurgit ad æqualem gratiam, nequè ad minorem, nec ad maiorem: restat ergo vt quandoquè in maiori, quandoquè in minori, quandoquè in æquali resurgat.

¶ Quinta conclusio. Cuicunquè resurgenti, præter gratiam & gloriam quæ correspondent contritioni, & dispositioni præsenti, dabitur aliqua gratia, & gloria, hoc est præmium essentiale ratione meritorum præcedentium, quæ quidem merita debebantur operibus bonis factis in gratia antequàm per peccatum mortificarentur. Hæc conclusio probatur, nam dato opposito, sequeretur, quòd si essent Petrus & Paulus, Petrus homo pessimus, qui per triginta annos perseuerauit in grauissimis peccatis, & Paulus homo iustus, qui per. 30. annos perseuerauit in gratia, & cecidit per vnum mortale, Sequeretur, inquam, quòd si ambo resurgerent cum æquali conatu, quòd æquale præmium haberent, quod minimè concedere licet. Asserendum igitur est, aliquam gratiam & gloriam dari ratione operum præcedentium. 5. Conc. 6. Con.

¶ Sexta conclusio. Quantò aliquis maiori conatu, & maiori contritione, seu dispositione resurgerit, tantò plus gratiæ, & gloriæ amissæ recuperabit ratione meritorum, quæ debebantur operibus præcedentibus mortificatis per mortale peccatum, secundùm proportionem, videlicet quòd medietati conatus, & cõtritionis, seu dispositionis præsentis correspondebit medietas gratiæ, & gloriæ debitæ operibus mortificatis, & tertiæ parti contritionis tertia pars gratiæ, & gloriæ amissæ, itaquè tanta gratia, & præmium restaurabitur, quanta fuerit contritio, seu dispositio cum qua resurgerit, vt si sint Petrus & Paulus, quorum vterquè ceciderit à gratia vt. 10. post peccatum tamen Paulus cum maiori conatu resurgit. maior gratia datur ei quàm Petro. Nec solùm habenda est ratio quãtitatis, verùm etiam & multitudinis, magnitudinis q; meritorum, quę fuerunt mortificata. Nam resurgenti per contritionem vt vnum, liquida ratio exposcit, vt plus gratiæ & gloriæ restituatur, si à gratia vt decem ceciderat, quàm si à quinque duntaxat cecidisset: & si resurgit peccator cum contritione vt quatuor, dabitur illi gratia, & gloria vt q̃tuor: & vltra gradũ correspondẽtẽ præsenti dispositioni ratione bonorum operum præcedentium, dabitur etiam ei gratia & gloria vt quatuor, & sic resurget cum gratia vt. 8. & ratio est quia contritio, seu dispositio p̃sens, nõ

tantùm

tãtũ est disposítio ꝓportionata gratię, q̃ in præsenti datur de nouo, verùm etiam gratiæ quæ restauratur, quod insinuare videtur D.

D. Tho. Th. in. 3. p. q. 89. ar. 2. ad. 2 & in. ar. 5. in solutiõe ad 3. ait nãq; ꝙd cũdũm quòd motus liberi arbitrij in resurgente est intẽsior, vel remissior, pœnitens consequitur maiorem vel minorem gratiã. Hęc

Victori. nanq; est sententia magistri à Victoria, & Soto. Scio tamen Scoti

Soto. in. 4. dis. 22. q. vnica ar. 2. tenere quòd omnis resurgens à pecca-

Scotus. to, resurgit ad maiorem gloriam, quàm fuerat illa ad quam anteq̃ deliquerat, erat ordinatus, licèt non oporteat vt semper resurgat ad tantam gratiam, quanta fuerat illa à qua ceciderat. Sed certe babilior est sententia Thomistarum, cùm gratia sit acceptatio ad gloriam: quare resurgere ad gloriam vt decem, nihil aliud est quàm esse acceptum ad gloriam vt decem, atque adeò habere gratiam & amicitiam vt decem. Vnde, secundùm Scoti sententiam profecto fatendum esset quòd resurgit ad tantam gratiam, quanta fuerat illa à qua ceciderat, præter illam quæ correspondit contritioni.

7. Con. ¶ Septima conclusio. Perfectè pœnitenti, ideſt ex toto corde, & cum toto conatu [qui per auxilium Dei haberi potest] resurgenti præter gradum gratiæ respondentem contritioni, semper restituitur tota præcedens gratia & gloria, à qua ceciderat, siue magna fuerat, siue parua, quæ quidem ei debebatur ratione præcedẽtium operum. Hęc conclusio sequitur manifestè ex præcedenti conclusione. Nam si quantò cum maiori contritione & conatu quis resurgit, tantò magis ei de gratia & gloria amissa restituitur, igitur resurgenti perfectissimo conatu, restituetur tota gratia & gloria debita operibus mortificatis. Vnde, optimum est semper dolere. Deinde probatur, quoniam cùm contritio sit dispositio ad viuificationem operum, fit vt optima quæ esse potest, in integrum gratiam & gloriam debitam operibus mortificatis restituat: nam sicut posita dispositione, ponitur effectus: ita posita summa, ponitur summus effectus. Sic nanque intelligendum esse Ambrosium, cùm ait, ꝙd Pœnitentia res optima est, quæ omnes defectus reuocat ad perfectum: existimo. Ex his iam perspicuè atquè euidenter colligitur, quòd resurgens, semper ad aliquem gradum maiorem gratiæ & glorię resurgit, quàm sit quantitas contritionis: qui quidem mortificatis operibus respondet, aut præcedenti gratiæ Baptismali, si forsitan post illam antequàm boni aliquid faceret meritoriũ apud Deum, peccaret.

¶ Octa

¶ Octaua conclusio. Cathecumino, qui magnam haberet copiã gratiæ ãtequàm baptizaretur,& peccauit mortaliter,dum posteà baptizatur,si sua Pœnitentia est summa, prꝫter gratiam baptismalem in totam illam restitueretur:sed si tepida contritione baptizaretur,quanuis sit probabile quòd in totam restituatur, non tamen est omnino certum. Secus autem est de martyrio: nam per illud cùm sit intensissimum dilectionis opus,iuxta verbũ Christi, Maiorem charitatem nemo habet,quàm vt animam suam ponat quis pro amicis suis:citra ambiguitatem asserere possumus,quòdrestituitur martyr in totã,à qua ceciderat anteà per peccatũ mortale. 8. Conc.

¶ Nona conclusio. Si contritio seu dispositio pœnitentis est imperfecta: non statim quando conuertitur, restituitur ei tota gratia amissa,sed per dolores,& gemitus & bona opera, quæ homo facit post conuersionem existens in gratia,nempe per actus meritorios sequentes Pœnitentiam,restaurabitur ei: itaq; eò magis operũ præcedentium præmiũ recuperat, quõ gratia indies in eo augetur,quousq; in pristinam dignitatẽ redeat. Et ratio est, quia non recuperabit totũm meritum operum præcedentium, donec habeat tantum præmium,quantum anteà habuerat, scilicet tantã contritionem seu dispositionem: alioquin fieret consequens, vt qui per primam contritionem non recuperaret totũ,ne quiret posteà iacturam reficere:quod est absurdum. 9. Conc.

¶ Sed an resurgat homo cum eadem dignitate, quam ante peccatum habebat,dubium est. Cui dubitationi per quinq; conclusiones respondetur, quarum prima est. Dignitatem hanc, vt homo connumeretur inter filios Dei,semper per Pœnitentiam acquirit. Hæc conclusio apertè constat ex illo de filio prodigo, Lucæ. 15. cui pater reuertẽti restitui iussit stolam primam,& annullũ, & calceamenta,quæ erant filiorum ornatus,& insignia, quibus à seruis dignoscebantur. Dubium. 1. Concl. Lucæ. 15

¶ Secunda conclusio. Pœnitens à peccato resurgens, dignitatẽ innocẽtiæ & virginitatis quam per peccatum amisit, recuperare non potest, etiam per Dei absolutam potentiam. Hæc conclusio est omnium doctorum. Inquit nanq; Hierony super. 5 cap. Amos. cùm Deus omnia possit,de corrupta facere virginem nõ potest: non enim est potentia ad præteritum. Et ratione probatur, quia sunt quædam,quę de natura sua includunt continuationem:sicut innocentia & virginitas. Innocentia enim est nunquàm peccasse, & virginitas est semper abstinuisse à delectationibus Venereis.& talia 2. Conc. Hierony

talia cùm amittuntur, non possunt recuperari, quia caderet in ea interruptio, quod est contra rationem huę cõtinuationis. Et ideo innocentia perdita non recuperatur, neque virginitas. Possunt tamen, & debent qui sic irrecuperabilia dãna innocentiæ & virginitatis per infamia crimina incurrerunt, Pœnitentia scilicet, lachrymis, ieiunio &c. Magdalenam & Dauidem imitari, vt errata recõpensent, vt eleganter tradit. Soto. in. 4. Vnde, non est eadem ratio de innocentia, & de gratia, & charitate, quia ista de sua ratione nõ includunt continuationem, quocirca cùm amittuntur per peccatum mortale, recuperari possunt per Pœnitentiam in æquali gradu vel maiori vel minori, vt dictum est in præcedentibus conclusionibus.

Soto.

Notabi. ¶ Aduerte tamen hîc, quod virginitas quando per solùm propositum contrarium corrumpitur, recuperabilis est per Pœnitẽtiam, vt virgo quę stuprum habet in proposito, si ante experientiam eã pœniteat, virgo permanet, vel si habuit propositum nubendi, amisit virginitatem: recuperatur tamen per mutationem illius propositi solam, quia tunc non opùs est Pœnitentia, cùm nubendi propositum non fuerit peccatũ. At verò si quis voluntariè & culpabiliter amisit virginitatem per pollutionem, amplius reparari non potest, ita tenet expressè. D. Tho. 22. q. 152. ar 3. ad. 3. & in. 4. dis. 33. q. 3. ar. 1. ad. 4. & quolib. 5. ar. 24. ad. 2. Dicit enim, q̃ virginitas potest reparari quãtùm ad id qđ est formale, scilicet ꝓpositũ abstinẽdi à Venereis: nõ autem quantũ ad id qđ est materiale in ipsa virginitate, videlicet ex periri voluptatem Veneream.

Di. Tho.

3. Concl. ¶ Tertia conclusio. Licèt non possit pœnitẽs à peccato resurgẽs, recuperare innocentiam perditam, potest recuperare aliquid vtilius, & melius. Notum nanquè est, ducem in prælio plùs eum militem diligere qui post fugam reuersus, hostem fortiter præmit, quàm illum qui nunquàm terga prębuit, & nunquàm aliquid fortiter fecit.

4. Conc. ¶ Quarta conclusio. Quando quis commisit peccatum habens irregularitatem annexam, licèt verè pœniteat, nõ restituitur in priſtinã ecclesiasticã dignitatẽ aut officiũ, imò licèt sit casus citra peccatũ, vt si quis viduã, vel ab alio relictã duxerit, non admittitur ad clerũ ꝓpter bigamiam, vt habetur. c. Siquis viduã. dis. 50. & similiter, cũ iudex authoritate publica hominẽ occîdit, irregularitatẽ incurrit, nisi ẽndo mortẽ ꝓpriã aliter vitare nõ valens, suũ inuasorem occîdit, vel mutilauerit. Casus nanquè iste optimo consilio in con-

in concilio Vienenſi exceptus eſt, vbi dicitur, vt qui cum moderamine inculpatę tutele ſeſe defendens, homicidium faceret, nõ eſſet irregularis, ſicuti qui ex ignorantia inculpabili illud perpetraret, quia illud non eſt voluntarium, vt habetur in clem. Si furioſus. de homicidio. *Con. Vie*

¶ Quinta concluſio. Qui commiſerunt peccatum ſcandaloſum, vt illi qui capti fuerunt publicè in periurio, furto, atquè fornicatione, & cæteris huiuſmodi criminibus, ſecundùm canonum ſacrorum inſtituta, dummodo crimina ordine iudiciario comprobata, vel aliàs notoria fuerint, & ſimiliter illi quos nõ verè, ſed fictè pœnitet, non reſtituuntur in priſtinum gradum, & honorem eccleſiaſticum. Secus de illis qui pro ſuis criminibus dignè Deo Pœnitentiam obtulerunt per ieiunia, & eleemoſynas, vigiliaſq;, & ſacras orationes. Hæc concluſio habetur in diſtinctione. 50. c. Domino ad Miſsianum epiſcopũ. vbi ait Iſidorus, Illos ad priſtinos gradus redire, canones præcipiunt, quos Pœnitentiæ pręceſsit ſatisfactio, vel condigna peccatorum confeſsio. *5. Con.*

XX. DIFFICVLTAS.

Vtrùm opera mortificata per peccatũ, reuiuiſcant per conſequentem Pœnitentiam.

PRo huius difficultatis elucidatione ſupponitur tanquam indubitata determinatio alterius quęſtionis, nẽpe opera in charitate facta, mortificari per ſequęs peccatum mortale, ideſt impediri à ſuo proprio effectu vel operatione, qui eſt perducere ad vitam ęternam. Sunt enim opera mortalia in triplici differentia: quędã viua, q̃ ex gratia & charitate ꝓcedunt: quedã verò mortua, qa fiunt in peccato mortali, quęquidẽ licèt ſint moraliter bona, nõ tamẽ ſunt meritoria vitę ęternę: quedam deniq; ſunt opera q̃ facta fuerũt in charitate, ac ꝓinde vitã habuerunt, ſed tñ. per peccatũ mortificata ſunt. Tũc ad difficultatẽ ꝓpoſitã vnica cõ. affirmatiua reſpõdeẽ nẽpe ꝙ opera mortificata per peccatũ, reuiuiſcũt per Pœnitẽtiam. Hãc con. tenẽt õnes doctores abſq; diſcrimine aliquo. D. Th. 3. p. q. 89. ar. 5. & Magi. ſẽ. in. 4. diſ. 15. & Glo. ſuper illud Ioelis. c. 2. Reddã vobis ãnos, quos comedit locuſta: inqt, Non patiar perire vbertatẽ, quã cũ perꝛbatione animi amiſiſtis: q̃ vbertas meritũ bonorum operum intelligitur, qđ per peccatũ fuit deperditũ. Item, *Con. Af. Di Tho. Magiſt. Gloſa.*

Ezechie

Eze. 18. Ezechielis. 18. c habetur, Si homo egerit Pœnitentiam, omnium iniquitatum eius non recordabor amplius: & tamen si per Pœnitentiam non redirent merita bonorum operum, quæ fuerunt facta in charitate, recordaretur Deus illius peccati, ergo redeunt. Postremò probatur ex nominis Ethimologia, Mortificare, quia nihil aliud significat, quàm impedire rē à suo effectu, & quòd persona impediatur per peccatum ne sit accepta ad gloriam. Vnde opera esse mortificata significat, id quod est esse à suis effectibus impedita: semper tamen secundùm se manent in Dei acceptatione, etiam postquàm per peccatum mortificantur. Et quia conclusionē hāc satis difficultate præcedenti elucidauimus, non opus est hîc amplius eam explicare.

1. Conc. ¶ Quātùm ad opera mortua, est prima conclusio. Opera mortua, idest facta ab existenti extra charitatem, non possunt reuiuiscere per Pœnitentiam, quia nunquàm habuerunt vitam, neq; præcesserunt ex principio vitæ, nempe ex gratia, & per Pœnitentiam licèt restituatur gratia, non tamen fit vt ex ipsa processerint, & ideo non viuificantur.

2. Conc. ¶ Secunda conclusio. Quāquàm hęc opera prodesse nō possunt ad aliquod præmium æternæ vitæ consequendum, nec sunt satisfactoria pro culpa, nec pro pœna: prosunt tamen multum peccatori, cui sex sequentes vtilitates conferunt.

¶ Prima vtilitas est, quòd per illa bona opera potest peccator impetrare amicitiam diuinam de congruo, nam Deus miseretur ratione illorum operum.

¶ Secunda vtilitas est bona temporalia: non quòd illa bona opera facta in mortali mereantur de congruo, sed ex sola miseratione diuina. Ait enim D. Augustinus in. 5. li. de ciuitate Dei. c. 15. Q

Augusti. Romanis meritò Deus dedit imperium totius orbis, quia obseruabant iustitiam: sed tamen non ex debito, sed ex bonitate Dei.

Exod. 1. Et Exodi. c. 1. legitur, quòd ex eò quòd non occiderunt pueros Hebręorum iuxta præceptum Pharaonis: Deus ædificauit illis domos.

¶ Tertia vtilitas est, quòd per ista bona ex genere ad implemus diuina mandata, vt honorare parentes, subuenire indigenti, & audire missas &c. quod si non feciſſet homo: de nouo peccaret.

¶ Quarta vilitas est, quòd per ista bona opera facta extra charitatem, resistit homo malis inclinationibus, & sic euitātur alia peccata, Gregorio dicente, Peccatum quod per Pœnitentiam mox nō

Gregor. delet

deletur, ſuo pondere in aliud trahit.

¶ Quinta vtilitas eſt, quòd homo bene habituatus in operibus bonis extra charitatem factis, quando poſteà iuſtificatur per gratiam, operatur bona cum facilitate, quod non haberet, ſi non eſſet bene morigeratus. Nam tunc cum magna difficultate bene operatur. Vnde, virtutibus infuſis magnum iuuamen præſtatur per virtutes acquiſitas.

¶ Sexta vtilitas eſt, quòd per iſta bona opera facta extra charitatem, impetramus ſuffragia ſanctorũ, & ſic citiùs exit homo à peccato. Legite dominum Adrianum in. q. peculiari de hac materia. *Adrian.*

De *partibus* Pœnitentiæ *in ſpecie*, & *primò de contritione*.

I. DIFFICVLTAS.

Vtrùm contritio ſit dolor voluntariè pro peccatis aſſumptus cum propoſito confitendi & ſatiſfaciendi.

Hic iam accedimus ad ſecundam partem principalem in hac materia à nobis promiſſam, tractandum: ſed priuſquàm quæſtioni huic reſpondeamus, duo fundamenta à nobis præmittenda ſunt. Primum & id notiſsimum expræhabitis inſuperioribus eſt, q̃ tres ſunt Pœnitentiæ partes, ſcilicet contritio, confeſsio, & ſatiſfactio, ſicut tria ſunt peccatorũ genera, videlicet in corde, in ore, & in opere. Et iſtæ tres partes q̃ ad ſingulorũ peccatorũ remiſsionẽ ſunt neceſſarię, nõ erant in lege naturę, cùm non ſint partes Pœnitentiæ virtutis, ſed ſacramenti. Vnde in lege euangelica, maximè nunc poſtquàm à Leone. 10. contrarius error damnatus fuit Luthero, & nuper in Sinodo Triden. ſeſsione. 6. canone. 14. affirmatur, tres partes eſſe Pœnitentiæ: tanquàm veritas orthodoxa amplectendum eſt hoc fundamentum. Et nota, quòd iſte tres partes non ſunt ſubiectiuè, vt homo & æquus reſpectu animalis, de quibus animal prędicatur, neq; potẽtiales, vt intellectus & voluntas dicuntur partes potentiales animæ: ſed ſunt partes materiales ſacramenti, ſicut carnes & oſſa ſunt partes materiales hominis. Ratio huius eſt, quia in ſingulis partium ſubiectiuarum eſt tota ſubſtãtia generis, ita vt hęc ſit vera, Homo eſt animal &c. & tota eſſen- *Sin. Tri.* *Notabi.*

ta essentia animæ adest intellectui,& tota voluntati:sacramentum verò Pœnitentiæ non totùm adest confessioni, sed simul sumptæ iste tres partes integrales recipiũt formam,à qua informant,sicut omnes partes corporis informantur ab anima.

¶ Secundum fundamentum est,quòd contritio hîc sumitur ad similitudinem contritionis,quę fit in corporalibus. Vnde,sciendũ

Notab.1. quòd res dicitur corporaliter conteri, quando in minutas partes teritur,sicut species aromaticę terũtur in mortariolo.Et sic est differentia inter contritionem & fractionem,nam fractio contingit, quando res frangitur in magnas partes. Contritio autem,quando frangitur,seu conteritur in minutas partes. Dolor ergo de peccatis dicitur contritio,ad designandum quòd pœnitens debet de omnibus peccatis cõteri. Sed quare dicitur magis cõtritio,quàm

Nota. 2. dolor? Sciendum est, quòd in contritione tria sunt attendenda. Primum, quid est illud quod conteritur. Secundum,à quo mouetur ad dolorem. Tertium, ad quid cõteritur,seu ad quid contritio terminatur. Illud quod conteritur,est cor peccatoris ,qđ est quasi vas fictile repletum veneno peccati. Vnde Iohel propheta dixit,

Iobel. Conuertimini ad me in toto corde vestro,in ieiunio, & fletu,& planctu,&, Scindite corda vestra,scilicet contritione . Illud verò à quo mouetur cor peccatoris, est spes venię ex consideratione diuinæ misericordię prouenies , & timor pœnæ proueniens ex consideratione diuinæ iustitiæ.Hæc enim duo debet tenere semper verus pœnitens corã se, nec vnquam debet ea deserere,idest non debet desperare propter magnitudinem,& enormitatem peccatorum suorum,sed semper sperare in Dei misericordia,nec præsumere debet,sed timere grauitatem tormentotum ex Dei iustitia.Illud ad quod contritio terminatur,est, vt cor peccatoris durum vt lapis,emolescat, & liquefiat vt cera. Ideo verè contritus potest dicere,Factum est cormeum, vt cera liquescens: & de tali corde ait Psalmista. ps.50. Cor contritum,& humiliatum, Deus,

Psal.50. non despicies

¶ Oportet etiam reducere in memoriam ea quę diximus suprà, nẽpe ꝙ quanquã hęc cõtritio secũdũse nõ expectet ad exteriorẽ Pœnitẽtiã.tamen vt ratio,causa,& initiũ est exterioris Pœnitẽtię, ad Pœnitẽtiã exteriorẽ expectat,sicut in õnibus actibus tã bonis, quã malis actus interiores,& passiones,vt sunt causę exteriorũ ad iudicia extrinseca,expectãt:aliter nãq; iudicaꝛ offendẽs ex odio, aliter verò offendẽs ex ira:ita dicimus de cõtritione,ꝙ q̃tenus est

ratio

ratio Pœnitētiæ exterioris pertinet ad Pœnitētiā ipsā: & est materia supra quā cadit sentētia, seu absolutio sacerdotis exterior. Et ex hoc sequitur aliud, quòd non requiritur quòd contritio sit sensibilis in se, ad hoc quòd sit pars huius sacramenti, sat enim est, ꝙ sit sensibilis in suo effectu, ideſt quòd sit ratio quare alię partes sē sibiles, videlicet confessio, & satisfactio ad hoc sacramentum, & iudicium pertineant. His præhabitis, ad difficultatem vnica affirmatiua conclusione respondetur, nēpe quòd contritio est dolor voluntariè assumptus &c. Hanc conclusionem tenent vnanimiter omnes doctores: & ad euidentiam huius diffinitionis videndum est de singulis partibus positis in ipsa diffinitiōe. Dicitur enim, Cō tritio est dolor, cùm contraria cōtrarijs curentur, & cùm medicinā contrariam esse infirmitati oporteat, & contritio sit medela peccati: & si in peccato fuerit delectatio, oportet ꝙ in contritione sit dolor. Habetur nanq;, Apocalip. 18. c. Quātùm glorificauit se, & in delicijs fuit in peccati perpetratione, tātum ei datur tormētū & luctum in contritione. Notandum tamē, ꝙ iste dolor prærequisitus in contritione, nō est sensitiuus, sed intellectiuus, ita habet Diuus Thomas. in 3. p. q. 85. ar. 1. & ratio est quia contritio est in nostra potestate, quod non habet dolor sensitiuus. Vnde debet esse actus voluntatis Itē, propriè loquendo, contritio non est essentialiter dolor, sed potiùs odium & displicentia peccati, ex quo oritur dolor, & tristitia in appetitu sensitiuo, itaq; contritio ab effectu vocatur dolor. Sicut enim ad amorem alicuius rei sequitur delectatio, & amor ipse est actus à voluntate immediatè elicitus, non autem delectatio, sed consequitur ad amorem, qui est actus voluntatis: ita dolor, seu tristitia nō elicitur immediatè a volūtate: sed potius est effectus, qui cōsequitur ad cōtritionē, q̄ immediatè est actus voluntatis Ex quibus iam infertur, beatos in patria non posse habere contritionem, cùm cōnotet quandam tristitiam, quæ in illis reperiri nō potest: posse tū detestari peccata fatēdū est. Sequit, Voluntariè assumptus. Cū enim Deo nō placeant coacta seruitia, nisi dolor cōtritionis esset volūtarius: non esset Deo acceptus, neq; gratus. Sicut nanq; peccatum [teste Aug.] nisi esset volūtariū, non esset peccatum: ita contritio si non esset voluntaria, non esset cōtritio. Et ratio istorum est, quia oportet quòd omnis actus meritorius, & demeritorius, sit à voluntate elicitus, siue imperatus, aliàs non esset meritorius, nec demeritorius. Et dicitur contritio, dolor assumptus, quia est spontaneus, ad differentiam doloris, qui

Con. Af

Apo. 18

Notabil. Di. Tho.

Auguſt.

extrinsecus incutitur. Tametsi, vt suprà diximus, quoniã à gratia quoquè procedit, sit à Deo datus. Sequitur in diffinitione, Cũ proposito confitendi, & satisfaciendi. Nec solùm propositum non peccandi iterum ad veram contritionem debet esse explicitum & actuale: verùm etiam confitendi, & satisfaciendi, quando adfuerit oportunitas confitendi: & ratio est manifesta, quia cum ad perfectionem totius integralis requiratur, quòd omnes partes eius sint simul, sicut ad perfectionem domus requiritur quòd tectum, parietes, & fundamentum sint simul: ita ad perfectionem veræ Pœnitentiæ requiritur quòd ista tria, scilicet contritio, confessio, & satisfactio, quę sunt partes integrales eius, inquantùm est sacramentũ, simul sint, vel in re, vel in voto, & hoc votũ debet esse explicitũ, vt diximus suprà. Et de hoc proposito habetur apud. D. Tho. in. 3. p. q. vltima. ar. 2. ad. 1. & in quolib. 4. ar. 10. ad. 3. & 4. li. contra gentes. c. 72. Duran. quoquè in. 4. dis. 17. q. 2. Requiritur insuper ad veram contritionem quòd sit propositum cauendi in futurum, ita tenet. D. Tho. in. 1. 2. q. 113. ar. 5. & in. 3. p. q. 85. ar. 3. & q. 90. ar 4. & in. 3. li. contra gentes. c. 158. & 4. li. c. 72. & Alexan. Alen. 4. p. q. 69. membro. 9. & Alber. Mag. in. 4. dis. 14. ar. 11. & probatur ex illo Ioan. 8. c. Dixit Dominus mulieri adulteræ, Vade, & noli amplius peccare, vbi clarè insinuatur propositum illud cauendi in futurum. De hac re diffusiùs tractaui suprà.

D. Tho.
Duran.
D. Tho.
Ale. alẽ.
Alb. Ma.
Ioan. 8.

II. DIFFICVLTAS.

Vtrùm is qui dolet de peccatis, semper recipiat gratiam.

Caie.

RIusquàm huic difficultati respondeam, omittenda est hîc opinio mirabilis Domini Caieta. qui tenet, posse dari contritionem informem, ideſt quòd stat hominem perfectè dolere de peccatis, & proponere abstinere, cauereq; ab illis, & diligere Deum super omnia, & non habere gratiam. Et ratio illius est, quia aliàs posset quis habere euidentiam, quòd est ingratia, quod cõcedere nemo potest. Omissa, inquã, hac opinione, sit conclusio, quòd quã primùm quis fecerit totum quod in se est, statim recipit gratiam. Hanc conclusionem tenent omnes doctores. Diuus. Thomas. 1. 2. q. 112. ar. 2. ad 1. & q. 113. ar. 7. &. 8. & in. 3. p. q. 85. ar. 5. &. 6. Nullatenus enim esse potest vltima dispositio ad gratiam, quin simul

D. Tho.

mul.eodē tēpore gratia infundatur. Et probatur ex ſacro eloquio. Inquit enim Dñs per Zachar. 1. cap. Cōuertimini ad me, & ego conuertar ad vos: quaſi, Sine mora. Et per Ezechiel. 33. Impietas impij non nocebit ei in quacunq; die: hoc eſt in quocunq; momēto conuerſus fuerit. At verò, ſi dictum procederet Caietani, iam peccator conuerteret ſe ad Deum: & tamen Deus non cōuertetur ad illū. Et Iacobi. c. 4. dicitur, Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis. Pſalmiſta quoq;, Pſal. 50. Cor contritum, & humiliatum, Deus, non deſpicies. Et Ioan. 14. habetur, Qui diligit me, diligetur à patre meo. Et falſum eſt dicere, quòd Deus poſſit diligi ſuper omnia, vt eſt finis ſupernaturalis, & cognoſci per fidē ſine gratia, & charitate: vera ergo eſt concluſio. Nec ex illa ſequitur, pœnitentem habere euidentiam quòd ſit in gratia, [vt infert Caietanus] cùm ipſe pœnitens minimè poſsit habere euidentiam, quòd dolet de peccatis ſuper omnia, vel quòd proponit per fectè cauere in futurum. Nec poteſt alicui eſſe certum, quòd habeat fidem infuſam, & perconſequens non poteſt habere certitudinem, quòd cognoſcit finem ſupernaturalem: quod tamen requiritur, ad hoc quòd ſit ei euidens, quòd eſt in gratia.

Zacha. 1

Ezec. 33

Iacob. 4

Pſal. 50.

Ioan. 4

Caieta.

III. DIFFICVLTAS.

Vtrùm attritio ſic à contritione differat, vt fieri neq̄at cōtritio.

HAEc difficultas ponitur ad duo exploranda, & indaganda. Primū, qualis, quantaq; ſit inter atritionē, & contritionem differentia, & id per quod hæc differentia cognoſci poſsit. Secundùm vtrùm idem actus, qui modo eſt attritio, fieri poſsit cōtritio. Et q dem pro int elligentia prioris membri, primò annotare oportet, quòd nomine attritionis ſolùm illam deteſtationē intelligimus, quę per ſe non ſufficit ad delendum peccatum: ſufficit tamen cum ſacramento. Nomine verò contritionis, illam quę per ſe ſufficit ſine ſacramento, quæ equidem eſt ſimplicitèr conuerſio in Deum. Et contritio, & attritio conuenire debent, non ſolùm in hoc quòd vtraq; ſit deteſtatio peccati ſuper omne deteſtabile, verum & in abſoluto propoſito nunquā peccādi pro aliqua re mundi. Quo fit, vt illa diſplicentia quā Caietanus in prima q. cōtritionis, quā tertiæ parti. S Tho adiecit, appellat attritionem impœnitentium, nēpe quando pœnitens non proponit peccare mortaliter, ſed tamē neq; abſolute ꝓponit & intēdit nō peccare: ſcilicet qa nō relinqt ſtatum

Notabi. 1

Caieta.

D. Tho.

ſtatũ, in quo eſt, vt cõtingit cõcubinarijs, aut vſurarijs, qui tãtũ habẽt veleitatẽ relinq̃ndi peccatũ: neutiquàm eſſe dicẽdam attritionẽ, vt elegãter ꝓbat Soto in 4. diſ. 17. q. 2. ar. 5. Quia ille actus ſine propoſito abſoluto nũquàm peccandi, neq; cum ſacramẽto ſufficeret: imò neq; ſic imperfectè attritis eſſet impendenda abſolutio. At verò quando ſic eſt diſpoſitus pœnitens, quòd diſplicent ei peccata præterita, & nõ intendit peccatũ mortale aliquod cõmittere, & intendit tanquàm in quoddã confuſo cauere à peccatis, itaq; duo priora, nempe diſplicentiã peccatorũ pręteritorũ, & negationẽ intentionis peccandi habet explicitè: tertium autem, ſcilicet affirmationem propoſiti non peccandi mortaliter, nonniſi incõfuſo habet, dicitur huiuſmodi pœnitens attritus, attritione quę cõmuniter vocatur attritio.

Soto.

Nota. 2

¶ Secundò eſt annotandũ, triplicẽ eſſe finẽ contritionis, ſeu diſplicentię perfectę, quorũ primus eſt, deſtruere peccata, & hunc finẽ ponit D. Tho. in 3. p. q. 85. ar. 1 ad. 3. Secundus finis eſt, vindicare iniuriã Deo factã, & de hoc fine agit D. Tho. in eodẽ loco. ar. 3. Tertius finis contritionis, ſeu perfectę diſplicentiæ eſt, recompenſatio offenſę ſecundũ voluntatẽ peccantis, & ſecundũ arbitrium Dei offenſi, & de hoc fine agit idem D. Tho. in 3. p. q. 90. ar. 2

Dñ. Tho.

D. Tho.

Ex his ſequitur quòd illa erit contritio, ſeu diſplicentia perfecta, quę ad hos fines conſequendos fuerit ſufficiens, & quòd ſolus ille qui habet hanc diſplicentiã perfectã, habet contritionẽ. His ſic prælibatis, ſit cõclu. reſponſiua ad primũ mẽbrum difficultatis, quòd inter contritionẽ, & attritionẽ quinq; differentiæ ſunt. Prima ſumitur ex parte obiecti, nã contritio eſt dolor propter Deũ: attritio verò dolor peccati ob timorẽ iferni, aut aliorũ nocumẽtorũ tẽporaliũ. Secunda ſumitur ex parte cauſæ, quia attritio oritur ex timore ſeruili pœnarũ. Quicunq; enim habet pro motiuo ſuæ diſplicentię pœnas ęternas, & ſpirituales euitare, ſolã attritionẽ habet, quia ſolus timor nõ diſponit hominẽ ſufficienter ad ſalutem, ſeu ad iuſtificationẽ, & ideo talis diſpoſitio præcedit, nõ tamẽ natura, ſed tẽpore ipſam iuſtificationẽ. At verò contritio oritur ex timore filiali, & eſt actus virtutis, quia à virtute charitatis elicitur. Vndè, inquit Auguſtinus in lib. de vera & falſa pœnitentia. c 27. ꝙ Pœnitentia debet oriri à charitate, & nõ à timore, ſcilicet ſeruili pœnarũ. Ex qua differentia ſubſequitur & tertia, quòd attritio poteſt ex viribus naturalibus elici, quia non eſt vltima diſpoſitio ad gratiã, ſed põt ſimul eſſe cum peccato, & ſufficit ad illã generalẽ

Conclu.

Auguſt.

Dei

Dei auxiliū, cùm motiua multoties sint naturalia, vt quando de te statur peccatū propter deformitatē, & turpitudinem peccati, vel quando dolet propter infamiā ex illo subsequutā. Multoties, dixi nā timor æternarū pœnarū, fugaq́; illarū sine Dei speciali auxilio minimè haberi pōt. Nō enim possumus lumine naturali ícogniti onē æternarū pœnarū venire: attñ cōtritio nasci nequit nisi ex auxilio speciali Dei supnaturali p̄ueniente liberum arbitriū, cū sit actus supnālis. Subsequitur ex ijs q̄rta differētia ex parte effectus, quòd scilicet attritio non sufficit hominem in gratia constituere: bñ tñ contritio id facit. Et hinc tandē colligitur quinta, postremaq́; differentia, quòd attritio pōt esse actus informis, cōtritio verū neq̄quàm, vt cōtra Caie. ostendimus in p̄cedenti difficultate. Has differentias apposui, loquendo propriè de contritione & attritione, quia, vt sup̄ dixi, cōtritio largo modo accepta, amplectitur attritionē. Quantum ad secundū mē brū difficultatis, omissa Scoti senten. in. 4. di. 14. q. 2. & Caietani. q. 1. de contritione, asse rentiū eundē actū secundū substātiā, scilicet detestationem peccatorū ex viribus naturalibus acquisitam p̄cedentem gratiā, [quā Caie. appellat contritionē informē] & esse attritionē, & posteà p legitimā cōtinuationē, accedēte gratia, fieri cōtritionem. Hac, īq̄, opinione omissa, sit cōclu. negatiua, respōsiua ad illud secundum mēbrū difficultatis, nempe attritionem minimè fieri posse cōtritionem. Hanc conc. tenet Di. Tho. in additionibus. 3. p. q. 1. ar. 3. & probatur, nam secundùm oēs doctores contritio nihil aliud est, q̄; dolor p̄fectus: attritio verò, dolor imperfectus. Item, quia principium cōtritionis est gratia, & virtus infusa: principium verò attritionis est virtus acquisita, & habitus acquisitus, vel pura potentia. Prętereà, quia principium contritionis est timor initialis, principium verò attritionis est timor seruilis, non ergo attritio fieri pōt cōtritio. Prætereà, quia actus contritionis requirit auxilium speciale: attritio verò solùm generale. Postremò, quia vt dicit D. Tho. in. 3. p. q. 89. ar. 1. ad. 2. primus actus pœnitentis, scilicet cōtritio se habet vt vltima dispositio ad gratiam cōsequendā. Quod intelligendum est de contritione procedente à libero arbitrio, & gratia, quæ quidem q̄tenus procedit à libero arbitrio est dispositio ad eandem gratiam, vt suprà explicuimus, non autem de contritione informi, quam ponit Caietanus, aut attritione, quia contritio huiusmodi acquisita, nō potest esse vltima dispositio ad gratiam. Dicit enim diuus Thomas in. 4. dist. 17. q. 2. artic. 1. quęstiun

Scotus.

Caietan.

Conclu.

D. Tho.

D. Tho.

Caietan.

D. tho.

Caietan. Scotus. cula. 3. quòd illę deteſtationes informes ex viribus naturalibus p̃cedentes gratiam, quales Caieta. & Scotus ponunt, tranſeunt ad ueniente gratia & virtute Pœnitentiæ infuſa. Vnde abſolute concludit, attritionem fieri non poſſe contritionem. Nec obſtat argumentum quod fieri ſolet, fides & ſpes informes poſtea fiunt formatæ, ergo & attritio poteſt fieri contritio. Negatur nanq; conſequentia, quia actus ille informis attritionis tranſit, & non manet veniente charitate, habitus verò illi virtutum infuſarum permanẽt, & formantur adueniente charitate. Item, quia abſolutè loquẽdo, actus fidei formatę nunquam eſt ille qui anteà à fide informi eliciebatur, cùm actus iſte fidei informis ſolùm eliciatur ab habitu fidei, qui eſt in intellectu, & à voluntate ſine habitu. At verò actus fidei formatæ, producitur ab habitu fidei, qui eſt in intellectu, & ab habitu charitatis, qui eſt in voluntate.

Notabil. ¶ Animaduertendum tamen eſt hîc, quòd dicta intelliguntur, dũ conuerſio per ſolam fit contritionem: nam quando per ſacramentum extrinſicè de attritione fit contritio, non eſt negandum, attritionem informari ſacramentali gratia.

¶ IIII. DIFFICVLTAS.

Vtrùm contritio debeat eſſe de malo pœnæ, an de malo culpæ.

Con. vn. Nica concluſione huic difficultati reſpondetur: nempe, quòd cõtritio ſolùm eſt de malo culpæ. Hęc conclu. eſt D. Tho. in addit. 3. p. q. 2. ar. 1. Et probatur

D. thom. ratione, nam contritio dicit comminutionem de aliquare dura: volũtas autem eſt quæ fit dura per culpam, de ſolo igitur malo culpæ debet eſſe contritio. Sed an de omni culpa debeat eſſe contritio? Pro quo ſciendũ eſt, peccatorum

Notab. 1 quoddã eſſe actuale, & quoddã originale, actuale eſt, quod contrahitur actu proprio, videlicet quando homo agit quod agere nõ debet, vel quando non agit quod agere debet, & iſto modo diffinitur ſic, Peccatũ eſt omne factũ, vel dictũ, vel concupitum contra legẽ Dei. Originale peccatũ eſt, quod homo ex origine contraxit, inquantùm ſcilicet homo deſcendit ab Adã ſecundũ rationem ſeminalẽ. Itaq; peccatũ originale formaliter nihil aliud eſt, quã carentia iuſtitiæ originalis, de qua re non minùs elegantèr

Soto. quàm diffuſè tractat doctiſsimus Soto in. 1 lib. de natura, & gratia c. 7. & 8. His præmiſſis, ſit prima concluſio. Contritio non de-

1. Conc. bet eſſe de peccato originali. Cuius concluſionis ratio eſt, quia ſo-

lùm

lùm debet homo conteri, & dolere de illo quod est actu proprio & propria voluntate commissum, vel, quod fuit in sua potestate non committere. At verò peccatum originale non fuit actu proprio commissum, nec fuit in potestate alicuius non committere illud: quare non tenetur dolere vel conteri de peccato originali. Habetur nanquè in capit. Maiores. de baptismo, quòd originale quod sine consensu contrahitur, sine dissensu remittitur.

¶ Secunda conclusio. De omni peccato actuali tã veniali quàm mortali debemus conteri vel dolere. Hanc conclusionem tenet D. Tho. in additio. 3 p. q. 2. ar. 3. Et huius conclusionis ratio manifesta est, quia per omne peccatum actuale contrahitur quædam durities in voluntate, quare ad hanc duritiem tollendam necessarius est dolor. Sciendum tamen, quòd de mortali peccato tenemur dolere necessitate præcepti: de veniali autem tantùm necessitate finis, vt Augustinus de vera & falsa Pœnitentia. c. 8. ait, 2. *concl.* D. *tho.* *Augustin.*

¶ V. DIFFICVLTAS.

Vtrùm de singulis mortalibus culpis singulæ contritiones requirantur.

PRo huius difficultatis elucidatiõe ãnotare opũs est, quòd dupliciter põt cõtritio cõsiderari, vno modo quatenus est actus virtutis, alio modo secũdũ quòd est pars & materia sacramenti, & iste secundus modus claudit in se propositum cõfitẽdi. Hoc suppositio sic præmisso, respondet Caiet. ad hãc difficultatẽ duabus cõclusionibus. Prima, quòd cõtritione primo modo cõsiderata, scilicet stando in iure naturali, & vt est actus virtutis, non sunt necessariæ tot detestationes peccatorũ & cõtritiones, quot fuerunt peccata mortalia secundũ numerum: imò nec secundũ speciẽ, vt videlicet quot sunt peccata numero, tot exigantur dolores numero, nec requiritur vna contritio de omnibus fornicationibus simplicibus, & alia de omnibus adulterijs, alia autem de omnibus homicidijs. &c. sed dicit, quòd sufficit vnicus actus, quo quis detestatur vniuersaliter omne peccatum propter Deum, etiam si tunc nolit cogitare de singulis quæ habet in memoria. Nec tantùm, inquit, hæc conclusio est vera stando in lege naturę & veteri, quãdo non erat præceptũ de confessione, verum etiã in lege euangelica, quando huiusmodi præceptum est, dummodò sit paratus cogitare tẽpore cõfessionis *Caietan.* 1. *concl.*

D. Tho. fessionis, ita tenet. 1. 2. q 113. ar. 5. ad. 3. & in. 3. p. super S. Tho. q. 87. ar. 1. probat, quia pôt homo in instanti conuerti in Deum, iuxta illud Ezechiel. 18. In quacunq; hora ingemuerit peccator &c. Ezec. 18 &. c. 33. Impietas impij non nocebit ei in quacûq; die conuersus fuerit &c. vbi diem sancti pro hora & momento accipiunt. Deinde probatur ex illo. 2. regû. c 12. vbi post reprehê sionê Nathan ad Dauid factam de adulterio & homicidio, dixit Dauid, Peccaui Dño, & statim dixit Nahtã, Dñs quoq; trãstulit peccatum tuû à te. Ecce quomodo omnia peccata Dauid vnica contritione deleta fuerunt. Accedit insuper illud Lucæ. c. 15. de filio prodigo, qui qui dê plurima peccata cõmiserat, & dicendo solùm, Peccaui in cœlum, & corã te &c. reddidit ei pater stolã primã, & illud de latrone, de Paulo, & Magdalena, qui in instanti fuerunt conuersi, acinstificati. Postremò probatur quòd hæc cõcl. sit vera in lege euãgelica, quia, quòd requirantur tot detestationes, quot fuerunt species peccatorum, non reperitur in illa, vt patet per totum euangelium discurrendo. Doctissimus tamen Soto in. 4. dis. 17. q. 2. ar. 3. licèt non improbet hãc sententiã Caie. nihilominùs cõtrariã tenet, nẽpe quòd in iure naturę stando, etiã sine ordine ad confessionẽ requiritur contritio singulorum mortaliũ specialis & singularis, nisi quãdo tempus non suppetit, aut cõmoditas non datur & opportunitas: quia tunc dicit, quòd sufficit cõtritio generalis peccatorũ inconfuso, quatenus sunt offensa Dei, cùm illa momẽtanea, & generalis contritio propositũ includat pro tpe & loco singulorũ pœnitendi: & sententiã hanc reputo vtiliorem, ac securiorẽ magisq; D. Tho. dictis in locis citatis conformẽ. Inquit enim D. Th. quòd exigitur, vt quantùm in ipso est, diligentiam adhibeat ad rememorandã singula peccata mortalia, vt singula detestetur.

Soto. Caietan. D. Tho. 2. concl. ¶ Secunda conclusio de mente Caietani & tenẽda, est, quòd si loquamur de contritione prout est pars sacramenti, & materia confessionis, & vt habet propositũ annexum cõfitendi requiritur cõtritio de singulis distincta, nõ solùm secũdùm speciẽ, sed etiam secũndùm numerũ, quia contritio includit simul propositũ cõfitẽdi singula mortalia secundùm speciẽ & numerũ. Tenetur nanq; homo confiteri omnia peccata mortalia, nõ tantũ secundùm speciẽ, verùm etiam secundùm numerũ, ac proinde requiruntur tot contritiones, quot fuerũt peccata in ordine ad confessionem. Hæc tamen conclusio intelligenda est in sano sensu, hoc est communiter, & moraliter loquendo, vt quando vehementer pœnitet hoiem Deum

Deũ offendisse, post eà in memoriã peccata redigens ea, omnia & singula detestatur, & omnia confessario dicit, de singulis dolet, & singula execratur, nisi sit ficta confessio. Aliquãdo tñ in principio habet illã contritionẽ & dolorẽ generalẽ, qui sufficit ad gratiã, & deinde peccata inuestigat ad cõfitendũ, & si nõ habeat cõtritionẽ specialẽ de singulis, quando confitetur, vel econtra, si a principio dũ quis cogitat de peccatis, & illa confitetur, tantùm habet dolores, qui sunt attritiones: sed tamen intermino, idest per acta indagatione, accedit cõtritio generalis de omnibus rememoratis: vere consequitur remissionẽ peccatorum. Sufficit nanq; illa vnica contritio generalis pro omnibus peccatis, quæ singulis correspõdeat secundùm vniuscuiusq; granitatem, scilicet magno peccato magna &c. Illa enim agit in virtute dispositionum omnium præcedentium.

VI. DIFFICVLTAS.

Vtrùm contritio dolor esse debeat maximus, qui esse potest per naturam.

OMissa opinione Scoti in 4. dist. 14. q. 2. asserẽtis, quòd debet habere certam, tum gradualem intensionem, tum subinde extensionem, & temporalem continuationem dolor ille, qui est contritio [hac inquam opinione omissa] per aliquot conclusiones difficultati huic respondetur, quarum prima est. Dolor qui est essentialis contritio, nempe peccatorũ detestatio, maximus esse debet apreciatiuè dolorum omnium: quod est dicere, Debet peccator sic detestari peccata, vt pro nulla re mundi amplùs illa committat. Hæc conclusio probatur ex similitudine vtriusq; præcepti, scilicet dilectionis Dei, & doloris peccatorum. Sicut enim scribitur Deut. 6. & Matthei. 22. Diliges dñm Deũ tuum ex toto corde, in tota anima, & in tota mente: similiter de contritione legitur Ioel. 2. Conuertimini ad me in toto corde vestro. Et sicut pluris extimare homines debẽt Deum ipsum, quàm omnia alia sub charitatis præcepto: itaq; si esset necesse relinquere omnia propter Deum, relinquerent, cùm enim ipse sit supremus omnium bonorum finis, ipsum apreciatiuè vniuersis præferre debemus: sic etiam dicendum est de dolore, qui est contritio, videlicet quòd requiritur vt odio habeamus peccatum super omne odibile, itaq; *Scotus.* *1. Con.* *Deut. 6.* *Mat. 22* *Ioel. 2.*

le, ita quòd plus velle debemus quæcũq; mala & damna, scilicet infirmitatẽ, imò & mortẽ pati apreciatiuè, quã mortaliter peccasse. Et confirmat hæc conclusio ex illo Matthei. 10. Qui diligit patrẽ, aut matrẽ plusquã me, nõ me est dignus. Sẽsus enim huius loci literalis est, Ob nullã rẽ mundi nec propter vitã, fas esse peccare.

Mat. 01.

2. *Conc.* ¶ Secunda conclusio. nõ opùs est, vt eadẽ detestatio & nolitio peccati sit maxima intensiuè, nec certam habere intensionẽ. Hæc conclusio, quòad primã partẽ est contra Adrianũ. q. 2. de Pœnitẽtia. Et eã affirmat D. Tho. in 4. dis. 17. q. 2. ar. 3. quæstiuncula. 1. Et probatur ratione, quia intensio actus voluntatis, fit ex vehemẽtia obiecti mouentis: obiectũ autẽ sensibile vehementiùs suapte natura mouet voluntatẽ, quàm spũale: quoniã voluntas sequitur cognitionẽ intellectus: intellectus autẽ sumit in hac vita cognitionẽ à sensu: sensibilia verò sunt propinquiora obiecta, quàm spũalia, ergo amor sensualiũ põt esse intẽsior, quàm spũaliũ, atq; adeò displicentia amissionis eorũ, quàm displicentia amissionis spũalium. Et cùm dolor peccatorũ sit de rebus spũalibus, scilicet quia per ipsa amittimus Deũ, & eius gloriã fit, vt alius dolor possit esse maior intẽsiuè, vt quãdo homines filios, aut honores, aut alias res charas amittunt. Ex quo colligitur, dolorẽ, qui est in parte sensitiua, vehementiorẽ esse posse, quàm qui ex detestatione nascitur peccatorũ absq; culpa: quia vires sensitiuæ promptiùs circa sua obiecta obediunt rationi, quàm circa obiecta spũalia. Per hęc, inquit Soto vbi suprà. ar. 4 consolari debent vulgares, qui nõ tã affluenter gemũt, nec tantas effundũt lachrymas propter commissa peccccta, quàm propter amissas res tẽporales: est enim natura in causa, & ideo nõ vergit in culpã. Quòd si aliquãdo in aliquo sancto repertũ fuerit maximũ dolorem requiri intensiuè ad contritionẽ, vt apud D. Augustinum ad fratres in eremo reperitur, vbi ait, grauia peccata grauissimis lamentis indigere, intelligẽdũ est de plenaria remissione, nẽpe quòad culpã, & quòad pœnã. Vnde, iuxta hunc modũ dicendi, maiorẽ dolorẽ oportet habere de peccato maiori, quàm de minore, secundũ gradualẽ intensionẽ: attamẽ nõ requiritur maior dolor intẽsiuè de vno peccato, quàm de alio ad simplicẽ culpæ remissionẽ. Nã quelibet contritio sufficiẽs ad delendũ aliquod peccatũ quantuncunq; minimũ, sufficit ad remissionẽ omniũ peccatorũ, quæcũq; fuerint. Quòad ad secũdã partẽ, nempe q̃ non requiritur habere certã intensionẽ, conclusio nr̃a est contra Scotũ vbi suprà. Et probatur, primum, q̃ non reperitur

Adrian.

D. Tho.

August.

peritur in ſcriptura locus, ex quo colligere poſsimus, quòd hæc certa intenſio requiratur. Deinde probatur, quia Deus pronior eſt ad miſerendũ, quàm ad puniendum: ſed quęcunq; voluntatis intenſio etiam in inſtanti ſufficit ad peccandum, quęcunq; ergo intenſio, & in quocunq; inſtanti ſufficiet contra peccatum ad conſequendam miſericordiam.

¶ Tertia concluſio. Cõtritio quantùm ad eius ſubſtantiam, quæ eſt peccatorum deteſtatio, non poteſt eſſe per ſe nimia, imò per ſe quãtò maior, tantò melior. Dolor verò ſenſus poteſt eſſe nimius, ac proinde vitioſus. Prima huius concluſionis pars probatur, nã contritio eſt quidam actus charitatis: charitas autem non habet modum, quia vt Bernardus ait, modus diligendi Deum eſt ipſum ſine modo diligere, cùm ſit infinitè bonus, ergo nec deteſtationi offenſæ Dei imponẽdus eſt modus. Secunda verò pars probatur, quia poſſet homo tãto ſe dolore & mœrore afflictare, vt mortem ſibi aut morbũ acquireret, quod eſſet homicidij genus: ac proinde actus vitioſus. 3. Con. Bernar.

¶ De grauiori culpa, ſi comparatio inter culpas fiat, maior debet eſſe contritio appreciatiuè, quàm de minori. Licèt nanq; neq; minima culpa venialis ſit eligibilis, cùm ſit intrinſicè malum: attamẽ paratus debet eſſe animus, vt ſi aliquod ex hominis fragilitate cõmittendum ſit, potiùs ſit minus q̃; maius admittendũ, & illud eſt maius, quod plus Deo diſplicet, & nõ illud, quod magis honori, & humanæ exiſtimationi aduerſatur vt magis diſplicet Deo adulterium, vel homicidium, quàm furtũ, licet vulgo furtum maiori infamia denotatur. Sicut enim ad ordinem charitatis ſpectat Deum præ cunctis rebus creatis diligere, ſic ea acerbiùs deteſtari, q̃ illi ſunt magis execrabilia, & ab eo nos lõgiùs alienant. Appretiatiuè, dixi, quia intenſiuè id non eſt neceſſarium. Nil enim obſtat, quominus poſsit homini intenſiùs dolere peccatũ magis infame. Notabil.

¶ Annotato etiam hîc, quòd appretiatiuè magis eſt dolendum, tam de alieno, quàm de proprio peccato, quàm de paſsione Chriſti: quia neq; ad illam euitandã licitũ eſt peccare. At verò quantùm ad intenſionem gradualem actus, & acerbitatem ſenſualem doloris, nil vetat quominus Magdalena potuiſſet amariùs flere Chriſti mortem, quàm propria peccata. Et ita beata virgo maiori affecta fuit mœrore de peccato crucifigentium, quàm de morte Chriſti. Tametſi ſenſualem dolorẽ habere potuit maiorẽ de morte, cuius gladius eius animã trãſuerberauit. Hęc Soto vbi ſuprà. Notabil. Soto.

7. DI

VII. DIFFICVLTAS.

Vtrùm contritio debeat habere. 7. conditiones, ſcilicet quòd ſit diſcreta, amara, lachrymoſa, præmeditata, vniuerſalis, integra, & durabilis.

Con. Aſ. HVic difficultati vnica concluſione affirmatiua reſpõdetur. Prima nãq; conditio eſt, ꝙ debeteſſe diſcreta, ac proinde cum ſpe veniæ. itaq; verè contritus qui ſit, nunquàm de venia, & miſericordia Dei deſperet. Deus enim plus poteſt parcere, quàm homo peccare. Vnde fit, vt Auguſtinus ſuper illud quod dicit Cain,

Gene. 4. Gene. 4. capite. Maior eſt iniquitas mea, quàm vt veniam mereat dicat, Mentiris Cain, quia maior eſt pietas Dei, quàm iniquitas tua. Et Ambroſius, Nemo deſperet, quia Iudam proditorem, nõ ſcelus qđ commiſit, ſed ſua deſperatio fecit penitùs interire.

¶ Secunda conditio eſt, quòd debet eſſe amara: ita dicebat Sanctus rex Ezechias, Iſay. cap. 38. Recogitabo tibi omnes annos meos, in amaritudine animæ meæ.

Eſa. 38.

Pſal. 6. ¶ Tertia conditio eſt, quòd lachrymoſa ſit. Quapropter. Pſal 6. Lauabo per ſingulas noctes. &c. ſcilicet conſcientiæ, Lachymis meis ſtratum meum rigabo.

¶ Quarta conditio eſt, quòd premeditata ſit, vt patet in prealleGata authorirate. Recogitabo tibi omnes anos meos.

¶ Quinta verò, quòd ſit vniuerſalis, ideſt de omnibus peccatis.

¶ Sexta etiam, quòd ſit integra, ideſt cum propoſito confitendi, & ſatiſfaciendi, vt dictum eſt.

¶ Septima, quòd ſit durabilis, quę quidem quomodo ſit intelligẽda, ſtatim in ſequenti difficultate oſtendam.

VIII. DIFFICVLTAS.

Vtrùm tota hæc vita ſit ſpacium contritionis.

1. Conc. D. Tho. DIfficultati Huic per aliquot reſpondemus concluſiones, & earum prima ſit affirmatiua directè ad quæſtionem reſponſiua, quam. D. Tho. tenet in. 4. diſ. 17. q. 2. ar. 4. quęſtiuncula. 1. Et probatur ratione, quia quandiu aliquis eſt in ſtatu viæ, deteſtatur in commo

cõmoda, quibus à peruẽtione ad terminũ viæ retardatur, vel impeditur. Vndè, cùm propter peccatum præteritum viæ noſtræ curſus in Deum retardatur, oportet quòd in tempore huius vitæ ſtatus contritionis maneat quantùm ad peccati deteſtationem. Sed an continuè expediat de peccato dolere, eſt dubium. Pro quo ſit. 2. concluſio. Expediens & conueniens eſt, ſemper dolere de peccatis: ita enim conſulunt ſancti: quia ad amicitiam pertinet dolere de offenſa in amicum facta, maximè quia dolendum eſt quouſq; detrimentum reparetur propter peccatum factum. Intelligenda tamen eſt hęc concluſio de dolore, ſeu diſplicentia volũtatis: nõ autem de dolore ſenſitiuæ partis. Graue enim eſſet videre amicũ ſemper triſtari: nam poteſt dolor iſte ſenſitiuus habere ſuperfluum & diminutum, & quantùm ad intenſionem, & quantùm ad durationem. Vndè, ſicut debet eſſe moderatè intenſus: ita debet moderatè durare, ne ſi nimium ſiſtat, homo in puſilanimitatem & deſperationem labatur. 2. Conc.

¶ Tertia concluſio. Actus contritionis non exigit aliquod tempus determinatum, per quod debeat durare, vt peccatum remittat. Cõcluſionem hanc tenet Chriſoſtomus de reparatione lapſi. Cuius verba habentur de Pœnitẽtia. diſ. 3. c. Talis. & diſ. 1. c. Multiplex. & Leo Papa in epiſtula. 69. Ac ex illo Ezechielis. 18. patet Cùm auerterit ſe impius ab impietate ſua, animam ſuam viuificabit &c. Ratione cõfirmatur, quia ſi certum requiriretur, ſtaret ꝙ aliquis faceret quod in ſe eſt, & quòd condemnaretur: vt ſi illud ante terminationem illius temporis faceret. Imò etiam ſi pateretur martyrium propter Chriſtum valdè dilectum, ante terminationem illius temporis damnaretur: quod abſurdum eſt dictu. Nec me latet Scotum contrariam huius noſtræ aſſertionis ſententiam habere in 4. dis. 14. q. 2 ar. 2. ſed tamen hęc tenenda eſt. 3. Con. Chriſoſt. Leo. Pa. Eze. 18. Scotus.

¶ Quarta concluſio. De peccato ſemel dimiſſo non tenemur iterum dolere. Ratio eſt, quia Deus non puniet bis in id ipſum. Itẽ, quia poſt contritionem ad ſolam pœnam temporalem ſoluẽdam, manet homo obligatus. Hæc autem pœna ſine contritione ſolui poteſt, ſed quanuis nunquàm ſimpliciter teneatur iterũ dolere de peccato dimiſſo, niſi forſan tantum periculũ offerretur conſentiendi, vt aliter euitari non poſſet, niſi poſitiuo actu voluntatis conſenſum repellendo: tenetur tamen non complacere quando peccatum ſe practicè offerat, ita quòd ſi voluntas elicit actum aliquẽ circa illud peccatũ iam dimiſſum, oportet ꝙ ſit in illius deteſtationẽ 4. Conc.

Caieta. ſtationē, vt diffuſiùs tractauimus ſuprà, ſecūdū mentē dñi Caie. in opuſculo. 21. q̄ſtionū. Nec ignoro fuiſſe graues doctores oppoſitā ſententiā tenentes, nēpe q̄ etiāſi peccatū ſit remiſſum, quotieſcūq; ſe offert memoriæ, tenetur homo de illo dolere, tenenda tamen eſt Caietani ſententia. Et ne quis ignoret quādo peccatū ſe offert practicè: quando autem ſpeculatiuè, dico, quòd tūc occurrit memoriæ ſpeculatiuè, quando quis de illo cogitat, vel ad tractandū de illo, vel dum audit confeſsiones &c. Tunc autem practicè quando occurrit, aut tanquàm opere exequendū, aut tanquàm delectatione in eius cogitatione ſiſtendo.

5. Con. ¶ Quinta cōcluſio. Quanuis peccatum nondū fuerit remiſſum, hoc ſolùm quod eſt memoriæ occurrere practicè, minimè ſecum affert neceſsitatem contritionis ſub pręcepto, niſi aliquod temporū adſit, q̄ eiuſcemodi pręcepto ſunt decreta, vt eſt articulus cōfeſsionis, aut articulus mortis &c. ſed ſolùm tenetur homo nō complacere ad ſenſum expoſitum.

6. Con. ¶ Sexta concluſio. Non illico vt homo reum ſe ſentit culpæ, Pœnitentiæ lege pœnitere conſtringitur, quod ex more & vſu eccleſiæ ſatis conſtare videtur. Nemo nanq; à ſacerdotibus vſum clauium habentibus tanquàm de nouo peccaſſe reprehenditur, ſi nō cùm primū peccauit reſipiſcat. Nō enim homicida, qui per quodcunq; tempus manet in peccato, committit ſingulare delictū impœnitētiæ, ſed manet in homicidio: in quo ſenſu intelligere oportet Di. Tho. in. 22. q. 62. ar. 8. Vbi ait, quòd non licet per aliquod tempus in peccato manere, ſicut non licet furari, & occidere &c. Et ideò qui Pœnitentiam differt, ſolùm auget culpam homicidij. Augetur nanq; grauitas culpæ, ſi ſtatim non habeat debitor propoſitum internum reſtituendi, cùm primum illi in mentem venerit in debito eſſe rei alienæ: debet nanq; proponere habita opportunitate reſtituere. Quoniam ſi, doctore Auguſtino, non dimittitur peccatum niſi reſtituatur ablatū: abſq; tali propoſito nulla eſſe poteſt vera Pœnitentia, & augetur grauitas peccati, quando maior eſt reſtituendi mora: tum, quòd peccatum eò peiùs, quo diutius: tum etiam, quòd damnū domini ſemper indies augetur, cùm diutiùs vſu rei ſuæ priuetur. Quin verò tanta poteſt eſſe reſtituendi mora, vt ſit de neceſsitate confeſsionis: non tamen erit nouum peccatum mortale, niſi quoties proponit non reſtituere: & ſimiliter, quoties creditor legitimè petit: imò verò dum eum videt grauiter premi neceſsitate. In his enim caſibus nouum peccatum eſt nō reſtituere

D. Tho.

Auguſt.

restituere. Dicimus ergo de Pœnitẽtia, quòd quantùm ad hoc vt eam non differamus in quocunq; tempore, consilium sonat: tempore autem imminentis periculi mortis præceptum, & similiter dum quis sacramentum Eucharistiæ susceperus est, singulariter contritionis præcepto obligatur propter sacramenti illius dignitatem: quod quidem præceptũ, si non potest perfectè impleri quoad confessionem, debet saltem impleri quoad contritionem.

IX. DIFFICVLTAS.

Vtrùm post hanc vitam possit esse Pœnitentia.

RIusquàm huic difficultati respondeam, distinguẽdum est de triplici statu post hanc vitam, & de tribus quæ in contritione considerantur, quæ sunt dolor sensus, contritionis forma, quæ est gratia, atq; eius efficatia, quæ est remissio culpæ. Tunc est prima conclusio. In patria potest esse peccatorum abominatio cũ forma quæ est gratia, sine dolore tamen propter plenum gaudiũ quod illic existit, sed absq; efficatia remissionis, quia illam in via obtinuerunt: sunt tamen illic triumphantes de victoria contra peccata. 1. Con.

¶ Secunda conclusio. In existentibus in inferno potest esse Pœnitentia peccatorum cum dolore maximo, quo illic semper damnati excruciantur, sed absq; gratiæ forma, & fructu, & efficatia remissionis, propter obstinatam voluntatem. 2. Con.

¶ Tertia conclusio. In purgatorio existentes, dolorem quidem habent de peccatis, eundemq; gratia informatum, non tamen meritorium, quia sunt extra viam: quare nec eorum dolor est contritio efficax ad remittendum peccatorum pœnas. 3. Con.

De *confessione.*

I. DIFFICVLTAS.

Vtrùm sacramentalis confessio fuerit à Christo instituta, tanquàm ad salutem necessaria.

Notab. 1 VT clariùs ea quæ de confessione dicenda sunt, explicemus, annotandum est primò, quòd in sacra scriptura duobus modis capitur confessio, vno modo vt idem sit quod Dei laudatio. Vnde, confiteri isto modo, idem est quod Deum laudare: & hoc modo accipitur, quando dicitur, Confitemini domino, quoniam, bonus, ideſt laudate dominum &c. Alio modo, idem est quod peccatorum coram sacerdote manifestatio. De qua confessione impręsentiarum tractare intendimus.

Nota. 2 ¶ Secundò notandum est hîc, duplicem esse quæstionis huius sensum: videlicet an confessio sit diuinitus instituta, & necessaria necessitate finis, vt sine qua salutem consequi non possumus: & vtrùm prętereà sit de necessitate præcepti, vel diuini, vel humani. Puero enim ante vsum rationis necessarius est Baptismus necessitate salutis, non autē necesitate præcepti, quod eum liget. Et econtrario, honorare parentes, non est illi ad salutē necessarium: venienti tamem ad vsum rationis est in præcepto, vt optimè ait Soto in 4.

Soto.

Notab. 3 ¶ Tertiò est prętereà annotandum, duplicem esse confessionem peccatorum, mentalem scilicet, & vocalem. Mentalis peccatorū confessio est de legis naturæ dictamine, adiutæ quodammodo per fidem. Cum enim homo scit, & perpendit se offēdere, vel offēdisse Deum, quem non vidit nisi per radium aliquem fidei, natura sibi dictat, quòd ab eo misericordia est sibi humiliter postulanda. Quod nunquàm fit, nisi recognoscatur culpa, & hoc fit per mentalem confessionem: & hæc confessio tantùm erat necessaria in lege naturæ: sed hîc non intendimus tractare de hac mentali confessione, sed de vocali, ad quam mentalis ipsa ordinatur. Hæreticū nanq; est dicere, quòd hæc mentalis post Christi aduentum sufficit. Dicitur enim Ioan. 11. quòd Christus Lazarum resuscitauit, sed discipulis tradidit absoluēdum: & Lucæ. c. 17 legitur, quòd decem leprosos quos mundauerat in via, misit ad sacerdotes: per quod significatur, quòd peccator licèt confessionem adiens, tantā contritionis quam habet, consequatur veniam peccatorum, tenetur tamen confiteri, & venire ad sacerdotem. Sermo ergo noster erit de cōfessione vocali, q̄ fit homini: q̄ sic diffinit, Confessio est legitima peccatorū declaratio coram sacerdote, q̄ clauē habet, & potestatē absoluendi. Sit ergo prima cōclu. de hac cōfessione vocali, quòd in noua lege à Chro redēptore nro fuit instituta tan quàm

Ioan. 11. Luc. 17.

1. Conc.

quã cuicũq; post Baptismũ in mortale crimẽ lapso, ad salutẽ necessaria. Necessaria, inqnàm, in re vel in voto, nam si votum confessionis in contritione inclusum, est necessarium, causa est, quia confessio ipsa in re est necessaria: sed quia apud Deum voluntas pro facto reputatur, votum sufficit. Hæc conclusio probatur pręcipuè ex illo verbo Christi. Ioan. 20. ad Apostolos, Accipite spiritũ sanctum: quorũ remiseritis peccata, remissa erunt: & quorum retinueritis, retenta erunt. Vbi omnes doctores dicunt, Christum hanc vocalem confessionem instituisse, & tanquàm necessariam. Nam cũ plenariam Deus potestatem impartitus sit sacerdotibus remittendi & retinendi peccata, iudices eos ordinarios rei huius constituisse, atq; adeò eius iudicium & sententiam necessariam esse voluisse viam ad salutem, fateri oportet: & potuit habere hæc institutio vocalis confessionis sacramentalis fundamentum in illo Gene. 3. quando Dominus dixit, Adam, vbi es? & in illo. Gene. 4. quando Dominus interrogauit Cain, Vbi est Abel frater tuus? Vnde Ambro. lib. de paradiso. c. 14. in eadem Adę historia eandem fundat confessionem. Et inde canonem illum, Non potest. 1. de pœnitentia dis. 1. elicuit, vbi ait, Non potest quisque à peccato iustificari, nisi peccatum ante fuerit confessus. Et licèt quàmplurima testimonia, ac rationes pro hac conclusione probanda suprà adduxerim, libet tamen mihi impręsentiarum super addere duas rationes, quare debuit confessio ista vocalis in noua lege institui, & earum prima hæc est: quia confessio idcirco fit homini, vt homo iudex arbiter sit inter Deum & hominem peccatorem. Arbiter autem debet esse talis, ꝙ possit ponere manum in vtranquè partem, & ideo oportuit, quòd ille cui confessio esset facienda, manum ponere posset in Deum, cui confitens vult reconciliari, & in hominem qui confitetur. Talis autem minimè esse potuit, quousquè Deus factus est homo: quia tunc datus est nobis mediator Dei & hominis homo CHRISTVS Iesus. Sciendum tamen hîc est, quòd sacerdotes appellari iudices arbitri, non est intelligendum in hoc sensu, quòd in nostro sit arbitrio illis subijci, vel non subijci. Sic nãq; iudex arbiter nullã habet iudicandi, cogendiq; potestatem, nisi quam, qui eũ elegit, ei tribuit, vt colligit ex. c. Sanè, de arbitris, & ex toto illo titulo, sed intelligendũ est, quòd tanquàm ordinarij Dei iudices arbitrantur de peccatis nostris, vtrùm remittere ea nobis, an retinere debeant, cum hac, vel illa iuncta Pœnitentia. At verò ordinarius iudex est, qui ex se habet potestatẽ iudicẽdi, cogendiq;,

Ioan. 20

Gene. 3.

Gene. 4.

Ambro.

vt rex vel eius minister, cui ipse vim coërciuam tribuit. Secunda ratio est, vtilitas maxima, quę nobis inde prouenit. Cùm enim naturę lumine doceamur, eis qui corruptis sunt moribus, magnum esse emolumentum corda sua amicis patefacere, à quibus, vel re, vel consilio iuuentur, consultissimè nobis Christus cõfessionem instituit, quæ sub tantum secretum, quantum sacerdotibus præcepit, eis tanquam eius vicariis morbos nostros exponeremus, qui eius authoritate, & nos ab illis liberarent, & salutaria medicamina in posterum adhiberent. Cùm enim Deus disponat omnia sua uiter iuxta cuiusquè naturam, & homines simus, voluit homines nobis iudices relinquere, ad quos nostras deferremus causas, præsertim spirituales.

2. Conc. ¶ Secũda cõclusio. Sacramentalis confessio diuino iure est præcepta. Itaque non solùm necessaria est ad consequendam gratiam, vt de contritione diximus, quaquidem gratia recepta, vt non est amplius necessaria, ita nequè habet iam pro tunc necessitatẽ præcepti. Imò postquàm quis per contritionem suscepit gratiam, tenetur iure diuino ad confessionem: quæ in contritione voto fuerat

Mat. 18. inclusa. Probatur hęc conclusio ex illo Matthei. 18. Quæcunquè alligaueritis &c. & quodcunquè solueritis super terrã &c. Quod

Augusti. verbum sic exponit Aug. Ego Deus, & ões cœlestes ordines, & omnes sancti in gloria mea laudant vobiscum, & confirmant quoscunquè ligaris, & solueris. & loquitur de remissione peccatorum. Pręterea, quia si Christus spiritum & potestatem contulit apostolis remittendi, retinendiq; peccata, quam ipse habet, vt Ioan. 20.

Ioan. 20 patet, manifestè inde colligitur, confessionem iure diuino necessariam esse. Inanis nanquè, ac irrita esset hec potestas, si ex iure diuino non teneremur ad hanc cõfessionem vocalem homini faciẽdam: quia, si non esset præceptum, nullus esset qui sacerdoti diceret

Iacob. 5. sua peccata. Probatur etiam ex illo Iacobi. 5. Confitemini alterutrum peccata vestra. Quod verbum de sacrametali confessione meritò à sanctis doctoribus intelligitur: nam quia multi, vt ait

Cor. ad Corin. Pau. propter peccata infirmantur, infirmos Iacobus admonet, vt accersitis presbyteris, primum confiteantur, vt subinde ipsi orent pro illis. Dicens ergo, Confitemini apostolus, non se insinuat autorem huius legis, sed id admonet, quod Christus instituerat: & per hoc quòd præmonuit induci presbyteros, hoc est sacerdotes ecclesię, nisi nuauit, confessionem illis esse faciendã. Omitto etiam hic alia plurima testimonia, eò quòd iam suprà ea adduxerim

xerim ad hanc eandem conclusionem comprobandam. Vnde, ex his quæ illic & hîc dicimus, concludimus, quòd ista secunda conclusio est veritas catholica, & eius assertio contraria est hæretica.

¶ Tertia conclusio. De confessione sacramentali adhibitum est præceptum humanum pontificium quoad tempus. Hæc conclusio patet ex. c, Omnis vtriusquè sexus. de pœnitentijs & remissio. cuius verba sunt, Omnis vtriusquè sexus fidelis postquam ad annos discretionis peruenerit, omnia sua solus peccata, saltem semel in ã no fideliter confiteatur proprio sacerdoti. Est tamen hîc annotandum, præceptum confessionis non esse nouum præceptum à diuino distinctum, alioquin qui non confiteretur, duo committeret peccata cõtra duo mandata: sed est determinatio, & interpretatio diuini præcepti: nam cum in euangelio non sit determinatum expressũ tempus confessionis, illa determinatio commissa est ecclesiæ, cui Christus potestatem commisit iura diuina quoad tempus, & alias qualitates determinandi. Est enim ius diuinum de sacramento Eucharistiæ, Nisi mãducaueritis &c. sed tẽpus est de iure humano: vnde iusta de causa possit Papa, vel concilij generale dispẽsare in tẽpore cum aliqua singulari persona, vt possit diutiùs confessionem differre. Probat, quia illa tẽporis determinatio, vt dictũ est, est de iure positiuo ecclesiastico, nõ tamẽ potest Papa, aut cõcilij dispẽsare super substantiã præcepti cõfessionis, videlicet vt quisquàm nũquam cõfiteri teneatur, cũ præceptũ cõfessionis sit diuinum, vt dictum est in. 3. conclusione. 3. Con. Notabi.

II. DIFFICVLTAS.

Vtrùm necessitas confessionis fuerit de iure naturali aut scripto ante euangelium.

RIbus cõ. respõdet huic difficultati, & prima sit. Cõfessio hæc, quæ fit homini [de qua impræsentiarum sermo est] neutiquã esse potest de iure naturæ, hoc est, sola natura eã dictante. Hanc con. tenet. D. Tho. in. 4. dis. 17. q. 3. ar. 1. q. 2. Et ratione probatur, nam sacramenta ecclesiæ sunt supernaturalia: tum, quia sunt protestationes supernaturalis fidei: tum, quia effectum habent supernaturalis gratiæ. Non enim ratione naturali potest quis cognoscere, qua 1. Conc. D. Tho.

qua Baptismi habet mundare à peccato. Itē, quia ius naturale est idem apud omnes: quòd non habet confessio.

2. Conc. ¶ Scunda con. Et si confessio nō est de iure naturali, nō tamē est contra ius naturæ, sed est supra naturam. Nec huic secundæ con. aduersatur id qđ solet obijci, quia reuelare crimē proprium alteri videtur esse cōtra ius naturæ, cū videatur seipsum infamare. Non, inquam, aduersatur, quia reuelare peccatū ad querendū consiliū, non est infamare seipsum. Ac excōsequenti, nō est cōtra ius naturale, imò potiùs naturalis ratio dictat, vt vnusquisq; quærat medicinā proprij vulneris. Quo fit, vt licèt ratio naturalis ad eius notitiā nō pertingat, suppositā tamē per fidem cognitione virtutis huius sacramentalis, instinctus naturalis ad illud suscipiēdū instigat. Non obstat etiam illud, q̄ si natura docet, vt secretum amici celemus, à forciori admonet, vt celemus propria peccata: quia non sumus tam domini alieni secreti nobis cōmissi, quàm nostri, & ideò possumus nostrū, non autem alienū detegere.

3. Conc. ¶ Tertia con. In lege veteri non erat confessio sacramentalis, vt in noua. Hæc cō. cōstat ex eo, q̄ nulla erat sacerdotibus veteris legis clauiū potestas spiritualis ad remittēda peccata, ac, pinde nec erat tūc obligatio aliqua cōfitēdi peccata occulta sacerdoti, & si forsan aliquis sacerdoti, vel phariseo reuelabat peccata sua, illud erat per modū capiēdi cōsilij & remedij, & nō ex aliq̄ obligatione.

III. DIFFICVLTAS.

Vtrùm oĩbus hoĩbus, & de oĩbus peccatis necessaria sit confessio

Ricar. Conct.. QVestio hæc duas in se includit partes. Et quidem quoad primam, omissa opinione Ricardi. in. 4. dist. 17. ar. 2. q. 4. asserentis, omnes tam fideles, quàm infideles teneri præcepto cōfessionis, nō q̄tenus est pontificium, sed q̄tenus diuinum, sit prima cō. Præceptum confessionis solùm obligat fideles: sic enim habet canon concilij, Omnis vtriusq; sexus fidelis. quod quidē est expressio, & determinatio diuini iuris. Et probatur hæc con. nam obligatio ad alia præcepta singularia sacramentorum nō exurgit nisi ex ipsa professione fidei, q̄ fit in Baptismo: infideles ergo non tenentur ad cōfessionem, quousq; Baptismū susceperint.

2. Conc. ¶ Secunda con. Qui non recordatur alicuius peccati, non tenetur confiteri. Hęc con. est manifesta, cū canō nō dicat, Omnis Christi fidelis

fidelis teneatur confiteri, sed restrictè, Teneatur sua confiteri peccata. Ille ergo qui peccata non habet, non tenetur.

¶ Tertia con. De iure pōtificio omnes adulti postquàm ad annos discretionis peruenerint: ita ꝙ possint discernere inter bonum & malum, tenentur semel in anno, scilicet in quadragesima confiteri ex statuto concilij generalis. Hæc con. est expressa determinatio canonis citati, Omnis vtriusq; sexus fidelis. extrà de pœniten. & remiss. Et contra transgressores huius statuti ponitur ibidem talis pœna, scilicet ꝙ viuens, ab ingressu ecclesiæ arceatur: & moriens, Christiana careat sepultura. Sāctissimi huius, ac saluberrimi concilij duplex potuit esse ratio. Prima, sacra communionis reuerentia: cùm enim omnes teneantur in pascha cōmunicare, vt dignè & mūdè accedere possent ad tantum sacramentum, oportuit prǫmitti remedium purgationis & lotionis peccati, quæ fit in confessione. Secunda ratio fuit, discretio gregis Dominici, ne scilicet lupi absconderentur in grege, qui manducarent agnos. Qua propter statutum est, vt rectores ecclesiarum cognoscerent vultū ouium suarū: & ne hereticī sub pelle innocentiæ malitiā suam palliarent, & cooperirent, ꝙ omnes Christi fideles cuiuscunq; cōditionis sint, tenerentur semel in anno confiteri: alioquin & peccarēt mortaliter, & pœna supradicta puniri deberēt. Hęc quoad primā difficultatis partem: quoad secundā verò, nēpe an de omnibus peccatis necessaria sit cōfessio, prǽmissa trimembris distinctione, videlicet quòd tria sunt peccatorū genera, originalis, venialis, & mortalis, sit prima con. quòd nec de originali, nec de aliquo peccato ante Baptismū commisso [vt dictum est in materia de Baptismo] necessaria est confessio, imò nec fieri licet huiusmodi cōfessio sacramentalis. De originali quidem patet: nam cùm peccatum originale non fuerit nostra propria voluntate commissum, nō solùm confessio, verùm nec cōtritio de illo requiritur. De actuali verò peccato commisso ante Baptismū, patet, qa in Baptismo dū originale remittitur, omnia illuc vsquè commissa simul cum illo condonantur. 3. Conc. 1. Conc.

¶ Quoad venialia [omissa opinione. D. Bonauen. & Ricardi asserentium, teneri hominē illa confiteri] sit secunda conclusio, ꝙ nec ex iure diuino, nec ex prǽcepto ecclesiæ pōtificio tenemur cōfiteri venialia. Primam partem huius conclusionis habet. D. Aug. in Inchiridi c. 71. & habetur. de pœnitentia dis. 3. c. Quotidianis. Et in li. de ecclesiasticis dogmatibus. c. 53. Eā etiā tenet. D. Tho. 2. Conc. D. Tho.

3.p.q.65.ar.1. vbi ait, ad deletionem venialis peccati nullum esse directè institutum sacramentum. Eandem tenet Sco. in 4. dist. 17. & ibidem Duran. q. 9. & Caie. q. 1. de confessione. Ostenditur etiam manifesta ratione: tum, quia hoc sacramentum est secunda tabula post naufragium: & veniale peccatum, quia non separat à Deo, non frangit innocentiæ nauim, ac proinde non est naufragium: tum etiã, quia veniale absq; gratiæ infusione, quæ fit per sacramentum, remitti potest per actum charitatis. Præterea, quia si iure diuino teneremur venialia confiteri, eadem ratione qua teneremur aliqua, teneremur omnia: quod tamen impossibile fore, nemo est qui ambigat. Præterea, quia post quàm Christiani mortalia peccata sunt confessi, non ampliùs sunt soliciti de venialibus. Neque huic primæ parti nostræ conclusionis obstat id quod obijci solet, quia iure diuino data est sacerdotibus potestas remittendi omnia peccata, tam mortalia, quàm venialia, Quorum remiseritis &c. ergo etiam subditi tenentur confiteri venialia, cùm tanta sit subditorum obligatio ad confitendum, quanta est prælatorum potestas ad absoluendum [non inquam obstat] quoniam non est eadem ratio de potestate commissa sacerdotibus ad remittenda peccata omnia, & de obligatione ad confitendum, eò quòd facultas remittendi debet esse amplissima, pro illis etiam qui sua sponte peccata quæ non tenentur, confiteri voluerint, vt si quis alijs temporibus quàm ab ecclesia constitutis, voluerit confiteri: & peccata iam confessa iterum confiteri, & pariter si venialia quis voluerit confiteri, obligatio verò iudicanda debet ex natura peccatorum: & quia confessio instituta est ad recuperandam Dei amicitiam, & vt mediante absolutione, regnum cœlorum aperiatur, consequens fit, vt nulla sit confessionis venialium obligatio, si quidem per venialia non amittitur Dei amicitia, neque regnum cœlorum clauditur. Secunda verò pars conclusionis, nẽpe quòd neque iure pontificio teneamur confiteri peccata venialia, probatur, quia nullo iure hoc nobis præcipitur. Nam decretalis illa, Omnis vtriusque sexus, quam habentes contrariam sententiam pro se adducunt, potiùs facit pro nobis, quia illic ecclesia non statuit nouum præceptum, nec iubet confiteri, nisi ea quæ homo tenetur iure diuino confiteri: sed duntaxat determinauit tempus in quo erat præceptum diuinum adimplendum, scilicet semel in anno. Quòd si de iure diuino venialia non sunt necessaria materia, non potuit ecclesia eadem facere necessariam

Scotus. Duran. Caieta.

ſariam. Prętereà, quia ex verbis ipſius canonis colligitur hæc veritas, ex illo ſcilicet, Confiteatur omnia ſua peccata. Hoc autem de venialibus minimè poteſt intelligi: cùm nullus omnia venialia confiteri poſsit. Colligitur etiam ex pœna ibi ſubiuncta, quæ eſt ingreſſu eccleſiæ, & morientē eccleſiaſtica ſepultura arcere. At verò ſi de venialibus intelligeretur, eſſet intolerabilis cenſura, cū minimè omnia venialia homines ad confitendum explorare poſſint. Prætereà, quia textus ille præcipit, quòd vnuſquiſquè cōfitea tur proprio ſacerdoti, quod de venialibus intelligi nequit: cùm de venialibus non ſit proprius ſacerdos. Quilibet enim ſacerdos abſoluere poteſt à venialibus. Poſtremò, quia ad delenda venialia non opùs eſt contritione neque confeſsione, eò quòd eccleſia multa alia remedia inſtituit pro illis delendis, vt ſuprà diximus. Ex ijs iam infertur, quòd ſi aliquis Chriſtianus ita ſecurus eſt in conſcientia ſua, quòd non reprehenditur de aliquo mortali, quòd poterit annualem confeſsionem dimittere: & ſufficit, vt præceptum eccleſiæ impleat, ſe ſacerdoti proprio prę ſentare, ac oſtendere abſquè conſcientia mortalis eſſe: quod ei pro confeſsione reputatur, vt Diuus Thomas ait in 4. diſtinc. 17. q. 3. ar. 1. q. 3. Arbitror tamē, quòd nullus poteſt eſſe ita ſecurus, quòd per totum integrum annum non commiſerit aliquod mortale: quia, vt dicit Gregorius, Bonarum mentium eſt, ibi culpam timere, vbi culpa non eſt. Et vt ait Paulus. 1. Corin. c. 4. Nihil mihi conſcius ſum, ſed non in hoc iuſtificatus ſum. Et Iob. c. 9. Verebar omnia opera mea, ſciens quòd non parceres delinquenti: imò etiam ſi non haberet remorſum conſcientiæ de aliquo veniali, quod impoſsibile exiſtimo ſecundùm ſtatum viatoris, cùm dicat Ioā. Apoſtolus in ſua canonica, Si dixerimus quòd peccatum non habemus, noſmet ipſos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt. Sed tamen quanuis ita eſſet, adhuc credo quòd talis, vt eccleſiæ prę ceptum non contemneret, deberet ſe præſentare ſuo confeſſori, & dicere, Domine, non habeo conſcientiam de mortali nec de veniali, tamen propter præceptum eccleſiæ me tibi præſento, & hoc ſufficit, vt præceptum eccleſiæ adimpleat.

D. Tho. Grego. *1. Co. c 4* *Iob. c. 9.* *1. Ioan. 1.*

¶ Tertia concluſio. Licèt peccata venialia non ſint materia neceſſariò confitenda, & ideo non teneamur ex aliquo præcepto obligante ſub mortali illa confiteri, nec etiam monachi [quanuis Caietanus in q. citata opinetur contrarium, nempe quòd teneantur monachi ſemel in menſe venialia confiteri] nihilominùs poteſt eſſe

3. Con. *Caieta.*

test esse confessio de solis illis, quia sunt idonea, & sufficiens materia confessionis, ita vt sacerdos à solis venialibus absoluens, verum conferat sacramentum. Hæc concluſio est Diui Thomæ in 4. dist. 21. q. 2. ar. 1. ad. 1. & magistri sentētia. dist. eadem. c. 5. Est quoquè communis sententia omnium scholasticorum. Et ratione probatur, nam viri religiosi & boni, qui tantùm venialia confitentur, verè existimant se recipere absolutionem à sacerdote, & quanuis in illis verbis Ioan. 20. Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. Dominus directè, & primariò loquatur de mortalibus peccatis: quia pro illis tradidit à postolis hanc potestatem, tamen meritò ecclesia per quandam consequentiam extēdit illam autoritatem ad venialia: quia qui concedit maius, constat concedere id quod minus est. Cùm igitur illa autoritas se extendat ad mortalia, consequēs erit, quòd etiam extendat se ad remissionem venialium. Nec ex hoc sequitur, quòd retentio sacerdotis [de qua ait Dominus, Quorum retinueritis, retenta erunt] extendat se ad venialia peccata: cùm magnum discrimen sit inter remissionem & retentionem. Remissio nanquè quoddam est priuilegium: retentio verò quoddam pœnale. At verò priuilegia extendēda sunt: pœnæ autem restringendæ.

D. Tho. Magist. Ioan. 20

¶ De mortalibus verò sit quarta concluſio, quòd omnia & sola peccata mortalia post Baptismum commissa, quæ in memoria, vel habentur, vel per legitimam diligentiam haberi possunt, cum suis omnibus circunstantijs mortaliter aggrauantibus, sunt necessariò confitenda. Hæc concluſio probatione non indiget, cùm ex prædictis manifesta euadat. Hæc nanquè omnia & sola, naufragium faciunt spiritualis vitæ, & propter ista peccata Dominus concessit præfatam potestatem Apostolis, & eorum successoribus.

IIII. DIFFICVLTAS.

Vtrùm statim homo post peccatum mortale commissum, confiteri teneatur, an verò solùm semel in anno, aut etiam in articulo mortis.

SCire hîc operepreciū est ad euidentiam & expositionem huius difficultatis, quòd bifariam loqui possumus de confessione, nempe aut in voto interiùs, aut in re, scilicet quantùm ad verbum exteriùs. Rursus, vel loquimur de confessione per se ratione ipsius præcepti, vel per accidens ratione alīus rei faciendæ, quę confessionem

ſsionem exigit. Hac diſtinctione ſic præmiſſa. 8. concluſionibus reſpondetur, & earum prima ſit. Quotieſcunq; homo tenetur habere contritionem, tenetur habere propoſitum confitendi, vt in articulo mortis, aut quando debet recipere Euchariſtiã, aut quando habet adminiſtrare ſacramenta. Patet, quia ad hoc quòd ſit legitima contritio, illud votum requirit. 1. Conc.

¶ Secunda concluſio. De confeſsione in re, abſolutè & per ſe loquendo, quanuis homo habeat copiam confeſſoris, non tenetur iure eccleſiaſtico, nec iure diuino ſtatim vbi peccauerit confiteri. Et quidem quòd non teneatur iure eccleſiaſtico, patet, quia eſt canon expreſſus eccleſiæ, quòd duntaxat ſemel in anno teneamur confiteri. Quòd autem non teneatur iure diuino, præter hoc quòd eſt expreſſa ſententia D. Tho. in 4. diſt. 17. q. 4. manifeſtis rationibus oſtenditur. Prima, quia maior eſt neceſsitas contritionis, quàm confeſsionis, cùm ſine confeſsione, dum non eſt copia confeſſoris, per ſolam contritionem poteſt quis ſaluari: & tamẽ confeſsio ſine contritione, vel vera, vel exiſtimata, non ſufficit ad ſalutem. At verò ad contritionem nemo ſtatim tenetur, niſi neceſsitas vrgeat: ergo neq; ad confeſsionem. Et confirmatur hoc de Baptiſmo, quia non eſt minoris neceſsitatis quàm confeſsio, imò maioris, ſed non tenetur quis ſtatim recipere Baptiſmum, vt ſuprà oſtendimus. Erant enim duo tempora prę finita ad ſuſcipiendum Baptiſmum. Poſtremò probatur, quia prę ceptum de confeſsione eſt affirmatiuum, non igitur obligat ſemper & pro ſemper, ſed pro tempore ſtatuto, ſicut cætera præcepta affirmatiua habẽt ſua ſtatuta tẽpora, quibus ſunt neceſſariò implenda. Et annotato, quòd ſtando in iure diuino & communi eccleſiaſtico, non tenẽtur pluries religioſi confiteri, q̃; ſeculares, ita tenet Diuus Thomas loco citato, ſecus ſi ſuis particularibus ſtatutis autoritate ſummi põtificis cõfirmatis, ad plures teneantur confeſsiones: ego tamen ignoro in qua religione ſit præceptum confitẽdi pluries quàm ſemel in anno, ſed conſuetudo & conſtitutio laudabilis. Aduerte tamen, quòd cùm hoc habetur in Clementina. de ſtatu monachorũ. §. Sane. quòd ſingulis menſibus, tam in monaſterijs, quàm extra [ſublata occaſione quacunquè] omnes, & ſinguli monachi ſemel accedant ad confeſsionem. Itaq;, quemadmodum fideles arctantur ſingulis ãnis. de pœnitẽtijs & remiſsio. c. Omnis. ad confitendum, ſi habeant peccata mortalia, ita monachi arctãtur virtute huius Clemẽtinæ ſingulis menſibus confite

2. Con.

Di. Tho.

Notabile.

Di. Tho.

Caieta. confiteri non venialia, vt putat Caie. quia esset nimiũ rigidalex, q̃ venialium confessionem sub mortali cuiquàm iniungeret, vt bene dicit Soto: sed mortalia, si habeant. Ratio huius præcepti, respectu monachorum est, quam illic ponit glosa, quia propter religionis professionem aliquid debent ad pensum sanctæ institutionis adijcere. Habet enim Papa potestatem disponendi super sacramẽtis: vnde, sicut quondam dispositum fuit, quòd saltem ter in anno omnes fideles communicarent. de conse. dis. 2. c. Et si non frequẽtiùs. postea fuit dispositum, quòd saltem semel in anno. c. Omnis. ita aliter quòad monachos disponitur in ista clementina quòad confessionem, nempe quòd semel in mense saltem confiteantur.

Soto.

Glosa.

3. Con. ¶ Tertia conclusio. Confessio in re per se est iure diuino, secluso positiuo, necessaria in articulo mortis. Hanc conclusionem tenet Di. Tho. in 4. dist. 18. & quolibeto. 1 ar. 11. & probatur euidenti ratione: nam confessio est medium necessarium ad salutẽ quãdo adest copia confessoris, & tunc si non implet illud præceptum, exponit se periculo non adimplendi. Vbi sciendum est, quòd non dicitur articulus mortis, vbi põt quis mori, sicut in hastarum'udo, & in agitatione & aplausu taurorũ, tormentorũ, & in nauigatione placidi maris: nã quãuis interim aliqui illic morti succũbãt, rarissimè tamẽ ex his sequitur mors, & idcirco nõ tenetur homo cõfiteri ãte ista exercitia. Articulus igitur mortis est, vbi cõmuniter & regulariter solet sequi mors: vnde, in ingressu prælij, & ĩ lõga nauigatione in eunda in mari vehemẽter turbato, in partu fœminę de, cuius morte probabiliter propter causas naturales timeretur articulum mortis, agnoscimus quare necessaria est præuia confessio.

Di. Tho.

4. Con. ¶ Quarta conclusio. Per accidens nonnunquàm occurrit confessionis necessitas: hoc est ratione alĩus rei faciendæ, vt quando quis est asumpturus Eucharistiæ sacramentum: signanter dico, Ad recipiendam Eucharistiam, nam ad suscipienda alia sacramenta eòquòd gratiam conferunt, necessaria est contritio, saltem quæ obicem tollat, & tamen non est necessaria confessio, nisi in susceptione ordinis sacri, non propter dignitatem illius sacramenti, sed propter Eucharistiam, quam illic ordinati suscipiunt. Hæc conclusio probatur ex illo quod habetur in c. Vt ieiunij. de conse. dist. 5. vbi dicitur, quòd qui confirmandi sunt, si perfectæ sunt ætatis, moneantur confessionem priùs facere. Vbi admonitio de confessione potiùs videtur consilium, quàm præceptum. Si ergo non est necessaria præuia confessio in confirmationis

mationis ſacramento, in quo [vt in ſuo proprio loco diximus] copioſior gratia cõfertur quã in cæteris ſacramentis [Euchariſtia excepta] multò minus erit neceſſaria in alijs ſacramẽtis. Item, quia hoc non habetur ex iure diuino, neq; ex aliquo eccleſiæ p̃cepto. Et ſiquis roget vnde habetur, q̃ magis reqratur p̃uia cõfeſsio ãte Euchariſtiæ ſumptionem, quàm ante aliorũ ſacramẽtorũ ſumptionem, reſpondebitur ei, hoc eſſe ſingulare priuilegium Euchariſtiæ, de quo ſingulariter ait. Paulus, Probet autem ſeipſum homo &c. 1. Cor. 11. Colligitur quoquè ex vſu eccleſiæ, & ex dictis doctorum in illo. c. Omnis vtriuſque ſexus. de pœniten. & remiſſ. Et idem eſt de adminiſtratione ſolẽni ſacramentorum, quæ contritionem exigit vt dignè fiat, non autem confeſsionem. Annotato tamen, quòd quanuis hoc ſit verum, commodum tamen eſt propter reuerentiam debitam ſacramẽtis, vt ante quàm aliquod adminiſtremus ſacramentum, vel legamus euangelium, peccata noſtra confiteamur. ſi commode id fieri poteſt. 1. Cor. 11 Notabi. 1

¶ Quinta concluſio. Secluſo etiam iure poſitiuo, tenetur quiſquè iure diuino eo tempore confiteri, quo ſecundùm commune iudicium humanum periculum imminet obliuionis. Hanc concluſionẽ ponit ad literam doctiſsimus Soto in. 4. diſ. 18. q. 1 ar. 4. & eam p bat, eò quòd hoc ſacramentum ſit ad remiſsionem omnium peccatorum per confeſsionem & abſolutionem inſtitutum, & confeſsio ſine peccatorum memoria fieri nequeat, ſit vt imminente obliuionis periculo, obliget. Pari ratione, quando eſt probabile, quòd tẽpore neceſsitatis non habebit confeſſorem tenetur præuenire confeſsionem, vt ſi mare intrat. Pro quo annotato, q̃dam eſſe præcepta, quę ſunt homini ad certum, & determinatum tempus implenda, vt de ieiunio quadrageſimę, aut vigilia alicuius feſti, & de officio diuino diurno, & eiuſmodi non eſt neceſſe prę uenire, neq; poſtponere, etiam ſi exiſtimemus impedimentum legitimum nos habituros tempore quo eſſent implenda. Non enim tenemur adimplere in die anteà, neque in ſequenti, tranſactis his diebus. Alia verò præcepta ſunt ſine determinatione temporis, quę videlicet nos obligant, vt aliquando impleantur, vt ſunt media ad ſalutem neceſſaria, vt de Baptiſmo, & de cõfeſsione, & iſta tenetur homo prę uenire, quando probabiliter credit quòd poſteà non poterit illa adimplere, vt ille qui eſt nauigaturus periculoſo tempore ſi non habet in naui confeſſorem, ſimiliter, ſi credat ſe non habitum eo piam confeſſoris tempore quo præceptum eccleſiæ deſemel in ã no confi 5. Con. Soto. Notab. 2

no confitendo,& cõmunicando,tenetur implere,vt si habeat quis prolixa maria transfretare,etiam si aliàs nullum nauigationis periculum esset,tenetur præuenire confessionem.

Notabi. ¶ Annotare hîc opùs est circa illud exemplum de recitatione horarum, quòd duplex impedimẽtum præstari potest officio diuino. Alterum voluntarium,vt quando se offert aliquod magnum negotium,& obseruat illud tractandum post prandium: tunc deberet hoc modo præuenire officium, etiam si impedimẽtum sit sanctissimum,vt cõfessiones audire. Aliud impedimentum est violẽtum,vt contingit in ijs qui febrem habent quartanam: & tunc nõ tenẽt præuenire officium diuinũ: sed sufficit recitare horas, quas tenetur vsq; ad illud tẽpus recitare. Ratio est,quia priuilegiũ datũ ab ecclesia,vt possimus horas prẽuenire: non obligat ad prẽuenendum, sed dat licentiam,vt facere possimus.

6. Con. ¶ Sexta conclu. Ratione scrupulorum conscientiæ,vt quãdo quis existimat se teneri ad cõfessionẽ ratione conscientiæ erroneæ,nisi ipsam deponat,tenetur confiteri. Hos casus ponit Duran. in 4. dis. 17. q. 10. Palud. eadem dis. q. 2. & Adrianus in 3. q. de confessione. Et extra hos casus, nullus est articulus necessitatis confessionis, sed satis est confiteri semel in anno,iuxta prædictam decretalem. c. Omnis vtriusq; sexus. vbi limitatur præceptũ diuinum. Reliquit nanq; Christus quædam præcepta generalia sine determinatione, quę quidem non poterant commodè seruari, nisi per ecclesiam tempus determinaretur, in quo essent adimplenda,sicut reliquit præceptum de Eucharistia sumenda, Nisi manducaueritis carnem filij hominis &c. De quo determinauit ecclesia, vt in paschate adimpleretur: & de præcepto confessionis determinauit,quòd semel in anno,scilicet in quadragesima obligaret.

Duran. *Palud.* *Adrian.*

Notabi. Annotato tamen hîc, quòd licèt secundùm omnes doctores extra hos casus non sit necessarium statim confiteri, est tamen multum congruum,iuxta verbum sapientis, dicentis,Non tardes conuerti ad dominum: & ne differas de die in diem,subito enim veniet ira illius,& in tempore vindictæ disperdet te.

7. Con. ¶ Septima cõclusio. Si ille qui confessus est in quadragesima de peccatis omnibus quę eius memorię occurrũt, & oblitus fuit alicuius peccati sine culpa sua in confessione,si postea recordetur de illo mortali, quod non est confessus, non tenetur statim illud confiteri,sed illud potest reseruare in aliam quadragesimam. Hæc conclusio,præter hoc quòd est omnium doctorum sententia,pro-

batur ratione, nam ex vi illius præcepti, Omnis vtriusq; sexus. tantùm tenemur integram confessionem facere, sed ille qui confessus est omnia peccata de quibus recordabatur, fecit confessionem integram, quia ad integram confessionem, secundùm concilium Flo. sat est confiteri omnia peccata, quę ocurrunt memoriæ. Non ergo tenetur statim peccatum posteà occurrens memoriæ. cõfiteri, sed poterit in vẽturã quadragesimã reseruare, cũ iã prẽceptũ ecclesiæ adimpleuerit, secus si ex culpa sua fuerit oblitus. Can. Fl.

¶ Octaua cõclusio. Qui confitetur in qualibet parte totius anni, scilicet in naturali, vel in aliquo festo beatæ virginis, vel in quacunq; alia parte anni, satisfacit prẽcepto illo pontificio. c. Omnis. & non solùm quãdo confitetur in quadragesima. Hæc conclusio probatur ex cõtextu illius capituli: nam ibi expressè distinguitur præceptũ de cõfessione, à præcepto de sumenda Eucharistia, cùm textus dicat, ꝙ confessio fiat semel saltẽ in ãno: sumptio verò Eucharistiæ fiat adminus in paschate. Quòd si ecclesia designat tempus quadragesimæ ad cõfitendũ: nõ id facit quia si extra istud tempus cõfiterentur Christiani, nõ adimplerent præceptũ, cùm prẽceptũ tãtũ sonet semel in anno, sed quia apposuit præceptũ de cõmunicando in paschate, designauit tẽpus quadragesimæ pro cõfessione facienda, vt parati essent ad sumptionẽ Eucharistiæ. Vnde, qui statim postquã peccauit, confiteretur ante quadragesimæ tẽpus, multò meliùs faceret. Quare, si aliquis confessus est in natiuitate Christi: & posteà commisit aliquod peccatũ mortale ante pascha, nõ tenetur iterũ confiteri illo anno ex præcepto ecclesiæ, sed ex p̃cepto diuino: eò ꝙ debet sumere Eucharistiã in paschate. Quo fit, vt iste talis, si ad Eucharistiã accedat sine p̃uia cõfessione, duplici peccato peccet, scilicet quia committit sacrilegiũ, & agit cõtrà diuinũ præceptũ, nõ autẽ contra ecclesiæ prẽceptũ. Et si prẽlati ecclesiastici excõmunicant eos, qui nõ cõfitẽtur in quadragesima, non id faciũt, quia existimãt Christianos nõ implere ecclesiæ præceptũ cõfitendi, si in parte aliqua anni confiteãtur, sed quia suspicantur eos in nullo anni tempore confessos esse: qui vsq; ad illud tẽpus vltimũ confessionẽ relinquunt. 8. Con.

¶ Sed an qui in quadragesima omisit confiteri, teneatur ea transacta, quãprimũ potetit cõfiteri: an possit sine nouo peccato cõfessionem vsq; ad aliã quadragesimã differre, dubiũ est. Cui dubio respondet Sanctus Antoninus. 3. p. titulo. 14. c. 19. §. 3. quòd transacto tempore anni, non tenetur de necessitate ante aliam quadra Dubium. Antoni.

quadragesimam confiteri, secus de congruitate. Idem dicit de eo qui omisit sumere Eucharistiam in paschate. Et Antoninum sequuntur nonnulli nō solùm ex summistis, verùm ex theologis scholasticis. Et licèt hęc opinio sit probabilis, probabiliorē tamen esse existimo oppositam sentētiā quantùm ad confessionē, & ita existimat Soto in 4. vbi suprà, & Medi. in codice de cōfessione tractatu secūdo. Et rationibus probat. Prima, quia adiūgi solet cēsura excōmunicationis singulis annis, & virtute illius hō negligēs, elapso anno, confiteri tenetur: quia non potest ab excommunicatione absolui, donec confiteatur. Secunda, quia non tam verba præcepti videntur attendenda, quàm præcipientis intentio, quæ quidem ex fine præcepti percipitur: finis autem præcepti huius de cōfessione est reconciliatio hominis in amicitiā Dei: ergo si iure diuino iubetur reconciliari, & ecclesia explicuit id fieri semel in anno, intentio eius fuit, quòd non vltra annum differatur, vt dicit Di. Tho. & ideo dixit, Saltem semel: ac proinde elapso anno, necesse est hominem confiteriquàm primum potest, vt se ecclesiæ intentioni conformet, alioquin negligens semper reatu culpæ commissæ teneretur, quousq; præceptum impleret, licèt non quotidie nouum peccatum committat. Nec obstāt ea quę pro opinione Antonini obijci solēt de alijs præceptis ecclesię, vt de ieiunio, & de horis dicendis, quia siquis omittat ieiunare vigiliam alicuius sancti, vel quadragesimam, transacto illo tempore, vel illo die vigiliæ, non tenetur per simile ieiunium supplere. Et si omittat horas canonicas, elapso die naturali, non tenetur eas postea dicere. Similiter, certum & indubitatum est, quòd elapso communionis tempore, non tenetur homo ad communicandum illo anno, quo vsq; simile tempus anni sequentis adueniat, pari ergo ratione nec elapso anno tenebitur confiteri vsq; ad se quētem quadragesimā [non inquam obstant] quia intentio ecclesiæ ad huiusmodi obligantis, præcipuè tendebat ad tempus, & diem, nempe tali die & taliter voluit colere sanctum Petrum, vel D. Dominicum &c. & quòd tali die ieiunaremus: & idem dico de horis canonicis. Quo fit, vt elapso illo tempore, non sit eius intentio ad eadem obligare in alio die. At verò in præcepto de confitendo semel in anno, non tam habetur respectus ad tempus determinatum, quàm ad salutem & bene esse fidelium, quod per confessionem habetur. Ad aliud de Eucharistia dico, quòd non videtur esse eadē ratio: quia ecclesia in præcepto de illa sumenda, videtur principaliter habere respe

Soto. *Medina.* *D. Tho.*

re reſpectũ ad tempus paſchæ, cùm ipſum ſpecialiter commemoret, & intendit dominicam cœnam, quam Chriſtus cum diſcipulis habuit, celebrare. Et elapſo tempore paſchæ, non ita videtur quis manere obligatus ad communicandum illo anno, ſaltem ex vi huius præcepti de communicando in paſchate, niſi aliud exigat ſtatutum aliquod particulare, aut conſuetudo.

V. DIFFICVLTAS.

Vtrùm præceptum hoc confeſsionis obliget in omni ætate, & quando incipiat obligare.

DIfficultati huic vnica concluſione reſpondetur. Secundùm omnes doctores, ſtatim cùm homines ad vſum rationis, ac diſcretionis peruenerint, ideſt cũ peccare potuerint, ſiue ſint ſex annorum, ſiue ſeptẽ, vel decẽ: obligãtur ex illa decretali. c. Omnis vtriuſq; ſexus. Neq; idem iudicandum eſt de Euchariſtiæ præcepto: ratio eſt, quia ad hoc quòd puer teneatur ad cõfeſsionem, ſatis eſt quòd cõfeſſor cognoſcat, quòd puer habet vſum rationis: quod non ſufficit ad communionem, nam opùs eſt, quòd ex certa ſcientia confeſſor cognoſcat, illum habere vſum rationis. Et ratio huius diſcriminis eſt duplex. Prima, propter periculum, & irreuerentiam quæ poteſt contingere circa Euchariſtiam: non autem circa confeſsionem. Secunda, propter hoc, quòd puer nõ incipit ſimul habere vſum rationis de omnibus, quandoquidem pro comperto eſt, priùs venire puerum ad tempus, in quo de mortalibus poteſt iudicare, quàm ad intelligendum, quòd in ſacramento ſit corpus Chriſti: quod tamen requiritur. Nam oportet quòd ſciat diſcernere inter bonum & malum, inter panem corporeum & panem cœleſtem. Con. V.

De quidtate & qualitate confeſsionis.

VI. DIFFICVLTAS.

Vtrùm ſacramentalis confeſsio ſit ſacramentalis peccatorum accuſatio ad indulgentiam virtute clauium eccleſiæ obtinendam.

Con. af. HVic difficultati affirmatiuè respondetur. Probatur, nam diffinitio debet causas rei explicare, & ita explicantur in ista diffinitione: nam cùm dicit, Accusatio, exprimitur forma & substantia confessionis: non enim debet esse peccatorum propalatio ad iactãtiam, nec solùm per viam simplicis denunciationis, sed per viã accusationis ad correctionem & vindictam. In hoc verò quod dicitur, Sacramentalis, distinctio fit à contritione, quæ tãtùm est mẽtalis accusatio. Et in hoc quod ponitur, Peccatorum, explicatur materia & causa agens: nam peccata non nisi peccator confiteri potest. Cùm autem dicitur, Ad indulgentiam obtinẽdam, explicatur finis, quo differt à criminali confessione, quæ sæpe ordinatur ad supplicium. Tandem dum additur, Virtute clauium ecclesiæ obtinendam, designatur iudex, nempe proprius sacerdos, qui virtute clauium reum absoluit.

VII. DIFFICVLTAS.

Vtrùm confessio debeat. 16. conditiones habere, ad hoc quòd sit perfecta

Con. affi AD hanc difficultatem affirmatiuè respondetur, nempe quòd sunt sexdecim, quæ in his versibus continẽtur. Sit simplex, Humilis confessio, Pura, Fidelis atquè frequens, Nuda, Discreta, Libens, Verecũda, Integra, Secreta, Lachrymabilis, Accelerata, Fortis, & accusans, & fit parere parata.

Conditiones, confessionis ¶ Prima conditio est, quòd sit simplex, ideſt sine admixtione historiarum, & aliorum impertinẽtium. Requiritur enim, vt nõ multiplicentur verba ad rem non pertinentia. Vnde, prudens confessor studeat huiusmodi impertinentia verba resecare.

¶ Secunda. Humilis quòad actum interiorem, recognoscẽdo se peccatorẽ: & quòad actũ exteriorem cum verbis humilibus, nõ iactando se &c. Flexis genibus: licèt hoc non sit necessarium, tamen est congruum si fieri potest, secus si ob infirmitatem, & huiusmodi non potest fieri.

¶ Tertia. Pura, ideſt cum bona intẽtione ad Deum facta, vt ecclesiæ obediat, & Deo placere possit, quoniam si quis confiteretur propter infamiam populi fugiendam, vel vt deuotus tantùm appareret, & hoc esset principaliter intentum, ideſt quando hoc cessante, non confiteretur, mortaliter peccaret. Secus quando ad cõfessio

fessionem monetur, ptopter hoc tamen principalis finis est propter Deum, & remissionem suorum peccatorum, & vt Dei gratiã consequatur.

¶ Quarta. Fidelis, ideſt requiritur, vt verè proferat quod est in corde: nam siquis ex industria talibus verbis vtatur, vt peccata sua non ponderentur à confessore, vel ei non displiceant, peccat. Hìc solet quæri, vtrùm quodcunq; mendacium in confessione sit peccatum mortale. Cui dubio per aliquot conclusiones respondetur, quarum prima sit. Mentiri in confessione de pertinentibus ad ipsam confessionem, siue negando peccatum mortale cõmissum interrogatus à confessore, siue affirmando scienter se mortale cõmisisse, quod tamen non commisit, est peccatum mortale, & committitur sacrilegium. Probatur, quia est mendacium in iudicio, nõ qualicunq;, sed sacramentali, & in re grauissima. Item, quia negãdo peccatum mortale, iam accedit fictus: & affirmando mortale quod non commisit, præstat materiam falsam absolutioni, & enervat, quantùm in se est, iudicis sententiam. 1. Conc.

¶ Secunda, coucluſio. Mentiri in confeſsione de impertinentibus ad confeſsionem, non eſt peccatum mortale. Hanc concluſionem tenet Caietanus in ſumma, verbo, Confeſsio, conditione. 4. & Armilla, in verbo, Confeſsio. 2. Conc. Caieta.

¶ Tertia concluſio. Qui negat, vel tacet quod credit, vel dubitat mortale, mortaliter peccat. Ex hac concluſione elicitur, ad veritatem confeſsionis expectare, vt dubia pro dubijs, & certa pro certis ſint confitenda, ita vt neq; quis propter humilitatem debet ſe accuſare de eo quod non fecit, neq; pro certo de peccato de quo non eſt certus, an commiſerit, ſed ſub dubio. Oportet enim, quòd talem ſe narret ore, qualis eſt in corde. Vnde, debet dicere ſi eſt dubius, Videtur mihi quòd in tale quid conſenſerim, non tñ ſum certus. Intelligenda tamen eſt hæc concluſio, quando ex intentione id quis facit: nam mentiri formaliter requirit non ſolùm falſam vocis ſignificationem, verùm etiam intentionem fallendi. Quo fit, vt ſiquis ex ignorãtia, vel ratione ſcrupuli affirmet peccatum dubium pro certo, peccat quidem, quia à recta ratione diſcedit, ſed quoniam non dicit mendaciũ, ſed falſum, non peccat mortaliter, ſed tantùm venialiter, vt pote indiſcretè ſe accuſans. 3. Conc.

¶ Quarta concluſio. Si quis in confeſsione mentiatur, negando peccatum veniale quod reuera commiſit, non intendens tunc de eo confiteri, licèt à principio hoc intenderet, non peccat mortaliter. Probatur, quia cùm in libertate cuiuſcunq; ſit confiteri, vel 4. conc.

relinquere venialia, quæ maluerit, eò ipso quòd negat, vel tacet aliquod, non vult illud facere confessionis materiam. Et similiter affirmando in confessione veniale, quod nõ fecit, nõ peccat mortaliter ratione paruitatis ac leuitatis materiæ, quia non grauiter decipit sacerdotem, vt iudicium valde diuersum de pœnitente concipiat. Hoc secundum est contra Caietanum in loco citato, vbi affirmat, quòd quicunq; venialia facit materiam confessionis, tunc de illis mẽtiendo, mortaliter peccat, siue neget, se fecisse veniale quod fecit, siue affirmet, se fecisse quod non fecit.

5. Conc. ¶ Quinta conclusio. Quando confitens assumit veniale vt materiam confessionis, & non apponit aliam materiã nisi tantùm illud veniale, quod non commisit, crediderim, quòd peccat mortaliter. Ratio huius cõclusionis est, quia tũc administrat materiã falsã, ac proinde absolutio est irrita & in annis, & idcirco peccat mortaliter.

¶ Quinta conditio est, quòd debet esse frequens & accelerata, de hac tamen frequẽtia & acceleratione non inuenitur præceptũ nisi semel in anno, exceptis casibus à nobis appositis in 4. difficultate, nempe in articulo mortis &c.

¶ Sexta conditio est, quòd debet esse libens, ideſt voluntaria, nõ timore pœnæ, vel infamiæ &c. & accedentem ad confessionem oportet habere voluntatem dicendi omnia peccata sua, etiam si à confessore non interrogaretur.

¶ Septima conditio est, quòd debet esse verecunda. Oportet nanq; vt confessio incipiat ab horrore turpitudinis peccati: nam si homo solùm narraret peccata per modum iactantiæ, nulla esset confessio.

¶ Octaua conditio, quòd debet esse lachrymabilis, scilicet cum displicentia omnium peccatorum mortalium commissorum supra omne odibile, & cum proposito vitandi omne mortale supra omne euitabile, saltem cum attritione, quia virtute clauium ex attrito fit cõtritus, vt dicũt doctores, & sic est de necessitate hęc conditio. sed tamen lachrymæ sensus, cùm non sint semper in nostra potestate, illas exprimere non est necesse.

¶ Nona conditio est, quòd debet esse fortis, scilicet vt homo immobiliter operetur, & superet timorem mundanum & verecundiam, ne propter huiusmodi dimittat aliquod peccatum, vel circunstantiam de necessitate confitendam, nam aliter non esset sufficiens.

¶ Decima conditio est, quòd sit accusans, videlicet sibi imputãs peccatum, non cœlo, vel alteri, quia volũtas hominis minimè cogi potest

gi poteſt, licèt poſsit perſuaderi, vt dicit D. Tho. in. 1. p. q 82. ar. 1 in corpore. & ad 1. & q. 165 ar. 4. ad 1. & 1. 2. q 6 ar. 4. & q. 9. ar. 4. ad 2. & hęc conditio eſt ſimpliciter neceſſaria. De alijs autē conditionibus, nempe quòd ſit integra, & nuda, & diſcreta, & ſecreta, ſtatim de vnaquaquè ſeparatim diffuſè agam, & tandē cùm de tertia parte Pœnitentiæ fuerit ſermo, ſcilicet de ſatiſfactione, oſtendam vltimā conditionem confeſsionis, nempe quòd oportet eſſe parere parata: debet nanquè confitens eſſe paratus ſatisfacere pro peccatis ſuis, ſi non ſatisfecit ante confeſsionem. Di. Tho.

VIII. DIFFICVLTAS.

Vtrùm confeſsio debeat eſſe integra, ſic vt omnia peccata pœnitens confiteatur, quorum memoriam habet, & an hæc integritas ſit de iure diuino.

Concluſionibus duabus huic difficultati iuxta duo membra in ſe incluſa reſpondetur, & earum prima ſit. Omnis Chriſti fidelis tenetur omnia ſua peccata mortalia poſt Baptiſmum, vel corde, vel ore, vel opere, vel omiſsione commiſſa confiteri. Hæc concluſio eſt omnium theologorum ſententia calculo approbata in 4. diſt. 17. & habetur expreſsè diffinita in cap. Omnis vtriuſq; ſexus. & in conc. Flo. in quibus locis præcipitur, quòd pœnitens confiteatur omnia peccata, quorum memoriam habet, & D. Tho. in diſt. prędallegata. q. 3 ar. 4. q. 2 conatur ſententiam hanc rationibus perſuadere. Prima eſt, quia cùm Pœnitentiæ ſacramentum ſit quædam medicina contra morbos, & medicus bene mederi non poteſt, niſi intelligat totum ſtatum infirmi: nec vult ſanari à morbis quos medico explicat, qui alios tacet: quia ſi habeat dolorem ſplenis, & iecoris, & ſolùm primum intelligat medicus, applicare poteſt medicinam, quæ noceat iecori: omnia igitur peccata patefacere tenetur. Secunda ratio eſt, quia cùm confeſsio fiat ſacerdoti, vice Dei & eius autoritate fungenti, ac impium ſit à Deo dimidiatā ſperare veniam [quia Deus non abſoluit ab vno peccato, relicto alio] impiū quoq; erit dimidiatam ſperare peccatorum remiſsionem à ſacerdote. Tertia, quia ſemper in eccleſiā fuit in vſu etiam occultorum confeſsio, vt apertè conſtat ex Di. Ambro. in lib. de paradiſo. Non poteſt quis, inquit iuſtificari à peccato, niſi confeſſus ante fuerit peccatum: vbi nulla fit excep- 1. Cnoc. Cō. Flo. D. Tho. Ambro.

ptio

tio publici aut secreti, sed genealis est sententia. Et Origines su-
Origen. per Psalm. 37. Vide, inquit, quid nos docet scriptura diuina, quia oportet peccatum non celare intrinsecus. Peccatum,
Hieroni. inquit, in genere, nullo excepto. Erat etiam in vsu tempore Diui.
Eccl. 10 Hieronimi: nam dicit super ecclesia. c. 10. Si quem serpens diabolus occultè momorderit, & nullo conscio, eum peccati veneno infecerit, si tacuerit qui percussus est, & non egerit pœnitentiam, nec vulnus suum fratri & magistro voluerit confiteri, magister qui linguam habet ad curandum, facile ei prodesse non pote-
Cypria. rit. Et Cyprianus sermone. 5. de lapsis, ait, Quanuis nullo sacrificij, aut libelli facinore constricti sint: quoniam tamen de hoc cogitauerunt, id ipsum apud sacerdotes Dei dolenter & simpliciter
Clemen. confiteantur. Postremò Clemens primus successor Petri epistola 1. ait, Petrum docuisse, vt cogitationes internæ manifestarentur sacerdotibus. Hæc omnia testimonia adducit doctissimus Soto
Soto. contra Vuitcleff, negantem cõfessionẽ occultorum, & cõtra Lutheranos, negantes confessionem tam publicorum, quàm occultorum. Dixi signanter in cõclusione, Mortalia, quoniam vt venialia non sunt de necessitate confessionis: ita potest quisq; aliqua eorum quæ commiserit, confiteri, & alia omittere, quia non ideo confessio ficta redditur, neque dimidiata.

2. Conc. ¶ Secunda conclusio Hæc integritas confessionis ex diuina institutione fuit. Probatur, quia qui confessionem instituit, non mã cam ac mutilatam, sed integrã instituit. Perfecta etenim sunt opera Dei. Item, quia materia sacramenti, ex diuina institutione fuit: at materia huius sacramenti est integra confessio, ex iure ergo di-
Dubium. uino est integritas confessionis.

¶ Sed dubium graue oritur hîc. Vtrùm ad integritatẽ hanc confessionis satis sit confiteri omnia peccata, quorum quis memoriam habet tempore confessionis, an oporteat etiam adhibere diligentiam, vt peccata in memoriam reuocentur? Et quidem quòd teneatur pœnitens aliquã diligentiam adhibere, communis theologorum sententia asserit, atq; adeò communis vsus Christiani populi. At verò quanta sit necessaria, vertitur in dubium. Pro cuius explicatione, inprimis scire opùs est, quòd vnum & idem est præceptum de confessione & integritate eius, ac examine conscientiæ, inquisitioneq; peccatorum, discurrendo per tempora, & loca, & personas, & per negocia, in quibus est versatus, vt ea in memoriã reuocet, quæ confiteri tenetur. Ob id enim tenetur homo inte

mo integrè confiteri: quia tenetur confiteri. Ac idcirco tenetur conſcientiam examinare,& inquirere peccata quę commiſit: quia tenetur in confeſsione integritatem ſeruare. Illud deinde commemorare oportet: nempe quòd huius iudicij ſacramentalis finis non tam punitio & vindicatio iuſtitiæ eſt, quàm vindicatio ſalutaris. Quo fit, vt in iudicio purè vindicatiuo, licèt exacta culparum cognitio requiratur, vt ſcilicet tanta ſit pœna, quantam quis per culpas meretur [quia iuſtitia reſpicit æqualitatem rei ad rem] in iudicio tamen hoc ſacramentali non exigitur exacta cognitio peccatorum: ſed qualis & quanta neceſſaria eſt ad ſalutem pœnitentis Habetur nanq; in c. Omnis vtriuſq; ſexus. vt more periti medici ſacerdos diligenter inquirat peccatoris peccati q; circunſtantias. His ſic præmiſsis, ſit prima concluſio. Non tenetur quis adhibere omnẽ diligẽtiã quã poteſt, ad hoc vt õnia peccata q̃ fecerit in memoria conſeruet, videlicet vt tẽpore confeſſionis nullum omittatur peccatum. Hanc concluſionem eo ſolo argumento amplecti deberemus, ne Chriſti iugum inſuaue redderetur hominibus. Item, quia pauci eorum qui ſemel in anno confitentur, retinent in memoria vniuerſa peccata, & omnes circunſtantias, & cogitationes malas, quas per anni ſpacium habuerunt: & nemo fuit vnquàm, qui populum obligaret, vt peccata ſcriberet, cùm non omnes ſciant ſcribere. At verò ſi tenerentur homines omnẽ diligentiã quã poſſunt, adhibere: ſcribere tenerẽtur, neque ſiquis homo priuatus labilem memoriam haberet, alia lege quàm iſta communi auderem illum obligare. 1. Conc.

¶ Secunda concluſio. Tempore quo quis tenetur confiteri, ad minus mediocrem diligentiam adhibere tenetur in peccatis omnibus inquirendis, quæ commiſit. Tenetur nanquè integram confeſsionem facere, quod, nulla adhibita diligentia moraliter, eſt impoſsibile. 2. Conc.

¶ Tertia concluſio. Qui adhibet humanam, vel mediocrem diligentiam, qualem videlicet præſtare ſolent viri mediocriter timentes Deum, quiſquè iuxta conditionem gradus & ordinis ſui, verè implet legem præceptiuam de confeſsione, vt ſi ego adhibui mediocrem diligentiam, & per paruam vlteriorem exiſtimo probabiliter aliqua mortalia fore in memoriã reuocãda, teneor vlterius inquirere, ac examinare conſcientiam. Quòd ſi puto nullum aliud peccatum venturũ in mentem, niſi fortè ingẽti quadam diſcuſsione, ac temporis magni inquiſitione: non oportet ampliùs 3. Conc.

solicitum quempiam esse. Satis enim est illa mediocris & humana diligentia, vt dicit Augustinus in libro. de vera &, falsa pœnitenti
Augusti. a c. 15. inquit enim illic, quòd sufficit diligentia quam adhibet aliquis pro infirmitate corporali vitanda.

4. conc. ¶ Quarta conclusio. Siquis adhibuit diligentiam & curam in examinanda conscientia, quam credit esse sufficientem, etiam si fallatur, negligentia hæc potest, & debet excusare à peccato mortali. non tamen in omnibus, sed in hominibus pijs qui Deum timent, atq; animæ suæ mediocrem curam habent. Cæterum, impios quos videlicet, nulla animæ suæ cura tangit, ego nulla ratione à peccato mortali excusarem, etiam si existiment se diligentiam idoneam adhibuisse, cùm scilicet omittunt vt ignorantes aliqua peccata ex insufficienti discussione. Has conclusiones sic intellectas, ponit magister Cano in sua relectione de Pœnitentia.
Cano.

5. Conc. ¶ Quinta conclusio. Peccata oblita, tam ille qui post sufficientem diligentiam meminisse nequit, quàm ille qui ex culpa sua oblitus est, simpliciter confiteri tenetur: itaquè postquàm in memoriam recurrerint, sunt necessariò confitenda. idquè non propter obligationem tunc exurgentem, sed propter antiquam, quæ semper manet: differunt tamen, quia ille qui ex culpa sua oblitus est, per obliuionem non excusatur, nequè per absolutionem recipit gratiam, alius verò excusatur ignorantia inuincibili, & sic gratiam recipit per absolutionem.

IX. DIFFICVLTAS.

Vtrùm singula peccata quoad numerum, sint fideliter confitenda.

1. Conc. HAE sunt huius difficultatis cõclusiones, & earũ prima est. Numerũ peccatorũ mortaliũ necesse est confiteri, si pœnitens sciat se certum numerum peccatorum commisisse: vt si commisit decem, & solùm exprimit nouem, & vnum celat, iam non confitetur omnia peccata, quæ habet in memoria, ac proinde non nudè se clauibus ecclesiæ subderet.

2. Conc. ¶ Secunda conclusio. Non est de necessitate confessionis sic singula confiteri, vt sigillatim numerentur, sed satis est sic explicare, vt sacerdos iudicium de persona satis possit capere: licèt enim

neceſſarium ſit ſpecies & genera peccatorum explicare, quia ſi quis furtū & homicidium fecit, non ſatis eſt dicere, Feci duo peccata mortalia, cùm homicidium grauius ſit furto &c. attamen indiuidua eiuſdem ſpeciei non opùs eſt numerare, vt dicatur, Feci hanc fornicationem, & poſteà hanc ſecundam &c. ſed ſufficit dicere, Decies fornicatus ſum, aut, Falſo iuraui &c. & quando per tempus & conſuetudinē poſſumus deuenire in cognitionem numeri peccatorum, ſat eſt tempus confiteri, vt dicendo, Habeo conſuetudinem ſemel, vel bis, vel ter in hebdomada fornicandi, vel fere quinquaginta, aut circiter centum &c. Hæc enim notitia ſufficit confeſſori, vt finem confeſsionis præſtet, ſiue conſilium ſiue remedium, ſeu vindictam ſalutarem, vt ſi meretrix confiteatur, q̄ quidem tot commiſit crimina, vt peccatorum numerus modum excedat, ſat erit ei ita ſe accuſare, Ego decem ānis in hoc vicio fui: quoslibet homines admiſi: qualibet hora parata fui &c. Idem dicitur de concubinario, qui quatuor annis habuit concubinam. His nanquè non eſt opùs eſſe ſolicitos, vt explicent an centum mille peccatorum commiſerint, plus, vel minus. Et licèt poſſimo dum in particulari cuiuſpiam recordentur peccati, non tenentur ampliùs illud confiteri, quia ſufficienter illo modo illud confeſsi ſunt. Ex quibus colligitur, quòd confeſſor nō debet vexare pœnitētes, punctim interrogādo de numero, per anxiā & puerilēſuperſtitionem eos faciens mentiri, vel certè aliquid falſum dicere.

¶ Annotare tamen hîc oportet, quòd quando pœnitens explicuit determinatè decem peccata, & non addidit, Paulo pluries, aut, Paucioribus vicibus: ſi poſteà occurrūt memoriæ duo peccata, tenetur ea confiteri: & ſimiliter, ſi quando confitetur, ignorat aliquam ſpeciem peccati, & poſteà ſcit, tenetur eam confiteri. Si verò bona fide confeſſus eſt decem peccata, & addidit, Paulò pluries &c. poſteà non eſt neceſſarium illa duo confiteri: quia iam ſub dubio dicens, Paulo pluries &c. vices illas confeſſus eſt. Secus ſi error fuit notabilis in numero, vt ſi dixit, Decē, & poſteà occurrunt viginti: nā tunc re vera tenetur exceſſum confiteri. Ex iis etiam elicitur, non eſſe neceſſe vt pœnitens omnes actus explicet mortales, etiam ſingulatim: cùm in vno actu intelliguntur, vt ſi volo inimicum occidere: quæro arma, equum &c. Item, qui furatur, ſcalas ſuſpendit, aperit ſeras &c. Licèt nanq; omnes illi actus ſint peccata mortalia, omnes tñ ordinantur ad vnū actum perficiendum, quem pœnitens confitetur. Et quāuis in ge

Notabil.

nere

nere entis, sunt plures actus: tamen in genere moris, pro vno actu computantur. Ratio huius corollarij est, quia confessor in actu præcipuo explicato per pœnitentis confessionem, sufficienter intelligit actiones concomitantes, quemadmodum qui confitetur exteriorem actionem, stultus ac fatuus erit, si velit interiorem explicare: cùm in actu exteriori intelligatur interior: non autē intelligit exterior in interiori, qa pōt quis interiorem habere volitionem absquè actu exteriori. Vnde, nō sufficit explicare interiorem in confessione absquè exteriori commisso. Ex quibus vltimatē infertur, quòd si ad perfectionem principalis peccati, actus alius adiunctus interuenire non soleat, erit explicandus, vt si per internuntium solicitaui puellam, vel si socium accersiui ad hominem occidendum, teneor in confessione manifestare.

De circunstantiis.

X. DIFFICVLTAS.

Vtrùm teneamur confiteri circunstantias peccatorum, vt sit integra confessio, & nuda.

Notab. 1

PRo huius difficultatis elucidatione annotare oportet primò, ꝙ circunstātia vt nomē sonat, est accidēs actioni adiacēs, qd eius q̄litatē in genere moris variat, augēdo scilicet, aut minuēdo. Sūt enim circūstantiæ in duplici differentia, nēpe aliæ aggrauantes, aliæ verò minuentes. Aggrauantes rursus bifariā partiri solent, q̄ dā q̄ mutant speciem, vt furtum de loco sacro, habere rē cum vxorata. aliæ verò q̄ nō mutant, vt furtū centū aureorū, & furtū decē aureorū, nam sunt ista duo furta in eadem specie. Loquimur itaq; impræsentiarum de circunstātijs, q̄ adiacentes alicui actioni, faciunt ipsam moraliter bonā vel malā, & magis bonā vel malā, secūdum varietatē ipsarū circunstantiarū, vt insinuat D. Tho. in 1. 2. q. 7. ar. 3. ad 2. & non de illis accidentibus, q̄ penitus sunt impertinētia: nihil enim refert quòd aliquis occīdat hominem pugione, vel lancea, vel gladio.

Notab. 2

¶ Loq̄ndo igitur de pertinētibus oportet secundò annotare, ꝙ iste circunstantiæ sunt numero septem, videlicet Quis, ideſt quæ persona, scilicet an ecclesiastica, an secularis sit, quæ peccauit. Quid, ideſt quantum commisit crimē, nempe

nempe an magnum, an paruum fecerit furtum: magnam, aut paruam personam leserit. Vbi, ideſt, quo loco, ſcilicet ſacro, an profano. Quibus auxilijs, ſcilicet an Turcarum auxilijs Chriſtianus bellum gerat. Cur, ideſt, qua intentione fecerit. Quomodo, ideſt vtrũ fraude per inſidias, an in aperto hominẽ occiderit. Quãdo, putà vtrùm noctu dormiente domino ædes fuerit aggreſſus, an media luce in eius præſentia. His prælibatis, difficultati reſpondetur per aliquot cõcluſiones, quarum prima ſit. Præceptum eſt, quo circunſtãtias in confeſsione explicare tenemur. Hæc concluſio eſt manifeſta, nam quo iure tenemur confiteri, tenemur confiteri integrè. Item, in. c. Conſideret. de pœnitentia diſt. 5. dicitur, Conſideret pœnitens qualitatem criminis in loco in tempore &c. 1. Cnoc.

¶ Secunda concluſio. Circunſtantiæ pertinentes, quæ ita minuũt vt de mortali veniale faciant, ſunt neceſſariò confitẽdæ, vt ſi quis hominem ex ignorantia inuincibili in incertum iaculando, occîdit, vel cum moderamine inculpatæ tutelæ ſeſe tuendo. Si enim in confeſsione ſimpliciter diceret, Feci homicidium, cõfiteretur tanquàm peccatum id quod non eſt peccatum, atq; adeò peccaret mortaliter. Similiter quando ex inconſideratione communicauit in diuinis cum excommunicato, aut ſi ex inopia panem alienum arripuit, debet explicare in confeſsione has circunſtantias: nam ſi abſolutè, & ſimpliciter diceret in cõfeſsione, Cõmunicaui cũ excõmunicato, aut feci furtũ, confeſſor ſeducit in re graui, ad iudicium pertinente: quia intelligit ipſum mortaliter peccaſſe. 2. Con.

¶ Tertia concluſio. Circunſtantias minuentes peccati malitiam intra latitudinem mortalis culpæ, non neceſſe eſt confiteri: tamẽ ſi multũ minuant, benefaceret pœnitens illas explicando, vt ſi ex magna ira dixit alicui verbum iniurioſum. Similiter, ſi puella graui inopia oppreſſa, aut mortis metu iuuenem admiſit: poteſt enim tunc cauſam ob quam crimen illud mortale commiſit, explicare, vt turpitudinem ſuam aliquo modo alleuiet. Hanc tamen concluſionem intelligendã eſſe arbitror ſano modo, nempe ſiquis animo purè & ſimpliciter confitendi, & non vt quærat excuſationes in peccatis: has circunſtantias explicet. Tunc nanq; eſt conſilium ſaluberrimum, & nos reprobare nõ poſſumus: eas explicare. Nec in hoc ſenſu reprobaret hoc Petrus à Palud. in 4. diſt. 16. q. 3. ar. 3. aut Silueſter in verbo, Confeſsio. 1. §. 9. 3. Conc. Palud. Siluesse.

¶ Quarta concluſio. Circunſtãtię quæ ſic ſunt aggrauantes, vt mutent ſpeciem in genere moris, & nouam mortalem malitiam adiciant 4. Conc.

adijciant, sunt omnino explicandæ in confessione, vt sanguinem fũdere, vel occidere, ve fornicari in ecclesia: nam fieri ista peccata in ecclesia est particulare peccatum sacrilegij cõtra præceptum religionis, de honore qui loco sacro exhibendus est. Similiter, stuprum cum virgine Deo sacrata: incestus cum consanguinea habere rem cum vxorata, aut furari intentione adulterandi: quia licèt sit vnicum peccatum, habet tamen duas deformitates. Probatur hæc conclusio ratione, quia ibi re vera continentur plura peccata cõtra plura præcepta, & contra plures virtutes. Itẽ, quia alias maior pars malitiæ celaretur sacerdoti: quapropter meritò præcipitur sacerdoti. in. c. Omnis vtriusq; sexus. de pœniten. & remiss. vt diligenter inquirat, & peccatorũ circunstantias, & peccati. &c.

Augusti. Est quoq; diligenter ab Augustino consideratum in lib. de vera & falsa pœnitẽtia. c. vltimo, & habet de pœnitẽtia dis. 6. c. 1. Caie.

Caieta. verò in. q. 3. de cõfessione, limitat hãc conclusionem. & optimè. Dicit enim, q cũ circũstantiæ specificè differentes, nullã differẽtiã in iudicio sacerdotali faciũt, non oportet explicentur: vt diuinare per astra, vel per terram, vel per aquam &c. Item, accedere ad bestiam vnius generis, vel alterius, impertinens est huiusmodi mutatio speciei, ad iudicium istius sacramenti. At verò circunstantiæ secundùm speciem differentes, quæ in iudicio salutari diuersum remedium exigunt, ac medicinam, eas nos asserimus necessariòesse explicandas.

Dubium. *D. Tho.* *Bonauẽ.* *Palud.* *Duran.* *5. Conc.* *Alex. al.* *Marsili.* *Gabriel.* *Maioris.* *Adrian.* *Silueste.* *Victori.* *Soto.* *Cano.* *Augusti.*

¶ Sed maius dubium est, de circunstantijs aggrauantibus intra eandem speciem, an sint necessariò explicandæ? Cui dubio omissa opinione D. Tho. in 4. dist. 16. q. 3. ar. 2. q. 5. & Bonauenturæ in eadem dis. & Palud q. 3. & Durandi q. 4. qui omnes affirmant solas circunstantias mutantes speciem, esse necessariò confitẽdas [omissa inquam hac opinione] est cõclusio quinta in ordine affirmatiua tenenda nempe quòd omnis circunstantia notabiliter secundùm iudicium sapientis, aggrauans peccatum, siue mutet, siue non mutet speciem, est necessariò confitenda. Hanc conclusionẽ tenet Alexan. Alen. 4 p. q. 77. membro. 3 ar. 2. Marsilius in 4. q. 12. ar 1. Gabriel dist. 17. q. 1. Maioris eadem dist. q. 4. Adrianus. q. 4. de confessione. Siluester etiam in verbo, Confessor. 1. § 9. in fine videtur eandem sententiam tenere. Ac insuper Magister à victoria, Soto, & Cano tenent illam, & denique illam tenet Diuus Augustinus in lib. de vera, & falsa pœnitentia capitulo. 14. & habetur de pœnitentia dist. 5. cap. Consideret. Rationibus

quoq;

bus quoq; comprobatur hæc noſtra ſententia. Prima, quia cùm circunſtantia quę non variat ſpeciem, nonnunquàm addat maiorẽ malitiã, quàm varians ſpeciem, ſi hęc confitenda eſt, ergo & illa: cùm grauior iniquitas ex ea adiungatur. Multò enim grauius eſt furari mille aureos à mercatore, quàm furari decem ab eccleſia. Secunda ratio ſumitur ex dicto Caietani aſſerẽtis, quòd circunſtantiæ quæ mutant ſpeciem ſine noua malitia, non neceſſe eſt q̃ confiteantur, ſicut diuinare per terram eſt alterius ſpeciei à diuinare per aquam, vt iam dixi. Tota igitur cauſa, quare circunſtantia eſt explicanda in confeſsione, nõ eſt mutatio ſpecifica, ſed noua malitia ſuperaddita. Quo fit, vt vbi additur duplex malitia, ſiue ſit eiuſdem ſpeciei ſiue alterius, neceſſum ſit eam exprimere. Tertia, quia ſi decem horis quis odio habuiſſet proximum, ita tamẽ, vt in fine cuiuſq; horę odiũ interrumperet, illa peccata eſſent neceſſariò confitenda: ergo etiam ſi nulla facta eſt interruptio, ſed per totas decem horas perſeuerauit in illo actu: cùm odium illud per decem horas habitum, æquè graue ſit. Quarta, quia omnes in cæſtus inter conſanguineos, & inter affines ſunt eiuſdem ſpeciei, vt D. Tho. 22. q. 154. ar. 9. autor eſt, & tamen ſiquis cum matre aut cum ſorore coijſſet, non ſatis confiteretur, dicẽs, Commiſi in cæſtum: nam illo nomine poterat intelligi cõcubitus cum affine, vel conſanguinea ſibi iuncta in. 3. vel 4. gradu &c. Quinta ac poſtrema ratio eſt, quia peccata contra naturam non videntur ſpecie diſcriminari, quod Caietanus affirmat: at non ſatis eſſet confiteri, Effudi ſemen contra naturam. Hæc igitur ſententia eſt tenenda, & re vera D. Tho. [vt mea fert opinio, inquit Cano] ſententiam re tractaſſet, ſi tertiæ parti extremã manum impoſuiſſet, atq; olim iuuenis opiniones ſæpe commnes ſui ſeculi ſectabatur. D. Tho.

¶ De circunſtantia loci ſit prima concluſio, quòd circunſtantiæ loci ſacri ſunt neceſſariò explicanda in confeſsione, vt ſiquis, vt dixi, effundat ſemẽ in loco ſacro, aut ſanguinem, aut ſi extraheret aliquem de loco ſacro contra ſanctitatem & immunitatem eccleſiæ Similiter, ſi furatus eſt rem de loco ſacro, qui eſt eccleſia. 1. Conc.

¶ Secunda concluſio. Non ſolùm effundere ſemẽ in eccleſia per fornicationem ſimplicem, aut per adulterium, aut per pollutionẽ voluntariam, eſt circunſtantia neceſſariò explicãda in confeſsione, verùm etiam habendo rem cum propria vxore illic, quia locũ ſanctum decet munditia, non ſolùm animi, ſed etiam corporalis, & vxor non tenetur reddere debitum illic petenti, cùm hoc non ſit neceſſa 2. Conc.

sit necessarium, sicut est vrinã effundere. Hęc tamen conclusio exceptionẽ patitur, quando coniuges longo tempore in loco sacro obsidentur, vt alibi dixi.

3. Conc. ¶ Tertia conclusio. Propterea ꝙ quispiã peieret in loco sacro, vel falsum testimonium dicat, non est circunstantia loci necessariò confitenda. Imò, licèt quis illic mente consentiat facere adulterium, vel homicidium, vel furtum, itaq; dum existit in ecclesia vult ista cõmittere extra ecclesiã, non est circunstantia loci necessariò confitenda. Nõ enim tenetur dicere, se in ecclesia voluisse, nec talis volitio est sacrilegium. Si verò econtrario, existens extra ecclesiã, consentiat mente in alterũ illorũ criminum in ecclesia perpetrandum, tenetur confiteri hanc circunstantiam.

Nic. de li Scotous. ¶ De circunstantia temporis sacri, vt cùm quis in die festo fornicat &c. Omissa opinione Nicolai de Lyra, & Scoti, & aliorũ qui eos sequuntur: dicunt enim peccatũ esse opus seruile, ac ex consequenti circunstantiam necessariò exprimendam in confessione [omissa inquã hac opinione] sit conclusio tenenda, ꝙ huiusmodi circunstantia nõ est necessariò confitenda. Probatur ista cõclusio, quia huius circunstantiæ malitia non est mortalis. Hanc sententiã amplectitur D. Tho. in 4. dist. 31. q. 1. ar. 5. q. 2. Dicit enim, ꝙ petere debitũ in die festiuo, nõ est circunstantia trahens ad aliam speciẽ peccati, & in 22. q. 125. ar. 4. ad 1. dicit, ꝙ illud præceptũ de sanctificatione sabbathi importat cessationẽ à peccato solùm figuratiuè in sensu morali, & nõ ad literam, & in 1. 2. q. 122. ar. 4. ad 3. Magis, inquit, facit contra præceptũ seruandi festũ: ideſt contra eius finẽ, qui peccat in die festo, quàm qui aliud corporale opus licitum facit: finis autẽ præcepti nõ cadit sub præcepto, nõ ergo talis circunstantia est necessariò confitenda. Itẽ, in 3. senten. dist. 37. q. 1. ar. 1. q. 2. ad 2. inquit idẽ D. Tho. ꝙ opera seruilia solùm dicũtur ea, ad quorũ exercitiũ serui deputati habentur, & ad quæ opera artes mechanicæ diriguntur. Deus enim illud præceptum exponens, semper facit mentionem de operibus mechanicis: nunquã autẽ de peccato. Nõ igitur cõputandũ est peccatũ inter opera seruilia in sensu literali. Et cùm de hac. q. Siluester in rosa aurea. q. 63. & Caie. in opusculo. 27. quæstionũ. q. 10. copiosè, perdoctèq; disseruerint, non est mihi animus de ea re impræsentiarũ plura verba facere.

D. Tho. Di. Tho. Siluest. Caieta. Conclu.

D. Tho. ¶ De recidiuo est conclusio, ꝙ nõ est circunstantia necessariò explicãda in cõfessione, secundũ D. Tho. in 4. sen. dist. 22. q. 1. nisi fortè per accidens, vt scilicet cõfessor aliquod remediũ, vel pœnitentiam

tētiā cōfitenti adhibeat, & vt sciat quæ satisfactio congruè possit iniūgi, ita tenet Siluest. in verbo, Cōfessio. 1. §. 6. & communiter theologi. Ingratitudo enim vt est generalis circunstantia, non est de necessitate confitenda. Et quoniam iam conclusionē istam suprà diffusè probauimus, nō opūs est hīc, plus tēporis cōsumere. *Siluest.*

XII. DIFFICVLTAS.

Vtrùm confessor teneatur pœnitentem interrogare.

QVestioni huic hac conclusione respondetur, nēpe quòd quando viderit confessor expedire, interrogare tenetur. Hæc cōclusio habetur. c. Omnis vtriusque sexus. vbi dicitur, confessorem oportere discretū & cautum esse, & quòd sciat interrogare diligenter de peccatis, & de eorum circunstantijs. Ratione quoque probat, quia sacerdos, cùm sit medicus spiritualis, more periti medici corporalis de infirmitate spirituali interrogare tenetur. Præterea, quia certū est, iniquū esse iudicē, qui sine interrogatione sententiā proferret, cū igitur cōfessor sit iudex, interrogare tenetur. *Conclu.*

¶ Sed, an interrogare teneatur, quando pœnitens fecit quod in se erat: credit tamen confessor quòd obliuiscitur alicuius mortalis? Adhoc, omissa opinione negatiua Siluestri in verbo, Confessor. 3. §. 14. & 15. est prima conclusio affirmatiua. Probatur, nam licèt ad consequendam gratiam, facere quod in se est, satis sit pœnitenti: attamen ad recompensationem, quę de omnibus peccatis fieri debet ratione iustitiæ vindicatiuæ, hoc non sufficit. Non tantùm enim ordinatur hoc sacramentum ad reconciliandum pœnitentem Deo & ecclesiæ, verùm etiam ad compensandas iniurias Deo factas, quod quidem per impositam pœnam iuxta quantitatem, & qualitatē culparū fieri debet. Interrogatione igitur opūs est, etiam si iam pœnitens feciſſet quod in se est, quando cōfessor viderit expedire. Item, quia maior diligentia est adhibenda à me dico, quàm ab infirmo. *Siluest. 1. Conc.*

¶ Secunda con. Vbi pœnitēs cordatus apparet, nec tāta sarcina peccatorū ōustus, & dicit se diligētiā feciſſe, ita vt suo iudicio nullius delicti sit oblitus, nō opūs est āpliùs sacerdotē illū iterrogare. *2. Conc.*

XIII. DIFFICVLTAS.

Vtrùm sacerdos teneatur aliquem modum & formam obseruare circa audientiam confessionum.

Ante

Notabi.



NTequàm ad huius difficultatis explicationem ingrediamur, annotare oportet primò, quòd sacerdos confessionẽ audiens, sedere debet in loco omnisu spitione carente, vbi ab omnibus videri possit, à nullo verò audiri. Non sicut quidam faciunt, qui in cameris ante lectum proprium audiunt, vel in sacristia. Non debet etiam sacerdos, vel confessor inspicere vultum confitentis, ne ductus terrore vel verecundia sacerdotis, minùs audeat confiteri, vel ne quid occultet, vel alleuiet: maximè tamẽ à vultibus mulierum caueat, quia secundùm sapiẽtem, facies mulieris sicut ventus vrens. Nec debet proferre verba iocosa, ne alter ipsorum ad risum prouocetur. Sed verbis benignis confessor vtatur, & non sicut quidam faciunt, maledicentes confitenti: nec debet sacerdos mouere caput, vel sputum sæpiùs proijcere, aut pede trudere confitentes, vel emittere suspiria suspicioſa, ne à circunstantibus videat prodere peccata confitentis. Secundò pro difficultatis huius declaratione annotare oportet, quòd aliæ sunt interrogationes faciendę ante confessionem, aliæ autem postquàm sunt in cõfessione. Antequàm incipiat confessionẽ, interrogare enim primò debet sacerdos pœnitẽtẽ, vnde sit, vt sciat an sit suæ iurisdictionis. Secundò, quis sit, laicus, an clericus, an religiosus, vt aptas statui vniuscuiusq; interrogationes faciat. Tertiò querat de statu suo & arte, & si eũ inuenerit in tali arte vel officio, quod sine mortali exercere minimè potest: declarare ei debet à principio quòd non absoluet eũ, ne, si audierit, & posteà nõ absoluerit: scandalizetur de illo. Exponat etiam ei, quòd si vult confiteri, libenter audiet illum, sed non absoluet, nisi dimittat officium vel artẽ, quã sine mortali exercere non valet: valebit tñ ei illa cõfessio ad multa bona, nempe ad hoc vt Deus illũ illuminet &c. Quartò interrogare eum debet, quãdo alia vice cõfessus fuit, & si impleuerit pœnitentiam sibi iniũctam à confessore. Quintò, si adhibuit diligentiam in memoriam redigendi peccata, quòd si hoc omisit, adhortandus est ab ipso confessore, vt priùs conetur reducere ad memoriam peccata sua, discurrendo per status, & societates quas habuit, per officia quæ exercuit, per loca vbi habitauit. His igitur premissis, dicat, Confiteor Deo. Quo finito, cùm incipit confiteri, attendat verba illius confessor vsq; ad finem, nec interrumpat, nisi cùm fuerit confessor per pœnitentem de aliquo exquisitus, vel nisi confessor habuerit necesse inquirere de aliqua circunstantia peccati..

peccati. Si verò cõfitens coram ſacerdote præ timore erubeſcẽs, obmuteſcit, tunc ſacerdos eum dulciter alloquens, informet, & det ſibi cor, & audatiam his verbis, vt dicit Hugo, Fili chariſsime, ex abundantia gratiæ diuinę habemus magnum donũ hoc, & in ſalutis remedium, quòd per noſtram veram confeſsionem poſsi mus conſequi indulgentiam peccatorum: nõ autem verearis pro anima tua dicere verum coram me, qui ſum peccator ſicut & tu. Non enim te audio vt homo, ſed vt Deus. Completa autem con feſsione omnium peccatorum, quorum memoriam habet, ſi pœ nitens ille fuerit diſcretus, & aptè ſufficiẽterq; ſe accuſauerit, non debet ab eo aliquid quærere. Sed ſi eſt rudis, nec ſe ſufficiẽter ac cuſauit, tunc quęrat ab eo ſacerdos prout viderit expedire. Et de bet quemlibet peccatorem interrogare de peccatis, quæ ſolent hominibus illius conditionis & ſtatus accedere, ſecundùm ordi nem decem præceptorum decalogi.

¶PRIMVM PRÆCEPTVM.

Irca primum præceptum decalogi, quod eſt, Nõ ha bebis Deos alienos &c. Interroget ſacerdos pœni tentem, ſi eſt baptizatus, q̃ndo fuerit natus ex pa rentibus infidelibus. Si dubitauit circa ea quæ ſunt fidei, vel dicta opera, hęſitando ſueſtigauit ea quę ſunt fidei, & ſupra omnem intellectum, quia toties, quoties fecit, mortaliter peccauit. Secus ſi oblatis intellectui talibus cogitatio nibus, tædet illum, & reſiſtit, ſubmittens ſe determinationi Eccle ſię: quia tunc meretur.

¶ Deinde interrogetur, ſi iudaizauit, vel idolatrauit, & conſulu it dæmones, & iniuit pactum cum illis tacitè vel expreſſè.

¶ Si adorauit aliquam creaturam.

¶ Si adorauit diabolum.

¶ Si vſus eſt necromantia, acromantia, & huiuſmodi.

¶ Si vſus eſt ſortibus, expectans euentum earum à cœlo vel à dæmone, cùm actus humani non dependeant à cœlo: neceſſariò mortale eſt. Si autem à fortuna expectetur euentus, ſicut ſi nõ va lentes aliquid concorditer diuidere, velint ad diuiſionem facien dam ſortibus vti, exponentes fortunæ, quis quam partem accipi at: non videtur illicitum.

¶ Si obuians alicui animali, vel audiens cantum alicuius auis, cre

didit prę ſagium futuri, vanitas magna eſt: eſſet tamen periculum mortalis nimis intendere huiuſmodi, & determinatè adhibere fidem. Et idem eſt, ſi obſeruat aliquos dies ad nuptias, iter & alia negocia incipienda.

¶ Si præbet fidem ſomnis, & facit maleficia.

¶ Si vſus eſt ligaturis, vel characteribus pro ſanitate habenda.

Notab. 1. Pro quo annotare oportet, quòd in his cauendum eſt primò, ne quod ſcribitur, pertineat ad inuocationem dæmonum, vel habeat ignota nomina, nec contineat falſitatem, quia ſic eius effectus non poſſet à Deo expectari, cùm Deus non ſit teſtis falſitatis.

Notab. 2. ¶ Secundò cauendum eſt, ne cum verbis ſacris miſceantur aliqua vana, nec alij characteres præter ſignum crucis, nec ſpes habeatur in modo ſcribendi aut ligandi aut in alia huiuſmodi vanitate. Vnde. 26 q. 6. dicitur, Nõ licet Chriſtianis in collectione herbarum medicinalium aliquam obſeruationem ſeu incantationem attendere, niſi tãtùm cum ſymbolo aut dominica oratione, vt tantùm creator & Deus omnium honoretur. Verba diuina & reliquias ſanctorum bene licet portare ſuper ſe, fiducia Dei &

D. Tho. ſanctorum quorum ſunt, vt habet D. Tho. 22. q. 96. artic. vltimo.

¶ Queratur etiam ab eo, ſi obſeruauit aliquas ſuperſtitiones vanas, quæ ad Dei reuerentiam non expectant, & per quas tales incantationes ſortiuntur effectum.

¶ Si credidit fœminas ire de nocte, & conuerti in catas, & huiuſmodi: quia poſtq; ſuper talibus audierint veritatẽ, peccãt ſic credẽtes, & ſunt infideli deteriores, vt habetur. 26. q. 5. c. Epiſcopi.

¶ Si accepit ferrum candens, vel acceptauit duellum pro veritate manifeſtanda: quia mortale peccatum eſt, eò quòd tẽtat Deũ.

¶ Si habet nimiam familiaritatem cum Iudæis, vel alijs infidelibus: viris tamen perfectis hoc licet, ſimplicibus verò & imperfectis prohibitum eſt, & mortale.

¶ Si velet nunq; mori, & nõ dſerere hoc ſeculũ: quia mortale eſt.

¶ Si fregit vota.

¶ SECVNDVM PRÆCEPTVM.

IRca ſecundum præceptum, Nõ aſſumes nomẽ Dei tui in vanum. interroga, Si pro nihilo ſolutus eſt iurare: quia quanuis iurare de ſe nõ ſit malum, eſt tamen malum ratione periculi, quia aſſuetus iurare q̃ quolibet, aliquando iurabit falſum: & ratione contemptus

temptus,quia videtur Deum paruipendere.

¶ Si aliquid, quod sciebat vel dubitabat falsum esse, si aduertebat ad falsitatem,& iurabat,mortale est:imò etiam si nõ aduerteret,si est assuetus iurare,non videtur excusari etiam in minimis.

¶ Si induxit ad iurandum quẽ credebat falsum iuraturũ,nisi esset iudex ad petitionem partis.

¶ Si iurauit opprobriosè per Deum vel sanctos,mortale est.

¶ Si nõ iurauit secundũ ītētionẽ accipientis iuramẽtũ, quãdo iustè & secũdũ ordinẽ iuris ab eo exigitur iuramentũ per iudicem.

¶ Si iurauit iniuriari alteri,vel in damnũ ꝓximi notabile iurauit se facturum malũ,præcipuè peccati mortalis,nec tenetur ĩplere, quia in malis promissis recinde fidẽ,in turpi voto muta decretũ.

¶ Si promissoriè iurauit non intendens adĩplere :vt si iurauit ducere aliquam mulierem gratia illã adipiscendi dũtaxat:quæratur ab eo,si adiurauit dæmones dep̃catiuè,quanuis nãq; angelos bonos sicut & homines superiores liceat adiurare dep̃catiuè, vt dicẽdo, Adiuro te Michaël p̃ diuinam bonitatẽ,vt me adiuues. Nõ tñ licet adiurare dep̃catiuè dæmones. Ratio discriminis est manifesta:nam angeli boni sunt amici & conciues nostri,dæmones aũt sunt hostes & inimici nostri,& adiurare eos deprecatiuè pertinet ad amicitiam,qua ad eos non licet vti,& eadem ratione illicitum est adiurare eos cõpulsiuè ad sciendũ aliquid ab eis vel impetrandum. Adiurare verò eos imperatiuè, non ad aliquid obtinendum per eos,sed ad eorum nocumẽtũ spirituale vel temporale repellendum,licitum est secundùm potestatem nobis à Christo tradi tam,Luc̃.10.Dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes& scorpiones,& sup oẽm virtutem inimici:& nihil vobis nocebit. Luc̃.10
Similiter adiurare creaturas irrationales secundũ se, est vanum, quia nec impium nec obsecrationẽ intelligũt,& ideò vanè assumitur nomen Dei. Secus si adiurẽtur,vel dep̃catiuè relatiuè ad aliũ, à quo mouẽtur:nẽpe,respectu Dei vel ãgeli,nã tũc licitũ est,si fiat rationabiliter & cũ necessitate,& cum diuini nominis reuerẽtia, vel per modum cõpulsionis,quæ refertur ad diabolum,qui in nocumentum nostrum vtitur irrationabilibus creaturis.Et talis est modus adiurandi in Ecclesiæ exorcismis:propter quos dæmonũ potestas excluditur ab irrationabilibus creaturis. Adiurare autẽ dæmones ab eis auxilium implorando, non licet.

¶ Interrogetur, si blasphemauit Deum vel sanctos, quod qui dẽ mortale est ex suo genere,cùm repugnet diuinæ charitati:fit

autem hęc blasphemia sex modis. Primo affirmando falsum de Deo, vt Deus est iniustus. Secundò, negando verum de Deo, vt Deus non prouidet cūctis. Tertiò, imprecando mala Deo, vt male dictus sit Deus, vel tędeat Deum, & huiusmodi, quasi Deus sit creatura subiecibilis imprecationibus. Quartò, affirmādo, seu negando, vel detestando in sanctis prædicto modo, in quibus Deus & continetur, & honoratur. Quintò, quando Deo, vel sanctis attribuitur aliquid verum, sed irreuerenter: vt iurando ex consuetudine, vel passione, quę quidē passio si sit subita, tantū est venialе.

TERTIVM PRÆCEPTVM.

QVantū ad tertiū p̄ceptū, Sabbata sanctifices. interrogare oportet pœnitentē primò, an fecerit in festiuis diebus opera seruilia, scilicet opera mechanica, vt est agricultura, emptio, venditio, scribere, delatio onerū cum iumentis vel proprijs humeris, iter agere cū magna fatigatione. Secundū tñ doctores nō prohibetur in his diebus fieri opus spirituale, vt docere verbo vel scripto, nec opus expectans ad Dei seruitium, nec opus corporale necessarium ad corporis sui vel proximi salutem. Legitur nāquè Machabeos sabbato pugnasse. 1. Macha. 2 Similiter non peccat quis opus seruile exercendo, qñ est modicū opus non impediens spirituale exercitium. Ratione etiam necessitatis vitæ sustentandæ, & damni vitandi, & etiam ratione alicuius rei vtilis acquirendæ, quam alio tempore acquirere non potest. Sed hoc fieri debet ex Episcopi dispensatione, vel proprij sacerdotis: aliàs non liceret, nisi esset talis vtilitas, quòd credatur prælatum si adesset, dispensaturum, quia in hoc casu locum haberet ratihabitio Ista omnia habet Syluest. verbo, Dominica. §. 4. Excusantur similiter exigentes debita à rusticis in his diebus. Similiter conducētes operarios, quia alio die sine incommoditate inuenire eos non valent. Excusantur etiam vectores mercium alimentorū, aut personarum cursores, quòd sine magno dāno aliter facere nō possint. Laborātes quoquè ratione pietatis p̄ Ecclesia, monasterio, hospitali, non habētibus sufficientes redditus: aut pro paupibus, modo nō fiat dñicis diebus, vel festis solēnioribus, vt habet Sil. vbi suprà. §. 5. Excusantur etiā aduocati dātes cōsiliū veniētibus à lōginquo, si ad lucrū p̄cipaliter nō intendant. Studētes etiam ad illuminationē sui vel aliorū, etiam si exco-

Syluester

sequēti

ſequenti veniat lucro, ſiue ſit ſtudium theologiæ, ſiue iuris canonici, vel Cæſarei. Plures alij ſunt qui excuſant, quos adducere hîc longum eſſet.

¶ Deinde interroget ſacerdos pœnitentem, Si dictis diebus ommiſit audire miſſam, vel maiorem partem abſq; rationabili cauſa: per diem feſtum, intelligo omnes dies feſtiuos de præcepto. Excuſantur tamẽ ab hoc præcepto, dato caſu, in quo, ſi quis audiat miſſam, ipſe vel alius ex hoc incurrit probabiliter graue damnũ animę, vel corporis, aut rerum, vel honoris ſecundum ſuam eſtimationem, etiam ſi aliquando fallatur, & ita nõ ſit in re. Vnde, excuſãt infirmi, & eorum ſeruitores, & qui paruulos ſine periculo dimittere non poſſunt, vt dicit Silueſt. in verbo Miſſa. 2. §. 2. & qui audiendo impediretur ab arduo & iuſto negocio. Similiter puellæ nubiles, ignorantes hoc præceptum, vel facientes quod in ſe eſt, vt audiant: & vt videtur, parentes eas ad hoc cogunt, vt propter honeſtatem ſint clauſæ, vel propter conſuetudinem regionis, vt habetur de conſue. c. fi. niſi eas ducant ad choreas. Sed de hoc iam ſuprà dixi in materia de Euchariſtia, illic etiam dixi, quam attentionem habere debent in audienda miſſa. *Silueſt.*

¶ Interroget etiam, Si in his diebus non vacauit orationi, & audientię prędicationis.

¶ Si audita miſſa, diem feſtum conſumpſit in ludis vanis &c.

¶ Si tẽpore ſacrorũ ieiuniorum [hoc eſt quadrageſimę, vigiliarũ & quatuor temporum] ommiſit ieiunare abſq; rationabili cauſa.

¶ Si violauit hæc eadem cibis prohibitis.

¶ Si non eſt cõfeſſus ſemel in anno.

¶ Si non communicauit in paſchate.

¶ Si peregit pœnitentiam ſibi iniunctam.

¶ Si contraxit matrimonium cum perſonis ſanguine iunctis vſq; ad quartum gradum.

¶ Si contraxit matrimonium clandeſtinum, vel interfuit tali contractui matrimoniali clandeſtino. ¶ Si neglexit ſacramentum confirmationis pro ſe, aut ijs quorum curam habet.

¶ Si dedit, aut ſuſcepit ſacramẽtũ aliquod in peccato mortali.

¶ Si excommunicatus ingeſſit ſe diuinis, ſcilicet miſſæ officio.

¶ Si cũ excõmunicatis pticipauit in diuinis extra caſus cõceſſos.

¶ Si tenetur ad officium diuinum, & non recitauit illud, aut expoſito euagata mente illud dixit.

¶ Si dixit illud ita collidendo, vt non exprimeret dictiones, ſed

principium et finem versus sonando, quoniam si ita est, nõ satisfit.
¶ Si violauit locum sacrum, scilicet ecclesiã, aut cœmiteriũ, semine, aut sanguine humano, aut si violauit loci ecclesiastici immunitatem, inde furando, rapiendo, vel extrahendo vi inde, aut ibidem prohibita exercuit, vel exerceri fecit homines.
¶ Si interdictum nõ seruauit. ¶ Si percusit ecclesiasticã psonam.
¶ Si carnale peccatum commisit cum habente ordinem sacrum, aut religioso, vel habente votum castitatis.

¶ QVARTVM PRÆCEPTVM.

IN quarto pręcepto interroget sacerdos primò, Si nõ dilexit parentes.
¶ Si nõ ostẽdit eis signa dilectionis, sed durè se habet cum eis. ¶ Si non eis obediuit.
¶ Si verba iniuriosa dixit eis.
¶ Si non subuenit eis indigentibus, vel infirmantibus.
¶ Si maledixit eis.
¶ Si non honorauit patrẽ spiritualẽ, & habuit reuerẽtiã erga illũ.
¶ Si non impleuit testamentum eorũ, & voluntatẽ post mortem.
Tam hæres nanq;, quã exequutor testamenti ex magna dilatione mortaliter peccant, quia iniustè inferunt notabile damnũ defunctis, nam licèt hæc dilatio nõ pręiudicet animę testatoris quãtum ad meritum, si quãtũ in eo fuit adhibuit diligẽtiã, vt eius eleemosynæ, & legata pia cito darẽtur: cum meritum principaliter ex voluntate & intentione dependeat, sed tamen tardiùs à pœnis liberaretur. Et nota hîc, ꝙ nõ excusatur hæres, nec executor, quãdo impeditur ne huiusmodi legata impleat, cùm debeat intimare episcopo, qui cogere potest impedientes.

Notabil.

¶ Vltimò interroget circa hoc præceptũ sacerdos, Si domini habent de filijs & familia curam, vt audiant missam, vt confiteantur, cõmunicẽt, non iurent, & viuãt vt Christiani, vt non sint in concubinatu. &c. Quia si in his notabiliter deficiunt, peccãt mortaliter.
Similiter, Si eos docẽt doctrinam Christianam, maximè fidei articulos. ¶ Si malè tractauit vxorem. ¶ Si ad opus misericordię fuit negligens. ¶ Si de superfluo non fecit eleemosynam. ¶ Si existẽti in necessitate extremi, aut magna non subuenit, vt potuit. Si cõtra pauperes aliquid fecit, aut dixit, aut impediuit aliquã eis conferedam eleemosynam. ¶ Si principibus, & his qui sunt indignitate

tate constituti nõ exibuit debitum honorem,& reuerentiam.
¶ Si fuit ingratus.

¶ QVINTVM PRÆCEPTVM.



Ira quintum præceptum, Non occides, interroget sacerdos, Si occîdit, aut occidere attẽtauit se ipsum, vel alterum.
¶ Si infantẽ tenuit in lecto cũ periculo oppsionis.
¶ Si procurauit aborsum fœtu iam viuificato, aut ã tequã esset viuificatus fœtus, tũc nãq; licèt mortaliter peccet, nõ tamẽ est verus homicida, nec irregularis efficitur. Similiter, si uenenum sterilitatis sumpsit, aut dedit: si aliquod horũ fieri fecit, aut dedit consilium, auxilium, vel fauorẽ, imò etiã si nõ obstitit cùm posset, in crimine est. Si nãq; sit homo priuatus, & solo verbo, vel facto sine periculo propriæ psonæ potest, tenetur, aliàs nõ. Secus de persona habente publicam authoritatem, nã huiusmodi persona, cũ ex officio teneatur armis, si opùs fuerit, tenetur defendere illum, & etiam exponendo se periculo.
¶ Similiter, interrogetur si mutilauit, aut mutilare fecit se, vel alterum, etiam causa vitandi proprium cõsensum in Veneream delectationẽ, quia nõ sunt faciẽda mala, vt inde veniant bona, ad. Ro. 5. c. Semper enim ista inducunt mortale, nisi defendendo se ipsũ, vel alterum cum moderamine inculpatę tutulæ, vt habetur in clẽ. Si furiosus. de homici. tũc enim excusat sic occidẽs, àpeccato, & Similiter, occidendo furem nocturnum in dubio, an velet furari, vel occidere. Excusatur quoq; quis ab homicidio, si quẽpiam occîdat pro castitatis defensione, non intendẽdo mortem istam alterius vltimatẽ, sed in ordine ad defensionẽ castitatis. *Roma. 5.*
¶ Interrogandus est insuper pœnitens, Si vulnerauit. Si vinculauit Si incarcerauit. Si cruciauit quacunq; corporali aflictione.
¶ Si in exilum misit, aut aliquid horum fieri fecit, aut desiderauit voluntate deliberata.
¶ Si odio habuit aliquem. Si desiderauit illi malũ animæ, vel corporis, vel honoris, famę, & rerum.
¶ Si gauisus est de malo alicuius.
¶ Si noluit parcere inimico quantùm ad offensam.
¶ Si subtraxit communia beneficia.
¶ Si iuit ad bellum iniustum scienter.

¶Si iuit ad bellum dubium de iuſtitia abſq; mandato ſuperioris, ita quòd obedientia non excuſet.

¶Interrogetur etiam, Si ſeminauit diſcordias inter fratres.

¶Si fu it alteri occaſio ruinæ in mortale, & ſpũalis mortis. Nã interprætatiuè etiã, phibetur nobis in hoc p̃cepto occiſsio ſpũalis.

¶SEXTVM PRÆCEPTVM.

CIrca ſextum pręceptum, Non mechaberis, interroge tur pœnitens, Si habuit rem cum ſoluta, & tunc ſi ipſe ſit ſolutus, eſt ſimplex fornicatio: ſi cum vxorata & tunc ſiue ipſe ſit ſolutus, ſiue vxoratus, eſt adulteriũ. Si acceſsit ad ſibi in aliquo gradu cõſanguinitatis, aut affinitatis, aut cõpaternitatis cõiunctã: qa tũc eſt in ceſtus. Si habuit rem cũ perſona Deo dicata per ſacrũ ordinem, aut votũ ſolenne religionis, aut etiã per votũ ſimplex caſtitatis: nã tũc ſemper eſt ſacrilegium, Si cũ muliere virgine: quia tunc eſt ſtuprum.

¶Si commiſit vitium contra naturam, quod quidem ſi cum beſtijs fiat, dicitur beſtialitas: ſi proprijs manibus, & ſic dicitur molicies: ſi fiat inter maſculum & maſculum, vel inter maſculum & fœminam, non ſeruato uaſe naturali: & ſic dicitur aliqnãdo ſodomia, aliquando aliud peccatum, quod caret nomine.

¶Et ſi quidem pœnitens fuerit vxoratus, querat ab eo confeſſor, Si priùs duxit aliam quàm iſtã, quia ſi pima viuit, manet cum ſecũda in concubinatu. Quęratur etiam ab eo, Si accedẽdo ad ſuã vxorem, tantam habuerit libidinem, quòd intra limites matrimonij nõ ſiſtat, ſed illud idem faceret cum alia quacumq; perſona ſibi occurrente, nam tunc mortale eſt.

¶Similiter interrogetur, Si habuit acceſſum ad aliquã mulierem in loco ſacro: non autem querat ab eo, Habuiſti rem cum tali muliere, & in tali loco [hoc enim eſſet ſuſpectum negociũ] tantũ nãq; interrogãdus eſt, Si habuit acceſſum in loco ſacro: quia hæc eſt circunſtatia neceſſariò confitenda, etiam ſi ſit cum propria vxore, niſi ſint ibi longo tempore, & violenter: quia tunc non tantũ reddere, ſed & petere licitum eſt, nec eccleſia violatur. Vnde, reconciliatione non indiget, vt ſuprà dictum eſt. Et hoc maximè habet verum, ſcilicet quòd excuſantur coniuges, ſi alter illorum reddat, vel petat, ad illicitam corruptelam vitandam in ſe, vel in ſocio.

¶Interrogandi ſunt etiam coniuges de modis Venereis, Si acce

dunt

dunt non ſeruando debitũ ſitum, nempe ſtando, vel fœmina ſuper grediẽdo virũ, vel maximè beſtialiter, retro ſcilicet accedẽdo. Et licèt ego nihil taliũ auderẽ aſſerere de ſe eſſe mortale ſeruato- *Albert.*
vaſe ñali [quia in omnibus his modis ſecundum Alber. poteſt ſe qui generatio, & poteſt ſeruari finis ſacramenti] nihilominùs acri ter ſunt huiuſmodi coniuges arguendi. Nota tñ, ꝙ quãdoq; licitè *Notabil.*
fiunt iſti modi, vt quando fiunt ex cauſa infirmitatis, vel periculi aborſus. Secus ſi fiat ratione maioris libidinis.

¶ Interrogetur quoq; à cõfeſſore pœnitẽs, Si tẽpore menſtruorũ exigit debitum ab vxore, niſi quando ſibi timeret de corruptela, quia aliter non poſſet faciliter prouidere, tunc enim non peccaret mortaliter petendo, ſecundùm D. Tho. Mulier verò exigen- *Di. Tho.*
do, ſemper peccaret mortaliter, quia tempore menſtruorum non ita tentationibus agitatur, vt de facili ſit periculo corruptionis.

¶ Interrogetur etiam, Si negauit debitum expreſſè, vel interpretatiuè alteri coniungi petenti, niſi ſubſit iuſta cauſa.

¶ Interrogandus eſt etiam pœnitens, Si fuit aliquando pollutus incorpore: & ſi dicat quòd ſic, quærere debet ſacerdos ab eo, An nocte vel die, Si dicat, In nocte, q̃rat ab eo, Si in ſomno an vigilia, ꝙſi dicat ꝙ in vigilia voluntariè ſe polluit, quęrat ab eo, Per quẽ modum, cum quo, vel quomodo, & expectare debet eius reſpõſionẽ. Nec debet ab eo quęrere, Feciſti hoc cum boue, vel cũ pecore, vel equo, deſcẽdẽdo ad ſodomitica peccata, de quibus fortè confitens ignorat: & in hoc grauiſsimè peccat confeſſor. Nec dicat, Audio quòd inhabites cum tali muliere. Cauere enim ſibi cõfeſſor maximè debet, ne nimis in huiuſmodi carnalibus peccatis deſcendat ad particulares circunſtãtias: tum, quia doceret pœnitentẽ modos peccandi ſic interrogando: tum etiam, quia huiuſmodi in particulari magis nata ſunt concupiſcentiam excitare, & poſſet inde vtriq; nocumẽtum cõtingere. Vnde, cum magna cautela eſt inquirendum, ne doceantur turpia, quæ forſitan alioquin nunquã veniſſent eis in mentem.

¶ Interroget, Si delectatus eſt cogitando moroſè carnalia, præſertim peccata à ſe facta: ſi propter hoc [illegible] in ſomnis eſt pollutus, vel poſt ſomnum gauiſus eſt de ſua pollutione: quia ſi gaudet propter delectationẽ Veneream, mortale eſt: ſi verò propter exonerationem naturæ, nullum peccatum eſt.

¶ Si oſculatus eſt, vel tetigit aliquẽ ex laſciuia, ꝙ mortale videt.

¶ Si cãtilenam dedit, aut dare fecit gratia adiſpiſcẽdi mulierem.

¶ Si

¶ Si fuit mediator, vel interniūtius, vel ipse posuit mediatorem.
¶ Si misit munus hac intentione.
¶ Si defert aliquod jocale, quod dicitur, Empresa.
¶ Si misit, vel accepit super hoc epistolas. Et in omnibus his exprimere oportet conditionem personæ, vt dixi, scilicet si fuit soluta, virgo, vel corrupta.

SEPTIMVM PRÆCEPTVM.

QVātū ad pręceptū septimū, Nō furtum facies: in quo prohibetur ois illicita vsurpatio alienæ rei, & sic cōprehēdit furtum, rapinam, & vsuram, interrogandus est pœnitens, Si furatus est. ¶ Si rapuit.
¶ Si damnificauit proximum in rebus suis.
¶ Si fefellit, seu aliquem decepit emendo & vendendo.
¶ Si participauit in damno proximi, opere, consilio, mandato, cōsentiendo, non obuiando, cùm posset cōmodè, si erat persona priuata sine periculo suæ personæ, & si persona habens publicam autoritatem, armis, vt dixi.
¶ Interrogef quoq;, Si fecit cōtractus vsurarios, qa mortale est.
¶ Si emit aliquid pro minori p̄cio notabiliter, quā valeret propter præuentionem solutionis, quia mortale est. Et similiter si vendidit pro cariori precio propter dilationem, Similiter, si posuit pecuniā in societate, participans in solo lucro, & nō in periculo. Similiter, si dedit animalia, & voluit habere capitale saluum, nisi dā nū hoc aliunde resarciat, putà quia dat pascua, & domos, & alia huiusmodi vsq; ad equiualentiā.
¶ Si accepit pecuniam sub vsuris sine necessitate, vel ab eo qui non erat paratus. ¶ Si per simoniā aliquid accepit. ¶ Si fecit aliquam fraudē in ludo. ¶ Si emit aliquid à seruis. ¶ Si decepit aliquē, falsam monetā pro vera dando ei. ¶ Si falsificauit literas aut mēsuras. ¶ Si exigit gabellas à personis ecclesiasticis contra ipsarū exēptiones. ¶ Si imposuit nouā gabellā. ¶ Si soluit stipēdium famulis: omnia prædicta sunt mortalia de se. ¶ Sciendū tamē est hīc, q̄ furans in extrema necessitate, famis vel nuditatis causa, non peccat mortaliter, quia in tali casu omnia sunt communia. Quo fit vt in isto casu furtū nō sit furtū, sed occulta sublatio rei p̄priæ, nec si postea veniat ad pinguiorē fortunā, restituere tenetur, maximè si res est iam cōsumpta. Ratio huius vltimi corollarij est, qa q̄do semel iure nāli acquisitū ē ius perfectū in re capta, restitue

re nō

re non tenetur ſecundùm doctores. Item, quia non tenetur reſtituere ratione iniuſtæ acceptionis, cùm iuſtè acceperit, nec ratione rei acceptæ, cùm iam ſit conſumpta.

OCTAVVM PRÆCEPTVM.

Circa octauum præceptum, Nõ dices falſum teſtimonium: in quo præcepto prohibetur omne mendatium, & omnis falſitas, & taciturnitas veritatis, interrogetur pœnitens, Si celauit veritatem, quando erat obligatus reſpondere ſecundùm alterius intentionem, nempe, quia erat infamatus, vel ſaltem habebat aliquem teſtem contra ſe, vel aliquod vehemens indicium, & huiuſmodi. ¶ Si mentitus eſt maximè cum iuramento, quia tunc ſiue ſit mendatium iocoſum, ſiue officioſum, erit mortale. ¶ Si mentitus eſt pernitioſè in damnum alterius.

¶ Interrogetur quoq;, Si murmurauit de factis proximorũ, vel audiuit libenter murmurantes.

¶ Si fuit cauſa quòd aliquis infamaretur.

¶ Si laborauit, vt proximorum defectus ſciret.

¶ Si quod acceperat ipſe in ſecreto, reuelauit. Tunc enim non ſufficit pœnitere, ſed tenetur ad reſtitutionem, ſi ſperat prodeſſe poſſe & benefieri, aliàs ſi credit alium iam oblitum, vel ſi exiſtimat peius eſſe reducere ad memoriam, non tenetur.

¶ Interrogetur preterea, Si iudicauit temerariè ad malũ facta aliquorũ abſq; indicijs ſufficientibus, & malitiá illorũ, p certo æſtimãs, qa genere ſuo eſt peccatũ mortale, ſi ſit de re graui. Eſt enim peccatũ iniuſtitiæ, cùm nõ infimã iniuriã illis inferat ſic iudicans.

¶ Similiter interrogetur, Si ex huiuſmodi indicijs leuibus malã habuit ſuſpitionem de proximo, nam licèt D. Tho. & Caie. in 22. q. 60. ar. 3. ſentiant, vſq; adeò ſuſpicionẽ citra certitudinẽ nõ eſſe genere ſuo mortale crimẽ, vt nũquã illuc vſq; poſſit creſcere, & ſic nullũ eſſe iudicium citra certitudinem, niſi veniale: dicit tñ Soto de iuſtitia & iure lib. 3. q. 4. ar. 3. quòd quanuis id pro regula ſit habẽdũ, nihilom inùs eſt excipiẽdũ, q̃do grauiſsimũ malũ de honeſtiſsima perſona ſuſpicaris. Regulæ enim morales, inquit, non ſunt tenore metaphiſico exponẽdæ, ſed ex iniuriæ quantitate. Et probat, quia ſi prudentium iudicium conſulas, plus iniurię irrogas Petro, ſi cũ formidine opineris inceſtuoſum eſſe cũ matre, aut

Di. Tho. Caieta. Soto.

tre, aut est cũ filia, aut cũ sorore, quã si certò crederes esse fornicarium, multoq; viliùs eũ sperneres, qui apud te in suspicionẽ veniret hæreticæ prauitatis, aut proditionis rei publicæ, aut alius immanis sceleris, quàm si pro certo crederes, minoribus criminibus eum irretiri: sed pro certo iudicare ex leuibus indicijs personam honestam esse fornicariam, est mortale, ergo & suspicari de tali persona immane scelus, erit mortale. Hanc interrogationem libuit ita diffusè apponere, vt confessores non leuiter has suspiciones transeant. Sunt nanquè pensandæ personæ, de quibus suspicatur, & criminum grauitates, vt confessor iudicet, quando peccatum suspicionis est magis graue, quando autem minus.

¶ Interrogãdus est etiã pœnitẽs, Si gauisus est de infamia aliorũ.

¶ Si non defendit famam proximi iniustè infamati in casu quo posit, & propterea lesa est eius fama.

¶ Si dixit alicui aliquod conuitium: animæ vel corporis animo iniuriandi, vel etiam si fine tali animo dixit, tamen notabiliter proximus est iniuria affectus. Si adhæc dedit consilium &c.

¶ Si dirisit aliquem animo cõfundendi illum. ¶ Si imprecatus est malum alicui animæ, vel corporis, vel damnum rerum, vel famæ.

NONVM PRÆCEPTVM.

QVantũ ad nonũ præceptũ, Non concupisces rem proximi tui, interrogetur pœnitens, Si desiderauit rẽ alterius iniustè habere. Si machinatus est in damnum alterius. Si desiderauit bona tẽporalia propter malum finem consequendum: nempe vt vindictam sumeret ab aduersarijs, vel vt haberet facultatem peccandi cum aliqua muliere. Si voluit decipere proximũ. Si dedit operam acquirendi thesauros auxilio dæmonis. quia mortale est.

DECIMVM PRÆCEPTVM.

IRca decimum præceptum, Non concupisces vxorẽ proximi tui: in quo præcepto agitur de peccatis carnalibus in corde, & consequenter in loquutione, interrogãdus est pœnitens, Si concupiuit mulierẽ alienã, aut cõsanguineã &c. secũdũ suprà dictas species luxuriæ. Si misit adhoc nuntios, aut literas, aut oculorum nutibus

nutibus prouocauit. Si in Ecclesia aliquid horum fecit, ac peius si in missa.

¶ Post interrogationem circa decem præcepta, interrogare debet confessor confitentem vitia capitalia. Sed ego hîc non aliter arbitror interrogationes esse apponendas de septem vitijs capitalibus, quàm remittens ad ipsa vitia: vt confessor videbit in verbo, Superbia. quæ quidem superbiæ sunt. Potest enim confitentem interrogare, si contingit se aliquando superbisse de vestibus, de pulchritudine corporis, de sapientia, de diuitijs: hoc recogites, & de hoc doleas, si contemnit proximos. Interroget quoq; eum in verbo, Gloria. quę sunt inanis glorię: & in verbo, Auaritia. quæ sunt auaritię: & sic de alijs, ne contingat idem repetere. Similiter interroget sacerdos circa status diuersos hominum, siue coniugatorum, siue Episcoporum, beneficiatorum, clericorum, religiosorum, visitatorum, iudicum, aduocatorum, procuratorū, medicorum, magistrorum, doctorum. Hæc de interrogationibus dicta sint pro confessoribus, vt præcipuè sciant modum, quo audire debent confessiones, & interrogare si opùs fuerit.

¶ XIII. DIFFICVLTAS.

Vtrùm dum pœnitens aliqua ignorantia laborat, quæ illi est inuincibilis, & tamen certissimum est esse errorem, teneatur confessor illum de veritate instruere.

VT huic difficultati clarè respondeamus, illam communem distinctionem: nempe, quòd alia est ignorantia iuris diuini, alia iuris humani, & alia ignorantia facti, supponere oportet. Qua suppositа, est opinio Adriani. q. 5. de confessione. dubio. 6. quòd si sit ignorantia iuris diuini, sacerdos absquè exceptione, siue se profuturū existimet, siue secùs: imò quanuis nocere credat, tenetur pœnitenti veritatem detegere. Hac sententia licèt probabili omissa, doctissimi Soto sententiæ in. 4. dist. 18. q. 2. ar. 4. adhærere decreui. Vnde sit de eius mente prima conclusio, quòd siue sit ignorantia iuris diuini siue humani vel facti, si illud ius omnes tenentur scire, siue sacerdos prodesse putet, siue non, obligatur pœnitentem de veritate instruere, vt si pœnitens ignorat articulum aliquem fidei, tenetur illum docere, & nullo modo tacere. Probatur, nam pœnitens ad confessorem tanquàm ad doctorem accedit, scilicet vt doceatur

Adrian.

Soto, 1. concl.

ceatur ab illo:instruere ergo illum debet confessor.

2. concl. ¶ Secunda conclusio. Si ignorantia sit eorum quæ non omnes tenentur scire,siue sit iuris diuini siue humani, si sacerdos videat quòd possit,pdesse,idq; sine scãdalo,siue ex facto illo præiudicetur alteri,siue non:tenetur cõfessor illũ pœnitentẽ de veritate instruere. Et quidem si sit in damnum proximi, tenetur facere,vt alter à grauamine releuetur. Nam si illũ nõ instruat,socium fraudis & criminis damnq; alternus se constituit,vt ait Hieronymus super verbum illud prouer. 29. Qui cum fure &c. Similiter,si non sequatur damnum proximi ex illo facto,habet verum nostra cõclusio:quia tunc iam pœnitens ille non laborabit ignorantia,nisi ob culpam ipsius confessoris,qui tanquàm doctor illum docere tenetur,& non docet. Si verò probabiliter constet confessori,nullum fructum ex huiusmodi intimatione & instructione sequi posse,aut non sine graui scandalo,tunc tenetur tacere & dissimulare, si non interrogatur,aut si alter non confitetur de illo tanquàm de re scrupulosa. Exẽpli gratia,si ante cõc. Trid. q̃ndo erat validũ matrimoniũ clãdestinũ, repiretur mulierquæ clãdestinè nupserat vni,cum quo copulã non consummasset,& posteà publicè in facie Ecclesiæ alteri matrimonio cõiũgeretur,ex quo filios suscepisset, putassetq; illud secundùm matrimoniũ esse validum, cùm tñ non esset nisi primum. Similiter,si sit mulier quæ cũ suo consanguineo contraxit in gradu prohibito,& iam ex illo suscepit filios:si ipsa sit inuincibiliter ignorans illum esse suum consanguineũ aut affinẽ, & confessor ille arbitraretur,quòd illa mulier non credet illi, vel iam quòd credat,manebit cum illo homine in concubinatu adhuc remota ignorantia,vel quòd maritus non credet vxori dicenti, quòd primò fuerat alio copulata matrimonio:imò à iudice compelletur manere cum illo. Hęc conclusio probatur manifestè, quia vt ex Salustio Hieronymus inquit, frustra niti, & nil aliud quàm laborando odium quærere, extremæ dementiæ est. Item,apertè patet ex Diuo Augustino,cuius verba habentur de pœnitentia distinctio. 7. ca. Si quis. in secundo, Si scirent tibi non prodesse,non te admonerem,non te terrerem. Præterea, quia sicut correctio fraterna ad bonũ correcti ordinatur:& isto fine cessante,correctio ipsa cessare debet, ita institutio ordinatur ad bonũ pœnitentis,quo fine cessante,& confessor ab institutione cessare debet,& absoluere illum poterit. Quod tamen intelligendum esse arbitror de doctrina,quę immediatè ordinatur ad bonũ particulare:

Hierony. Pro. 29.

Hierony.

Augustin

ticulare: quia loquendo de doctrina quæ ad bonum cõmune immediatè ordinatur, non debet doctor cessare seu prędicator abilla, etiam si sciat doctrinam illam aliquibus nocere. Bonum nanq; commune bono priuato esse præferendum, nemo est qui ambigat. In hoc etenim casu intelligendum est Gregorij dictum, Vti liùs scandalum nasci permittitur, quàm quòd veritas occultetur, nisi timeretur scandalum pusillorum in tota republica, nam tunc in aliud tempus esset dissimulandum. Dixi suprà, Nisi interrogetur confessor, aut mulier illa confiteatur de re illa tanquàm de scrupulosa & dubia, an ille esset suus maritus, quia tunc non liceret sacerdoti tacere veritatem, sed deberet eam explicare, ne ex suo silentio occasionem sumeret existimandi, in priori casu matrimonium si secundum esse legitimum, aut in secundo casu matrimonium cum consanguineo vel affine esse validum. *Gregori.*

¶ XIII. DIFFICVLTAS.

Vtrùm quando confessor & pœnitens sunt diuersæ opinionis, teneatur confessor eiusdem pœnitentis adhærere opinioni.

DIfficultati huic duabus cõclusionibus respondetur, & earum prima sit. Si opinio pœnitentis non sit probabilis inter autores probatæ autoritatis, etiam si sacerdos sit ordinarius curatus, non tenetur nec debet eum absoluere, nisi promittat facere quòd viri docti sibi præceperint: exempli gratia, ante sacrum Triden. conc. si qui priùs clàm contraxerat cum aliqua sine consummatione copulæ, existimabat quòd poterat manere cum secunda, ex qua prolem susceperat, non erat absoluendus. *1. concl.*

¶ Secunda conclusio. Si opinio illa est probabilis, tunc sacerdos siue ordinarius siue delegatus, cui liberum est confessionem audire & non audire, tenetur eum absoluere: vt, verbi gratia, si prætor habens in carcere vinctum, quem euidenter scit esse innocentem, sed est tamen legitimè probatus nocens, & adhærens opinioni Scoti, quòd non debet eum occidere, confitetur sacerdoti sequenti opinionem Sancti Tho. quòd debet eum occidere, tenetur nihilominùs sacerdos eundẽ prętorẽ in sua persistentẽ opinione, absoluere. Probatur, nã quòd nõ adhęreat pœnitens confessoris opinioni, nõ arbitror causam esse sufficientẽ, vt illi absolutionẽ deneget. Quãuis enim sacerdos existimet, opinionẽ pœnitẽtis *2. concl.*

esse

esse falsam, non tamen inde existimare debet, sibi non licere ipsum absoluere, si quidem propter probabilitatem excusatur ille à culpa, & etiam si sit confessor delegatus, qui non tenetur eum audire; tamen eo ipso quòd conditionem acceptauit audiendi confessionem, astrinxit se ad absoluendum, casu quo pœnitens esset dispositus.

Soto. ¶ In his tamen multa opùs est prudentia, ait Soto, nempe quòd qualitas tam sacerdotis, quàm pœnitentis est perpendenda. Nam si sacerdos est ignarus, non tanta ei fides debetur, & si vice versa pœnitens est doctus, & creditur non sana fide tali opinioni adhærere, non est absoluendus.

¶ XV. DIFFICVLTAS.

Vtrùm sit necessarium omnia peccata eidem confiteri, vt confessio sit integra.

Notabil. PRo huius difficultatis elucidatione annotare oportet, confessionem dimidiari, dupliciter posse contingere, scilicet per se, & per accidens. Per se cõfessio illa dicitur dimidiata, quę ex intentione diuiditur, videlicet non vrgente legitima causa. Per accidens verò dimidiatur ob legitimam causam. Hac distinctione sic præhabita, sit prima conclusio affirmatiua: nempe, quòd vt confessio sit integra, & non dimidietur per se, omnia peccata cum suis circũstantijs sunt eidem sacerdoti confitenda. Hanc conclusionem ponit D. Tho. in. 4. dist. 17. q. 3. ar. 4. & probat, quia quemadodum ad hoc quòd medicus corporis cuiuslibet morbi grauitatem cognoscat, & cuilibet morbo medeatur, & non vni medeatur, & alteri noceat [quia solent esse morbi contrarij] requiritur vt totam infirmitatem perpendat, ita spiritualis medicus debet totam peccatoris infirmitatem intelligere, quod tamẽ haud fieri potest, nisi pœnitens omnia sua peccata eidem sacerdoti manifestet in confessione.

1. *concl.*

D. thom.

2. *concl.* ¶ Secunda conclusio. Per accidens non est inconueniens quòd dimidietur confessio. Exempli gratia. Si quis vult generaliter confiteri, & vna die confiteatur aliqua peccata, & alia die alia, & dein de alia, quia eius intentio fertur ad vnam absolutionem, nõ dimidiat confessionem nisi tantùm per accidens. Et pari ratione non dimidiat, si vult iterare cõfessionem quorundam mortalium, de

quibus

quibus legitimè confessus est, licèt non omnia confiteatur, non dimidiat, imò quanuis in tali casu omnia intenderet cõfiteri, cùm iam in alijs confessionibus illa confessus sit, potest hodie aliqua illorum peccatorum confiteri, & ab illis absolui: & cras alia, & tũc absolui, & sic per hebdomadam. Hæc ad literam Soto. Imò etiam ego non condemnarem eum, qui semel, vel bis, vel ter cecidit in mortale, nõ solitus peccare mortaliter, si, ne perderet opinionem, quam habet erga proprium confessorem, confiteatur talia mortalia alteri quàm proprio cõfessori, quia non per se detruncat confessionem. Secus est si ex industria habeat duos cõfessores: vnũ, cui confiteatur venialia & leuia peccata: alterum, cui confiteatur mortalia: ne confessor proprius eum paruipendat, & opinionẽ de eo malam cõcipiat. Nam tunc re vera videtur magna fictio & hypocrysis genus. Irridet nanq, confessorem, faciens quòd existimet illum esse sanctũ. Vnde, certè videtur mortale, si propter hoc facit. De hac re videre est, per Siluestrũ verbo Confessor. 1. §. 6. *Soto.* *Siluest.*

¶ Sed dubium est, vtrùm quando aliquis nõ potest explicare circunstantiam peccati, nisi explicet complicem criminis: vt si confiteatur se commisisse incestum cum sorore, & non habet nisi vnicam vel cum matre, & confitetur proprio fratri, qui impropterio dabit matri vel sorori reuelando secretum, vel si pœnitens fratrẽ sacerdotis interfecisset, & se accusaret quòd interfecit hominẽ, per quem confessor intelligeret proprium fratrem, vtrùm teneatur nihilominùs explicare illam circunstantiam? In hoc loco non est quæstio, cùm quis habet copiam confessoris, cui confiteri potest sine reuelatione alieni peccati [tunc enim iniquum erit illi cõfiteri, qui ex tali confessione crimen alienum intelligit] sed quæstio est, cùm confessor non adest alius nisi parochus, qui & pœnitentem istum & confessorem cognoscit, vt in pagis & oppidis solet frequenter accidere. Ad hanc quæstionem est sententia communis, quòd si circunstantia sit de necessitate confessionis, non est aliquo modo omittenda propter proximi nocumentum, nempe quia confessor non tanti deinceps existimabit personam illam, seruabit tamen secretum. Amplectitur eam Diuus Tho. in 4. dist. 16. q. 3 ar. 2. q 5. & Durã. eadem distinctione q. 4. Bonauent. dist. 21 in. 2 parte distinctionis ar. 1. Petrus à Palude dist 17. q. 2. ar. 1. Gabriel. q. 1. cõclusione 5. Adrianus quoquè in. 1. q. de confessione ad 4. Qui omnes assignant rationem, quia plùs tenetur pœnitens prouidere conscientiæ suæ, quàm alienæ famæ. Item, *D. Tho.* *Duran.* *Bonaue.* *Palude.* *Gabriel.* *Adria.*

quia cùm eodem ſigillo teneatur cõfeſſor cellare culpas aliarum perſonarum, quo ipſius pœnitentis, hoc non eſt alios infamare. Et licèt in toto hoc opere decreuerim communem ſententiam amplecti, in hac re tamen reliqui, & Caietani ſententiæ placuit mihi adhærere, qui in ſumma verb. Cõfeſsio, conditione. 3. dicit, ꝙ ſi aliter fieri nequit, & confeſſor eſt vir bonus [ita quòd nulla ſit ſuſpicio futuræ infamiæ aut cuiuſcunq; periculi] explicari põt: vbi autem periculum famæ alienæ vel alterius mali timeretur, confeſſor alter adeundus eſt, qui confitentẽ nõ cognoſcat, aut ipſe confitens obuolutus, ſeu tranſformatus vadat ad cõfeſſorem, qui ex voce eum non diſcernat. & tacito ſuo nomine, dicat, Ego peccator potens confiteri tibi, dico meam culpam. Non enim pœnitens tenetur ſeipſum manifeſtare, quis eſt, nec vbi habitat, nec ſi eſt cõiugatus [ſi contra matrimonium non offendit] neq; de qua patria aut parochia eſt: niſi vt ſciatur ſi poteſt hic confeſſor illum audire, & abſoluere. Pro inde ſatis eſt dicere, quòd illum poteſt audire, & abſoluere. Tandem ſubijcit Caietanus, quòd ſi nullũ remedium ſubeſt, & differri non poteſt cõfeſsio, putà quia oportet cõmunicare, aut celebrare, pœnitens debet illam circunſtantiam tacere: quia confeſsio cum aliena iactura non debet eſſe Damnum ſiquidem propriæ famæ, confeſsionis & abſolutionis vtilitate cõpenſatur. Damnum verò famæ alienæ, nõ compenſatur aliqua cõmoditate ipſius qui patitur incommodum: & ideo non videntur noſtra commoda proximorum noſtrorum incommodis comparanda. Prętereà, ſi ego non poſſum confiteri niſi per interpretem, confiteri non teneor, propter propriæ famæ detrimentum: ergo ſi cum iactura aliqua famæ meæ præceptum confeſsionis non me obligat, nec cum iactura quidem alienæ famæ obligabit, vt pulchrè dicit Cano in ſua relectione de Pœnitentia. Ac vt clariùs hęc noſtra ſententia ab omnibus poſsit percipi, ſit prima concluſio. Si ex confeſsione alicuius peccati ſequatur ſcandalum, vel meum, vel confeſſoris: ego poſſum tacere tale peccatum, confitendo reliqua peccata. Ratio eſt, quia quantùm ad illud non habeo copiam confeſſoris, cui rectè atquè honeſtè confiteri poſsim huiuſmodi peccatum. Item, quia iuxta Bernardum in libro de Pcepto & præcepti diſpenſatione, quod pro charitate inſtitutum eſt, contra charitatem militare non debet: confeſsio autem inſtituta eſt in remedium pœnitentis, quocircà ſi ſcandalum ipſi accidit ex confeſsione alicuius peccati, poterit idem licitè reticere.

Caiete.

Cano. 1. Con

Bernar.

De vitã

De vitando autem ſcandalum confeſſoris, iuris natutalis præceptum eſt: præceptum ergo diuinę legis poſitiuum illius obligationem non abolet. Lex enim gratiæ legem non deſtruit naturę, ſed perficit. Loquimur hîc de ſcandalo confeſſoris infirmi, nam ſi ex malitia paratus ſit ad ruinam, vtiliùs ſcandalum naſci permittitur, quàm Dei præcepta relinqui. Exempli gratia, nô debet mulier ſe accuſare quòd diligit ſacerdotem, ſi ipſe confeſſor per hoc intelligat ꝙ diligitur ab ipſa, & timeret ꝙ poſteà de turpitudine ab eo ſolicitaretur. Tunc nanq; vel petat licẽtiam alteri confitendi à curato, ſi ipſe ſit de cuius ſcandalo timet, quam ipſe curatus concedere tenetur: ꝙ ſi noluerit, recurrere debet ad ſuperiorem: ꝙ ſi non ſit facilis acceſſus ad ſuperiorem, vel differat confeſsionem vſquequo confeſſor habeatur abſq; huiuſmodi ſequellis, & habeat ſe ac ſi non haberet copiam confeſſoris, aut ſi opùs fuerit, cõfiteatur reliqua peccata explicitè, tacendo illud cum animo confitendi illud explicitè, cùm copiam confeſſoris idonei habuerit, vt dicit noſtra concluſio, & Caieta. in ſumma verbo Confeſsio, condition. 10. *Caieta.*

¶ Secunda concluſio, quæ etiam eſt communis theologorum omnium. Si ex confeſsione mea ſequitur aut mors aut infamia, vel mea vel aliena non teneor confiteri tale peccatum. Ratio eſt, quia diuina præcepta poſitiua non obligant cum iactura vitæ, aut publicæ famæ. Exempli gratia, ſi confeſſor crederetur confeſsionem reuelaturus. Item, præceptum de vitanda morte vel infamia proximi eſt naturale, per præceptum ergo poſitiuum aduenies de cofeſsionis integritate, nõ abrogatur. Quòd ſi à confeſsione peccati excuſor, ex qua ſequitur mors vel infamia publica proximi, excuſabor etiam, ſi inde ſequatur ſiue mors ſeu infamia mea publica. Neque huic concluſioni nocet illud quod obijci poſſet, quòd tunc confitendo illa peccata, & reticendo illud, dimidiaretur confeſsio: quia confeſsionis integritas non oportet quòd ſit mathematica, ſed moralis. Vnde, nõ eſt neceſſe, quòd omnia peccata contineat, ſed quæ in memoria ſunt adhibita humana diligẽtia. Ex qua radice colligimus, non eſſe neceſſe hominem confiteri omnia peccata quæ in memoria habet, ſed illa quę confeſſori rationabiliter exprimẽtur. Et iſta peccata ſũt materia cõfeſsionis à Chſto inſtituta. Illud autẽ peccatũ, qđ cauſa vrgẽte tacetur, non eſt tunc materia remittitur tamen ei per aliorum peccatorum cõfeſsionem indirectè, ac ex conſequenti ſicut peccata oblita, dum *2. Cone.*

modo habeat propositũ illud confitendi, cùm copia confessoris adfuerit. Directè nanq; & immediatè, solùm remittuntur quæ in confessione manifestantur.

3. Conc. ¶ Tertia conclusio. Si habita ratione ac conditione confessoris & complicis, vir prudens iudicauerit esse iacturam, licèt non grauem mediocrem tamen: tunc huiusmodi peccatum, aut circunstãtia taceri potest.

4. Con. ¶ Quarta conclusio. Si habita ratione vtriusq;, & confessoris, & complicis, vel nulla iactura sit, vel minima, ex eo quòd sacerdos intelligat socium criminis, videtur esse necessarium circunstantiam explicare.

5. Con. ¶ Quinta conclusio. In articulo mortis, non obstante illa fame iactura, quæ plerumq; apud confessorem fit: tenetur pœnitens circunstantiã explicare, quia & ipse socius criminis debet subire tale dispendiũ pro salute spirituali pœnitẽtis. Secus vbi iactura esset grauis & magna, vt si mors vel infamia publica sequeretur. nam tunc non deberet illam circunstantiam confiteri. Hæ conclusiones ponuntur ab ingeniosissimo magistro Cano in sua relectione de Pœnitentia, quas omnes arbitror verissimas esse.

Cano.

XVII. DIFFICVLTAS.

Vtrùm liceat partiri confessionem propter casus reseruatos.

IN hac difficultate vt quid tenendum, quidue reijciendum sit, manifestum euadat, operepreciũ duxi, quædam fundamẽta iacere, quorum primum sit. Superiores prælatos posse aliqua peccata reseruare sibi, & à se solùm absoluẽda, haud dubitare licet. Hoc fundamentum ponit Thomas Vualden. tomo. 2. de sacramentis. c. 149. contra Vuitcleff, & illud probat testimonio Innocentij, asserentis, quædã peccata esse, quorũ absolutio est Petro reseruata. Habes quoq; Origenem homilia. 10. super numeros, vbi docet, laicum peccantem indigere quandoq; non solùm sacerdote, sed etiam pontifice. Insuper Cyprianus lib. 3. epistolarum epistola. 16. & 17 tradidit, non esse lapsos reconciliãdos nisi ab episcopo, præterquàm cùm mortis periculum vrget: & tunc adhuc iubeant iuramentum, quòd liberati, suis episcopis & excommunicatoribus præsentabuntur, parituri excommunicantium & episcoporum mandatis, & vt ait Benedictus. 11. in extrauaganti, cuius initium

Tho. Vu. Innocen. Orige. Cypria. Bedictus

initium est intercunctas, vbi quatuor crimina episcopis reseruata enumerantur. Est deniq; extrauagans Sixti, 4. Et si dominici. vbi excomunicantur, qui absoluunt à casibus reseruatis Romano pontifici.

¶ Secundū fundamentum est. Non solùm censuræ ipse, nempe excommunicationes, suspensiones, & irregularitates à superioribus prælatis reseruantur [vt vult Durandus in 4. dist. 17. q. 15.] Duran. sed etiam culpæ, & earum absolutio. Probatur ex c. 2. de pœnitentijs in 6. vbi habetur, quòd si episcopus cōcesserit subdito, vt possit sibi idoneum confessorem eligere, sic electus, in casibus qui eidem episcopo specialiter reseruantur, nullam habet penitus potestatē: q; si nullā habet, nec in pœnas nec in culpas habet. Et cōfirmatur, quoniam aliquorum criminum absolutio reseruatur episcopis: vt ea peccata, quæ non habent excomunicationem adiunctam vt, homicidiū voluntarium, & alia, pro quibus est imponenda pœnitentia publica, non ergo solæ censuræ reseruantur. Idquè postremò manifestatur ex vsu vniuersalis ecclesiæ: nam prælati religionum reseruant sibi aliqua peccata nulli censuræ subiecta: vt votorū trāsgressionē. Nec huic vsui ratio deest. Nam in omni iudicio & foro superior potest sibi reseruare aliquas causas, præsertim grauissimas. Aduertendum tamen est hīc, quòd licèt episcopus sacerdotibus qui nō sunt parochi, & prælatus in religione cōfessoribus expositis possint vt libuerit peccata reseruare, cū nullā habeāt iurisdictionē, nisi quam à superiore suscipiunt, parochiarum tamen curatis non potest episcopus pro libito suo limitare autoritatem, quia non habent illam ab episcopis, sed à iure diuino. Quo fit, vt non possit eis illam limitare episcopus, nisi id bono communi viderit expedire. Aduerte etiam, quòd prælati non possunt reseruare sibi peccata interiora mētis, vt est mētalis consensus in hęresim, aut inconspirationem ecclesiæ: tum, quia peccata cordis sunt frequentissima: tum, quia occultissima sunt, vt vix homo secum discernere possit, consenserit nec ne. Quocirca intolerabilis ac falsissima est opinio canonistarum quorundā, dicenti um, hæresim mentalem esse reseruatam Papæ, & excommunicationi subiectam.

¶ Tertiū fundamentum in hac materia sit, quòd non potest quis absolui à iudice inferiori de crimine reseruato sine facultate superioris, cui reseruatur, & si attentet inferior ab eiusmodi absolue re, nihil facit, quia non habet iurisdictionem circa illa peccata si-

bi excepta ac reseruata à superiore, qui non commisit absolutio-
1. Conc. nem. His fundamentis sic iactis, sit prima conclusio. Si iudex superior & inferior sint præsentes, non potest inferior absoluere à non reseruatis, nisi priùs petatur facultas absoluendi à reseruatis. Hęc conclusio probatur, quia integritas confessionis est de iure diuino: cùm ergo ille pœnitens habeat copiam confessoris, cui potest integrè confiteri, superiore existente præsente, non potest inferior diuidere absolutionem, sed vel superior præstet integram absolutionem, cùm præsto sit, vel inferior, habita facultate superioris. Probatur quoquè ex vsu ac consuetudine probatissima religiosorum, qui nunquàm absoluunt à non reseruatis, nisi priùs petita facultate vt etiam absoluant à reseruatis. Nec in facultate concedenda difficiles esse debent prælati, sed sic debent bono communi prospicere, ne tamen grauissimam reddant confessionis religionem, sed personis circunspectis & doctis casus suos committant, vt per doctè consulit Soto. Idem etiam est obseruandum, si episcopus & parochus sint præsentes, & patet facilis additus ad superiorem. Sed quid si superior nolit conferre licentiam, sed ipse velit audire confessionem? Respondetur adhoc, quòd inferior non debet illum absoluere, sed remittere ad superiorem: quia quando pœnitens potest integram confessionem facere confessori idoneo, violat ius diuinum de integritate confessionis, accipiendo absolutionem ab eo qui dimidiatam absolutionem præbet.

Soto.

¶ Secunda conclusio. Si superior audiat confessionem priusquàm inferior, tenetur totam confessionem audire, & non solùm
2. Conc. peccatorũ sibi reseruatorum, si velit sacramentalem absolutionem impendere. Hæc conclusio est Adriani & Durandi contra Caietanum, quibus adhæret Cano, & probat, quia cùm integritas confessionis sit de iure diuino, episcopus vel prælatus alius superior illicitè diuidit confessionem & absolutionem, cùm possit facilè integritatem seruare: & confirmatur, quia materia sacramenti est confessio integra, illa ergo dimidiata confessio non est materia sacramenti: potest enim commodè peccator omnia superiori cõfiteri. Pręterea, quia cùm sacerdos ille superior soluat vice Dei, & possit omnia soluere, si dimidiatam præstaret veniã quędam soluendo & alia non soluendo, cùm omnia tamen posset: certè significaret, DEVM etiam cuius minister est, dimidiatam præstare veniam, & pœnitens quoquè ad superiorem

Adrian. Duran. Cano.

eiusce

eiuſcemodi accedens, dimidiam à Deo veniam ſperaret: quod impium eſt. Prætereà, quia cùm ſuperior poſsit præſtare facultatem adhoc quòd abſoluatur ab inferiori, nulla eſt neceſsitas dimidiandi tunc confeſsionem. Nec ob ſolutionem quam præſtant Romani pœnitentiarij ſummi pontificis, ſacramentalem eſſe concedendum eſt, vt bene dicunt Durandus & Adrianus contra Caietanum, ſed pœnitens accedens ad Romanos confeſſores, à cenſuris excommunicationis abſoluitur. Nullum enim crimen eſt Papæ in bulla de cœna Domini reſeruatum, quod non habeat excommunicationem annexam: cæterum, à culpis nequaquàm ſacramentaliter ab eis abſoluitur, ſed ipſi Romani pontifices facultatem faciunt inferiori, vt tota audita confeſsione, ab omnibus plenariè abſoluat. Tunc nanquè eo ipſo quòd tollitur illa reſeruatio, ſimul datur facultas inferiori, vt ab omnibus abſoluere poſsit: & hic eſt celebratiſsimus eccleſiæ vſus. Nec ex hoc quòd illa abſolutio non eſt ſacramentalis, excuſantur Romani pœnitentiarij ab obſeruatione ſigilli ſecreti confeſsionis: quia iudex ſuperior, cùm ab ipſo caſus reſeruatus petitur, tenetur ſigillum confeſsionis ſeruare. Exempli gratia, ſi confeſſor accedat ad abbatem vel priorem petiturus facultatem abſoluendi aliquem, tenetur ſeruare ſecretum eo vinculo ac ſi ſacramentaliter ipſe abſolueret. Ratio eſt, quia totum illud expectat ad confeſsionem: imò inde incipit ſacramentum, & idcirco ſuperior ſigillum ſeruare tenetur, quia illa confeſsio quodammodo eſt ſacramentalis. *Duran.* *Adrian.*

¶ Tertia concluſio contra Durandum & Adrianum, eſt. Si non pateat additus ad ſuperiorẽ: videlicet, quia epiſcopus eſt abſens, & inſtat neceſsitas celebrandi, vel ſiquis religioſus iter agat ſine facultate recipiendi abſolutionem à caſibus reſeruatis, tunc nanquè inferior poterit eum abſoluere à non reſeruatis: & pro reliquis poteſt peccator expectare abſolutionem à ſuperiore. In quo euentu Diuus Thomas loquitur in 4. diſt. 17. q. 3. ar. 4. q. 2. ad 4. Hæc concluſio probatur, quia & confeſsio integra eſt & abſolutio, cùm ille ſacerdos abſoluat ab omnibus, à quibus poteſt, & pœnitens confiteatur inferiori etiam reſeruata, & quantùm ad illa pœnitens tunc non habeat copiã confeſſoris, quemadmodum ſi pœnitens taceret aliquod peccatum, ex cauſa rationabili tacendum: nam quanuis ſacerdos id cognoſcat, debet eum abſoluere, & tunc eſt confeſsio & abſolutio integra, *3. Conc.* *Di. Tho.*

hoc eſt de omnibus, quæ ad illud iudicium expectabant. Eſt inquàm absolutio integra conſequutiuè &. extenſiuè, licèt directè à ſolis non reſeruatis abſoluatur pœnitens. Quemadmodum contingit, quando quis obliuiſcitur aliquorum peccatorum citra culpam: quia tunc ab illis tantùm quæ confitetur, directè abſoluitur, ab oblitis tamen conſequutiuè [vt ſuprà diximus] & ſicut dũ oblita poſteà memoriæ occurrunt, pœnitens ille confiteri tenetur: ita reſeruata poſteà tenetur confiteri ſuperiori. Vnde, firmum propoſitum debet habere pœnitens iſte recurrendi ad ipſum ſuperiorem, & quando ad ipſum recurrit ſola reſeruata audiendo abipſis dũtaxat abſquè dubio poteſt abſoluere: quia reliqua iam fuerunt remiſſa. Intelligo tamen hanc tertiam concluſionem, quando excommunicatio peccato reſeruato non eſt adiuncta, vt ſunt omnia quę ſummo pontifici reſeruantur in bulla cœnæ Domini [vt dictum eſt] tunc nanq; malè faceret inferior abſoluens à non reſeruatis, cùm pœnitens ſit excommunicatus, & prius debeat tolli vinculum excommunicationis, quàm abſolutio ſacramentalis impendi, ſiquidem excommonicatus etiam minori excommunicatione non poteſt ſuſcipere ſacramentum.

Dubium. ¶ Sed circa hanc tertiam concluſionem oritur graue dubium, an ſcilicet pœnitens teneatur omnia peccata etiam reſeruata confiteri inferiori iudici: quando non adeſt facilis additus ad ſuperiorẽ? *Gerſon.* Ad hoc dubium [omiſſa opinione negatiua quam tenuit Gerſon, vt refert Ioanes Maioris in 4. diſt. 17. q. 6.] reſpondetur affirmatiuè. Et probatur primùm ex illo c. Omnis vtriuſquè ſexus. de pœniten. & remiſſi. vbi Innocentius præcepit, quòd pœnitens omnia peccata ſua ſemel in anno ſuo ſacerdoti confiteatur. Vbi nõ dixit, Sacerdotibus, ſed, Sacerdoti. Deinde probatur, quia eſt diuinum præceptum vt homo omnia ſua peccata ſacerdoti confiteatur, prælati ergo reſeruando culpas aliquas, hanc obligationem tollere nequeunt, ac ex conſequenti tenetur pœnitens omnia cõfiteri inferiori. *Di. Tho.* Præter has rationes tenet Diuus Thomas in 4. diſt. 17. q. 3. ar. 4. q. 1. & eum ſequuntur ferè omnes theologi, *Caieta.* Caieta. in ſumma verbo Confeſsio, conditione. 10. Siluęſter verbo Confeſsio. 1. §. 19. Tenetur enim pœnitens omnia peccata aperire, ea potiſsimum ratione, quòd lex non id ſpectat, quod raro paucis euenire poteſt: ſed quod plerunquè hominibus vſu venit. *Siluęſt.* Eſt autem neceſſarium ferè populo, vt omnia crimina ſacerdoti proprio confiteatur, vel reſeruata: tum, quia ferè populus igno

lus ignorat quæ peccata sint reseruata, quæ verò contra non sint, quocirca à sacerdote proprio instruatur oportet: tum etiam, quia medicus ad eos morbos curandos, quorum ad se pertinet medicatio, vt plurimum necesse est reliquos graues morbos intelligat, vt de non reseruatis salubriùs possit iudicare, & vt consilium aptum & remedium oportunum impendat ægroto. Nec obstat dictis id quod solet obijci, quia tunc illa confessio non esset integra, cùm non ab omnibus absoluatur, nam iam ego dixi, quòd cùm ex causa rationabili tacetur aliquod peccatum, confessio non desinit esse integra de per se, quod quidem contingit, cùm celatur aliquod peccatum ex intentione, sed solùm non est integra per accidens, vt dicit Caieta. Nec licet affirmare vnicum esse sacramentum, si quis absolutus à non reseruatis, confiteatur superiori reseruata. Quemadmodum si peccata oblita memoriæ occurrant post priorem absolutionem: illorum confessio & absolutio est verissimum sacramentum, habetq; integrã materiam & formam, & illud prius, in quo homo confessus est omnia peccata, quorum recordabatur, est distinctum sacramentum ab isto. Idem omnino sentio, siquis ex iusta causa peccatum aliquod in priori confessione celauerit, reciperet quidem verum sacramentum & gratiam, cumquè rursum illud quod tacuit, alteri postmodum confitetur, verum quoquè sacramentum susciperet, nouumquè proinde & gratiæ & virtutis augmentum. Id verò, quod sæpe in hac difficultate diximus, inferiorem à reseruatis absoluere non posse: intelligi debet, donec superior ab eis non absoluerit. Quòd si iam soluit, ratio reseruationis cessauit, quæ cùm quodammodo pœnalis sit & odiosa, restringi non debet, sed ampliari. Vnde tenendum est cum Adriano. q. de confessione, quòd si semel superior præbuerit facultatem pœnitenti, vt à reseruatis absoluatur: poterit confiteri illa peccata cuicunquè sacerdoti exposito voluerit, & quando voluerit, vt contingit in religionibus quando in festis præcipuis abbas vel prior dat facultatem absoluendi ab omnibus, à quibus ipse potest vsquè ad horam prandij, tunc nanquè, si pœnitẽs oblitus est alicuius reseruati, non tenetur post modum adire superiorem. Imò transacto illo festo, poterit absolui religiosus à reseruatis illis quæ vsquè in illũ diem commiserat. Nam simpliciter prælati concedunt licentiam de commissis vsquè ad diem illum. Secus si prælatus sic commisisset facultatem, ab hac hora vsquè prandium poterunt confessores.

Caieta.

Adrian.

sores expositi absoluere autoritate mea, & non vlterius. Tunc enim, transacto illo tempore, nullus manet confessor qui autoritatem illam habeat audiendi: non tamen isto modo conferre autoritatem debet, sed primo modo: neque ita prælati hãc facultatem concedere consueuerunt.

XVIII. DIFFICVLTAS.

Vtrùm confessio debeat esse secreta.

Cõ. affi Notabi.

HVic difficultati vnica conclusione affirmatiuà respondetur, nempe quòd debet esse secreta. Annotare tamen oportet, quòd hæc conditio non est de essentia confessionis, sed solùm est necessaria ad eius sustentationem: quod manifesta ratione ostenditur. Nam cùm ex supràdictis constet, peccatorum quantuncunque occultorum, etiam mentis cogitationum, confessionem esse necessariam, & lex naturalis doceat & admoneat, ne occulta, verendaq; crimina in publicum nisi, via iuris ad eorum vindictam, proferantur, consequens est, confessionem debere esse secretam, alioquin lex gratiæ, iubens vt omnia peccata etiam occulta confiteamur, destrueret naturam: quod haud concedere licet, quin potiùs ipsam perficit. Item, quia nisi confessio esset secreta, à confefsionis religione exterrerentur homines. Exigitur ergo ad eius sustentionem, quòd sit secreta, quãuis hæc conditio nõ sit de eius essentia.

XIX. DIFFICVLTAS.

Vtrùm confessio, vel per scripturam, vel per internuntium, vel per interpretem fieri possit.

Vthuic

VT huic difficultati meliùs ac distinctiùs respondeamus, annotare oportet ex supradictis, confessionem, & actum esse virtutis, & partem sacramenti. Tunc est prima conclusio, quòd inquantùm est virtus duntaxat, fieri potest vel scripto vel per interpretem. Potest enim peccator conscientiam suam tum per literas tum etiam per internuntium amico fideli manifestare, à quo consilium vel auxilium capiat. Quatenus verò est pars sacramenti, omissa opinione Palud. in 4. distinctione. 17. q. 2. & Adriani. q. 1. de confessione ad tertium, qui videntur tenere, confessionem sacramentalem posse fieri per literas absenti sacerdoti, licèt non tenetur quis ad hunc modum confitendi, vt si peccator esset in carcere, vel vbi nō posset ad confessorem accedere Omissa, in quam, hac opinione, sit secunda conclusio negatiua, nempe quòd confessio hæc non solùm non cadit sub obligatione, verùm etiam non est valida. Hanc conclusionem tenet expressè Caietanus in summa, verbo Confessio, cōditione. 11. & Soto in 4. distinctione. 18. q. 2. ar. 6. Et probatur sufficienti ac euidenti ratione, quia cùm confessio & absolutio sint actus personales, minimè per internuntios aut literas fieri possunt: & hoc monstrat veritas formæ sacramentalis, cùm dicitur, Absoluo te nā ly Te, demonstrat præsentem personam. Et probatur ex Diuo Augustino etiam libro de vera & falsa pœnitentia c. 10. & habetur de pœnitentia c. Quem pœnitet. his verbis, Præcipit Dominus mundādis, vt ostenderent ora sacerdotibus, docens corporali præsentia confitenda esse peccata, non per nuntium, non per scriptum manifestanda, vt qui per vos peccastis, per vos erubescatis [erubescentia enim ipsa partem habet remissionis] Præterea, quia sacerdos absens ignorat, an pœnitēs post literas missas, mutauerit voluntatem, & an tēpore quo absolutio impēditur, sit dispositus, & an cōmiserit aliquod mortale peccatum, vt indignus esset absolutione, vel fortasse iam mortuus esset. Quocircà, semper exponit se absoluens in absentia, manifesto periculo committendi sacrilegium. Postremò probatur grauissimo argumento, nam inauditum est in ecclesia, iudicium sacramentale inter absentes exerceri, aut absolutionem peccatorum à confessore absente per literas vel nuntium dari: bene tamen ab excommunicatione, & ab alijs censuris absolutionem per literas à ROMANO pontifice potest quis petere, & obtinere. Nec obstat si alicubi inueniatur

Notab.

1. Conc.

Palud.

Adrian.

2. Conc.

Caieta.

Soto.

Augusti.

niatur pœnitentiam per ſcripturam aliquando eſſe recipiendam
Leo. Pa. ,vt habetur .30 q.5.c. Qualis. vbi tradit Leo Papa , pœnitentiam per ſcripturam eſſe recipiendam Non, inquam, obſtat, nam loquitur ibi pontifex de pœnitentia in foro exteriori, non autem ſacramentali. Recipiebatur enim confeſsio adulteræ in ſcripto, vt conſtaret eccleſiæ, eam eſſe legitimè à viro ſuo repudiatam. Nec obſtat noſtræ ſententiæ, quòd matrimonium per epiſtolam vel paranimphum fieri poteſt: quia non eſt eadem ratio de matrimonio, & pœnitentia. Nam ſententia ſacerdotis, & iudicialis & ſacramentalis eſt: nec alterum ab altero poteſt ſeparari. Matrimonium autem, & contractus eſt naturalis & ſacramentalis: ſed aliquando alterum ſine altero eſt. Matrimonium enim, quod per procuratores contrahitur, non eſt ſacramentum, vt Caietanus eruditè confirmauit, & hæc ſententia eſt probabilis: quæ aût ſit probabilior iſta vel oppoſita, videbimus in materia de Matrimonio. Ex prædictis iam nemo ambigere poteſt, quin confeſsio per internuntium facta, nihil valeat, cùm non ſit actus perſonalis. At dubium eſt hîc paruum: an pœnitens coram ſacerdote per ſcripturam confiteteri poſsit: vt mutus, vel puella verecunda? Ad hoc reſpondet Diuus Thomas in quolibeto. 1. ar. 10. quòd de eſſentia confeſsionis ſacramentalis, cùm non ſit vocalis confeſsio, ijs qui verbo confiteri nequeunt, ſcripta confeſsio ſufficit: nam aliàs muti non poſſent recipere hoc ſacramentum. Sententia hæc omnium doctorum eſt. Et concluſioni huic Diuus Thomas addit alteram, nempe quòd ex inſtitutione eccleſiæ tenetur homo, qui voce poteſt confiteri, ac præceptum aliter non implet, & mortaliter peccat. Et quanquàm præceptum iſtud confeſsionis per vocem expreſſum non inueniatur: ſatis tamen eſt conſuetudo, quæ videlicet habenda eſt pro lege. Nullus etenim ſacerdos confeſsionem admittit, niſi, voce prolatam. Ac ſi quando contingat [quod equidem rarũ erit] vt verecundiæ plena puella, voces edere nequeat: prudentia ſacerdotis, inquit Cano, cum hac diſpenſabit, dummodo oſtenderit per aliqua ſigna peccata ſua ipſi confeſſori.

Caieta. *Dubium.* *D. Tho.*

¶ Quoad mutum eſt concluſio, quòd licèt mutus ſignis non valens confiteri, poſsit per ſcripturam ſua peccata pœnitentialiter manifeſtare: nõ tamẽ in hunc modũ tenetur cõfiteri. Cõcluſionẽ hãc tenet Caie. in ſumma vbi ſupra, & Nauarro in ſuo manuali cõfeſſorũ. c. 21. vbi agit de p̃cepto eccleſię, & ratio manifeſta ſuadet.

Caieta.

Nam

Nam ſcriptura ex natura ſua eſt publica: confeſsio autem ſecreta. Et ſubdit, quòd ſi fiat pœnitentialiter, pœnitens debet tenere ſcripturam in manibus ſuis, & nõ traddere ſacerdoti, vt ſic minus habeat de publico. Videtur tamen Dñm Caietanum in eodem loco paulò inferiùs concluſionem hanc intelligere de muto à natiuitate, non autem de eo qui poſteà factus eſt mutus. Nam de iſto dicit, quòd tenetur confiteri modo quo poteſt, ſi ſcit legere & ſcribere. Vbi etiam ponit modum quo quis confiteri poteſt per ſcripturam ſine periculo reuelationis cõfeſsionis. Eiuſdem ſentẽtiæ, nempe quòd mutus ſciens ſcribere, debet per ſcripturam preſens cõfiteri, eãq; ſtatim facta confeſsione laniare, ne deueniat in manus alterius, videntur eſſe D. Tho. in 4. diſt. 17. q. 3. 4. ar. 4. q 3. & Ioan. ma. q. 1. Gabriel. q. 1. & Scotus. q. vnica. omnes in eadẽ diſt. Caieta. D. Tho. Ioan. ma Gabriel. Scotus.

¶ Sed dubium grauiſsimum ſe offert hîc, vtrùm ſi mutus non poſſit explicare ſpecies peccatorum & circunſtantias, ſed nutibus, & pectus tundendo, oſtendere ſe Deum offendiſſe: poſsit à ſacerdote abſolui? Eadem eſt difficultas, ſi infirmus linguæ vſum ante aduentum ſacerdotis amittat, an poſsit etiam abſolui ſacramentaliter. Quæſtio hæc eſt multò obſcurior, quàm vt poſsit à me explicari. Quocircà velem audire potiùs quàm docere. Diuus enim Thomas nihil explicitè tradidit, quo eam diffinire poſsimus. Ait nanq; in. 4. diſt. 22. q. 2. ar. 1 ad primum quòd quãdoq; generalis confeſsio eſt ſacramentalis, quandoq; autem non. Sacramẽtalis quidem eſt, cùm quis ſecretè ſacerdoti confitetur quædam quæ meminit, & alia venialia & oblita in generali: confeſsio generalis non ſacramentalis eſt, qua facta, ita relinquuntur pœnitentis peccata occulta confeſſori, ſicut & priùs. Quia in his quę generaliter dicuntur, non eſt aliquis qui non peccet. Vnde, quantùm ego colligere poſſum ex dictis D. Tho. ipſe habet pro cõcluſione, qnòd ſemper requiritur explicatio alicuius peccati ad ſacramentalem abſolutionem. Inquit enim vbi ſuprà ad ſecundum, ad cõfeſsionem ſacramẽtalẽ, quæ iudicium ſacerdotis expectat, requiri aliqualem peccatorum manifeſtationem: ſcilicet in ſpecie, per quam ſacerdos iudicare de homine poſsit. Hanc ſententiam tenet expreſsè Abulenſis ſuper Matth. c 16. q. 79 Ait enim illic, quòd ſi quis in articulo mortis confiteri nõ poteſt voce: quãuis ſigna contritionis oſtendat, abſolui non debet. Quod intelligitur, niſi per illa ſigna aliquod peccatum in ſpecie oſtendat. Sententiam hanc tenet Petrus à Palu. in. 4. diſt. 21. q. 2. ar. 2. & doctiſ Dubium D. Tho. Abulen.

ſimus

Soto. Cano. simus Soto, & ingeniosissimus Cano in sua relectione de pœnitẽtia, folio. 111. Inquit enim, Teneamus interim id quod tutius est: nempe confessionem in qua nullum peccatum explicatur, non esse sacramentalem. Et probat ex ecclesiastico vsu, quo eiusmodi peccatores in genere pœnitentes, absolui sacramentaliter non solent. Et præter ecclesiæ consuetudinem, quæ in huiusmodi rebus magnum momentum habere debet, duabus rationibus non omnino leuibus probatur. Prima, quia hoc sacramentum est iudiciale: iudicis autem sententia apta esse non potest, nisi cognoscat crimen aliquod in specie. Altera, quia non plus innotescit confessori conscientia illius peccatoris per talem confessionem, quàm ante illã, cũ etiam vir sanctissimus posset ita generaliter cõfiteri. Probatur tãdem, quia aliàs frustrà adderemus in confessione, De his & de alijs, quorum non sum memor. Nec tantùm hoc existimo verum esse de confessione mortalium, verùm etiam venialiũ. Quanuis enim non teneatur quis explicare species venialiũ, sicut neq; venialia confiteri, si tamen vult absolutionem sacramentalem recipere, confessione speciali opùs est, vt iuxta qualitatem & quantitatem delicti sententia ipsa feratur. Et pœnitens potest absolui sacramẽtaliter, etiam si aliquod peccatũ ex rationabili causa tacuerit, si aliqd aliud peccatũ iã explicuerit in genere, dicens, Cõmisi adulteriũ, aut fornicatus sum, quia iam in hac cõfessione apponit sufficientẽ materiã. Quando verò nulla materia apponitur, nulla absolutio adhibẽda est. Nec obstat huic nostræ assertioni id quod

Cõ. Au. concilia quamplurima affirmant, nempe quòd subito obmutescens, & baptizari, & Pœnitentiam accipere potest, si voluntatis præteritæ testimonium aliorum verbis habet, vel præsentis in suo nutu: hoc dicit concilium Arausicanum c. 12. tertium quoq; Cartaginense concilium c. 34. & quartum concil. Carthaginense. c.

Cõ. 3. ca. 4. Cõ. ca. 77. & habetur. 26. q. 6. c. Is qui. Et Leo Papa tenet idem, epistola. 69. ad Theodorum. Non, inquam, obstant ista concilia, quia in

Leo. Pa. omnibus his locis est sermo de publicè pœnitentibus. Erat nanq; mos antiquus, quòd in die cinerum peccatores confiterentur sacramentaliter sacerdoti coram populo sua peccata publicè: & absolutio in diem cœnæ Dominicæ differebatur. Vnde, iam per illã confessionem publicam sacramentalem factam in die cinerum, peccata illorum sacerdoti nota erant. Et cautum est à maioribus, vt si interim in isto tempore periculum mortis vrgeret, impenderetur eis absolutio, siue nutibus eam peterent istiusmodi

pœniten

pœnitentes, siue constaret petiisse. Ac verum habet hoc etiam, scilicet quòd est absoluendus, quando ob aliquam causam cõfessor suspendit absolutionem, & pœnitens ille posteà amisit vsum & exercicium linguæ. Ea autem, quæ more maiorum in Pœnitentia publica præscripta sunt, non licet ad hanc nostram secretam penitus accommodare. Possumus etiam dicere, quòd canones illi loquuntur de absolutione, quæ fit à censuris, & insuper ab omni pœnarum reatu, si culpæ fuerint, vel anteà per confessionem, vel tũc per contritionem remissæ. Et idem est intelligendum in forma absolutionis quæ in diplomate cruciatæ in fine appendditur, vbi fit plenaria absolutio à censuris, & culpis, & pœnis, quod intelligitur quotiescunq; præcedit legitima confessio, vel per signa aliquod peccatum in specie sacerdoti ostendat, aliàs si solùm signa contritionis generalia infirmus ostenderit, non est absoluendus absolutione sacramentali, sed tantùm à censuris, etiam si coram testibus, antequàm adueniret sacerdos, aliqua peccata in specie dixerit, quia quicquid in absentia sacerdotis infirmus dixerit vel fecerit, nullam confessionis similitudinẽ habere potuit. Dico tamen cum Cano, quòd si quis huiusmodi ęgrotis generaliter cõfitentibus sacramentalem absolutionem impendere voluisset, nõ valde repugnarem: verùm ego non facerem, nec me autore quis faceret, quãdiu aliquod peccatũ in specie ĩfirmus nõ explicuerit.

¶ Quoad interpretẽ, scilicet quãdo pœnitẽs ignorat idioma sacerdotis, aut ediuerso sacerdos pœnitentis, est cõclusio prima, quòd licèt in hoc casu posset fieri cõfessio per interpretem, & valida sit talis confessio, quia cùm sit presens, verè loquitur sacerdoti, quippequi nutibus potest, & debet significare, se illa asserere quę interpres refert: nullus tamẽ tenetur in hunc modum confiteri. Hãc cõclusionẽ tenet Caie. in summa verbo Confessio, cõditione. 11. & est communis sententia. Ratio est, quia neutiquàm tenetur qs confiteri & reuelare peccata secreta, nisi sacerdotibus. Patet etiã ex Leone epist. 57. & ex D. August. in lib. de vera & falsa pœnitentia. c. 11. Ac ex Innocentio. c. Omnis vtriusq; sexus. vbi prudẽter limitauit præceptum, inquiens, Omnia solus sua peccata, saltẽ semel in anno fideliter confiteatur proprio sacerdoti, insinuans, qꝑ si solus confiteri nequit, confiteri non tenetur.

1. Conc. Caietan. Leo. Pa. August. Innocen.

¶ Secunda conclusio. Si reuelentur peccata interpreti in confessione, non tenetur interpres tam arcto vinculo, quàm sacerdos ad sigillũ confessionis. Hanc conclusionẽ tenet Caie. contra Scotũ, & patet.

2. Conc. Caieta.

& patet, nam interpres non fungitur munere audientis, vt sacerdos, sed loquentis. Quare nō se tenet à parte sacerdotis, sed à parte pœnitentis. Item, quia cùm confessio per interpretem non sit necessaria, non tanto rigore obligauit Deus interpretem ad sigillum, quanto sacerdotem. Vnde, tantùm tenetur interpres seruare
Caieta. peccata secreta sigillo fidelitatis, vt dicit Caieta. vbi suprà
3. Con. ¶ Tertia conclusio. Si interpres confessionem reuelaret, acriter esset puniendus, licèt non illo rigore iuris, quo sacerdos. Probatur hæc conclusio quòad. 2. partem ex præcedenti conclusione & ex eius probatione, quia si non tam arcto vinculo, quanto sacerdos tenetur ad sigillum, consequens erit non tam acriter esse puniendū interpretē illum frangentem, quanto sacerdotem.
4. Con. ¶ Quarta conclusio. Licèt recipienda sit hæc communis doctorū sententia, quam posuimus in prima conclusione quoad præceptum ecclesiæ de confessione semel in anno facienda: in articulo tamē mortis ego non auderem omittere confessionem, si interpretem haberem. Hanc conclusionem teneo cum Cano in sua re-
Cano. lectione. Et ratio est, quia iactura illa famæ parua est & minus sufficiens, vt prætermittatur sacramentum, quod est necessarium ad salutem propter vitandam huiusmodi famæ iacturam. Quemadmodum suprà dicebamus, atq; probauimus hominem obligari ad peccatum explicādum in articulo mortis etiam cum famæ alienæ aliquo detrimento. Et in hoc euentu Di. Tho. intelligitur in
D. Tho. 4. dist. 17. q. 3 ar. 4 q. 3. ad secūdum, cùm vtitur illis verbis, Exigitur, Debemus: quæquidē verba obligationem importare videntur. In omni alio euentu, etiam cùm iure diuino confessio est in præcepto, credere sine periculo possumus, neminem obligari ad confessionē peccatorum per interpretem. Conclusionem istā arbitror maximè veram esse in his Indiarum partibus apud istos neophitos: tum, quia non habent tantum intellectus ac considerationis, vt per se ipsos sine confessoris excitatione & confessione ita bene vt Hispani valeant contritionem habere: tum etiam, quia si confitentur per interpretem, multò minorem famæ iacturam patiuntur, quàm Hispani homines.

De effectibus & defectibus confessionis.

XX. DIFFICVLTAS.

Vtrùm confessio gratiam conferat.

Vt meliùs

VT meliùs huic difficultati ſatiſfaciam, ſupponendū eſt, quòd hîc non loquimur de confeſsione quatenus eſt actus virtutis, ſed quatenus eſt pars ſacramēti: tunc reſpondetur per aliquot concluſiones, & earum prima ſit. Confeſsio quatenus eſt pars ſacramēti, eſt partialis cauſa inſtrumentalis gratiæ, per quam actuale peccatum remittitur poſt baptiſmum commiſſum. Probatur, quia cū ſacramentum pœnitentiæ ad hunc effectum ſit inſtitutum, & confeſsio ſit eius pars materialis, conſequens eſt vt concurrat cum forma ſibi adiuncta ad conferendam gratiam, ſicut in Baptiſmo ablutio cōcurrit cum verborum forma ad eam cauſandam, vt dicit D. Tho. 3. p. q 86. ar. 3. 1. Conc. D. Tho.

¶ Secūda concluſio. Per confeſsionem in voto quę in contritione includitur, fit ſępe peccatorum remiſsio. Ratio huius cōcluſionis eſt, quia [vt iam diximus] voluntas pro facto reputatur apud Deum: aduerte tamē, quòd tunc nulla ſacramentalis gratia cōfertur, ſed per modū duntaxat cōuerſionis, vt ait doctiſsimus Soto. 2. Conc. Soto.

¶ Tertia concluſio. Per confeſsionem in re accedente abſolutione, contrito augetur gratia, attrito verò conferturprima. Hæc concluſio ex ijsquæ de Baptimo diximus, eſt nota. 3. Conc.

¶ Quarta concluſio. Confeſsio cum abſolutione nō ſolùm à culpa, verūm & à pœna liberat, tam ęterna quàm temporali. Hæc cōcluſio patet, nam dum liberat à culpa, ſiue in re, ſiue in voto & deſiderio applicetur, ſimul liberat à pœna æterna; cùm autem applicatur in re, tunc virtute clauiū [quod aiunt] ex opere operato remittitur pars pœnæ, quæ erat in purgatorio ſoluēda. Imò tam parua eſſe poteſt, vt totam remittat. 4. Con.

XXI. DIFFICVLTAS.

Vtrùm confeſsio poſsit eſſe informis.

SEnſus huius difficultatis eſt, vtrū poſsit eſſe legitima cōfeſsio quoad ſubſtātiā ſacrāmēti, licēt effectu gratiæ careat: quemadmodū de Baptiſmo & Euchariſtia dictū eſt. Hāc q̄ſtionē tractā doctores ſcholaſtici in 4. diſ. 17. Ad quā, omiſſa opinione Ioan. Maioris in eadem diſ. q. 9. & Adriani. q. 5. de cōfeſsione, dubio. 5. aſſerentium, ſacramentalem confeſsionem ſine gratia & charitate prorſus eſſe inualidam, ac perinde iterandam: Reſpondetur Ioan. Ma Adrian.

D. Tho. cum Diuo Thoma in 4. distinctione allegata, q. 3. articulo. 4, q. 1. vbi ponit hanc conclusionem, Confessio quatenus est pars sacramenti, optimè esse potest informis, nempe sine gratia & charitate quantùm ad substantiam. Probatur, nam confessio ordinatur adhoc, vt per illam innotescat conscientia pœnitentis sacerdoti: hoc autem, haud dubium est, quin fieri possit absq; charitate: potest enim peccator in peccato persistens, cuncta sua peccata fideliter sacerdoti patefacere subdēdo se illi, vt remedium prouideat, ergo dari potest talis confessio informis. Deinde probatur, quia cùm nullus certò cognoscat, se dolorem sufficientem habere quādo confitetur, semper homines oporteret esse solicitos de eâdē confessione, iterum atq; iterum repetenda absq; aliqua tranquillitate, cùm probabiliter timeamus, nostras confessiones non fuisse formatas. Præterea, quia cætera sacramenta recipiuntur à fictis, vt paulò ante diximus, ergo & hoc sacramentum à ficto recipi potest. Baptismus nanq;, vt suprà diximus, fictè receptus, est verè sacramentum, si recipiatur cum intentione suscipiendi quod Christus instituit, sed ille qui sic fictè recipit illum, Baptismi effectum non recipit propter obicem quem posuit, vt dictum est, ergo & qui fictus adhoc sacramentum accedit, verum sacramentum recipit, effectus tamen propter indispositionem ipsius recipientis impeditur. Præterea, quia sacramēta & eorum effectus sunt duæ res distinctæ, nil ergo vetat, quominùs possit homo suscipere substantiam sacramenti sine eius effectu ponendo obicem ipsi effectui, scilicet gratiæ. Nec sensus formæ sacramentalis est, Ego te absoluo, idest do absolutionem, quæ nunc suum effectum habeat remissionis peccatorum, sed sensus est, Ego absolutionem tibi impendo, quæ vi sua potens sit te absoluere, si tu velis fructum eius obtinere. Quantùm enim est ex parte sacerdotis & Dei absoluentis, absolutus manet confitens, licèt ex parte ipsius pœnitentis obicem ponentis, absoluto sacerdotis non consequatur effectum de præsenti. Quemadmodum si absolutionis sententiam proferret iudex, qua liber quis esset à carcere, in quo postea ipse velet ex animo ac voluntariè manere: & si ego extrinsecus claue ianuæ seram aperirem, & intus existens volens obicem apponeret: ego verè ianuam aperui, existens tamen intus si nō vult aperire, sibi imputet. Tenendum igitur est proculdubio, confessionem sacramentalem informem posse dari validam: ac exconsequenti non iterandam. Nec obstat huic nostræ sententiæ, quòd

Con. Flo. contritio est vna trium partium huiuis sacramenti, vt in conc. Flo. diffinitum

diniſſinitum eſt. At verò vbi eſt confeſsio informis, non eſt contritio: ergo nullum eſt illic ſacramentum. Non, inquam, obſtat: tũ, quia contritio vt eſt pars ſacramenti, non determinatur in concilio Flo. quòd ſit formata, ſed ſolũ in genere, quòd eſt pars ſacramẽ ti: tum etiam, quia contritio non eſt pars eſſentialis huius ſacramenti, ſed integralis. At verò nemini dubium eſt, non eſſe neceſſarium ad eſſe totius, quamlibet partem integralem. Nam eſt magna differentia inter ipſas partes integrales: caput enim in homine, cor, manus, & pes ſunt partes integrales: attamen non eodem modo ſunt omnes neceſſariæ ad eſſe hominis, cùm deficiente pede vel manu, imò vtraq; iſtarum partium ſimul, maneat homo, nõ autem deficiente capite vel corde. Ad eundem modum, licèt cõtritio, ſatiſfactio, & confeſsio ſint partes huius ſacramenti integrales, tamen deficiente contritione vel ſatiſfactione, ſacramentum pœnitentiæ eſſe poteſt, confeſsione verò deficiẽte, minimè. Ratio eſt, quia hoc ſacramentum quoddam iudiciale eſt: quod quidem ſine confeſsione ſuperquam cadat abſolutio, haud fieri poteſt. Ipſa tamen poſitâ, verum ſacramentum efficitur: nam ibi eſt vera materia, & vera forma, legitimusq; miniſter: igitur & verum ſacramentum. Is nanq; qui abſquè contritione peccata verè narrat, cor habet verbis concors, quantùm ad ſubſtantiam confeſsionis: quanuis diſcordet à confeſsionis fine, quia adhoc requitur deteſtatio peccati ſuper omne deteſtabile, quæ quidem deteſtatio ſit contritio vel ſaltem attritio. Idemq; prærequiritur ad diguam ſuſceptionem ſacramenti. *Con. Flo*

¶ Videre tamen hîc opùs eſt, quæ nam confeſsio informis ſit valida & non iteranda: quæ autem non ſit valida & perinde iteranda. Pro cuius dubij explicatione annotare oportet, cõfeſsionem eſſe informem ex duplici capite euenire poſſe, nempe aut ex parte ſacerdotis, aut ex parte pœnitentis. Ex parte ſacerdotis, quia vel nõ impendit abſolutionem, quæ eſt forma huius ſacramenti: vel ſi impendit, non erat ſacerdos habens iuriſdictionem ad abſoluendum, vel non habuit intentionem abſoluendi: & tunc eſt prima concluſio, quòd confeſsio informis ex abſolutionis defectu eſt inualida, & per illam non impletur præceptum, ſed eſt iteranda. Hanc cõcluſionẽ tenent omnes docto. Et probatur, nam [vt retro docuimus ex Ioãnis teſtimonio] neceſſe eſt, vt peccata à ſacerdoti bus remittãtur: ergo q nõ percipit abſolutionẽ à peccatis, quanuis millies ea fuerit cõfeſſus: eò vſq; tenet peccata fateri, quo vſq; ve *Dubium. Notabil. 1. Conc.*

ram absolutionẽ percipiat. At verò absoluere nõ est actus solius characteris sacerdotalis, sed iurisdictionis. Quo fit, vt absolutio impensa à sacerdote non habente iurisdictionem, sit inualida, ac exconsequenti talis confessio repetenda est. Et ex hoc rursus infertur, vt etiam siquis bona fide confiteatur sacerdoti, quem arbitretur habere iurisdictionem, cumprimùm sciuerit eã non habere, tenetur iterum confiteri eodem anno, quia confessio nõ fuit maioris valoris, quàm facta laico, vt bene annotat Soto. Pariratione si manifestissimè constet pœnitenti, sacerdotem non habuisse intentionem absoluendi, tenetur iterum confiteri, quia ex defectu intentionis ministri absolutio redditur nulla, vt diximus, cùm de sacramentis in genere ageremus. Quandiu verò ignorauerit pœnitens, sacerdotem non habuisse iurisdictionem aut intẽtionẽ absoluendi, excusatur, ac proinde securus est in cõscientia.

Soto.

¶ Ex parte verò pœnitẽtis confessio fit informis, aut ex defectu intentionis, aut ex defectu integritatis confessionis, aut ex defectu contritionis.

2. Conc.

¶ Sit ergo secunda conclusio, quòd si deest pœnitenti intentio suscipiendi sacramentum ecclesiæ, confessio est nulla, & per illã nõ impletur præceptum ecclesiæ, & ideo est iteranda. Hæc conclusio non indiget probatione, eò quòd intentio suscipiendi sacramẽtum est necessaria, vt diximus suprà.

3. Conc.

¶ Tertia conclusio. Quando ex intentione & dedita opera non facit pœnitens integram confessionem mortalium, sed vel ex verecundia, vel ex alia causa vnum aliquod mortale tacet, confessio est nulla, & non impletiua præcepti, sed iteranda. Hęc conclusio est omnium doctorum sententia calculo approbata. Et ratio est, quia illa cõfessio integra materia sacramẽti pœnitentiæ nõ est: cũ ex propria ratione formæ sacramenti repugnet. Vnde, in concilio Flo. sub Eugenio. 4. diffinitur, ad confessionem quæ est huius sacramenti materia, pertinere, vt omnia peccata mortalia, quorum homo memoriã habet, suo sacerdoti integrè confiteretur. Vnde, si aliquod mortale peccatum & circunstantiã inter confitendum silet ex intentione, vt dicit conclusio, & nouum peccatum committit, & sacrilegus efficitur, & idem est, si consultò noluit facere diligẽtiam in indagandis peccatis.

Conc. flo

4. Conc.

¶ Quarta conclusio. Si peccator negligentiam affectam, aut omnino crassam in facienda integra confessione habuit: ita vt ex huiusmodi negligentia peccatum aliquod mortale prætermiserit, ta-

lis de

lis debet iterare confeſsionem, ac ſi data opera eam mutilaſſet, quia negligentia quando eſt craſſa, reducitur in naturam ſuæ formæ. Qui enim ſine aliquo examine conſcientiæ ſuæ maximè trãſacto anno, accedit ad confeſsionem, re vera vult facere confeſsionem mutilatam.

¶ Quinta concluſio. Si peccator prorſus nullã habuit deteſtationem peccati, quæ aliquo ſaltem modo ſit attritio, nulla eſt confeſsio, ac proinde repetenda. Non enim eſt confeſsio, quæ ſit ſacramenti Pœnitentiæ materia, cùm à nulla Pœnitentia proficiſcatur, ſed eſt mera confeſsionis ſimulatio, vt Capreo. diſtinc. 17. q. 2. & Durand. eadem diſt. q. 13 & Caic. in additionibus. 3. p. q. 5. de cõfeſsione, & in ſua ſumma, & ferè omnes autores ſcholaſtici tradiderunt. Similiter, ſi peccator perciperet, ſe imperfectum dolorem habere, & non cõfiteretur illam fictionem & paruum dolorẽ, eſſet repetenda confeſsio. 5. Con. Capreo. Durand. Caieta.

¶ Sexta concluſio. Quando confeſſor audiendo confeſsionem dormiuit, aut nõ aduertit ad peccata pœnitentis, repetenda eſt cõfeſsio. Ratio huius concluſionis eſt, quia in tali caſu nõ eſt iudex. 6. Con.

¶ Septima concluſio. Quando confeſſor eſt adeò ignorans, quòd de omnibus peccatis neſcit diſtinguere inter lepram mortalẽ & venialem, ſaltem groſſo modo, quia tunc non etiam cenſetur iudex: quapropter iteranda eſt talis confeſsio, niſi pœnitens ſit doctus: quia tunc parum refert quòd confeſſor ſit doctus vel indoctus: tenetur tamen ipſe pœnitens doctus tunc illum confeſſorem inſtruere, nempe hoc eſſe mortale hoc nõ eſſe mortale: nã aliàs confeſsio non valeret. Si verò, tam confeſſor, quàm pœnitens ignorent, & ſua ignorantia ſit circa ea quæ communiter ignorantur, talis ignorantia non nocet. Si autem ignorantia ſit tanta, quòd ſit eorum quæ à paucis ignorantur eſſe peccata, vt iuramentum vel vindicta de iniuria accepta, talis tunc tenetur iterare confeſsionem, quia talis confeſſor non intelligit peccata illius: & hæc eſt communis opinio. 7. Con.

¶ Octaua concluſio. Quando pœnitens eſt inhabilis ad ſuſceptionem ſacramenti propter cenſuras eccleſiaſticas, quia ſcilicet tenetur maiori vel minori excommunicatione, eſt iteranda confeſsio. Hæc concluſio probatur, nam abſolui debet quis priùs ab excommunicatione minori & maiori, quàm à peccatis, cùm vtra què à participatione paſsiua ſacramentorum ſeparet. Hanc ſententiam tenent ferè omnes theologi, quos citat Silueſter ver- 8. Conc.

D. Tho. bo Cõfessor. 3. §. 8. & præcipuè Diuus Thomas in 4. sent. distinctione. 19. q. 1. articulo vltimo. q. 2. ad 2. Vbi dicit, quòd quandiu quis est excõmunicatus, nõ potest recipere aliquod ecclesiæ sacramẽtum. Et hanc sententiam sequitur Petrus à Palude in 4

Palud. distinctione. 17. q. 6. in conclusione. 2. vbi expressè dicit, quòd excõmunicatus etiã ignorans suam excõmunicationem, tenetur reiterare confessionem post absolutionem, quãdo ei innotescit: quia talis absolutio nulla fuit, sicut si eligeretur etiam ignorãter,

Arch. Fl. electio illa nulla esset. Eandem sequitur Archipræsul Florentinus, & cõmuniter omnes. Et qui oppositum facit, mortaliter peccat: quia contra legem agit, de sententia excommunicationis. c.

Caie. A nobis. el 2. Nec me prẽterit Caietanum tenere contrariam sententiam in summa verbo Absolutio. Dicit enim primò, quòd absolutio ab excommuuicato suscepta, non tenet quantùm ad præsentem fructum, & sacrilegium committit absoluens. Secundò, quòd si excommunicatus recipit absolutionem ignoranter, tali videlicet ignorantia, quæ potest excusare: vt putà iuris vel facti, & est verè pœnitens, tenet absolutio etiam quantùm ad præsentem fructum Et licèt postmodum teneatur quærere & obtinere absolutionem ab excommunicatione, non tamen à peccatis. Tertiò dicit, quòd absolutio impensa excommunicato, tenet: quia licèt sit iure prohibita & illicita, non tamen dicitur in aliquo iure ꝙ sit nulla, & cùm dicitur, quòd excommunicatus excluditur à sacramentis, intelligendum esse, inquit, ad hunc sensum: quia si sumit, ad iudicium suum sumit, & sacrilegus efficitur: non autem quantùm adhoc quòd si suscipit, susceptum sit nullum. Sicut enim ait, si excõmunicatus susciperet sacramentum Ordinis, Confirmationis, Matrimonij, aut Extremæ vnctionis, nõ propterea irritũ esset sacramentum susceptum: pari ratione non est irritum sacramentum Pœnitentiæ ab excommunicato susceptum. Hæc Caieta. opinio, licèt est contra Pe. de Pal. & Archie. non tamen video ꝙ sit contra Diuum Thomã, maximè quia Sanctus Thomas nõ dicit, quòd si absoluatur, non tenet absolutio: multa enim non possunt fieri, scilicet de iure, quæ tamen si fiant, tenent Securior tamẽ existimo esse primã opinionem, & ideò illam sequere.

Notabil. ¶ Animaduertẽdum est hîc, quòd quando est iteranda cõfessio, si contingat eidem confessori confiteri cui prius, non tenetur pœnitens iterare confessionem particulariter replicans: sed sufficit dicere, Dico meam culpam de omnibus illis, quæ aliàs tibi cõfessus

sus sum: & accusset se specialiter de fictione. Secus erit, quando alteri confessori confitetur peccatum fictionis, quia tunc omnia peccata iterum confiteri tenetur.

¶ Sed iam explicare oportet, quæ indispositio sufficiat ex parte pœnitentis, impedire effectum sacramenti & non ipsum sacramentum, ac proinde nec cõfessionem reddat inualidam? Adhoc per aliquot conclusiones respõdetur, quarum prima sit, quòd quãdo homo facit diligentiam, quæ apparet sufficiens iudicio sapientum, sed reuera non est sufficiens, tunc licèt culpa lateat vt cõfessio maneat informis, nihilominùs cõfessio est valida, qa nõ est ex intentione dimidiata. Itaq; licèt negligẽtia sit culpabilis in explorãdo iure aut facto, nisi sit nimis crassa, quãuis pœnitẽs peccatũ cõmittat mortale in confessione, siue ex ignorantia facti, quia non recordatur illius, siue ex igorantia iuris, quia nõ putabat esse peccatum, non tenetur confessionem repetere & iterare, sed satis est, dum intellexerit diligentiam non fuisse sufficientem, negligentiam confiteri, idquè anno sequenti, nam illo anno iam satisfecit præcepto. 1. Conc

¶ Secunda conclusio est. Dum quis habet attritionem conditionatam, idest quæ oritur ex veleitate, qua homo velet placere Deo, ac ipsi reconciliari, & velet si bono modo posset, abstinere à peccato, tale nanquè est propositum & attritio impœnitentium: tunc enim licèt absolutio accedat, nõ fit habens talem attritionẽ, ex attrito contritus, recipit tamen verum sacramentum, si tristatur quia caret absoluto proposito & efficaci dolore, & accusatse de hac etiam indispositione. Hæc est communis attritio meretricum, vsurariorum, & concubinariorum &c. quos omnes si iterare confessiones cogeremus, immensi esset operis & laboris. 2. Conc.

¶ Tertia conclusio. Illa attritio seu dolor, qui ex timore detrimentorum temporalium nascitur, vt ex timore honoris, aut infamiæ, aut mortis, aut iacturæ bonorum, nec cum sacramento sufficit ad gratiam: confessio tamen est valida, vt cùm quis detestatur peccatum, & proponit confiteri, ne eijciatur ab ecclesia, vel non mulctetur pecunia, & examinat conscientiam suam, non consequitur gratiam, licèt confessio sit valida. Soto tamẽ dicit, quòd forte probabilius dicitur, quòd cùm ille timor sit bonus, quia illa sunt verè mala, & à Deo licèt per causas naturales, inflicta: illa attritio dummodo exit timetur contritio, adiuncto sacramento, sufficit. 3. Conc.

¶ Quarta cõclusio. Non est iterãda illa confessio, quæ sine culpa pœnitẽ 4. Con.

pœnitẽtis nõ eſt integra, vt ſi ꝓpter ſcandalũ, aut ꝓpriũ, aut ipſius confeſſoris euitandum, aliquod peccatum tacet: vel ſi diligentiam adhibuiſſet ſufficientem, & tamen alicuius peccati eſſet oblitus. Concilium namquè Floren. ſolùm dicit, quòd tenemur confiteri omnia peccata quorum memoriam habemus.

Con. Flo

5. Conc.

¶ Quinta concluſio. Non eſt etiam repetenda confeſsio, quæ ex negligentia humana eſt mutilata ac manca, non quidem penitus craſſa & ſupina, ſed culpabili, vt ſiquis præterita peccata q̃rat, & diligẽtiã mediocrẽ adhibeat q̃ eſſe idoneã arbitrat, cũ tñ nõ ſit. Hãc ſententiã tenet expreſſè Caieta. Et probat, nã moraliter loquẽdo, talis cõfeſsio eſt integra, cùm pœnitens intendat omnia confiteri, quorum memoriam habet. Item, quia aliàs nimis anxios redderemus ſcrupuloſos: imò piorum etiam animos turbaremus perpetua iterandæ cõfeſsionis ſolicitudine.

Caieta.

6. Conc.

¶ Sexta concluſio. Non repetenda eſt confeſsio, quando ex negligentia obliuiſcitur qs iniunctæ Pœnitentiæ, quanquàm oppoſitum dicat Silueſter verbo Confeſsio. 1. §. 3. Nec Diuus Thomas & Palud. quos ipſe citat pro ſua opinione, vnquam hoc ſomniarunt, imò totum contrarium. Hæc ſententia eſt Domini Caietani in ſuma verbo Confeſsio iteranda, & probatur manifeſta & aperta ratione: quia confeſsio præcedens, fuit iam valida, ergo quicquid poſtea ſequatur, non eſt iteranda. Item, quia poteſt commutari Pœnitentia. Similiter non eſt iteranda confeſsio ex defectu ſatiſfactionis, ita tenet Caietanus vbi ſupra: & patet, nam ſi in peccato mortali ſatiſfactionem à confeſſore impoſitam, pœnitens perficit, non propterea tenetur reiterare confeſsionem, quoniam ſine Pœnitentia ſunt dona Dei, Rom. 11. nam ſi non ſatiſfecit Deo, ſatiſfecit eccleſiæ.

Silueſt. D. Tho. Palud. Caieta.

Rom. 11.

7. Con.

¶ Septima concluſio. Non eſt quoq; cõfeſsio informis iteranda, quando peccator intelligens ſuum imperfectum dolorem, accedit adhoc ſacramentum, & confitetur illam doloris imperfectionem, nam niſi fictionẽ confiteretur, dimidiator confeſsionis eſſet.

Dubium

¶ Sed tunc oritur graue dubium, vtrùm hęc confeſsio informis ſit valida, etiam vbi non accedit abſolutio, nam ſacerdos cui conſtat de tali indiſpoſitione pœnitentis, non debet illum abſoluere, alioquin ſacrilegium committeret, quia cùm à Deo non abſoluatur tunc talis pœnitens, ſacerdos eum abſoluens, agit contra verbũ Chriſti, Quorũ remiſeritis, remiſſa erũt: &, Quod ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cœlo. Et quidem ſi ex ignorantia, vel affectu,

fectu, ac ex paſsione illum ſacerdos abſoluerit, ſacramentum re
ciperet, ac proinde valida eſſet confeſsio, licèt non ſuſciperet pœ
nitens rem ſacramenti, ſcilicet gratiam, ſed quando non acceſsit
abſolutio propter indiſpoſitionem quam confitetur, eſt dubium,
an per huiuſmodi confeſsionem impleatur præceptum eccleſiæ,
& valida ſit talis confeſsio? De hoc ſunt duæ opiniones: Soto nã *Soto.*
què in 4. diſtinctione. 18. q. 3. ar. 3. tenet partem negatiuam. Ait
enim, quòd confeſsio quam non ſubſequitur abſolutio, licèt poſ
ſit vtiliter fieri, neutiquàm tamen eſt valida ad complendum præ
ceptum: imò eſt iteranda. Et probat, quia dum in cap. Omnis vtri
vſquè ſexus. omnis Chriſtianus iubetur, vt confiteatur ſemel in
anno, idem eſt, Confiteatur, quòd, Sacramẽtum Pœnitentiæ ſuſci
piat: at verò dum non accedit abſolutio, illud non ſuſcipit. Item,
quia Baptiſmus ob id eſt validus, etiã dum à ficto recipitur, quòd
ſuſcipitur totum ſacramentum cum materia & forma. Pari ergo
ratione, ſola illa confeſsio cui accedit abſolutio, erit valida, nam
alioquin non recipitur totum Pœnitẽtię ſacramentum. Præterea,
quia confeſsio informis recedẽte fictione, ſuum habet effectum,
vt dicit Diuus Thomas, vbi manifeſtè inſinuat, confeſsionem in *D. Tho.*
formem materiam eſſe ſacramenti per abſolutionem, aliàs nun-
quàm ſortiretur effectum. Re vera, his argumentis & alijs quæ
illic facit Soto, redditur valde probabilis hæc opinio. Oppoſitam
nihilominùs tenet Silueſt. in verbo Confeſſor 4. §. 2. Cui ſenten *Silueſt.*
tiæ ſubſcribũt pręclariſsimus magiſter à Victoria, & magiſter Ca *Victori.*
no in ſua relectione de pœnitentia, & communiter omnes docto *Cano.*
res, & ob id ego huic libenter adhæreo. Et probatur primò, quia
hunc modum confitendi videtur aſſerere pontifex Alexander. c.
Quod quidam. de pœniten. & remiſs. Vbi præcipit, cõfeſsionem *Alexan.*
eorum qui quauis confiteri velint, aſſerunt tamen, ſe abſtinere
non poſſe, recipiendam eſſe. Et eſt ei aliquid iniungendum cum
declaratione, quòd non eſt abſolutus, & de criminibus eſt ei con
ſilium ſalutare exhibendum à ſacerdote ad ipſius remedium. Id
quoquè confirmari poteſt ex cap. Omnis vtriuſquè ſexus. de pœ
niten. & remiſsi. vbi iubetur, vt ſancta Euchariſtia in paſchate ac-
cipiatur, niſi fortè de proprij ſacerdotis conſilio ob aliquam ratio
nabilem cauſam ad tempus pœnitens duxerit abſtinendum. Vbi
expreſſè inſinuare videtur, quòd ille tunc non eſt abſoluendus,
& nihilominùs ſatiſfacit præcepto eccleſiæ. Confirmatur etiam,
quia in illo ſolùm præcipitur, vt confiteatur omnia peccata, quæ
quidem

quidem iam confitetur verè, ergo adimplet præceptũ ecclesiæ. Et quanuis intentio & finis legis latoris sit, vt confessio sit sufficiens ad recipiendam absolutionem & Eucharistiæ sacramẽtum, tamen pœnitens non tenetur implere finem legis latoris, sed solùm tenetur implere præceptum quoad substantiam actus.

¶ Secũdò quoquè probatur ratione, quia cùm ecclesia non obliget ad actum interiorem, satis erit ad impletionem præcepti, confiteri omnia peccata etiam si non habeat dolorem requisitum, si tamen confiteatur huiusmodi pœnitens illum doloris deffectum. Tertio, quia secundùm communem sententiam, non violatur præceptum, quando per actum malum impletur: lex nanquè duntaxat præcipit actum qui de genere suo est bonus moraliter: non autem præcipit, quòd benefiat. Et licèt præcepta de contritione & charitate, si ex timore fierent, violarentur: attamen præcepta de actibus exterioribus, cùm ex timore seruili fiant, inutiliter quidem fiunt, implentur tamen. Absurdum enim esset dicere, quòd si quis eleemosynam conferret extremè indigenti propter inanẽ gloriam, non adimpleret præceptum, verè enim illud implet. Si militer dum quis vadit ad audiendam rem diuinam die festo intentione furandi aut fornicandi, si verè audit, præceptum implet. Ex quibus apertè colligitur, non esse audiendum Adrianũ habentem contrariã sententiam post 5 quæstionem de confessione dubio. 4. nempe non posse impleri præceptum aliquod per actum malum. Colligitur etiam, tenendum esse absquè dubio, censuras quæ vnoquoquè anno fulminantur aduersus eos qui illo anno non sunt confessi, non tangere huiusmodi peccatores impœnitentes, si quidem præceptum ecclesiæ adimplent.

Adrian.

¶ Animaduertendum est tamen, quòd per nullam confessionem impletur diuinum præceptum, nisi absolutio sacramẽtalis super addatur, sine qua sacramentum Pœnitentiæ non est, ita tenet expressè Adrianus & Cano in locis suprà allegatis. Nec obstat prædictis id quod obijci solet, quia ecclesia solùm limitat præceptum Dei de confessione, præfigendo tempus certum & personam quibus fieri debeat confessio, si ergo non impletur præceptum diuinum per talem confessionem, nec ecclesiæ præceptum adimpletur, Non, inquàm obstat, quia ecclesia limitando diuinum præceptum, non semper ducit in obligationem ad certum tempus id quod diuino præcepto est mandatum, sed nonnunquã aliqua præparatoria quibus regulariter homines assurgunt, exple-

Cano.
Adrian.

re qd

re :quod indeterminatè ſine loci ac tẽporis limitatione à Deo eſt præceptum. Verbi gratia, præceptum colendi Deum interiori cultu latriæ per amorem, ſeu diligendo Deum ſuper omnia, dicitur limitaſſe præcipiendo ſanctificationem diei dominicæ per ceſſationem à ſeruili opere & auditionem miſſæ. Non tamen cenſetur ille tranſgreſſor præcepti eccleſiæ, qui ceſſando ab opere ſeruili & audiendo miſſam, non aſſurgit in illam dilectionem Dei ſuper omnia præcepta diuino mandato. Ita in propoſito de limitatione præcepti quoad confeſsionem.

¶ Dubium non diſsimulandum ex prædictis oritur, vtrùm hæc confeſsio informis recedente fictione, ſuum effectum ſortiatur. Cui dubio, omiſſa opinione Adriani vbi ſuprà dubio. 5. & Gabrielis in 4 diſtinctione 17. q. 1. articulo tertio dubio. 2. quitenẽt partem negatiuam, imò & Soto videtur vbi ſuprà adhærere huic ſententiæ, Omiſſa inquam hac opinione, ſit concluſio affirmatiua, nempe quòd ſi ille qui fecit confeſsionem in formem, recipit abſolutionem, conſequitur effectum confeſsionis recedente fictione, quia verum ſacramentum per illam confeſsionem recepit. Secus quando non acceſsit abſolutio, quia tunc, cùm non recepit verum ſacramentum licèt adimpleat præceptum eccleſiæ, non cõſequitur effectum confeſsionis illius informis recedente fictione, & hoc probat tertia ratio quam facit Soto ſuprà, non autem probat quòd per illã confeſsionẽ non impletur præceptum eccleſiæ. Probatur modo noſtra concluſio: tum authoritate, quia illam tenet Sanctus Tho. in 4. diſtinctione 24. q. 3. ar. 4. q. 1. & Caieta. & Capreolus: tum etiam ratione, nam huiuſmodi pœnitens non tenetur rurſum confiteri peccata quæ ſemel confeſſus eſt, quia ſi ſententia in aliquo foro ſemel fuit valida, non opùs eſt eã iterum ferri: ſed ſolùm tenetur fictionem ſuam poſtmodum confiteri: recedente igitur fictione, ſacramenti effectum conſequitur. Hæc conſequentia probatur, quia illi homini apertum eſt regnum cœlorum, quod erat clauſum per huiuſmodi peccata, & hoc virtute clauium, quia non aliter peccatoribus, quàm per claues regnum clauſum aperiri poteſt: nam non eſt dicendum, quòd virtute contritionis quam poſteà habet. Nec alia ratio niſi hæc diuum mouit Auguſtinum, vt aſſereret, Baptiſmum recedente fictione, ſuum effectum conſequi. Quia ſi poſteà peccator fictè baptizatus, conteratur, & aſſeras, gratiam illi cõferri ex contritione, non autem ex vi Baptiſmi ante ſuſcepti: tunc

Dubium. *Adrian.* *Gabriel.* *Soto.* *Con. af.* *D. Tho.* *Capreo.*

huiu

huiuſcemodi nõ renatus eſſet ex aqua & ſpiritu ſãcto. Quare iuxta Domini ſententiam, non intraret in regnum cœlorum. Cum igitur pœnitentiæ ſacramentum ſit neceſſarium ad ſalutem peccatoribus baptizatis [vt dictum eſt] ſi cui ex vi ſolius contritionis peccata remitterentur, huic ſine remiſsione ſacramentali peccata condonarentur: cum tamen ſcriptum ſit Ioan. 20. Quorum retinueritis, retenda ſunt: tenenda igitur eſt hæc noſtra ſententia. Et licèt ſit neceſſe cauſam naturalem ſimul eſſe cum effectu, vel aliquid relinquere loco ſui, quod ſimul re effecta ſit: attamen cauſam moralem non opùs eſt ſimul eſſe cum effectu, ſed ſatis eſt fuiſſe. Miles namquè ſtrenuus propter rem præclarè ac fortiter in bello geſtam, meruit coronam apud Cæſarem, tranſactaq; illa re præclarè geſta, recipit illam mercedem à rege. Neclolùm id tribuendum eſſe exiſtimo Baptiſmi & Pœnitentiæ ſacramentis, quæ ſunt de neceſsitate ſalutis, verùm etiam piè credendum eſt, hoc habere etiam ſacramentum Ordinis & Confirmationis, cùm repeti non poſsint, & fructus iſtorum ſacramẽtorum ordinatis & cõfirmatis ſit perneceſſarius, imò Caietanus in additionibus tertiæ partis. q. 5. de confeſsione abſolutè aſſerit, quòd in vniuerſum hoc habent omnia ſacramenta. Sed nulla ratione conuicente, hoc probat. Vnde, ſolùm de Ordine & Cõfirmatione hoc vero ſimile eſt, nè per petuo ſuo fructu priuẽtur, & per hoc reſpondetur ad Diuum Thomam, dicentem, Et ſic etiam eſt in alijs ſacramẽtis: nõ enim dixit in omnibus. Hoc nãq; ſatis eſt ad ſeruandã ac verificandam præfatam literam vel fortè voluit Diuus Thomas dicere, quòd alia ſacramecta recipi poſſunt à fictis. Signanter dixi. Piè credendum eſt &c. quia ego non inuenio cauſam cogentem, vt id quod tribuimus Baptiſmo & Pœnitentiæ, alicui alio ſacramento abſolute & ſimpliciter tribuamus: quia proprius effectus iſtorum duorum ſacramentorum eſt, aperire ianuã regni cœlorũ.

Ioan. 20

Caieta.

Di. Tho.

XXII. DIFFICVLTAS.

Vtrùm ex attrito ſemper fiat pœnitens contritus virtute ſacramenti

IN præſentiarum non quærimus, an attritio fieri poſsit contritio, quia de hoc iam ſuprà tenuimus partem negatiuam. Sed quærimus an pœnitens habens ſolam attritionem fiat

fiat contritus virtute ſacramẽti recepti? Cui quæſtioni vnica hac concluſione reſpondetur, nempe quòd in tribus caſibus contingit fieri pœnitentem ex attrito contritum. Primo, quocunquè genere attritionis ſit attritus, ſi exiſtimat ſeſe præſtitiſſe quod erat neceſſarium, ignoratq; inuincibiliter, ſe non habere ſufficientem diſpoſitionem: quia is non ponit obicem, ſed bona fide accedit ad ſacramentum. Et hoc modo omnia ſacramenta ex attrito contritum faciunt. Quod Di. Tho. manifeſtè tradit in commentarijs ſuper Ioãnẽ c. 11. in verbum illud, Soluite. Secundò, cùm quis deteſtatur omnia peccata mortalia, & idcirco confitetur, ne ſcilicet per peccatum excludatur à gloria, vel non in inferni ignem conijciatur. Eſt enim attritio illa efficax ac idonea diſpoſitio, quę ex timore pœnarum ſupernaturalium procedit ad gratiam percipiendam per ſacramentum Baptiſmi & Pœnitentiæ. Ita tenet Diuus Thomas in 3. p. q. 80. ar. 4. ad. 2. & in 4. ſen. diſtinctione 24. q. 1. ar. 3. q. 1. ad. 3. Ratio etiam quam adducit, non eſt contemnenda: quia ſacramentum Baptiſmi & Pœnitentiæ per ſe ordinatur ad præſtandam vitam mortuis. Quocirca proderit illis, modò habeãt attritionem, per quam tollitur obex & cõplacentia in peccatum commiſſum.

Con. vn

D. Tho. Ioan. 11.

D. Tho.

¶ Tertiò etiam, forſitan fit de attrito contritus pœnitens, quando attritio procedit ab amore naturali Dei ſuper omnia, nempe quia conſiderat, Deum ſummum bonum eſſe, & quòd ipſe donat nobis quicquid habemus, & quòd eſt gubernator totius vniuerſi: & ob id dolet de peccatis in Deum commiſsis: forſitan enim talis attritio eſt diſpoſitio idonea, vt virtute ſacramneti Baptiſmi & pœnitentiæ gratia conferatur: quia talis etiã attritio tollere videtur complacentiam in peccato & obicem ſacramenti.

De miniſtris ſacramenti Pœnitentiæ.

XXIII. DIFFICVLTAS.

Vtrùm ſolus ſacerdos ſit miniſter huius ſacramenti.



Reſpondetur huic difficultati quinq; concluſionibus, & earum prima ſit. Solus ſacerdos ritè ordinatus, eſt miniſter ſacramenti Pœnitentiæ. Hæc concluſio tenenda eſt ſecundùm fidem catholicam. Habetur enim diffinita in conc. Floren. & eius contraria ſeſ

1. Conc

Con. Flo.

ria ſententia eſt articulus tertius decimus à Leone tanquàm peſtilentiſsima hæreſis Luthero cõdẽnatus, & priùs fuit error Vuit
Tho. Vu cleff, vt refert Thomas Vualden. tomo. 2. de ſacramẽtis. c. 135. Et probatur noſtra concluſio, nam abſolutio fit virtute clauium: ita quòd nullus poteſt abſoluere in foro pœnitentiali, niſi habeat claues, cùm claues ordinentur ad abſoluendũ. At verò nullus habet claues niſi ſacerdos, cùm claues dentur in ſacerdotalis ordinis collatione, ſolus ergo ſacerdos eſt miniſter, atquè illi ſoli confeſsio ſacramentalis eſt facienda: ita nanq; tenet expreſſè. Di. Auguſti-
D. Augu nus, cuius verba habẽtur de pœnit. diſt. 6. Qui vult, inquit, confiteri peccata ſua, vt inueniat gratiam, quęrat ſacerdotẽ: ſolis enim apoſtolis ac ſubinde eorum ſucceſſoribus ſacerdotibus Chriſtus
Matt. 16 dixit, Quorum remiſeritis peccata &c. & Matth. 16. Petro ſingulariter dictum eſt, Tibi dabo claues regni cœlorum: quodcunq; ſolueris &c. & Matthei 18. Apoſtolis idẽ verbum repetitum eſt,
Matt. 18 Quęcunquè ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlo &c.
Ioan. 20. Ioan. inſuper. 20. c. Soli Petro dixit, Paſce oues meas. Veritas hæc poſtremò, nempe quòd ſit ſolis ſacerdotibus confitendum & non laicis quantuncunquè bonis & deuotis, habetur in multis capitibus de Pœnitẽtia diſt. 1. vt c. Quem pœnitet. &. c. Agite pœnitentiam. &. c. Quidam, & multis alijs.

Dubium. 2. Con. ¶ Sed dubium eſt, vtrùm in abſentia ſacerdotis teneantur confiteri laico? Pro hoc ſit ſecunda cõcluſio in ordine. Quanuis Chriſti fideles conſtituti in neceſsitate, non teneantur ex aliquo præcepto diuino aut humano cõfiteri peccata ſua laicis, nihilominus licebit confiteri illis, vt cùm quis periclitatur in articulo mortis, vt ſolet frequenter contingere nauigãtibus, quibus deſunt ſacerdotes. Concluſionem hanc tenet Magiſter. ſen. in 4. diſt. 17. c. 5.
Auguſt. Mag. ſen vbi adducit Auguſtinum in lib. de vera & falſa pœnitentia. c. 10. Cuius verba habentur de pœnitentia. diſt. 2. c. Quem pœnitet. & hæc eſt communis omnium ſcholaſticorum ſententia in eadem diſt. vbi ſequuntur Magiſtrum ſen. Et prima pars concluſionis notiſsima eſt, cũ huius cõfeſsionis nõ fiat mẽtio in c. Omnis vtriuſq; ſexus. tãtum enim illic præcipitur, vt vnuſq; ſq; proprio ſacerdoti cõfiteatur. Nec verba illius cap. Quẽ pœnitet. ſonãt p̃ceptũ, ſed
3. Conc. cõmẽdationẽ virtutis cõfeſsionis q̃tãta eſt, vt poſsit fieri laico. ¶ Tertia concluſio. Non tantùm eſt licitum cõfiteri laico vbi deeſt ſacerdos, verùm etiã bonũ & vtile. Hæc concluſio eſt contra
cotus. Scotũ in 4. diſt. 17. ar. 2. & probatur: tum, quia eccleſia non condemnat

demnat istã confessionẽ: tum etiã, quia ex erubescentia ac pudore magis excitantur ad dolorẽ peccatorũ ac deuotionem confitẽtes peccata sua laicis, ac ex consequenti peculiariùs distinctiusq; detestantur peccata Item, quia potent ab illo amico consilium accipere & medelã suis curãdis morbis. Vnde, non impedit, vt quis dispendium propriæ famæ faciat, ob tantum spũale bonum consequendum.

¶ Quarta conclusio. Laicus huiusmodi confessionẽ audiens, nõ potest sacramentalẽ absolutionẽ impendere cõfitenti, & si ipsam de facto impendat, non manebit confitens absolutus. Namsolis presbyteris tradita est potestas absoluendi: cùm soli; illis Dominus dixerit, Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata remittuntur eis, Ioan. 20. Poterit tamen illum absoluere depræcatiuè dicens, Misereatur tui &c. Quo fit, vt non conferat tũc Deus eandẽ gratiã, quam conferret per sacramentum, nec si pœnitens est tantùm attritus, eius attritio fiet contritio, quia vbi non est sacramentum, non est speranda alia gratia quàm, quæ actui detestationis respondet, sed si ille accedit contritus, Deus acceptat suam voluntatem, postquàm non põt habere copiam sacerdotis. Quare cùm dicit D. Tho. in illa dis. citata q. 3. ar. 3. q. 2 ad 1. ꝙ cõfessio laico ex desiderio sacerdotis facta, sacramentalis est quo dã modo, quanuis nõ sit sacramentum perfectum, quia deest ei id quod est ex parte sacerdotis: nõ intelligitur quasi sit pars sacramẽti, sed quòd habet quãdam imitationẽ sacramentalis confessionis, ita exponit Soto in 4. dist. 18. q. 4. ar. 1. Vnde non eodẽ prorsus vinculo tenetur laicus ad sigillum secreti, quo tenetur sacerdos: tenetur tamen maiori quàm si illud sub secreto alio quocunq; audiret citra sacramentalẽ confessionẽ, & ideo graue committeret peccatũ mortale, si illud reuelaret, & esset supplicio dignus.

4. Con. Ioan. 20 Di. Tho. Soto.

¶ Quinta conclusio. Licèt laicus audiens confessionẽ huiusmodi, de facto absoluat confitentem absolutione sacramentali, grauissimè peccet & sit maximo supplicio dignus tanquàm sacrilegus: non ideo tamen efficitur irregularis. Hanc conclusionem tenet Siluest. in verbo Confessor § 1 Et qnanuis Palud. in dist. 17 q. 3. magis se inclinet in contrariam sententiam, nempe quòd esset irregularis: probabiliorem tamem reputo cõclusionem nostram, cùm nõ sit expressum in iure, ꝙ in hoc casu de quo disputamus, incurratur irregularitas. Regula nãq; est valde notabilis, ꝙ irregularitas vel excõmunicatio nõ incurritur nisi paliquo facto, de quo

5. Con. Siluest. Palud.

habetur

habetur expreſſa pœna huiuſmodi in iure, vt patet apertè ex. diſt c. His qui. de ſententia excommunicationis in 6. & de pœnitentia 1. c. Pœnæ. vbi dicitur, pœnas legum interpretatione eſſe molliendas, non exaſperandas.

XXIIII. DIFFICVLTAS.

Vtrùm ſit neceſſarium proprio ſacerdoti confiteri.

1. Conc.  Vic difficultati aliquibus concluſionibus reſponde tur, quarum prima ſit. Neceſſarium eſt quòd confeſsio fiat aut proprio ſacerdoti, aut cui ipſe commiſerit. Probatur concluſio iſta, nam vt dictum eſt, licèt omnes & ſoli ſacerdotes habeant claues, non tamē omnes habent materiam, ideſt parochianos, in quos poſsint exercere vſum clauium, ſed ſolùm illi qui autoritatē habent abſoluendi: ſcilicet ordinariam, vel ſuperioris commiſsionem, vt habetur in conc. Flo. Vbi annotato, quòd non ſufficit ad ſacramenti pœnitentiæ adminiſtrationem, ſacerdos. Requiritur enim vltra ſacerdotalē poteſtatem, alia poteſtas, quæ eſt iuriſdictionis. Cōmuniter enim dici ſolet, quòd duplex poteſtas requiritur, ordinis ſcilicet & iuriſdictionis, quarum ſi vna deeſt, non ſolùm peccabit mortaliter, ſed abſolutio ſacramētalis erit nulla, quod peculiare eſt in hoc ſacramento, nam Baptiſmus collatus à non habente iuriſdictionē, & ordo ſimiliter validus eſt. Et quidem poteſtas ordinis ex ſacerdotio habetur, quam omnes ſacerdotes ritè ordinati habent: poteſtas verò iuriſdictionis habetur vel ex officio paſtorali, & iſto modo habet illam Romanus Pontifex, qui eſt vniuerſalis totius eccleſiæ paſtor, & epiſcopus in ſuo epiſcopatu, & parochus in ſua parœcia. De qua re videndus eſt Siſueſter in verbo Confeſsio. 1. & Petrus à Palud. in 4. diſt. 17. q. 3. ar. 2. Eſt etiā poteſtas iuriſdictionis in illis omnibus, quibus ex officio ſuo cura animarum incumbit, & iuriſdictionem hanc habent ex electione, vt generales proninciales, abbates, & priores in religionibus, qui omnes ſub pontifice maximo, ſunt ordinarij prælati, qui committere ſolent audientiam confeſsionum. Solus enim proprius ordinarius, qui propriam habet animarum curam, ſi non ſit iure prohibitus, nempe hæreticus, vel nominatim excommunicatus, vel manifeſtus percuſſor clericorum poteſt cuicunquè alij ſacerdoti non iure

Con. Flo

Silueſt. Petr. pal

non iure impedito facultatem ſuam concedere abſoluendi ſuos ſubditos. Alij verò habent hanc poteſtatem ex commiſsione, vt ſunt omnes expoſiti confeſſores. Expoſiti, inquàm, vel à Papa vel ab Epiſcopis vel à curatis, & qui ex commiſsione hanc authoritatem habent, non dicuntur proprij ſacerdotes. Aliud eſt enim eſſe legitimum ſacerdotem, & aliud proprium, vt proprius ſit ordinarius: legitimus tñ eſt quicunq; id poteſt ſiue propria ſiue commiſſa authoritate, & iſti ſic delegati non poſſunt alijs committere facultatem illis cõmiſſam, niſi in illa facultate fuerit expræſſum vt poſsint ſub delegare. Quando tamen ſubſtituuntur loco curatorum per Epiſcopos, ſit eis poteſtas ſubdelegandi. Suprior verò, niſi mortuo vel amoto priore, non eſt ordinarius.

¶ Secunda concluſio. Non ſufficit ad veram abſolutionem conſequendam confiteri peccata ſacerdoti habenti iuriſdictionẽ in altero Epiſcopatu vel in altera paræcia, ſed requitur quòd ſuo proprio ſacerdoti confiteatur. Hæc concluſio patet ex .c. Omnis vtriuſq; ſexus. vbi expreſſè præcipitur, quòd nullus ſacerdos niſi de licentia proprij ſacerdotis poſsit abſoluere vel ligare quempiam, qui non eſt ſuus parochianus. 2. Concl.

¶ Tertia concluſio. Parochialis ſacerdos tenetur parochianorũ confeſsiones audire, quando ipſi tenentur confiteri, putà ſemel in anno & in articulo mortis. Hæc concluſio certiſsima eſt, quoniã iniquum eſſet ius gregem obligans confiteri, inquit Soto, niſi paſtorem obligaret audire. Imò non ſolùm curatus parochialis tenetur confeſsionem ſubditorũ audire tẽporibus dictis: ſed quoties illi rationabili cauſa voluerint confiteri, ita tenet Soto in .4. diſt. 18. q. 4. ar. 2. contra Ricardum in eadem diſt. & probat, nam hoc onus ſecum affert officium paſtoris, vt quoties ouis rationabili cauſa pabulum illud poſcit, teneatur ei paſtor porrigere. Intelligitur tamen concluſio, niſi ſacerdos ſit alijs negotijs vacans, quare tunc non poſsit pœnitentem audire, & tunc debet eſſe facilis in concedenda facultate alteri confitendi. 3. concl. Soto.

¶ Quarta concluſio. Licèt ita ſit vt prædictum eſt, quòd ſemper tenentur Chriſtiani proprio ſacerdoti confiteri, ſunt tamẽ aliqui caſus in quibus quilibet ſacerdos fortitur ſubditum, ſic vt poſsit illũ ſacramentaliter abſoluere à peccatis. Primus caſus eſt ratione neceſsitatis, vt in articulo mortis cùm deeſt proprius ſacerdos, poteſt quiſq; à quocunq; ſacerdote abſolui, non ſolùm à quibuſcunq; peccatis quantuncunq; vel à iure vel ab homine reſer 4. concl.

natis, verùm à quacunq; ex communicationis ſententia, vt apertè conſtat ex cap. Paſtoralis. de officio ordi. Nec tantùm intelligitur hęc concluſio, quòd poteſt exiſtens in articulo mortis abſolui à quocunq; catholico ſacerdote etiam excommunicato nominatim ſuſpenſo, & degradato, & irregulari, verùm & ſentiunt plures viri docti, licitum eſſe tunc abſolui à præciſo, ſcilicet hæretico & apoſtata, qui amiſſa fide non ſunt membra Eccleſiæ, vt ſunt Petrus à Palud. in 4. d. 25. q. 1. & Maioris. diſt. 17. & Gloſa extrà de ſponſalibus. c. Non eſt vobis. & D. Tho. id ſentire videtur in diſt. 19. q. 1. ar. 3. q. 1. & diſt. 20. ar. 1. q. 2. Et quidem quoad hoc quòd poſsit abſolui à quocunq; catholico ſacerdote conſtitutus in mortis articulo, neutiquàm dubitandum eſt. Non enim apparet cauſa, quare fideles in articulo mortis priuentur ſacramento ex diuina inſtitutione ad ſalutem neceſſario præſente catholico ſacerdote etiam excommunicato & ſuſpenſo &c. præſertim quia cùm homines ferè non contritionē, ſed attritionē habeāt, durū eſſet, hōmibus maiori expte ibecillibus, in tali piculo vele deeſſe. Quoad id aūt quòd poſsit abſolui ab hæretico & apoſtata, Silueſter in verbo, Confeſſor. 1. §. 20. tenet quòd non poteſt fieri, eò quòd non ſolùm vſu iuriſdictionis carent, verùm & iuriſdictione, ſiquidem fidē amiſerunt, & certè probabilis eſt valde hæc ſentētia, maximè quia hoc ſacramentū nō tam neceſſariū eſt quàm Baptiſmus, ſed tñ quanuis ita ſit, nihilominùs probabiliorem reputo primā ſententiā, & hanc tenet Cano inſua relectione de pœnitentia: & probat, quia Deus non defficit in neceſſarijs: ſicut igitur poteſt quilibet i articulo mortis licitè baptizare non obſtante quacunq; eccleſiaſtica cenſura & prohibitione, ita etiam in eodē articulo quilibet ſacerdos licitè poterit abſoluere, cùm vtrunq; ſit ſacramentum neceſsitatis, & vtrumq; iure diuino præceptum. Item probatur, quia neceſsitas caret lege, vt habetur in. cap. Quod nō eſt. de regulis iuris in 6. non ergo exiſtimandum eſt, Eccleſiam legem qua præciſum amouet à ſacramentorum miniſterio, ad extremum neceſsitatis articulum extendere voluiſſe. Tu verò lector tene quam malueris.

Palud. *Maior* *Gloſa* *D. thom.* *Silueſter* *Cano*

Notabil. ¶ Sunt tñ hîc ætuor annotanda circa hāc cōcluſionem. Primum, quòd articulus mortis dicitur, vbi mors frequenter ſolet accidere [vt retro docuimus] In haſtarum enim ludo, in taurorum agitatione, in nauigatione placidi maris, quanuis mors ſequatur: nō tamen dicitur articulus ſeu periculum mortis, cùm non frequenter ſequatur mors. Articulus igitur mortis eſt in bello, in mari vehementer

mẽter turbato,& in partu fœminæ,de quo probabiliter propter cauſas naturales timeremus, & ſimiliter cùm mors iam eſt in fieri per cauſam naturalem aut violẽtam:nempe,per infirmitatem, aut dum miniſterio iuſtitiæ eſt quis interficiendus.

¶ Secũdũ eſt ,q̃ neceſsitas coicandi nõ cõfert facultatẽ alicui,vt poſsit abſolui à quolibet ſacerdote,quãdo deeſt,prius ſacerdos. Nã neceſsitas celebrandi miſſam quæ maius quid importat, quã neceſsitas coicandi:non dat facultatem hanc, vt liceat cuicunq; ſacerdoti quemlibet abſoluere , ſed dimittitur conſtitutus in tali neceſsitate intra terminos non habentium copiam confeſſoris. *Notab. 2*

¶ Tertiũ eſt,quòd abſolutus in articulo mortis à ſimplici ſacerdote,ſatisfacit p̃cepto Eccleſiæ de cõfeſsione ãnuali faciẽda proprio ſacerdoti,tenetur tñ notificare ei,quòd cõfeſſus eſt. *Notab. 3*

¶ Quartũ eſt,quòd ſic abſolutus ab excoicatione per ſimplicẽ ſacerdotẽ ſi ceſſante poſteà piculo liberatus fuerit, quàm citò cõmodè potuerit,cõtẽpſerit ſe p̃ſentari illi à quo ceſſante tali piculo abſolui debebat ad implẽdũ ea quę ſibi præceperit facere ,prout iuſtitia ſuadebit,ipſo iure in eãdẽ excoicationis ſententiam reincidit,vt habetur in.c.Eos qui.de ſententia excommu.li.6. *Notab. 4*

¶ Secundus caſus eſt ratione libertatis.Pro quo ſciẽdũ eſt,quòd libertas in propoſito ſignificat non ſubiectionẽ alicui particulari vt ꝓprio ſacerdoti. Et hęc libertas tripliciter inuenitur. Vno mõ, quia perſona nulli ſubditur,vt perſona Papę:idcirco ille cui ſe ſubijcit,poteſt eum abſoluere à peccatis,& eo ipſo quòd aliquem elegit,per electionẽ tribuit illi iuriſdictionẽ ,& quẽadmodũ eo ipſo quòd ĩ peccatũ mortale labitur,iure diuino ad confeſsionẽ tenetur,ita eodẽ iure iudicẽ ſibi cõſtituere tenetur. Et idẽ etiã eſt ꝺ epiſcopo,quòd dñ cõfeſſorẽ ſibi eligit,tũc dat illi iuriſdictionẽ in ſe, quã nõ habebat. Et poſtq̃,illũ cõfeſſorẽ ſibi cõſtituit , tam Papa q̃; Epiſcopus tenetur ei parere ſicut cæteri fideles. Obligatur enim ſummus Pontifex confiteri coram ſacerdote ſicut quilibet alius habens peccatum mortale.Secũdo modo inuenitur hæc libertas in illis qui nunq̃ in eodẽ loco permanent : ex quo prouenit quòd nulli particulari miniſtro ſacramenti pœnitentię ſubdantur , quia nõ eſt maior ratio quòd ſubjiciãtur vni magis q̃ alteri , vt ſunt vagabũdi,qui vel nullibi habitãt,ſed vagãtur, vel licèt alicubi domicilĩ cũ vxore & filijs habeãt,cõmuniter tamen ſunt in cõtinuo motu,ita quòd etiã in paſchate extra inueniri cõſueuerũt. Hi enim perinde ac vagabundi quoad ſacramenta Pœnitentiæ & Eucha-

ristiæ censetur:& absolui possunt à quolibet cõfessore illius loci vbi inuenitur tpe quo cõfiteri tenentur vel ex deuotione coicare volunt etiam à crimine reseruato in alia diœcesi vbi illud cõmisit,quod nõ reseruatur vbi confitetur,potest absolui à quolibet sacerdote parochiali absq; licentia Episcopi eiusdem loci,imò & ab excoicatione qui excõmunicatus est in alia diœcesi potest absolui authoritate Episcopi vbi est & p diploma cruciatę, si iam satisfecit prȩcepto. Tertio modo inuenitur hæc libertas ratione materiæ:nempe,quia in tali materia nulli confessori subiectus est,vt in peccatis venialibus contingit,quia nullus illa confiteri tenetur. Hinc est,quòd propter illa nulli confessori subditur à iure:ac proide quilibet ab vnoquoq; sacerdote de huiusmodi peccatis venialibus sacramentaliter potest absolui.

¶ Tertius casus est ratione facultatis,quæ quidem à iure cõcessa est Episcopis,patriarchis,& tam inferioribus q; superioribus prælatis exemptis:nempe,oibus prȩlatis religionũ,vt abbatibus,gñalibus,prouincialibus,prioribus & guardianis,vt possint sibi eligere cõfessores.Ita habetur in.c.Ne pro dilatione.de pœnit. & remiss. præterq; quòd more & vsu ita obseruatum est in religionibus. Curati verò non sunt prælati,& ideo in proprium sacerdotem habent solùm Episcopum:quanq; consuetudine habeant vt possint sibi eligere cõfessores,qui præterq; à casibus reseruatis eos possint absoluere.Conceditur etiam hęc facultas eligendi confessorem,multis ex speciali gratia à summo pontifice in confessionalibus.Vnde hi absolui possunt à quocunq; maluerint confessore habente iurisdictionem non impeditam qnantùm ad exquutionem per excommunicationem vel degradationem.

Notabile ¶ Quartus casus est ratione licentiæ:pro cuius plena intelligentia annotare oportet,quòd bifariam contingere solet dare licentiam:nempe,vel explicitè,vt cùm curatus in communi dicit populo,Vnusquisq; vadat ad cõfitendũ cui voluerit:aut cũ dicit specialiter alicui,Confitearis cui vis:quod nihil aliud est,quàm cõferre licentiam eligendi sibi confessorem: vel implicitè, & hoc primò contingit licentiam conferendo subditis ad peregrinandum, quia in hac pegrinatione licentia implicitè creditur claudi cõfitendi,cùm confessio comes viatorum esse debeat. Vnde confiteri possunt cum confessoribus hominum commorantium in locis ad quæ declinauerint.Prouidetur nanquè in iure de ministro Eucharistię pro peregrinis licenciatis a suis curatis,vt patet in cap.

Presb.

presbyter. de celebra. missa. Et ob huiusmodi implicitã licẽtiã possunt huiusmodi viatores in paschate confiteri & cõmunicare vbi se inuenerint. Concessit nanq;, seu declarauit Eugenius. 4. viuæ voçis oraculo, viatores vbi se inuenerint in paschate, cẽsendos tã quã adeptos incolatũ quoad p̃dicta sacramẽta. Ex quibus iã eui dẽter colligitur, fratres iter simul agẽtes, licẽtiã habere implicitã, absoluendi ad inuicem. Imò credo, saluo meliori iudicio, q̃ possunt huiusmodi fratres sic iter agentes, absoluere se ad inuicẽ in quocunq; conuẽtu ad quẽ declinauerint. Probatur, nam p̃latus posset eos absoluere si ibi esset, ergo & ipsi possunt ad inuicẽ cũ licentiã habeant à suo prælato. Sine scrupulo enim tenendũ est, q̃ quilibet potest absoluere subditos suos, vbicunque sint. Quilibet igitur potestatẽ delegatã habens, poterit, cùm sit eadẽ authoritas. Quo fit, vt confessor in vno episcopatu expositus, possit in colã illius episcopatus absoluere in alio episcopatu vbi nõ est expositus quantũ ad confessiones & communiones necessarias, scilicet paschales vel solitas: quãtũ ad eos qui ſrpe consueuerũt cõfiteri & cõmunicare vel celebrare. Nec solùm potest hoc plebanus, verũ etiã religiosus põt hominem diœcesis vbi est expositus per episcopũ, vbicunq; absoluere, quia Clemen. pares facit religiosos & plebanos. Extrauagans autẽ, Vas electionis. & Clemen. Dudũ. inquibus dicitur, q̃ extra ciuitates & diœceses in quibus sunt deputati, nõ possunt illã facultatẽ exercere, intelligitur, q̃ nõ possunt eã exercere in subditos alterius episcopatus, nõ autem in illos qui sunt eiusdem episcopatus, vbi sunt expositi. Scio tamen Siluestrũ in verbo. Cõfessor. 1. §. 14. tenere contrariã sententiã, nẽpe q̃ nullus confessor põt quẽpiã absoluere extra diœcesim in qua est præsentatus & expositus, sed profectò primę sentẽtiæ absq; scrupulo aliquo adhærendum esse censeo, præsertim quòd opinio Silueſtri nulli rationi innititur. Datur quoq; licentia implicitè, sciendo & tacẽdo, vt cùm episcopus scit consuetudinẽ esse, vt canonici seu curati sui adinuicem se absoluãt, & similiter cùm vniuersos sacerdotes simplices videat episcopus sibi eligere confessores, & silet, eandẽ videtur concedere facultatẽ. Nam quanuis nulla consuetudine possit introduci, vt quis possit sibi eligere cõfessorẽ, vt habetur in. c. Si episcopus. de pœni. & remissio. lib. 6. absq; licẽtia sui superioris, ex hoc tamẽ, q̃ episcopus scit & tacet, videtur illis prouidere confessorem. Et tacita episcopalis licentia robur dat absolutionibus: ac consuetudo nõ concurrit nisi vt testis licentiæ implicitæ. Intelligenda tamen sunt omnia ista: non

Eug. 4.

Silueſte.

quoad casus reseruatos, quia nõ ex eo ꝙ episcopus cõfert alicui licẽtiã, vt cui voluerit cõfiteatur: cõcedit casus reseruatos, siue licẽtia sit explicita, siue implicita. ¶ 5. Casus, in quo põt quis absolui à quolibet sacerdote, est ex cõsuetudine: quia à cõsuetudine ita pscripta cardinales & episcopi habent curã suæ familiæ. Quapropter de eorũ licẽtia familiares eorũ confiteri possunt, cui voluerint. Nã ex cõsuetudine eorũ familia nõ subest ordinarijs: sed illis quibus cardinales & episcopi voluerint. Quãdo aũt sunt extra dioeceses suas, dicũt sumistæ, ꝙ nõ possunt prouidere familijs suis, vt quibus voluerint cõfiteãtur, nisi adhoc habeãt priuilegiũ speciale summi põtificis. ¶ Dubiũ est hĩc nõ contẽnẽdũ, vtrũm habẽs facultatẽ à superiore prælato confitẽdi cui voluerit vt in præmissis casibus, adimpleat præceptũ ecclesiæ de confitendo semel in anno, pprio sacerdoti? Huic dubio vnica conclusione affirmatiua fit satis. Cõclusio ista est cõmunis omniũ doctorũ sentẽtia in. 4. d. 17. & diffinit in extrauagãti incipiẽti, Vas electionis. Ioã. 22. Et ratione ꝓbatur, quia si Papa vel episcopus audiret talẽ confessionẽ, pœnitẽs verè adimpleret præceptũ illud appositũ in. c. Omnis vtriusq; sexus. de confessione semel in anno faciẽda: quare ergo nõ adimplebit ille qui ex cõmissione alicui sacerdoti confitetur: cũ eadẽ sit authoritas. Et cõfirmatur, nã ille qui cõfitetur alteri ex cõmissione, nempe virtute indulti summi põtificis, iam confitetur iuxta tenorẽ. c. Omnis vtriusq; sexus. vbi habetur ꝙ de licẽtia ꝓprij sacerdotis põt quisq; cõfiteri alteri. Vnde si quis confiteatur fratribus mendicãtibus ratione priuilegij illis cõcessi: verè pceptũ illud adimplet, quia priuilegiũ cõcessum est illis in vtilitatem & fauorẽ populi. Et patet ex extrauaganti præallegata, vbi iuxta decreta prædecessorũ Alexã. & Cle. cõclusum est, cõfessos fratribus religiosis non teneri ampliùs confiteri proprio sacerdoti eadem peccata. Quo fit, vt non sint audiendi Henri. Gandẽ. quolib. 1. & illi quos Adria. q. 5. de cõfessione citat, scilicet Hosti. Arch. & Ioã monachus, tenentes contrariũ, nẽpe ꝙ qui confessi sunt religiosis per priuilegia, tenẽtur iterũ cõfiteri proprijs parochialibus sacerdotibus. Nemo nãq; cõpelli põt ad confitẽdũ iterũ ea à quibus semel absolutus est, cùm ille iam non habeat peccata.

Dubium.

Cõ. Vn.

Alexan.
Clemen.
Henri.
Adrian.
Hostien.
Archi.
Ioan. ma

¶ Secundum dubium & id grauissimum est, vtrũm habens facultatẽ eligendi sibi cõfessorẽ, siue per põtificis diploma, siue ab episcopo, siue à parochiali sacerdote, possit quẽlibet eligere sacerdotẽ etiã aliàs nõ ꝓbatũ nec expositũ, an tãtũ eligere possit ordinariũ

cura

curam & expoſitū p Ep̄m,tā religioſum q̄; ſacerdotē ſecularē ? In hac queſtione,ſunt duę opiniones & earū.1.eſt, quòd abſq; timore poteſt habēs priuilegiū, eligere quē voluerit.Hāc ſnīam tenēt Antoninus.3.p.titu.17.c.7.& Gabriel in.4.d.17.q.2.dubio.5. & Adrianus de cōfeſsiōe.q.5.dubio.1.& Palud. eadē.d.q.3.ar. 2.& Silueſ.verbo Cōfeſſor.1.§.5.Caie.etiā eā tenet in quolibetis fol. 40.Soto inſup in.4.eſt huius ſentētię,& īter canoniſtas Hoſti. in c.Oīs.d Pœnitētijs & remiſſ.& Panormit.ſup Clemē.1.de priui legijs,&breuiter hæc eſt cōis oīum modernorū aſſertio,quā ꝓbāt inprimis ex.c.finali d pœnitē. & remiſſ. vbi dicitur. Permittimus Epīs & alijs ſupioribus, necnō minoribus p̄latis exēptis, vt etiam p̄ter ſui ſupioris licētiā,ꝓuidū & diſcretū ſibi poſsint eligere confeſſorē.At ex vi huius priuilegij nō opūs eſt eū eligere qui aliàs eſt ꝓbatus & expoſitus in cōfeſſorē, igitur nec ille qui à ſummo Pōtifice,vel Epo facultatē habet eligēdi cōfeſſorē, tenebitur eligere aliàs ꝓbatū & examinatū.Deinde ꝓbant ex verbis diplomatis,ſcilicet vt poſsint habētes priuilegiū eligere confeſſorē,nā hoc nō eſt eligere eū qui eſt cōfeſſor,ſed p electionē facere cōfeſſorē. Prętereà,quia ſimplex ſacerdos ab ordine ſacerdotali habet poteſtatē ordinis ad abſoluēdū,ſed quia deſt illi materia circa quā poſſet illā exercere:idcirco nō abſoluit.At verò pœnitēs ille qui priuilegiū habet,eligēdo illū in cōfeſſorē virtute priuilegij ꝓprij ſacerdotis vel ſummi Pōtificis &c. p̄ſtat illi materiā & iurisdictionē, valida ergo erit abſolutio ſpenſa à ſic electo.Prætereà conſtat ex cōſuetudine iā diu recepta apud oēs Hiſpanos, & apud cōmiſſarium,qui authoritatē habēs declarādi diplomata,videt & tacet.Poſtremò ꝓbatur,nā in Iubileo D.Iacobi ſub hac forma venit cōceſſio,Vt poſsit quiſq; cōfeſſorē eligere ſacerdotē ſecularē aut religioſum.Et his rationibus ſimul cū ſequētibus cōditionibus ſatis hæc cōis ſententia fulciri videtur.1.cōditio ſit ꝙ non cōſtet, illum qui ſic eligitur,nōdū expoſitū,eſſe ignorātem.Nā eligens ſciēter, & ex profeſſo cōfeſſorē ignorātē [niſi ipſe pœnitēs ſit doctus, ita vt cōfeſſoris ignorātiā ſuppleat : nē pe qui declaret ipſi quid mortale quid verò vēiale ſit]licet ſi ſua peccata oīa cōfiteatur illi,verū recipiat ſacramētū,mortaliter tñ peccat:ꝓbatur,nā ſiquis ī grauiī firmitate cōrporali cōſtitutus,medicū eligeret ignorātē, à quo interfici putaret,nō dubiū qui mortaliter peccaret.A fortiori ergo, ſi quis in morbo ſpiritali eligeret medicum ignorātē, quem exiſtimat potiùs excæcare poſſe,q̄; ſalutē p̄ſtare.Nā p̄ter duas poteſta-

Antoni.
Gabriel.
Adrian.
Palud.
Silueſter
Caietan.
Soto.
Hoſti.
Panor.

tes,ordinis videlicet & iurisdictiõis,quę requirũtur tãquàm de essentia sacramẽti:requiritur vt & sciẽtia polleat & prudẽtia,& propterea dicitur in diplomate,quòd possint eligere idoneũ. Et eadẽ ratiõe peccaret mortaliter ipse sacerdos ignorãs, nisi talẽ recusaret audire cõfessionẽ,maximè si pœnitẽs esset mercator, vel alijs negocijs arduis ĩplicatus. Peccaret,inq;:tũ quia huiusmodi sacerdos exponit se piculo administrandi sacramentũ non vt decet,& absoluendi illum qui absolutione carere oportet:tum etiam,quia taxabit pœnã non secũdũ grauitatẽ delictorum, cùm sit ignorans.

¶ Secunda conditio est,quòd sacerdos ille nõ sit depositus authoritate publica,ac degradatus,reprobatus, vel suspẽsus ab Episcopo per aliquã censuram,vel à visitatore reiectus,tanquã stultus & ineptus. Huiusmodi enim sacerdotes minimè eligi possunt p generalẽ concessionẽ,quã quis habet eligendi quẽlibet sacerdotem, quoniã legibus Ecclesiæ peculiaribus à sacramẽtorũ administrationereiecti sunt. Hęc nãq; cõditio ponitur in illo Iubileo D. Iacobi citato,nẽpe quòd possit eligere sacerdotẽ,qui nõ sit suspẽsus &c.

¶ Tertia cõditio est,si nõ sit positũ præceptũ ab Episcopis vel prę latis monasteriorũ alicui subdito, quòd nõ audiat confessionem: quod fieri posse omnes fatentur. Est nanq; aliquãdo hoc necessarium ad rectam & populi Christiani & monachorũ institutionem. Nec Pontifex per diplomata tollit,quòd prę lati possint imponere huiusmodi præceptũ, quia nihil Papa religiosis per illa iubet,sed duntaxat facultatẽ eligẽdi cõcedit, quæ quidem electio nõ cogit religiosum, ideo qui inconsulto prælato confessionem audiret, posset ab eo tanquàm inobediẽs puniri,& si ei esset impositũ præceptum,mortaliter peccaret:nihilominùs sacramentũ & absolutio teneret,cùm virtute priuilegij summi Pontificis per electionẽ pœnitentis iurisdictionem acquirat. Secùs esset si expræsse preciperetur in diplomate,quòd inconsulto & inuito prælato cõfessionem audiat,quia nullius tunc roboris esset inferioris præceptum.

¶ Secunda opinio asserit, neminem virtute priuilegiorum posse sibi eligere in confessorem nisi aliàs expositum & approbatũ, quã tenet ingeniosissimus magister meus Cano in relectiõe d Pœnitẽtia,& Glosa sup cap. Ois vtriusq; sexus. & huic sententiæ absq; hæsitatione aliqua adhęreo,atq; eam ab omnibus amplectendam esse censeo,maximè hodie quia videtur mihi sacrum concilĩ Tridentinum è diametro aduersari prædictę sententiæ communi, quandoquidem in session. 23.capit.15.decernit, nullum etiam regulare

Con.tri.

gularem posse confessiones audire nec ad id idoneum reputari, nisi ab ipsis Epis per examen, si illis videbitur esse necessariũ, aut aliàs idoneus iudicetur: & approbationem obtineat, priuilegijs, consuetudine quacunquè etiam immemorabili, nõ obstantibus.

¶ Sed quãtam scientiam tenetur habere qui est exponẽdus ad audiendas confessiones? Ad hoc est conclusio, quòd tenetur habere tantam peritiam, vt sciat discernere in peccatis cõmunibus, sint ne mortalia an venialia, & quæ sint circunstantię necessariò confitendæ, quæ verò non. Debet etiam scire in posterum peccatis remedium adhibere, quia alia pœnitentia est imponenda pro mortali, alia pro veniali. Et vnicuiquè adhibendum est remedium iuxta personarum locorum & tẽporum qualitates, & qui huiusmodi ignorat, audit cõfessiones in periculũ sui & sibi confitentiũ. Scire autẽ discernere inter perplexitates peccatorũ, & diffinire in casibus valde implicatis [quod vix intelligi potest adhuc scientia acquisita per magnũ & longum studiũ] non est necessarium, sed de bene esse, & sufficit in huiusmodi perplexis casibus, quòd sciat cõfessor cautè procedere consultis doctoribus, & nõ præcipitare sententiam in eis. Credo etiam, quòd qñ quis volũtariè audit cõfessiones se ingerendo adhoc: quòd tenetur pollere maiori scientia. In eo autem qui ex obedientia, sufficit minor scientia, nec oportet quòd ad singulas cõfessiones audiẽdas accedat ex mandato superioris, sed sufficit quòd à principio ex obedientia expositus sit adhoc. *Conclu.*

¶ XXV. DIFFICVLTAS.

Vtrùm stando in solo iure communi seclusis omnibus priuilegijs, possit quis confiteri alieno sacerdoti sine licentia proprij.

VErificatur quæstio hæc quando pœnitens ex causa rationabili non vult confiteri proprio sacerdoti, nẽpe quia timet fœmina quòd proprius sacerdos eam solicitabit ad stuprũ, vel timet reuelationẽ cõfessiõis, seu quia timet aliud graue damnum, & de his habet probabilẽ certitudinẽ, vt quia est expertus, vel à fide dignis audiuit, vel habet vehementia inditia quòd hęc facit, vtrum tũc si petat licẽtiam ab eo vel à superiori, vt alteri cõfiteri possit, & illi cõfessor nollẽt, & vrget necessitas Eucharistiam sumẽdi ī paschate, quia aliàs excõmunicaretur, liceat illi ad alium sacerdotẽ ire? Huic difficultati hac vnica cõclusione respõdetur, nempe quòd nemini licet alteri quàm proprio sacerdoti confiteri, nisi de licentia ipsius proprij sacerdotis vel superioris, etiam si nõ sit aditus ad supiorẽ, vel ille *Con. vn*

ille superior illi licentiam deneget, sicut inferior denegauit. Hæc conclusio est contra aliquos summistas, videlicet contra Siluestrū in verbo Cōfessor. 1. §. 6. & cōtra Adria. in. q. 5. d. cōfessiōe, dubio 3. & Palud. i. 4. d. 17. q. 3. ar. 3. Et quidē hanc sniam D. Tho. habuisse certissimè existimo. In. 4. nanq; sen. d. 17. q. 4. ad. 5. iquit, quòd si timet sibi aliquod malū, dbet petere facultatem à superiore, quòd si deneget, idem erit iudiciū d illo, sicut d nō habente copiam cōfessoris. Tenet quoq; hanc sniam tanq̄. probabiliorē Dns Caie. in summa verbo Absolutio ex pte absoluentis. Probatur insup ex. c. Oīs vtriusq; sexus. vbi ait Pōtifex, quòd si quis ex iusta causa nolit cōfiteri proprio sacerdoti, & alteri cōfiteri voluerit, ei licebit, dū licentiam à proprio sacerdote petierit, & obtinuerit: si ergo nō obtinet, nō poterit aliū cōfessorem eligere. Ratione insup pbatur, quia si daretur ista licentia, daretur aditus ad duo absurda in Ecclesia. 1. quia vnusquisq; posset facilè existimare, suum propriū parochū esse ignorantem. Secūdū, quia opimo cōtraria promptissimam offert cuicūq, ansam fingendi malitiam & piculū in proprio sacerdote, vt illo colore possit aliū sibi quem libuerit eligere. Tā dem probatur, nam si proprius sacerdos obiret mortem, certum & absq; aliq̄ controuersia liquet, neminem posse sibi cōfessorem eligere sine licentia superioris: multò ergo minùs ipso parocho viuente quantūcunq; malo licebit alicui cōfessorem eligere. Idem dicendū est d casibus reseruatis, scilicet quòd si superior nō vult cōcedere facultatem subdito, vt eligere possit confessorem non potest eligere. Attamen malè facerent prælati, qui difficiles ad huiusmodi se ostenderent licentiam concedendam. Prælatus nanquè facilis esse debet ad licentiandum subditum aliquoties alteri confitendi, quia multi sunt adeò infirmi, qui potiùs morerentur sine confessione quàm ei confiteri, & qui nimis soliciti sunt ad sciendum conscientias subditorum per confessionem: multis laqueum dammationis injciunt, & per consequens sibi ipsis. Vnde si nominet sibi aliquem sufficientem cui vult confiteri, licentiam non neget, quia fortè habet peccatum, quod erubescit confiteri. Secùs erit, si nominet indiscretum vel minus bonum, vel per famam, aut per conuersationem personarum sibi cōfitentium, quæ minùs religiosè conuersatur. Nam tunc simpliciter neget innotescendo quòd ille est ineptus, & quòd paratus est ipse audire, vel dare alium idoneum. Ex quibus colligitur manifestè, nullum prælatū dare debere licentiam subdito, vt cōfiteatur ad libitum cuiuelit,

Adriani. *palud.* *D. tho.* *Caietan.*

lit, nisi sit ipse subditus talis, quòd constet non electurum nisi bonum & discretum confessorem, aliàs sibi imputabitur, qui permisit ouem liberè errare, si præcipitium elegerit.

¶ Circa hos casus, in quibus diximus, quòd petita licentia, & nõ obtenta, non potest quis sibi eligere confessorem: annotare oportet, quòd si instet tempus cõmunionis, poterit tutè ac securè accedere ad communionem, cùm vt dixit Sanctus Thomas, idem sit iudicium de illo, sicut de non habente copiam confessoris. Aspiciant tamen isti tales, quòd habeant legitimam causam non confitendi proprio sacerdoti. Verecundia nanquè non esset causa sufficiens, nec timor, etiam quòd siniſtrè de illo existimaret: nam aliàs nulli sacerdoti confiteri teneretur, cùm semper ista accidãt. At verò si iam nocuit puellæ proprius sacerdos, quia illam incitauit ad malum: iam ista esset legitima causa, vt non teneretur illi confiteri. Consulendum tamen esset huic, vt confiteretur illi sacerdoti in loco publico, commendando se prius Deo, vt eam eripiat à tentatione, & donet sibi virtutem & constantiam resistendi. Similiter si huiusmodi proprius sacerdos nocuit alicui indirectè illũ infamãdo reuelando confessionem, quia tunc iam esset legitima causa, vt talis non teneretur illi confiteri, imò in casu isto, quòd timet de reuelatione confessionis, credo, q̃ si timor esset iustus & rationabilis, non leuis vel fatuus, nullo modo deberet illi confiteri. D. Tho

¶ Est hîc tamen animaduertendum, q̃ in casu quo propter dictũ impedimentum non confitetur subditus proprio sacerdoti, licèt sit probabile, ipsum iam non teneri amplius illo anno confiteri aut communicare ratione præcepti de semel in anno confitendo ac communicando, quippe cùm tempus determinatum, certùm què sit ad confessionem, communionemq; faciendam, & illud iã transactum sit: nihilominùs probabiliorem reputo oppositam sententiam, nempe quòd non ideo liberatur à præcepto cõfessionis illo anno, & à fortiori nõ liberabitur à tali præcepto trãsacto anno, qui ex illegitima causa confessionem reliquit. Vnde cùm primũ commode poterit, tenetur confiteri.

¶ Dubium paruum se offert hîc, vtrùm si concubina sui proprij sacerdotis ei confiteatur, confessio valeat? Huic dubio respondet Siluester in verbo Confessio primum. §. 10. quòd sacerdos eam non debet audire, quia tollitur erubescentia quæ est satisfactionis pars proxima, & idem est de omni peccato, in quo sacerdos fuisset cõsentiens vel cooperans, si tamẽ absoluit, valet absolutio *Dubium. Siluest.*

D. Tho. Soto. absolutio. Concordat D. Tho. in. 4. Soto dicit q confessio esset valida, & posset esse fructuosa, si sine scandalo fieret, & sine periculo incitandi se ad malũ, quãquàm erubescentia non esset tanta, quanta si confessio fieret alteri. Concurrunt nanq; in tali confessione omnia quæ sunt de essentia illius, nempe materia, forma, intentio, & iurisdictio. Attamen vbi est periculum excitandi & irritandi illecebrã, sacrilegium, inquit, est impudentissimũ, & sic illa confessio est peccatũ mortale, ac excõsequenti nõ est valida propter defectum, non solùm contritionis, verùm & attritionis.

XXVI. DIFFICVLTAS.

Vtrùm religiosi mendicantes possint cõfessiones audire, si præsentati episcopo à suis prælatis iuxta mandatum Clementinæ, Dudum, illos non admiserit.

1. Con Quæstioni huic per aliquot cõclusiones respõdetur, quarum prima sit. Si omnes sic præsentatos, episcopus nõ admiserit, omnes tunc possent audire cõfessiones. Probatur, nam tũc visus est episcopus illos

2. Conc. ex passione & malitia reijcere. ¶ 2. con. Si episcopus reiecerit aliquẽ religiosũ, eò q existimat illũ non esse idoneum & sufficientẽ, aut dubitat de eius idoneitate: nõ poterit huiusmodi religiosus confessiones audire, nec habet authoritatem à pontifice illas audiendi ex dicta Clementina. de sepulturis.

3. Con. ¶ 3. conc. Si frater aliquis sic præsentatus à suo prælato sit idoneus, & habeat cõditiones quas ponit Clem. & prælatus eius cũ humilitate petierit, vt eũ admittat: quanuis reijciatur ab episcopo, poterit cõfessiões audire. Probatur, quia iam habet ex dicta Clẽ. facultatẽ per summũ põtificẽ confessiones audiendi in tali casu, scilicet episcopo nolente conferre licentiã, maximè post trinã requisitionẽ. Annotare tamẽ hîc oportet, q si episcopus velet, posset acceptare fratres ad audiendas confessiones cõmittendo eis suam iurisdictionem sine prædicta solennitate præsentationis. Habent etiam dicti fratres priuilegium, quòd episcopo mortuo à quo habent authoritatem, possunt illa vti quousq; sit prouisum ecclesiæ de alio pastore, imò nõ tenentur ampliùs eidem episcopo vel alteri illius diœcesis præsentari. Sat enim est, vt semel habeant vnius episcopi facultatem, vt possint illic confessiones audire. Non habentes autem hoc priuilegium, amittunt hanc authoritatem episcopo delegante mortuo vel amoto, non tamen spirat

Notabil.

hæc

hęc potestas delegante suspenso, vel noiatim excoi cato, vel per manifestā pcussionē clerici, neq; in foro exteriori neq; ī pœnitentiali, quia tunc retinet delegans iurisdictionē licèt nō vsū, & ob id nō cessat vsus in delegato: nō tñ posset Epus vel sacerdos parochialis quando sic est impeditus, cōmittere alicui de nouo hanc authoritatem, eò quòd delegare, seu cōmittere est vsus iurisdictionis, ita tenet Panor. d. 17. q. 3. & notatur. c. Romana. d offi. vica. li. 6.

¶ 4. cōcl. Per prędictam Clementinam non possunt huiusmodi fratres sic p̄sentati absoluere à casibus ab Epo reseuatis. Istam cōclu. tenuerunt omnes doctores Parisienses, & eam tenuit magister à Victoria Soto & Cano. Et rōe probatur, quia in dicta Clemen. dicitur, quòd p̄sententur Epo, & de eius licentia audiant cōfessiones, & si huiusmodi licentiam exhibere Eps recusauerit sine causa, succedit licentia Papæ: nēpe, quòd liberè licitèq; confessiones audire possint. Et subdit statī, quòd nō itendit p̄bere āpliorem licentiam fratribus quam curatis vel parochialibus sacerdotibus: sed curati minimè à reseruatis absoluere possunt, igitur nec ipsi fratres p̄sentati. Si enim pōt Episcopus arctare potestatem ordinariam curatorū, reseruando sibi aliquot casus, vt patet in synodo Trid. sess. 14. c. 7. multò magis arctare poterit extra ordinariā ipsorū fratrū. Idē quoq; habetur in Clemen. Religiosi. de priuilegijs, vbi dicitur, quòd religiosi à casibus reseruatis Epis ordinarijs quenq; absoluere non præsumant. & in. c. 2. de pœniten. & remissi. in. 6 dicitur, quòd si Eps alicui cōcesserit facultatem eligē di confessorem: ille qui eligitur, non habet facultatem absoluē di à casibus reseruatis Episcopo. Rō quam subdit est, quia gñalis cōcessio non extenditur ad ea quę in particulari non est verisimile, quòd cōcederentur. Hanc tñ sententiam nostram itelligendam esse existimo, q̄ndo bona fide Episcopus sibi reseruat aliquot casus præter reseruatos sibi à iure ex rōabili causa quia sibi expedire videtur: tunc nanq; minimè ab huiusmodi casibus absoluere possunt fratres mendicantes. Secùs tñ si Episcopus plures casus sibi reseruasset religiosis q̄; plebanis, quia tunc censeretur id facere ex malitia & odio fratrū, tunc enim possent ab eis absoluere, nisi casui reseruato ab eis esset p cōstitutionem annexa excoīcatio reseruata diœcesano, vel superiori, vt dicit Silu. ī verb. Cōfessor. 2. §. 5

¶ Annotare hīc oportet, quòd prædicta in Clemen. Dudum. post sacram Triden. synodum quantùm ad id, quòd si omnes vel aliquem præsentatum Episcopus non admitteret, nihilominùs audire

Panor 4. concl. Victoria Soto. Cano

Siluester

Notabil.

dire posset cõfessiones, nullatenùs locũ habent, cùm decernat in
Con. tri. sessi. 24. c. 15. nullũ etiam Regularem posse cõfessiones audire,
nec ad id idoneũ reputari, nisi ab ipsis Episcopis per examẽ aut alias idoneus iudicetur, priuilegijs, consuetudine quacunque etiam
immemorabili, nõ obstãtibus. Quod quantũ ad pfatum examen
& approbationem ab Epis obtinendã etiam de priuilegijs cõcessis ab Adriano & à Paulo. 3. Religiosis in his Indiarum partibus
Adrian. Paulo. 3. nõ solũ infra duarũ dietarũ spacium, verùm etiam extra duas dietas vbi sunt Episcopi creati, vitã degentibus, locum habere indubitanter tenendum esse censeo.

¶ XXVI. DIFFICVLTAS.

Vtrùm sint aliqui casus ad solum summum pontificem pertinentes.

Conc. af. Casus papales.

AD hanc difficultatem vnica conclusione affirmatiua respondetur, nempe quòd sunt aliqui casus summo Pontifici reseruati, quorum primus est de eo qui verberat clericum ordinatum, si est lęsio enormis cùm effusiõe sanguinis atroci, vt habetur. 17. q. 4. c. Siquis iuadente diabolo. Si verò est leuis percussio, Episcopus absoluit, vt patet in. cap. Peruenit. de senten. excommunicationis.

¶ Secundus casus est, de eo qui comburit vel frangit Ecclesiam, & talis antequàm denuntietur, potest absolui ab Episcopo, sed post denuntiationem per solum Papã, vt habetur extrà de sententia excõ. c. Cõquæsti. Et idem de quolibet incendiario posiq; publicè excommunicatus est, vt habetur de sententia excõ. c. Tua.

¶ Tertius, quando Papa solus aliquem nominauit, vel nominatim excommunicat. Tũc nanq; solus Papa absoluit clericum sponte participantem cum excommunicato. Quod intelligitur de participatione in crimine, propter quod talis est excommunicatus à Papa, vt patet de sententia excommu. capit. Significasti.

¶ Quartus, falsarius literarum Papæ, vel eis vtens scienter, vt patet de crimi. fal. cap. Dura & c. Ad falsariorum.

¶ Quintus est, in illo qui excommunicatus est à delegato Papæ, qui non potest absolui per aliquem, nisi per Papam vel Papæ delegatum, vt habetur in. c. Significauit. de sententia excom.

¶ Sextus, qui insequitur cardinalem, vt habetur de pœnis. capit. Fœlicis. in. 6.

¶ Septimus, qui grauat iudicẽ spũalem in pson vel boms, vel dat licẽtiã grauãdi, ppter hoc quòd sniam excõicationis, suspẽsionis, vel interdicti tulit, vt patet de senten. excom. c. Quicunque. lib. 6.

¶ Octa

¶ Octauus. Si quis corpus defuncti ſciderit, vel coquerit pro oſſibus tranſferendis: de hoc habetur in quadam extrauaganti Bonifacij Papæ octaui, quæ incipit, Deteſtantes.

¶ Nonus. Si quis inquiſitor hæreticorum odio, vel gratia, amore, vel lucro contra iuſtitiam vel conſcientiam omiſit cõtra quẽpiam procedere, vt habetur in Clem. de hæreticis. c. Multorum. in fine.

¶ Decimus. De religioſis, qui abſq; licentia ſpeciali ꝓprij ſacerdotis ſolẽnizãt matrimoniũ, aut miniſtrant Euchariſtiæ & Extremę vnctiõis ſacramẽta, vt habetur in. c. Religio. d priuilegijs in Clem.

¶ Similiter excõmunicantur religioſi, qui excõmunicatos à canone abſoluũt in caſibus nõ cõceſsis, vel cõtra ſtatuta ꝓuincialia vel ſynodalia, vel à pœna & culpa, vt patet de pœni. c. Si quis. in Clem.

¶ Vndecimus eſt. De perſequutoribus Epiſcoporũ, vel qui eos faciunt exiliari, vel carceri tradunt, aut qui præcipiunt hoc fieri, vel tribunt auxilium, conſilium, vel fauorem ad hoc faciendum.

¶ Duodecimus. Si qui religioſi inducunt vt aliquẽ ad vouendum, iurandum, vel promittendum apud eos eligere ſepulturam, vel vt iam electam vlteriùs non immutet, vt habetur. c. Cupientes. in Clement. de pœnis.

¶ 13. De his qui ſacerdotẽ cogũt celebrare in loco interdicto, vel ad audiendũ excõmunicatos conuocãt vel iterdictos, vel ꝓhibẽt ne moniti exeãt, vt habetur de ſentẽ. excom. c. Grauis. in Clemẽ.

¶ 14. Qui Sarracenis arma ad expugnandum Chriſtianos deferunt, vel conſilium vel auxilium dant indiſpendium terræ ſanctæ, vt patet extrà. de Iudęis. c. Ita quorundam. & .c. Ad liberandam.

¶ 15. eſt. In piratis, qui ore Papali excommunicantur.

¶ 16. eſt. De eo qui abſolutus ꝓpter mortis articulũ vel aliud impedimẽtũ ab eo à quo aliàs abſolui nõ poterat: ſi ceſſante impedimẽto, nõ ſe præſentat, cùm ſe commodè poterit ei à quo priùs abſolui debebat, in eãdẽ ſentẽtiã q̃ priùs ligatus erat ab homine vel à iure, reincidit ipſo facto, vt habetur in. c. Eos. de ſenten. excom. li. 6. & caſus iſte eſt Papalis. Qui voluerit videre quã plurimos alios caſus qui ſummo pontifici reſeruantur, legat Silueſtrum in verbo Caſus. §. 1. vbi ponit quinquaginta. *Silueſter*

¶ Animaduertere tñ hîc oportet, quòd iam hodie per ſacrum Triden. cõc. ſeſsi. 24. c. 5. in quibuſcunq; caſibus occultis ſedi Apoſtolicæ reſeruatis licet Epiſcopis delinquentes quoſcunq; ſibi ſubditos indiœceſi ſua per ſe ipſos, aut vicarium, adid ſpecialiter deputandum, in foro conſcientiæ gratis abſoluere, impoſita pœnitẽtia ſalu- *Con. tr.* ✠

tia salutari. Idem & in hæresis crimine in eodem foro conscientiæ eis tantùm, non eorum vicarijs est permissum.

¶ XXVII. DIFFICVLTAS.

Vtrùm sint aliqui casus Episcopis reseruati.

Benedic.

Difficultati huic hac vnica cõc. respõdetur: nẽpe, q̃q̃tuor sunt casus de iure Epis reseruati, prout determinat Bñdictus. 11. in extrauagãti, Inter cũctas. quę quidẽ renouata est iterũp̃ concilũ Vienẽse in Clemẽtina, Dudũ, de sepulturis. Primus casus est, Occisor clerici propter quod incurrit irregularitatẽ. Vnde Eps potest absoluere clericum ab homicidio, sed non ab irregularitate, vel

Casus episcopales

potest absoluere clericũ à peccato, quia celebrauit i Ecclesia iterdicta, sed non potest absoluere ab irregularitate inde contracta.

¶ Secundus casus est de incendiarijs, qui malo animo hoc fecerint: quod tamen intellige anteq̃; sint publicati & denunciati, vt habetur. 23. q. 8, c. Pessima. Idem est de mãdantibus hoc fieri, seu dantibus consilium vel auxilium, vt ibidem habetur.

¶ Tertius est peccatũ propter quod inducẽda esset solẽnis pœnitẽtia, vt est peccatũ blasphemię: sed hic casus nõ est ãpliùs i vsu.

¶ 4. vbi quis incurrit maiorẽ excoicationẽ à iure. Idẽ aũt Papa declarat quiq; alios casus esse episcopales de cõsuetudine approbatos, quorũ primus ẽ, volũtariũ homicidiũ aut mutilatio mẽbrorũ,

Notabile

Et ãnotato, quòd homicida, aut mãdãs, vel cõsẽtiẽs absoluitnõ debet, nisi satisfactiõe p̃missa, vt habetur. 23. q. 8. c. Si quis mẽbrorũ.

Siluester

¶ Secundus casus est crimen falsarij, qui falsat literas, & testis falsus, vt est videre apud Siluestrum verbo, Casus episcopales.

¶ Tertius est violatio Ecclesię libertatis: qua scilicet iniustè personæ vel res Ecclesiæ grauantur: hodie tamen tales personæ per curię processum sunt excommunicati.

¶ Quartus est violatio Ecclesiasticæ immunitatis, quia scilicet in Ecclesia vel loco sacro proximum in persona vel rebus offendit 17. q. 4. c. Si quis. vel aliter eius immunitatem ledit. Tales tamen non sunt excommunicati, sed excommunicandi.

¶ Quintus est sortilegium & diuinatio, vt habetur. 16. q. 1. ca. 1. & tales sunt infames, & à testimonio repelluntur. ¶ Vltra aũt hos ca-

Ioan. An

sus põt Eps in sua diœcesi alioscasus sibi reseruare, put sibi viderit expedire Io. An. addit p̃dictis opp̃sionẽ puerorũ, incestũ, corruptionẽ monialiũ, coitũ cũ brutis, piuriũ, falsũ testimoniũ, blasphemiã Dei & sctõrũ. Hostiẽ. verò addit oẽ peccatũ cõtra naturã, & quod libet

libet enorme, quod particularis vel generalis consuetudo reseruat episcopis. Sed crediderim ego, quòd tot casus reseruare, non est aliud quàm ponere laqueos in via salutis, & confessorum potestatem restringere. Verum est quòd vbicũq; occurrerit aliquod graue delictum & enorme, ad terrorem est saluberrimũ ad superioris iudicium recurrere, sicut etiam episcopi aliquãdo remittunt peccatores ad sedem apostolicam propter enormitatem criminũ ad aliorum terrorem, quanuis ab eis possint absolui, quia nullum peccatum adeò est enorme, à quo episcopus non possit subditum absoluere, dum tamen nullam habeat annexam sententiam excõmunicationis.

¶ Annotare tamen oportet, quòd reseruatio prædictorum casuũ intelligenda est de actibus exterioribus cum effectu, & non de interioribus, nam si quis quesiuit aliquẽ occidere istud homicidium non est reseruatum episcopo. Similiter secundùm Palud. in 4. dist. 33. q. 2. incestus commissus à pueris non habentibus vsum rationis, non est reseruatus episcopis, quia per hoc non tollitur virginitas nec causatur affinitas. *Notabil.* *Palud.*

¶ Annotare etiã oportet, quòd quãdo quis absoluit à casu à quo non potuit, si fieri potest sine scandalo notabili, vocet illum, quẽ absoluerat, si illum cognoscit, & per aliquem coopertum modum interroget de aliquibus quæ sibi est confessus, quasi volens se melius informare ac si plenè non intellexisset, & si qua alia peccata commisit, & sic ab omnibus iterum eum absoluat, petita priùs à superiori authoritate ab illo casu absoluendi. Si verò timet notabile scandalũ ex hoc oriri: committat Christo summo sacerdoti. *Notabil.*

XXIX. DIFFICVLTAS.

Vtrùm ratihabitio concedat facultatem absoluendi, ita vt sacramentalis absolutio impensa sub ratihabitione sit valida.

PRo huius difficultatis elucidatione trimembris distinctio præmittenda est, nempe quòd ratihabitio alia est de futuro, alia de præsenti, alia de præterito. Hanc distinctionem ponit Caietanus in summa verbo Absolutio. Tunc est prima conclusio. Ratihabitio de futuro non præbet facultatem absoluendi de aliquo reser- *Caieta. 1. conc.*

uato,neq; exhibet poteſtatē non expoſsito ab epiſcopo,vt poſsit audire confeſsiones,ex eo quòd credit, quòd ſi adiret ſuperiorē ad hanc facultatem petendam,ei cōcederet, & quòd ei placeret. Vnde,ſi ſub hac ratihabitione ſacerdos abſolueret,nullum eſſet ſacramentum.

2. Conc. ¶ Secunda concluſio. Ratihabitio de præſenti nullo exteriori ſigno demonſtrata,etiam non dat facultatem abſoluendi. Hæ duæ concluſiones ſimul probantur, nam ad abſoluēdum neceſſaria eſt iuriſdictio, quam tamen talis ratihabitio non dat, & ideo non poteſt ſacramentalis abſolutio impēdi ſub ratihabitione, quoniam quod ſub ratihabitionis ſpe fit, quanuis voce tunc fiat, re tamen vt pendens ſit, ita vt poſsit & ratificari & iterari. Conſtat autem non eſſe in poteſtate abſoluentis conferre nunc ſacramentum,& ſuſpendere effectum illius in tempus futuræ ratificationis, & ex ponere ſacramentum diſcrimini,vt nullum ſit,ſi irritetur.

3. Conc. ¶ Tertia concluſio. Ratihabitio,ſiue de præſenti ſiue de præteri to ſi ſit aliquo exteriori ſigno demonſtrata, facultatem dat abſoluendi, vt ſi videat præſul, quòd clerici confitentur adinuicem, & tacens diſsimulat,illa ratihabitio videtur ſufficere: quia nō videtur ſolùm ratihabitio, ſed conſenſus interpretatiuus: quia eo ipſo quòd tacet,conſentire, & interpretatiuè conferre licentiam videtur.

XXX. DIFFICVLTAS.

Vtrùm confeſsio & abſolutio bis vel ter vel pluries de eiſdem peccatis repetita ſit ſacramentalis.

1. conc. Difficultati huic vnica cōcluſione affirmatiua reſpōdetur. Concluſionem hanc tenent vniformiter omnes doctores [vno excepto Sco. in 4. diſt. 18. in ſolutione ad primum.] Et probatur,quia omnes fideles quādo cōfitētur generaliter omnia peccata ſua quæ anteà confeſsi ſunt, ſe veram abſolutionem recipere exiſtimant. Item,quia ibi eſt vera forma & vera materia & miniſter: verum igitur ſacramentum recipit,qui generaliter confitetur,quanuis ſola peccata iam bis vel ter ab eo confeſſa, tunc confiteatur.

Notabil. ¶ Annotare tamen hīc oportet cum Caietano in ſumma, abſolutionem iterari poſſe ſuper omnino eadem peccata,non autem ſuper omnino eandem confeſsionem, quia ſuper eandem materi-

am

am proximam nullius sacramenti, forma iterabilis est sine sacramenti iniuria. Ipsa nanq; iteratio attestatur insuffitientiæ prioris formæ. Si enim prima vt sufficiens haberetur, non iteraretur: ac p hoc, cùm confessio teneat locum materiæ proximæ in sacramento pœnitentiæ, vt in concilio Flor. habetur, nisi multiplicetur confessio, non potest multiplicari absolutio. Et quia potest homo pluries confiteri eadem peccata, potest quoq; pluries de eisdem absolui. *Con. flo.*

XXXI. DIFFICVLTAS.

Vtrùm pœna taxari debeat secundùm quantitatem culpæ.

TRibus conclusionibus sufficienter difficultati huic me satisfacturum existimo. Prima, si consideretur pœna secundùm quòd est satisfactoria, debet illam sacerdos taxare iuxta quantitatem culpæ. *1. Conc.*

¶ Secunda conclusio. Si verò consideretur pœna quatenus est medicina peccatoris, nil vetat, q̃ maiori culpa minorem pœnam confessor imponat, & ecõuerso pro minori culpa maiorem pœnam. Iuueni nanq; pro fornicatione maior pœna imponenda est quàm seni, quanuis minùs peccet, vt qui peccato difficiliùs resistere potest, magis caueat sibi infuturum. Maior quoq; pœna imponenda est sacerdoti quàm seculari, eò quòd periculosius est peccatum in eo. Episcopus enim vel sacerdos, cum maiori periculo suo, & aliorum peccat. *2. Conc.*

¶ Tertia conclusio. Pœna purgatorij semper taxatur secundùm quantitatem culpæ, habita consideratione ad contritionem & cõfessionem illius. Hæc conclusio probatur quoad primam partem, quia pœna purgatorij solùm infligitur ad soluendum debitum. Nã vlteriùs non manet locus peccandi. Quocircà non infligenda est pœnitenti maior pœna, vt futurum caueat sibi. Quoad secundam verò partem etiam probatur, nam per omnia ista, nempe contritionem, confessionem, ac absolutionem, aliquid de pœna dimittitur. In ponenda igitur pœnitenti satisfactione omnia ista sunt considerãda à sacerdote. *3. Conc.*

De sigillo confessionis.

SVMMARIVM.

XXXII. DIFFICVLTAS.

Vtrùm in quolibet casu sacerdos teneatur celare peccata, quæ nouit in confessione.

1. Conc. AD præsentem quæstionem aliquibus cõclusionibus respõdetur Prima. Quicunq; sacerdos tenetur cõfessionem omnino celare, & qui eius sigillum reseraret, esset sacrilegus: hoc est rei sacræ violator. Cõclusionem istam tenet D. Tho. in 4. dist. 21. q. 3. ar.

D. Tho. 1. & eam tenent absq; discrimine omnes doctores in eadem dist.

6 con. ca Habetur quoq; de pœniten. dis. 6. c. Sacerdos. & in cõcilio. 6. Carthagi. c. vltimo. vbi grauissima pœna imponitur sacerdoti confessionem reuelãti. Item, inc. Omnis vtriusq; sexus. de pœniten. & remissi. vbi dicitur, caueat omnis sacerdos, ne verbo, vel signo, aut alio quouismodo prodat aliquatenus peccatorem. Sed si prudentiori consilio indiget, illud cautè absq; vlla expressione requirat: quoniam qui in pœnitentiali iudicio peccatum sibi detectum reuelare præsumpserit, non solùm à sacerdotali officio deponendum decreuimus, verùm etiam ad agendum perpetuam pœnitentiã in arctum monasterium detrudẽdũ. Non tamen tenetur subire has pœnas quousq; iuridicè fuerit condemnatus sigillum fregisse. Comprobatur verò ratione hæc sententia, quia ea quæ exteriùs geruntur, sunt signa rerum quæ interiùs fiunt: confessionem ergo qua quis sacerdoti subijcitur, signum esse interioris subiectionis, qua quis Deo per cõtritionẽ subijcitur: fateri oportet. Cùm igitur Deus peccatum illius qui per pœnitentiam sibi subijcitur,

Psal. 31. tegat, iuxta illud Psalmi. 31. Beati quorum remissę sunt iniquitates, & quorũ tecta sunt peccata, etiam confessor tenebitur tegere peccatum pœnitentis sibi subiecti per confessionem.

2. Conc. ¶ Secunda coclunsio. Nulla alia persona à sacerdote, siue quia interpres fuit in confessione, siue quia audiuit casu confitentem altè loquentem seipsum accusando, siue quia ex malitia audiuit, siue alio quocunq; modo, tenetur ad sigillum confessionis: peccabit tamen mortaliter illud reuelando, & arctiori vinculo tenetur confessionem illam celare quàm si sub alia quacunq; fide secreti extra confessionem illa quę scit, in confessione nouisset. Hanc cõ

Soto. clusionem tenet Soto in 4. dist. 18. q. 4. ar. 5.

3. Conc. ¶ Sed iam quòd sacerdos celare peccata audita in confessione tenetur: merito dubitatur, quo iure ad id teneatur? Pro quo sit. 3. conclusio

liter peccata in confeſsione dimidiata audita, cui non fuit adhibita abſolutio proprer aliquod impedimentum, ſunt ſeruãda ſub ſigillo: quia ad talem confeſsionem accedit pœnitens cum animo confitendi, & ſunt ei dicta peccata, nõ vt homini, ſed vt Deo. Secus verò eſt quando quis accedit non animo confitendi, ſed vt peruertat, ac aliciat cõfeſſorem ad ſuã hæreſim atquè errorem, vel conſpirationem, vel aliud malum, nam tunc non eſt confeſsio, ac proinde ſacerdos non tenetur ſeruare prædictum ſigillum. Similiter, cùm aliquis dicit amico adcommendãdum illi ſecretum, Hoc tibi dico ſub ſigillo confeſsionis: non propterea cadit ſub ſigillo confeſsionis, ſed ſecreti humani, etiam ſi alius dicat quòd illud recipit ſub ſigillo confeſsionis: quia quicquid ambo dicant, nunquàm eſt confeſsio, imò etiam ſi hoc quis ſacerdoti genibus flexis, & præmittendo confeſsionem generalem, ſi id duntaxat faciat cauſa detegendi illud ſecretum, non conſurgit ſigillum confeſsionis. Qui tamen iſto modo ſecretum recipit, tenetur pluſ quàm alia ſecreta ſeruare, quia ex pacto illo additur nouum vinculum.

Dubiu. 4. Con.

¶ Sed iam quòd ſacerdos non poteſt reuelare malum quod ſcit per confeſsionem, quid tenetur tunc facere? Ad quod ſit quarta concluſio, quòd debet adhibere media quæ poteſt, vt malum illud prohibeat ac euitet abſquè confeſsionis reuelatione, nempe monendo eos qui huiuſmodi crimina confitentur, & generalibus verbis eos admoneat, quibus periculum paratur, vt ſibi proſpiciant, & periculum caueant, quod accidere poteſt. Dicere etiam poteſt prælato, vt diligentiùs vigilet ſuper gregem ſuum. Lupus etenim in grege ſuo verſatur: ita quòd non prodat, & dicat aliquid, quo verbo vel nutu confitentem manifeſtet, vt Sanctus Thomas ait in loco ſuprà citato.

D. Tho.

¶ Sed quid ſi rogetur quis de peccato audito in confeſsione cum iuramento, vtrùm ſciat illud feciſſe, an licitè iurare poſſet, ſe illud peccatum neſcire? Tunc eſt quinta concluſio affirmatiua, nempe quòd poteſt illud iurare abſquè aliqua culpa. Hæc concluſio eſt ferè omnium doctorum in diſt. 21. Ipſam enim tenent Diuus Thomas & Alexan. Alen. in locis citatis, & Bonauẽtura, Ricardus, Adrianus quoquè quolib. 11. ar. 11. ad 2. & in 4. in propria q. de ſigillo confeſsionis. Caietanus inſuper tenet eandem in ſumma verb. Confeſsio. Ratio huius cõcluſionis eſt, quia hoc verbum, Scio, eſt æquiuocum: nam aliquãdo importat ſcien-

D ubiu. 5 Con. D. Tho. Alex. a. Bonauẽ. Ricard. Adrian. Caieta.

tiam illorum quæ reuelari possunt: aliquando scientiam illorum q̃reuelari nõ possunt. Id ẽ est de verbo, Nescio. Et ne videamur hanc significationem fingere propria authoritate, habemus Chri-
Marc.13 stum redemptorem nostrum authorem, Marci. 13.c. Vbi loquens de iudicio finali, inquit, De die illa nemo scit, neque angeli in cœlo, neque filius nisi pater. Notum est autem, Christum etiam inquã tùm homo illud non ignorasse, cùm ab instanti suæ conceptionis scientiam omnem habuerit. Vnde, textus ille intelligendus est, q̃
Hieron. nesciat ad reuelandum. Et in hoc sensu accepit hoc verbum Hieronimus in commentarijs super Oseam. c.3. & super Mattheum c.24. In hoc etiam sensu sumenda est scientia quam habet sacerdos de peccatis, quæ nouit in cõfessione. Vnde, potest etiam sub iuramento afferere, se nescire: tum, quia non scit ad reuelandum: tum etiam, quia scit vt Deus, scilicet non vt in opprobrium dicat, sed vt obliuioni tradat, quod in die iudicij ad gloriam referat pœnitentium. Quocirca idem est, Nescio vt homo, inquit
Soto. Soto, quod, Nescio vt dicam. Et in hoc sensu, ait Bernardus, Nihil
Bernar. minùs scio, quã qđ in cõfessione scio. Imò etiã si interrogaretur, Audisti, Petrũ hoc crimen commisisse? Posset respõdere, Non audiui: quia etiam facit sensum, Non audiui tãquàm homo vt dicam, sed vt Deus vt non dicam.

Dubiũ. ¶Sed quid si interrogetur à iudice Tyrâno vel improbissimo Christiano, vtrùm audierit in confessione, Petrum hoc fecisse.
6.conc. Adhoc sit 6.conclusio. Quòd non potest sacerdos afferere, se non audisse in confessione. Hanc conclusionem tenet Soto & Cano
Soto. contra Adrianum. q. vltima de confessione. Et ratione ostenditur, nam responsio hæc, Non audiui in cõfessione, non recipit illã
Cano. expositionem, Non audiui vt dicam: quia audire in confessione sa-
Adrian. cerdos peccata, idem est quod audire vt Deus. Vnde, dicere q̃ non audiuit in confessione, est dicere quòd non audiuit vt Deus: quod est mendacium, & sic non esset ei respondendum, sed esset tãquã iniquus iudex acriter reprehẽdẽdus, & cõpetẽnti iudici denunciandus, quòd confessionem quantum in se est prætendit tollere. Siquidem sigillum, quod ad eius consistentiam est necessarium, vult vt frangatur.

¶Septima conclusio. Prælatus audiens confessionem subditi, potest sine lesione propriæ conscientiæ dimittere illius peccatum impunitum, quod nouit in confessione, imò non potest eum extra confessionem punire. Ratio est, quia scit tantùm vt Deus.

Quo

concluſio. Non tantùm ex iure naturali ſigillum confeſsionis ſacerdos ſeruare tenetur: ſicut quilibet homo alia ſecreta ſibi commiſſa tenetur ſeruare, vt infidelitatem non committat: verùm etiã ex præcepto eodem diuino, quo tenemur ad confeſsionem. Hæc concluſio præter hoc quòd eſt Sancti Thomæ, qui in loco præ allegato vtrumquè de iure diuino eſſe, & in neutro poſſe cadere diſpenſationem ab homine factam, affirmat, præter hoc etiam ꝙ eſt ferè omnium doctorum ſententia in 4. diſt. 21. probatur vrgẽtiſsima ratione. Quia eodem præcepto quo finis præcipitur: & medium neceſſarium ad conſequutionem illius præcipitur. At verò medium neceſſarium ad huius ſacramenti pœnitentiæ conſiſtentiam, eſt ſeruare ſecretum ſigilli. Quemadmodum ergo quilibet Chriſtianus confiteri de iure diuino tenetur: ita ſigillum ſeruare tenetur quilibet ſacerdos de iure diuino. Quòd autem hoc ſigillũ ſit de iure naturę, probat ex illo generali principio, Quod tibi nõ vis, alteri ne facias, & ex alio, ꝙ vnuſquiſq; tenet ſeruare depoſitum & potiſsimum ſecretum, quod apud ſe deponitur vt celetur: nam pollicetur depoſitarius, id ſumma fide cuſtodire: hoc autem modo ſacerdos ſpondet non ſolùm homini, ſed Deo, ſumma fide confeſsionem habere in pectore conditam. Et optimum conſiliũ eſt quæcunquè in cõfeſsione audit ſacerdos, curare obliuioni tradere, vt bene ait Soto. Nec ſolùm fatendum eſt, confeſſorem teneri celare peccata præterita pœnitentis de quibus emendationem promittit: verùm etiam peccata in futuro committenda, cuius contrarium abſquè ratione aliqua Alexan. Alen. aliàs vir doctiſsimus in 4. p. ſuæ theologiæ. q. 78. membr. 2. ar 2. aſſeruit. Et probatur noſtra ſententia contra Alexã. quia moraliter loquendo, impoſsibile eſt, poſſe ſacerdotem illud futurum peccatũ reuelare, quin aperiat propoſitum quod in confeſsione pœnitens manifeſtauit ſe habere ad illud perpetrandum: confeſsionem ergo detegeret ſacerdos peccatum futurum nõdum factum, ſed de nouo perpetrandum, reuelans. Vndè Sanctus Thomas ait, illam opinionem eſſe erroneam, quia eſt contra veritatem ſacramenti. Item, quia non minùs homines retraherentur à confeſsione, ſi crederent, confeſſorem eſſe detecturum peccata futura, quàm ſi crederent peccata præterita eſſe reuelaturum. Ex his colligitur manifeſtè, ob nullam cauſam, ob nullum euentum vel neceſsitatem, nempe ob ſeruandam vitam hominis, quãtuncunquè eſſet vel regis, vel Papæ, vel propriam ipſius ſacerdotis, imò nec pro-

D. Tho.

Soto.

Alex. al.

D. Tho.

ter ſeruandam ſalutem totius rei publicæ ſiue temporalem ſiue ſpiritualem, licere pecc ata in confeſsione audita detegere, cùm [vt dixit Diuus Thomas] in iure diuino diſpenſatio non cadat: & ſit præceptum negatiuum de ſigillo ſeruando, quod obligat pro ſemper, & non ſicut præcepta diuina affirmatiua, quæqui dē non obligāt pro ſemper. In hoc enim ſubeſt differentia inter confeſsionis ſigillum & ſecreti ſigillum: quia confeſsionis ſigillum in omni caſu atquè euentu confeſſor ſeruare tenetur: etiā ſi ſciat per confeſsionem aliquem hæreticum in ſua parochia, vel alibi alios inducentem ad hæreſim, & etiam ſi ſciat, quòd detecta confeſsione, poſſet faciliter liberare perſonam innocentiſsimam à ſupplicio, ad quod rapitur, vt quando audiuit cōfeſsionē male factoris, & ſic ſcit iſtum qui occiditur, eſſe innocentem, cùm ſit maius bonum ac excellentius pœnitentiæ ſacramentum, quàm quodcunquè aliud reipublicæ bonum. Quod quidem bonum ſacramenti huius minimè [vt diximus] ſeruari poterit ſine ſigillo. Deberet tamen ſacerdos in prædicto caſu pœnitentem admonere, vt reuelet, nè innocens occidatur. Quod ſi noluerit facere, non eum abſoluat. At ſi quid alicui eſt ſub ſigillo ſecreti vel confeſsionis, proditum tamen extra confeſsionem vel ſub iuramento nō reuelandi, ſi abſquè cauſa vrgente rationabili reuelet [etiam præcipiente prælato] peccatum eſt mortale. quia contra ius naturæ agit ſecundùm Archi. & Henricum de Gandauo quolib. 9. & ſecūdùm Silueſtrum in verbo, Secretum. §. 2 Imò ſecundùm omnes doctores. Ex rationabili tamen & vrgente cauſa, vt ſi imminet nocumentum notabile corporale vel ſpirituale reipublicæ, vt ſi ſit aliquis hæreticus ſecretus, & ego ſcio quòd vult ſuam hæreſim populo prædicare, debeo manifeſtare, non obſtante quacunquè promiſsione vel iuramento. Similiter, ſi imminet tale nocumentum innocentis, vt ſi ſcio ſub ſigillo ſecreti. quòd Ioannes furatus eſt equum, de quo furto falſè accuſatur Petrus, & ad ſupplicium rapiettur, niſi ego reuelē ſecretum Ioannis, & ſi ſpero me illum poſſe liberare, reuelare debeo.

Archi. Henric. Silueſte.

¶ Annotare tamen hîc opūs eſt, q̄ hoc præceptum de ſigillo ſeruando obligat quoties quis ad confeſsionem accedit cum propoſito confitendi ſacramentaliter per modum accuſationis coram DEO, etiam ſi accedat cum propoſito patrandi aliquod malum, quod faceret confeſsionem non eſſe validam, & non eum abſolueret ſacerdos, eò quòd à tali propoſito non vult deſiſtere. Similiter

lum, tum propter pronitatem quæ ex consuetudine posset accidere. Potest enim contingere, quòd ex illa consuetudine, quam habet narrandi ista quæ sub sigillo non cadunt, peccata aliquando dicat. Has tres conclusiones ponit Diuus Thomas in 4. dist. 21. q. 3. ar. 1. q. 2. D. Tho.

XXXIIII. DIFFICVLTAS.

Vtrùm liceat detegere in genere peccata audita in confessione.

REspondebimus huic difficultati per aliquot conclusiones, & earum prima sit. Si quis in genere, & in cõmuni apperiat peccata in confessione audita, taliter vt neque directè neque indirectè quis in cognitionem pœnitentis venire possit, non reuelat confessionem. Conclusionem hanc tenet Scotus in 4. dist. 21. q. 2. Et probatur ex vsu communi sacerdotum, qui in familiaribus colloquijs narrant peccata quæ audierunt in confessione absque scrupulo, & doctores multoties ponunt casus, quos in confessione audierunt, & similiter prædicatores in concionibus reprehendunt ea peccata quæ in confessionibus audiuntur. Cauere tamen magnopere debent, nè dicant, talia esse audita in confessione: imò & cauere debent prædicatores, nè illa prædicent in præsentia eorum qui illa confessi sunt. 1. Conc. Scotus.

¶ Secunda conclusio. Et si nullum peccatum sit prædicto modo loqui de peccatis auditis in confessione, melius tamen ac tutius est, ab huiusmodi loquutionibus abstinere: quia semper sequitur scãdalum ex illis, maximè apud gẽtem vulgarem & communem.

¶ Sed an liceat aliquando personam pœnitentis explicare in fami

Conc.3. familiaribus colloquijs ? Ad hoc ſit tertia concluſio in ordine. Si quis detegat peccata communi nomine peccatorũ, explicando etiam pœnitentis perſonam, vt ſi quis dicat, Petrus confeſſus eſt mihi ſua peccata, imò ſi dicat ſua venialia: non ideo reuelator confeſsionis iudicandus eſt. Hæc concluſio probatur, nam materia confeſsionis ſunt peccata, ergo detegendo venialia iſto modo in communi, nõ iudicabitur ſacerdos fractor ſigilli, cùm de aliquibus peccatis debeat eſſe confeſsio. Secus tamen eſſet ſi diceret in genere, Petrus mihi confeſſus eſt ſua peccata mortalia: nam certè reuelator confeſsionis tunc iudicaretur. Ratio eſt, quia ex tali loquutione deterrerentur homines à confeſsione.

4. Conc. ¶ Sed quid ſi peccatum eſt publicum ac notum omnibus? Pro hoc ſit 4. concluſio. Quòd quanuis peccatum ſit publicum, vt publicus vſurarius, aut concubinarius, aut meretrix, non licet dicere, Petrus confeſſus eſt mihi ſuum mortale peccatum, aut, Meretrix confeſſa eſt mihi legitimè de ſuo meretricio, & abſoluta eſt

Caieta. à me. Hæc concluſio eſt Caietani in ſumma verbo Confeſſor, cui

Soto. adhæret Soto in. 4. & eam probat hac ratione: quia poſtquàm ad confeſsionem relatum eſt, non licet illud extra proferre. Nec licet dicere, interrogato ſacerdote, Iſte nõ eſt abſolutus, ſed in his omnibus non aliud licet dicere quàm, Ipſe eſt confeſſus mihi, & ego feci officium meum: & hæc eſt tutior ſententia quàm dicentium, quòd poteſt confeſſor reſpondere, ſe illum non abſoluiſſe. Cum his tamen ſtat, quòd licea t proprio ſacerdoti huiuſmodi cõcubinarijs & vſurarijs Euchariſtiam denegare, etiam ſi ipſemet illorum confeſsionẽ audiſſet, & non abſoluiſſet eos. Debet enim ſe habere tanquàm ſi nihil in confeſsione ſciret: & dicat, Quia iſte hactenus fuit & eſt, quantùm apparet, in tali peccato publico, & peccatum publicum debet publica pœnitentia apud homines purgari propter ſcandalum, ideo niſi publicè conſtet, te vel illũ reliquiſſe peccatum, nolo communionem dare, neque ad eccleſi aſticam ſepulturã admittere. Et ſic abſq; hoc quòd ipſe reuelet cõfeſsionem, ſanctè & iuſtè negabit communionem. Similiter, ſi diceret, Ego non potui ipſum abſoluere, quia non video pœnitenti ã publicã de peccato publici cõcubinatus aut vſuræ &c. nõ ideo reuelat cõfeſsionẽ: quia nihil dicit quod ſciat per cõfeſsionẽ, ſed qđ tã ipſe quã alij vidẽt, ſcilicet nõ pœnitere publicè de peccato publico, cũ debeat pœnitẽtia publica p̃cedere abſolutionẽ, ſi peccatum

Quo fit, vt prouincialis, vel quicunquè ſuperior non poſsit abſoluere priorem vel guardianum ab officio propter notitiam quam ex confeſsione accepit: & pari ratione non poterit electum non confirmare, quia ſcit tantùm vt Deus. Debet tamen ſuperior in caſu prædicto illi ſuadere in confeſsione, vt dignitatem, nempe prioratum &c. reſignet: vel ſi noluerit, poterit talis ſuperior prælatus, ſi eſt alia cauſa vel occaſio, ex illa illum abſoluere à cura prioratus, ita vt ſuſpicio omnis vitetur de confeſsionis reuelatione. Non enim poteſt illum ſine cauſa & iudicio ſua iuriſdictione ſpoliare: quæquidem cauſa per aliam viam quàm ſacramenti innoteſcat. Et eadem ratione ſi parochus in confeſsione ſcit, Petrum & Mariam eſſe cõſanguineos vel affines, ſi cùm admonuerit, adhuc inſtet pœnitens quòd vult ducere Mariam, tenetur illis adminiſtrare ſacramentum Matrimonij: quanuis ſciat, nullum eſſe ſacramentum ratione impedimenti. Similiter, ſi epiſcopus poſtquàm admonuerit illum quem ſcit in confeſsione eſſe irregularem, non inuenit aliam cauſam qua illum ab ordine repellat, tenetur eum ordinare. Quia per ſolam confeſsionis notitiam non debet aliquis de populo, priuari iure quod habet petendi ſacramentum à proprio parocho, vel ordines ab epiſcopo. Similiter, non poterit quis ſuum ſuffragium denegare alicui ob ſolam alicuius peccati notitiam quam ex confeſsione accepit, qua nouit eſſe indignum prælatura. Ratio iſtorum omnium eſt, quia aliàs retraherentur Chriſti fideles à confeſsione. Poterit tamen ei denegare illud ſuffragium, ſi aliæ appareant cauſæ indignitatis. Ex his rurſus infertur quòd non poteſt prælatus per notitiam quam habuit in confeſsione ſacramentali, moueri ad faciendam particularẽ inquiſitionẽ: quia ius inquirendi naſcit ex delicti infamia vel ſemiplena probatione: & quod in confeſsione noſcitur nullius horum rationem habet. Similiter, ſi fortè [quod abſit] contingat, ſacerdotem ſiue vnum ſiue duos vel tres, ex ignorantia, vel malitia & odio alicui iudici reuelare peccatum auditum in confeſsione: tunc iudex ille ex teſtimonio ſacerdotis vel ſacerdotum habito per confeſsionem, non poterit procedere contra reum, neque ad damnandum, neque ad inquirendum. Tum, quia illud teſtimonium nullius momenti eſt, cùm eo ipſo quòd ſacerdos reuelat confeſsionẽ, eſt infamis: talis enim condemnatur in iure. Tum, quia ſi ex illa notitia iudex procederet contra reum, maximum ſcandalum ſequeretur in eccleſia, & eſſet ſacrilegus, ſi ex huiuſmodi notitia

proce

procederet. Quare si alia via procedere nõpotest, debet se cohibere, & abstinere à tali processu.

XXXIII. DIFFICVLTAS.

Vtrùm sigillum confessionis extendatur ad alia quæ non sunt peccata, & audiuntur in confessione.

1. Conc. HVic difficultati tribus conclusionibus respondetur, quarum prima sit. Sigillum confessionis directè & per se ad sola & omnia peccata, non tantùm mortalia, verùm etiam venialia, & ad eorum circunstantias extendit se. Similiter cadit sub sigillo hoc, persona pœnitentis, & alia quæcunquè illic explicita quæ posset, si proderetur, infamia ledi, vt quando quis personam complicem delicti explicauit in confessione propter necessariam circunstantiam explicandam. Hæc conclusio habetur expressè in c. Omnis vtriusquè sexus. Et quidem quoad mortalia peccata, notissima est cõclusio. Quoad venialia verò, probatur. Notũ enim est, q si pœnitentes intelligerent, peccata venialia non cadere sub sigillo: quòd illa nunquàm confiterentur, & quòd deterrerentur à confessione. Vnde, aboleretur ab ecclesia venialium cõfessio, quæ non modica boni spiritualis iactura esset.

2. Conc. ¶ Secunda conclusio. Res aliæ q̃ non sunt peccata, quæ si reuelentur, ex consequenti posset veniri in notitiam peccati, aut peccatoris, vel socij criminis per quendam discursum: cadũt etiam sub sigillo confessionis indirectè, vt si confessor diceret, Petrus fuit tali hora in tali loco, posset enim tunc Petrus in suspicionem venire homicidij, quod illic perpetratum est.

3. Conc. ¶ Tertia conclusio. Ea quæ sunt impertinentia ad confessionem, scilicet quæ nec directè nec indirectè ad ipsam expectant, non comprehenduntur sub sigillo confessionis. Sunt nihilominùs summo studio celanda, præsertim dum circunstantes intelligere possint, in confessione fuisse audita. Tunc propter scanda-

lum,

catum est publicum, itaq; debet pœnitens satisfacere publico scã dalo priùs: non tamẽ potest dicere, Iste nõ vult pœnitere, vel, Iste est obduratus in peccato suo, quia hoc scit per cõfessionem: quia ille dixit cõfitendo, Ego nolo relinquere statum meum. Hæc C a ietanus vbi suprà. *Caieta.*

¶ Quinta conclusio. Si contingat, quòd confessor ex ignorantia absoluit aliquem, quem absoluere non poterat: eò quòd erat excommunicatus, vel habebat casum reseruatum: poterit ipse sacerdos liberè & absq; aliquo scrupulo dicere pœnitenti, Frater, ego commisi errorem tebsoluendo: redeamus ad cõfessionẽ, quia tibi expedit valde. Quod si noluerit, si bi imputet & dimittatur. quia iam non est in culpa sacerdos. Si autem voluerit, dicat ei confessor, Necesse est iterum peccata tua cõfitearis in generali & si quę alia commisisti: quia feci tale peccatum in confessione, ꝙ eras excommunicatus, & non potui te absoluere: & hoc modo hunc defectum sine confessionis reuelatione reparabit. Conclusionem istam tenet Soto in relectione de ratione tegendi & detegendi secretum, membro. 3. q. 4. dubio. 4. circa quintã conlusionẽ ne c est dubitãdũ de illa. Extra tamen hos casus necessitatis nullatenus sacerdoti licet de culpis extra confessionem cum pœnitente ipso sermonem vllum inire. *5. Conc.* *Soto.*

XXXV. DIFFICVLTAS.

Vtrùm licentia pœnitentis possit sacerdos reuelare ea quæ in confessione nouit.

OMissa sententia. Alexan. Alen. in 4. p. q. 78. membro 2. ar. 3. & Scoti. dist. 21. q. 2. & Durandi eadẽ dist. q. 1 qui omnes affirmant, de pœnitentis licentia nõ posse confessorem peccatum auditum in confessione aperire. Omissa [inquã] hac opinione, huic difficultati vnica cõclusione affirmatiua respõdetur, nẽpe quòd pœnitẽs potest conferre licentiam sacerdoti reuelandi peccata audita in confessione, & sacerdos secluso scandalo, illa licentia abtẽta, potest peccata illa reuelare. Hæc conclusio est demente. D. Tho. in 4. dist. 21. q. 3. ar. 2. & Bonauẽturæ & Palud. Adrianiq;, ac tandẽ ex consensu omnium aliorum doctorum. Et eam probat elegan- ter in loco citato D. Tho. & primò quoad primam partem. Nam quando *Alex. al* *Scotus.* *Durand.* *Con. aff* *D. Tho.* *Bonauẽ.* *Adrian.* *D. Tho.*

quando quis potest aliquid facere per se, poterit etiam illud facere per alterum. At verò pœnitens potest peccatum suum quod fecit per se, alteri reuelare: ergo poterit etiam per sacerdotem. Secundò probat, quia potest pœnitens facere, vt quod sacerdos sciebat vt Deus, sciat etiam vt homo: quod quidem fit cùm licentiam ei præbet ad dicendum. Tertiò probatur ex vsu ecclesiæ, nam sæpe contingit sacerdoti ex pœnitentis licentia reuelare peccata audita in confessione alicui doctiori propter vtilitatem pœnitentis, nempe ad capiendum consilium in re, quam sacerdos diffinire non valet. Imò & absquè pœnitentis licentia potest sacerdos de eadem re peritiores consulere, dummodo persona innotitiam veniri non possit. Postremò probatur, quia tota ratio sigilli confessionis est, vt homines non deterreantur à confessione, & pœnitentes non ignominiam sumant. At verò in casu prædicto, nempe quando sacerdos reuelat peccata ex pœnitentis facultate, & propter illius & boni communis commodum, cessat ista ratio. Fatendum est igitur, posse sacerdotem peccata reuelare ex pœnitentis facultate. Dixi, In vtilitatem pœnitentis, nam cauendum est, nè dum sacerdos viderit pœnitentem ad id cogi à Tyrãno, nempe vt licentiam concederet sacerdoti ipsi dicendi peccatum, facultate eius vtatur: quia verget in damnum pœnitentis. Nec obstat huic nostræ assertioni Scoti ratio: quia sacerdos tenetur seruare sigillum ex iure naturali & diuino: in quibus pœnitentem dispensare non posse, non ambigimus. Non, inquàm, obstat hæc ratio: nam hoc intelligitur duntaxat, quandiu illa peccata sunt materia confessionis. Quando verò pœnitens concedit facultatem cõfessori reuelandi, iam facit quòd illa peccata non sint materia confessionis, & peccata illa sciat vt homo. Vnde, non reputabitur talis sacerdos fractor sigilli, dicendo illa peccata. Ac ex consequenti non sequetur ex eius reuelatione scandalum, nec iam tenetur tunc de iure naturali & diuino sacerdos seruare sigillum. Sicut enim certum est, teneri hominem de iure naturali iuramentum adimplere, vt si iurauit alicui dare centum: attamen si ille alius cui promisit, ei remittat, iam ad amplius non tenetur: ita quoquè fateri oportet in materia confessionis. Nec hoc est dispensare in iure naturali & diuino, sed facere, vt quod erat materia confessionis, iam non cadat sub confessione. Annotato tamen, quòd sufficit, quòd pœnitens dicat confessori, Ego do tibi licentiam dicendi ea quæ dixi in confessione: crediderim tamen ego tutius esse explica

Notabil.

explicare iterum omnia confessori extra confessionem. Nã oportet quòd manifesta fiant peccata aliter quàm per confessionem: quod non videtur fieri posse, nisi illa audiat confessor vt homo extra confessionem.

XXXVI. DIFFICVLTAS.

Vtrùm liceat confessori aperire ea quæ nouit in confessione, si alia via illa sciat.

Respondetur huic difficultati duabus cõclusionibus. Prima sit. Quod sacerdos extra confessionem nouit, siue ante siue post confessionem, non tenetur seruare sub sigillo confessionis, quia iam illud scit vt homo: & sacerdos non obligatur pœnitenti ad celãdum cr men, nisi qua ratione illud in confessione scit. Item, quia ius quod homo de hac re extra confessionem habet, per confessionem non amittit. Prætereà, quia aliàs lata aperiretur fraudibus via, vt si prædo coram sacerdote furtum faceret in ecclesia, posset statim illud in aures sacerdotis susurrare, vt os illi obstrueret, nè posset dicere. Quocircà poterit confessor loqui de re illa eodem modo, ac si eam non audisset in confessione: non tamen potest dicere, Ego audiui hoc in confessione. 1. Con.

¶ Secunda conclusio. Propter scandalum tamen vitandum debet confessor abstinere se ab huiusmodi loquutionibus, nisi necessitas immineat. Suspicionem enim generat talis sacerdos apud audientes, quòd frangit confessionis sigillum. Has cõclusiones ponit S. Tho. in 4. dist. 21. q. 3. ar. 1. q. 3. 2. Conc. D. Tho.

Hæc de cõfessione dicta, sint satis.

De sa

De ſatisfactione, quæ tertia eſt pars pœnitentiæ.

PRIMA. DIFFICVLTAS.

Vtrùm hæc tertia pars pœnitentiæ, quæ ſatisfactio appellatur ſit neceſſaria.



Xpeditis Dei auxilio opẽ ferẽte duabus prioribus pœnitentiæ partibus, nempe contritionis, & confeſsionis: de tertia tantùm nunc ſupereſt agere ſcilicet ſatisfactione, & non immerito ſtatim hæc difficultas collocatur in principio huius materiæ tum, quia [teſte Philoſopho] prima quæſtio quę de vna quaq; re ſe offert, tractãda eſt, an res ſit: tũ, quia Lutherus hanc ſatisfactionem penitus reijcit [inquit enim merũ commentitiũ eſſe Theologorum: cum ex parte hominis ad Deum nulla poſsit eſſe æqualitas. Quem errorem inter cæteros condemnatos Luthero per Leonem quintum numero eſſe aſſerit Roſenſis in libro quem aduerſus Lutherum edidit. Vnde, ſit pro hac difficultate prima concluſio de fide tenenda, quòd hæc tertia pœnitentiæ pars eſt neceſſaria. Probatur in primis, qnia notum eſt, omnes ſanctos vti ſatisfactione ſub hoc nomine. Cyprianus in ſermone. 5. de lapſis. Ambro. ad virginem lapſam. c. 8. Grã de inquit ſcelus magnam poſtulat ſatisfactionem. Deinde probatur ex ſacro eloquio. Habetur nanq; Matthei c. 3. Facite ergo fructum dignum pœnitẽtiæ, ideſt, Facite ſatis Deo pro peccatis commiſsis, vt Caieta. exponit, & Matthei. c. 11. Vę tibi Coro Zain, vę tibi Bethſaida: quia ſi in Tyro & Sidone factæ eſſent virtutes q̃ factæ ſunt in vobis, olim in cilicio & cinere pœnitentiam egiſſet ¶ Secunda concluſio. Tenendum eſt etiam ſecundùm fidem catholicam, poſt remiſsionem culpæ remanere aliquando aliquem reatum pœnæ, ad cuius ſolutionem ſatisfactione opùs eſſe, licèt pœna damni quæ correſpondet auerſioni, ſemper tollatur per remiſsionem culpæ. Concluſionem iſtam quia iam ſupra oſtendimus de fide eſſe tenendam ex quamplurimis locis ſacræ ſcripturæ, nempe ex illo. 2. Regum. c. 12. vbi poſtquàm Natan dixit Dauit, Dominus tranſtulit peccatum tuum à te, inflicta eſt pœna vt moreretur puer qui natus illi fuerat ex Berſabe & ex illo. 2. Ma

1. *conc.* *Cypria.* *Ambro.* *Matt. 3.* *Caieta.* *Matt. 11* 2. *Conc.* 2. *Re. 12*

cha

cha.c.12. Sancta ergo & salubris est cogitatio, pro defunctis exorare, vt à peccatis soluantur: non oportet hîc plus tẽporis in eius probatione consumere, & maximè quia nuper diffinita est hæc cõclusio in Concilio Triden. Mac. 12. Conc. Tr

II. DIFFICVLTAS.

Vtrùm hæc sit bona diffinitio satisfactionis, Satisfactio est peccatorum causas excidere, & eorum suggestionibus aditũ non indulgere.

VT lucidior hæc quæstio omnibus fiat, duo fundamẽta sunt à nobis præmittẽda. Primum est, quòd satisfactio est species virtutis iustitię. Probatur, nã æqualitatem dicit in ipso satisfaciente in ordine ad alterum. Annotare tamen opùs est, quòd hęc æqualitas, aut constituitur in rebus datis & acceptis, aut in actionibus & passionibus, quibus se inuicem homines, aut iniurijs afficiunt, aut beneficijs: & quia res sunt quæ dantur & accipiũtur, illa æqualitas dicitur in rebus redditio & restitutio, vt dum rẽ aliquam ab alio quis accipit, & reddit pœcuniam. Æqualitas verò in actionibus constituitur, dum quis pro beneficio accepto, gratias refert, vel pro iniuria & offẽsa alteri illata, pœnã & supplicium patitur, & hoc dupliciter contingit. Vno modo, dum inuitus à iudice punitur: altero modo, dum quis sponte pro iniuria quam alteri intulit, castigat seipsum Et hæc propriè dicitur satisfactio, quæ est pars pœnitentiæ. Ex his elicitur, satisfactionem differre à restitutione, cùm restitutio fiat in rebus datis & acceptis, satisfactio verò in actionibus. Vnde, vtraquè sine altera reperiri potest, quãuis aliquãdo ambo coëant. Dum enim quis reddit quod citra iniuriam acceperat, nempe mutuũ aut pretium rei emptæ, fit restitutio absq; satisfactione. Dum autem pro iniuria illata, vbi scilicet sola contumelioſa verba præcesserunt, humiliãdo se homo, veniam petit, fit satisfactio absq; restitutione. At verò dum res redditur per iniuriam sublata vt furtum, & restitutio primum requiritur, & deinde satisfactio pro iniuria.

¶ Secundum fundamentum est, quòd bifariam satisfactio considerari potest. Vno modo secundùm quòd respicit culpam præteritã. Altero modo secũdùm quòd præseruat à culpa futura. Quod quidem ostendi potest manifestè, quia iustitia, cuius actus est satisfactio

tisfactio, non ad hoc solùm ordinatur, vt inæqualitatem præcedẽ
Philoso. tem auferat, culpam puniens præteritam, sed vt infuturum æqualitatem custodiat: siquidem [teste philospho in. 2. Ethico.] pœnæ medicinæ sunt. Sicut igitur bona medicina debet curare infirmitatem præteritam, & præseruare respectu futuræ: ita satisfactio debet esse remedium peccati prẽteriti, & cautela respectu futuri. Vnde, iuxta hanc duplicem considerationem satisfactionis: duplex diffinitio assignari potest, vt pulcherrimè dicit D. Tho. in 4. dist. 15
D. Tho. q. 1 ar. 1. q. 3. Secundùm priorem modum diffinitur sic, Satisfactio est compensatio iniuriæ Deo illatæ ad quandam æqualitatem iustitiæ cum proposito cauendi in futurum. Dicitur, Deo illatę, adde notandam satisfactionem sacramentalem, de qua in præsentiarum loquimur. Dicitur autem ad quandam æqualitatem iustitiæ, nempe non omnimodam, sed proportionis, vt inferiùs manifestabi-
Augusti. mus. Secundùm verò posteriorem modum diffinitur ab Augustino in lib. de ecclesiasticis dogmatibus. c 54. in hunc modum, Satisfactio est peccatorum causas &c. Et quanuis ad pleniorẽ intelligentiam consentaneum fuerit & optimum, duas hîc diffinitiones satisfactionis apposuisse: tamẽ sufficiẽtissima est hæc secũda. Cùm ex cautela futurorũ peccatorũ possit cognosci recõpẽsatio p̃teritorum. Præteritũ nanq; respicientes, causas peccatorum detestamur. Causas, inquam, nempe consortia praua, & peccandi loca, cęteraſq; occasiones ad peccandum. Quocircà optima est diffinitio in principio pro difficultate apposita. Posset etiam diffiniri satisfactio completissimè in hunc modum, quòd satisfactio sit pro illata iniuria volũtaria, recompensatio secundùm æqualitatem iustitiæ cum proposito non committendi nouam malitiam. Ex qua diffinitione elicitur, non capi hîc largo modo satisfactionem pro solutione debitæ pœnæ, quam aliquis patitur siue spõte siue non: vt est pœna illa, quam animæ existentes in purgatorio sustinẽt, q̃ tantùm est voluntaria, quia est pacienter tolerata, sed capitur propriè prout importat voluntariam solutionẽ pœnæ debitæ, quia eligitur & procuratur, tanquàm medium ad consequendum finẽ. Satisfactio enim propriè dicta, opus meritorium requirit, quod nõ habet pœna quã animæ existentes in purgatorio patiuntur: quia non sunt in statu merẽdi gradum gratiæ aut gloriæ: nam status merẽdi & demerẽdi eo præciso tempore durat, quo anima est in hoc corruptibili corpore, cuius sensualitas nobis relicta est ad pu-
Iob. 7. gnam. Vnde, Iob. c. 7. Militia est vita hominis super terrã. Et Paulus,

ſus, Quis me liberabit de corpore mortis huius? Cõparatur enim homo arbori, quæ quãdiu viuit, creſcere poteſt: abſciſa verò, creſcere ceſſat, quia vbi ceciderit lignũ, ibi erit, Eccleſiaſti. 11. Cùm primùm ergo anima à corpore liberatur, militia ceſſat, & immobile manet meritum & demeritum illuc vſq; peractũ, & ſic nõ poſſunt ampliùs proficere nec in malum nec in bonum, & hoc admonuit ſapiens Eccleſi. cap. 14. Ante obitum operare iuſtitiam: quoniam non eſt apud inferos inuenire cibum, hoc eſt nouũ aliquod meritũ, quo ciberis. Cui conſonat & illud Eccleſiaſ. 9. Quodcunq; poteſt facere manus tua, inſtanter operare: quia neq; opus, nec ratio, nec ſapiẽtia, nec ſciẽtia erũt apud inferos, quo tu properas. & D. Pau. in quãplurimis locis hoc aſſerit. Ait enim. 2. ad Cor. 5. Oportet nos manifeſtari ante tribunal Chriſti, &c. duntaxat igitur lar go modo pœna illa purgatorij, dicitur ſatiſfactoria, vt annotat D. Tho. in 4. diſt. 17. q. 2. ar. 4. q. 3.

Rom. 7

Eccle 11

Eccle. 4

Eccle. 9

2. Co. 5.

D. Tho.

III DIFFICVLTAS.

Vtrùm homo Deo ſatiſfacere poſsit.

RO huius difficultatis pleniori inteligẽtia duo annotare opùs eſt priùs. Primũ, q̃ cùm impræſentiarũ de ſatiſfactione puri hominis loquamur, non intelligitur præſens quæſtio de ſufficienti remedio ad culpæ remiſsionem: ſiquidem conſtat, hominem ex viribus naturæ remiſsionem peccatorum minimè obtinere poſſe, ſed Dei ope adiutus, in ipſum conuerti. Ille enim erat Pelagianorum error. Intelligitur ergo quæſtio, de ſolutione pœnæ, nempe vtrùm remiſſa culpa, poſsit homo pœnam quæ remanet, ſoluere. Secundum annotandum eſt: q̃ cùm ſatiſfactio ſit actus iuſtitiæ [vt dictum eſt] ac conſequenti importet æqualitatem, diſtinctio neceſſaria eſt. Nam vel loquimur de æqualitate propria, vel de æqulitate ſecundùm proportionalitatem. Et quidẽ ſi primo modo loquamur, eſt prima concluſio. Etiam ſi homo non peccaret, non poſſet Deo ſatiſfacere ad æqualitatẽ. Probatur, nam ſeclu ſo quocunq; peccato, ſolùm ratione beneficij accepti creationis, ſecũdùm Philoſophi ſententiã, Dijs & parẽtibus æquiualens reddere non poſſumus, iuxta illud Dauid, Quid retribuam dño, pro omnibus q̃ retribuit mihi? At verò, ſi loquamur de æq̃litate proportionis, eſt ſecũda concluſio, q̃ homo faciens id quod in ſe eſt, ſatiſ

Notabi. 1

Notab. 2

1. Conc.

Pſal. 115

2. Conc.

D. Tho. facit Deo. Has duas cõclusiones ponit expresse D. Tho. in 4. dist. 15. q. 1. ar. 2. Nec obstat huic secundæ conclusioni quia quicquid
1. Pa. 29 habemus & Deo reddimus, suum est, iuxta illud. 1. Paralt. 29. Tua sunt omnia, & q̃ de manu tua accepimus, reddimus tibi. Nõ, inquã, obstat, nã non sumus vt seruus emptitius, qui nõ est sui iuris, neq; dñium habet suarum actionum. Habemus enim liberum arbitriũ & dñium nr̃arũ actionũm, & sic post quàm dominos nos fecit nr̃arum actionũ & rerũ, damus illi vt nr̃um, licèt ab ipso receperimus.

Dubium ¶ Sed dubium occurrit hîc non contemnendum, vtrùm, scilicet
3. Conc. adhoc vt Deo satisfaciat homo, requiratur quòd sit in gratia. Pro hoc dubio sit. 3. conclusio in ordine affirmatiua, nempe quòd si cõsideretur homo secudũm sua naturalia secluſa gratia, Deo nullo modo potest satisfacere. Hæc conclusio ostẽditur aperta ratione: nam quicquid homo potest dare Deo quandiu existit sine gratia,
Esai. 46 est nullius pretij & valoris apud ipsum: nam vt Esaiæ 46. legitur, Omnes iustitiæ nr̃ę sunt sicut panus mẽstruatæ. Sicut ergo nullatenus quis nisi diuina gratia adiutus, potest in Deũ conuerti, vt cuparum remissionem obtineat: ita neq; pro pœnis, quæ culpis remissis remanent, nõ nisi per eandem gratiam satisfacere valet. Itẽ quia dicere q̃ Deus acceptat opa nr̃a, est dicere suntilli grata & accepta. Opa autẽ hominis extra gratiã existentis, cũ sint opera inimici DEO, grata minimè esse possunt. Ex quo fit consequẽs, vt antequam mortalis culpa remittatur, nulla esse possit satisfactio pœnæ. At verò si homo consideretur prout existit in gratia,
Dubium est dubium, an ex libertate Dei acceptãtis, possit Deo propriè & adæquatè satisfacere? Et pro hoc dubio adhuc sic distinguendum est: nam aut habet respectum ad Christi passionem, aut non, si non
4. Con. habet, est. 4. cõclusio. Quòd quanuis possit homo existens in gratia, illo modo satisfacere pro pœna debita propter culpam, sed nõ de rigore iustitiæ, scilicet ad æqualitatem rei ad rem, sed ex diuina acceptatione: quia non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis, vt ait Paulus ad
Rom. 8. Roma. 8 cap. veruntamen si homo consideretur prout existit in gratia, & habet respectum ad Christi passionẽ, ita quòd ipsa gratia est effectus passionis, & satisfactio habet vim à passione ipsa,
5. Conc. est quinta conclusio, quòd isto modo propriſsimè & adæquatè satisfacit homo, iungens merita sua meritis Christi, qui etiam inquantùm homo satisfecit ad æqualitatem. Quo fit vt satisfactio iniuncta à sacerdote in sacramento pœnitentiæ, satisfacit de rigore iu-

sti

te iustitiæ ad æqualitatem, cùm vim habeat à Christi passione. Postq; enim homo efficitur membrum Christi, cui virtus passionis eius communicatur, opera sua quæ gratia informatur, habent infinitatis virtutem per diuinam misericordiam, vt sint apud ipsum satisfactoria.

IIII DIFFICVLTAS.

Vtrùm possit homo pro vno peccato satisfacere non satisfaciendo pro alio.

VNica cõclusione affirmatiua respõdetur huic difficultati, nempè quòd quãq; homo recipit vnius debiti solutionem sine solutione alterius debitr. Deus tamen nõ recipit satisfactionem vnius peccati sine satisfactione alterius. Ratio huius cõclusionis est, quia in debito, vbi tãtũ est inæqlitas iustitiæ opposita, nõ exigitur ad solutionẽ, nisi q restituatur æqlitas iustitiæ quod quidẽ fieri potest de vno debito, quãuis nõ fiat de alio. Attamẽ vbi est offensa, ibi est inæqualitas, nõ tãtum iustitiæ opposita, verũm etiã amicitiæ. Vnde, illa satisfactio q̃ fit ad reconciliationem amicitiæ, nõ solũm exigit æqualitatem iustitiæ ad recõpensationem, verũm etiã æqualitatem amicitiæ quod minimè fieri potest quãdiu est aliquid quod amicitiã impediat. Quo fit, vt neq; inter homines fieri possit huiusmodi satisfactio pro vna offensa, nisi fiat pro omnibus. Secus quando interuenit propria ratio iustitiæ dari & accepti, seclusa amicitia: quod quidem inter homines interuenire potest, sed minimè inter nos & Deum. Hanc sententiã tenet Diuus Thomas in. 4. dist. 15. q 1. ar. 3. & in. 3. p. q. 86. ar. 3. & est ferè omnium doctorum sententia. *Vni. con* *Di. Tho.*

¶ Animaduertendũ est tamẽ circa hãc cõclusionẽ, q̃ postq; homo existit in gratia, potest satisfacere pro pœna debita pro vno peccato, quãdo nõ satisfaciat pro pœna debita pro alio. *Nota li.*

V. DIFFICVLTAS.

Vtrùm quis extra charitatem existens, possit satisfacere pro pœna debita pro peccato iam remisso.

RO huius difficultatis elucidatiõe distinctionẽ bi mẽbrẽ supponere opus est, videlicet ꝙ satisfactio alia est sacramentalis, quæ fit ex iniunctione sacerdotis dispensantis sacramẽta alia autem non sacramentalis, ideſt studiosa, quæ fit ex virtute pœnitentiæ purgantis contra peccatum per opera bona. Tunc est prima conclusio. Satisfactio studiosa non sacramẽtalis, facta in peccato mortali, seu per opera moraliter bona extra charitatẽ facta [q̃ tuncunq́; fiant ista opera animo satisfaciẽdi pro peccatis iam dimissis] nihilominùs nõ sunt satisfactoria Hæc conclusio est omniũ doctorum Illam enim tenent. D. Thomas in. 4. dis. 15 q. 2. ar. 3. Capreolus eadem distinctione. q 1. Palud eadem dis. q 1. Henricus quoli 8. q. 18. Siluester verbo satisfactio §. 6. &. 7. Caie. quo q̃; q. 2. de satisfactione. Et probatur ex illo Pauli. 1. Cor. 13. c. Si distribuero, inquit, in cibos pauperum &c. & tradidero corpus meum, ita vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest Confirmatur etiam ratione. Nam opera illa nõ sunt q̃lia mathematicè satisfactioni quam debet: cùm etiam existens in gratia isto modo non possit reddere æquale Deo, nec ex liberalitate Dei acceptãtis: quia nõ acceptatur à Deo, cùm ab inimico procedãt. Acceptatio nãq́; operum prouenit ex acceptatione subiecti illa opera facientis. Vndè. D. Gregorius ĩ epistola ad Necharedum regem Visigothorum, exponens illud Gene. 4 c. Respexit Deus ad Abel, & ad munera eius: dicit. Neq́; enim in omnipotẽtis Dei iudicio quid datur, sed à quo datur aspicitur. Et ecclesiastici. 34. c. Ait sapiens. Dona iniquorum non approbat altissimus. Oportet ergo, ꝙ hæc satisfactio expleatur ĩ charitate, vt sit alicuius pretij & valoris. Exsoluitur tamen libere p hoc opus vel illud. putà per orationẽ, vel ieiuniũ, vel eleemosynam hic aut in purgatorio. Vtrùm autẽ huiusmodi opera prosint peccatori illa operanti ad aliqua bona consequenda, iam suprà monstrauimus partẽ affirmatiuã, cùm de opibus mortuis ageremus, nempè ꝙ cõferunt eis ex vtilitates, quas illic posuimus. Libet tamẽ hîc superaddere dubiũ paruũ, an scilicet eadẽ opera ĩ peccato facta, conferant ad mitigãda inferni supplicia? Pro quo dubio sit secũda conclusio Quod quãuis per illa opera nullo modo minuatur pœna debita pro peccato, potest tamẽ minui & mitigari pœna inferni per illa, ad hãc sensum, quia per illa impeditur meritũ pœnæ, hoc est, peccatum, eò quòd per illa, vt illic diximus, ut plenius

1. coucln.
Di. Tho.
Capreo.
Palud.
Henrici.
Siluest
Caieta.
1. cor. 13
D. greg.
Gene. 4
eccle. 34
2. conclu

plẽtur diuina mãdata quò ad ſubſtãtiã,& quia ob cõſuetudinẽ bonorum operum ex minori contẽptu homo peccat, & quia nonnũ quàm propter illa differtur plaga Dei. Legitur nãq; 3. Regum. 21. Deum Achab magnum ſupplicium propter mortem Naboth comminatum fuiſſe,& tamen quia illum poſtmodum vidit ieiunantem & in ſacco dormiẽtem, propter ipſum diſtuliſſe,nè in diebus eius malum induceret,vſq; ad dies filij ſui. 3. Re. 21

¶ Tertia concluſio. Satiſfactio iniuncta à ſacerdote,expleta extra charitatem,licèt valeat in foro eccleſiæ,ac ſatiſfaciat ſacerdotis prẽcepto ſicut valent horæ canonicæ ſolutæ à ſacerdote exiſtenti in peccato mortali, non tamen valet tunc illa ſatiſfactio ad expiationem pœnæ debitæ coram Deo pro peccatis. Hanc concluſionem tenet Caietanus in ſumma,& Silue. quòad vtrãq; partem. Et probatur quòad primam,nam per confeſsionem informẽ adimpletur præceptum eccleſiæ, vt diximus in materia de confeſsione:multò ergo meliùs implebitur per ſatiſfactionem informẽ: tum maxime, quia ſacerdos non ligauit pœnitẽtem ad expletionem in charitate:tum etiam,quia aliàs nunquã pœnitentium conſcientiæ eſſent quietæ, quia minimè conſtare poteſt eis, ꝙ adimpleuerint pœnitẽtiam in gratia. Quòad ſecundã verò partẽ,quòd non valet ad expiationẽ pœnæ &c. probatur, quia ſine charitate nihil mihi prodeſt, ait apoſtolus. Non enim,vt diximus in priori cõcluſione,accipit Deus,quod nõ exhibetur cum charitate. Hæc ſecunda pars concluſionis eſt contra Sco. in 4. diſt. 15. q. 1. affirmãtẽ huiuſmodi ſatiſfactionẽ eſſe proficuã etiã abſquè voluntate factã. Nec ratio in qua fundatur Scotus, videtur concludere, nam dicit,iuſtitiã humanã punitiuã, poſtquã redditur æquale pro peccato cõmiſſo ex iudicis ſententia,nihil ampliùs poſtulare, Ergo & diuina,inquit,non debet ampliùs exigere. Reſpõdetur enim huic rationi negando conſequentiã, quia maximum diſcrimen eſt inter diuinã iuſtitiã & humanam. Ad ſatiſfactionem enim,quam iuſtitia humana exigit,ſatis eſt facere æq̃litatẽ rei ad rẽ:& non requiritur voluntas ex parte ſatiſfacientis, nec acceptatio ex parte illius cui fit ſatiſfactio. Ad ſatiſfactionẽ autem quam iuſtitia diuina exigit, quæ fit inter Deum & hominem,requiritur amicitia:quia non põt eſſe æq̃litas, niſi ſuppoſita diuina amicitia,in qua fundatur meritũ. 3. Conc. Caieta. Siluest. Scotus.

¶ Sed dubium ſe offert hîc,vtrùm ſatiſfactio prędicta in peccato facta, adueniente charitate effectũ ſuum ſortiatur remiſsionis pœnæ? Adhoc dubium ſit. 4. concluſio in ordine de mente Caietani Dubium 4. Conc. Caieta.

in q. 2. de satisfactione. Quòd satisfactio sacramentalis virtute clauium à sacerdote inposita, quæ quidem eò quòd extra charitatem fuit adimpleta, non valuit ad expiationem pœnæ debitæ corã DEO pro peccatis, adueniente charitate valere incipit, & viuificatur, hoc est, consequitur suum effectum recedente fictione, scilicet quando peccator redibit ad cor. Huic sententiæ adhæret Cano. Ac sententiæ huius ratio est, quia satisfactio sacramentalis pars est, sicut confessio informis ac Baptismus informis. Cũ igitur, tam confessio informis quàm Baptismus postmodum recedente fictione incipiant valere [vt dictũ est in suis ꝓprijs locis] consequens fit, vt satisfactio quoquè valere incipiat recedente fictione. Secus autem si non est inposita in sacramento, quia non est eadẽ ratio. Nec clam me est, Diuum Thomam in 4. dist. 15 q. 1. ar. 3. q. 3. tenere oppositam sententiam: quem omnes Thomistæ sequuntur, duobus prædictis exceptis, nempe Caietano & Cano. Dicit enim Diuus Thomas, quòd denuo tenetur pœnitens satisfacere: ac proinde, quòd satisfactio recedente fictione, non consequitur suum effectum. Hanc tamen sententiam omnes moderni reijciunt, & credo quòd Diuus Thamas retractasset suam sententiam, si opus tertiæ partis perfeciſſet.

Cano.

D. Tho.

Caieta.

Cano.

D. Tho.

De iis per quæ fieri debeat satisfactio.

VI. DIFFICVLTAS.

Vtrùm satisfactionem per opera pœnalia fieri oporteat.

Notabi.

PRo huius difficultatis pleniori intelligentia notandum priùs est quid sit opus pœnale. Pro quo sit fundamentum primum per vtile ac necessarium, quòd per se & propriè loquendo, opus pœnale idem est quod malum pœnæ condiuisum contra malum culpæ. Malum autem nihil aliud est, quàm defectus seu priuatio boni. Bonum verò, vt 8. Ethico. author est Philosophus, triplex est, nempe honestum, vtile, & delectabile. Priuatio ergo boni honesti, quod est virtus, est culpa: priuationes autem boni vtilis aut delectabilis sunt pœnæ: opus igitur pœnale est, quo aliquis bono vtili,

Philoso.

vtili vel delectabili priuatur: vt dare eleemosynam, ieiunare, & orare &c.

¶ Secundùm fundamentum est, quòd satisfactio duplicem habet respectum, scilicet & ad Deum cui fit, & ad peccata de quibus fit. His sic præmissis, difficultati per aliquot conclusiones satisfacere possumus, & earum prima sit. Satisfactio sacramentalis fieri debet per opera pœnalia & Deo honorifica. Conclusionem istam tenent omnes doctores, signanter Diuus Thomas in 4. dist. 15. q. 1. ar. 4. q. 1. & habetur expressè Iohelis. 2. c. Conuertimini ad me &c in ieiunio, & fletu, & planctu. Et Niniuitæ in cilicio, ieiunio & lamẽtis egerunt pœnitentiam. Ratione quoq; probatur, nam secundũ omnium doctorum sentẽtiam, cõfessor est iudex, sed stultus esset iudex qui pœnam aliquam pro peccatis non infligeret. Pœnale igitur aliquod opus confessor infligere debet pro peccatis: quod quidẽ nõ solùm respectu prẽteriti peccati cõmissi intelligẽdũ est: verùm etiam respectu committendi in posterum. Si enim considereretur satisfactio vt medicina cauendis peccatis futuris accommoda, hoc etiam modo congruit illi vt sit pœnalis: nam pœnæ, vt ait Philosophus, medicinæ sunt: vbi enim priùs homo expertus est pœnam, non facilè redit ad culpam. Prætereà, adęquatio in humana iustitia attenditur per subtractionẽ ab vno qui habet plus iusto: & additionem ad alterum cui aliquid est subtractum. Et q̃nuis Deo absolutè & simpliciter nihil subtrahi possit, tamen peccator quãtùm in ipso est, aliquid ei subtrahit peccans. Vnde oportet, vt aliquid subtrahatur à peccatore per satisfactionem: quod in honorem Dei accedat, ad hoc quòd recompensatio fiat: nam satisfactio est honorem debitum Deo impẽdere. Debent ergo opera per quæ fit satisfactio, esse & pœnalia & Deo honorifica. Et cõfirmatur hoc manifestè: quia notum est, Christum redemptorem nostrum per solam dilectionem satisfacere potuisse pro nobis: & tamen fecit satis per opera pœnalia. Sic igitur satisfactio per opera pœnalia fieri oportet: & quantò opus magis pœnale fuerit, magis erit satisfactorium, cæteris paribus.

1. Conc.

D. Tho.

Iohel. 2

Philoso.

¶ Secunda conclusio. Quanuis specialiter & per antonomasiam, solùm opera exteriora quæ ex obiecto sunt pœnalia, ideſt quæ priuant bono vtili aut delectabili, censeantur satisfactoria, qua propter illa duntaxat sunt in confessione sacramẽtali iniungenda: nihilominùs generali ratione probabiliter credendum est, quòd per omne opus bonum possimus satisfacere etiam per actus interiores;

2. Conc.

riores, nēpe per contēplationē, per Dei dilectionē, & mentalē ora-
Soto. tionē. Hāc conclusionē tenet Soto in 4. distinctione. 19. q. 2. ar. 1.
& probatur apertis rationibus. Prima, quia inter homines fit satis-
factio, non tantùm per opera pœnalia, verùm etiam per opera com
placentia leso. Secūda, quia nullùm opus inuenitur, quod non sit
pœnale, ac homines vexet quātuncūq; spūale sit. Cōtēplatio nan
q; ipsa, inquit Soto, quia vtitur sensus phantasmate, quodammo-
do vires relaxat. Licèt enim sint opera animæ: tamen coniunctæ
corpori. Quo fit, vt magnū laborē patiamur, si velimus Deum vel
proximū actualiter per spacium vnius horæ diligere. Vnde legi-
tur Gene. 32. neruus fœmoris Iacob ex lucta cum angelo emar-
Gen. 32. cuisse. ¶ Annotato tamen hîc, ꝙ opus interiùs si ad exteriùs pro
Notabil. cedat, maioris est satisfactionis: tum, quia magis pœnale est, & ad
dit maiorē laborē vel sumptū: tū, quia est interioris cōsummatio,
& crescit ipse actus interior in exitu ad exteriorē. Postrema ratio
est, quia per dilectionē Dei satisfacimus ꝑ pœna peccati venialis,
cū ꝑ illā venialia remittantur. Dilectio ergo Dei satisfactoria est.
Dubium. ¶ Sed dubiū se offert statim hîc, vtrùm ista opera satisfactoria sint
3. Conc. tria? Ad quod dubium sit in ordine. 3. conciusio affirmatiua, nēpe
ꝙ tria sunt opa pœnalia, quibus satisfactio fieri oportet, scilicet ie
iuniū, eleemosyna, & oratio Conclusionē hāc tenēt in vniuersum
D. Tho. doctores in 4. dist. 15. & inter eos D. Tho. eleganter pro suo mo-
re in eadē dist. q. 1 ar. 4. q 3. tractat huius conclusionis materiam.
Duo enim in satisfactione cōsiderāda sunt, scilicet & ratio iusti-
tiæ, qua vindicātur offensæ præteritæ, & medicina à futuris præ-
seruās. Et quidē si cōsideretur primo modo, probat D. Tho. ꝙ ꝑ
prædicta tria opa debeat fieri satisfactio: nam dicit ꝙ satisfactio
debet esse talis, per quā aliquid nobis subtrahamus in Dei hono-
rē: at nos nō habemus nisi tria bona, scilicet corpus, & animā, &
exteriora fortunæ: ex bonis quidē exterioribus fortunæ aliquid
subtrahimus nobis ꝑ eleemosynā: ex bonis aūt corporis quę sunt
delectabilia tactus, ꝑ ieiuniū: ex bonis verò animæ, nō oportet ꝙ
aliquid subtrahamus nobis quātū ad essentiā, vel quātū ad dimi-
nutionē ipsorū, quia ꝑ ea efficimur Deo accepti: sed per hoc ꝙ ea
submittimus Deo, cognoscendo ꝙ omnia sunt ipsius, satisfactoria
apud eū fiunt: submissio aūt illa fit ꝑ oſonem, tria ergo debent esse
opa pœnalia respectu præteritæ culpæ vindicādæ. Similiter si con
sideretur secūdo modò, nēpe quatenus satisfactio est medicina ꝑ
seruans, ꝓbatur ꝙ fieri debeat ꝑ illa tria, nā tres sunt radices pec-
catorum

catorũ, videlicet cõcupiscẽtia carnis, & cõcupiscẽtia oculorũ, & superbia vitæ, vt ait Ioãnes apostolus in sua. 1. Cano. c. 2. At verò cõcupiscẽtia carnis, p ieiunũ exciditur: & cõcupiscẽtia oculorũ p eleemosynã: & superbia vitæ, p orationẽ: vera igitur ẽ cõclusio. 1. cano. 2

¶ Annotato tamẽ hîc cũ Soto, q̃ quãuis singula istorũ p quãdã cõgruẽtiã singulis peccatis appropriẽtur, tamẽ põtvnũ loco alterius subrogari, vt q̃ ad ieiunãdũ viribus caret, & cui orare nõ vacat, eleemosynas eroget, & e cõuerso, illi qui caret pecunijs, & põt ieiunare, imponẽdũ est ieiuniũ. ¶ 4. Cõc. In his tribus includũtur omnia opa pœnalia. In ieiunio enim opa omnia corporis afflictiua ex sua natura, vt sunt vigiliæ, pegrinationes, flagellationes, p̃licationes, lectiones, & alia id genus. Sub eleemosyna verò clauditur q̃ cq̃ in proximi vtilitatẽ expẽditur, & oía opa misericordiæ corpalia & spũalia. Sub oratione autẽ q̃cunq̃; latria Deo exhibeatur, ita ait D. Th. vbi suprà ad. 5. ¶ 5 concl. Non solũ eleemosyna, ieiuniũ, ac oño sunt opera satisfactoria [vt dictũ est] verũ etiã flagella p̃sentis vitæ, q̃ pro peccatis à Deo ex speciali prouidẽtia mittũtur, ac infligũtur. Si eiusmodi flagella ęquo aio, & patiẽter acceptẽtur, sunt patiẽti satisfactoria, vt siquis sustineat patienter sicut Iob. qui dicebat, Dãs dedit, Dãs abstulit, sicut Dño placuit &c. Fiũt nãq̃; tũc flagella ipsius qui flagellatur. Secus tamẽ erit si iniquo animo, & omninò per impatiẽtiã eis dissentiat, atq̃; resistat. tũc nãq̃; non efficiũtur ipsius qui flagellatur aliquo modo. Quocirca nõ induũt satisfactionis rationẽ, sed potius vindictæ. Ex quo loco colligitur, tenẽdũ esse secũdũ fidẽ, q̃ multi qui puniũtur in hac vita p aliquo peccato, puniẽtur in alia vita etiã. Ratio est, quia nõ oẽs quos Deus in hoc mundo flagellis percutit, ita corde cõpungit, vt cõuertãtur, vt patet de Antiocho. 2. Macha. c. 9, vbi dicitur, q̃ orabat Deũ Sceleſtus, à quo nõ erat veniã consequuturus: quare & in hoc, & in altero seculo punitus fuit. Et sapiẽtiæ. c. 16. 17. &. 18. dicuntur multa de hac re. Ita q̃; qui flagellis hîc emẽdãtur, nõ iterũ puniẽtur, nõ solũ in inferno, verùm nec ĩ purgatorio, si discedit in gratia, dummodò flagella sint à Deo inflicta secundùm scelerum magnitudinẽ. Secus quãdo hîc non sunt inflicta pro quãtitate scelerũ, quia tunc reliquum restabit in purgatorio soluendum. Qui autẽ obstinati moriuntur, & hîc & in inferno vult Deus q̃ puniantur. Vndeomnes Dei hostes in ipsum huiusmodi homines qui flagellis ĩflicti in hac vita, non emendantur ad sensum exposítum. 2. Ma. 9 Sapi. 16

¶ Annota

Nota. 1. ¶ Annotare opus est circa hanc quintã conclusionem duo. Primum est, ꝙ qui æquali patientia grande flagellum tulerit, magis satisfacit, quàm qui eadem patientia minus ferret. itaq; infligentis à Deo illatis, non tantùm attenditur quantitas satisfactionis ratione patientiæ, sed per se attenditur ratione obiecti. Secus in flagellis & calamitatibus naturalibus, quæ naturali ordine accidunt ex peccato originali: nam in his satisfactio non est pensanda, nisi iuxta quantitatem virtutis patientiæ.

Nota. 2. ¶ Secundum ánotãdum est, ꝙ pœnæ vt sint satisfactoriæ, nõ debent infligi à Deo ob quencunq; finem. Nam Deus infligit quandoq; pœnas ad corrigenda peccata, vt Mariæ leprã. Quandoq; propter ipsius Dei gloriam, iuxta illud Ioan. 9. Nec hic peccauit

Ioan. 9. nec parentes eius, vt cæcus nasceretur, sed vt manifestetur gloria Dei. Quandoq; verò propter probationem vt constat ex illo

Ecc. 27 Ecclesiastici. 27. c. Vasa figuli ꝓbat fornax: iustos autẽ homines tentatio tribulationis. Quandoq; etiam infert Deus tribulationes ad custodiã virtutum, ne superbia tentet, vt patet ex illo Pau-

1. cor. 12 li. 1. Cor. 12. c. Ne magnitudo reuelationum, inquit, extollat me datus est mihi stimulus &c. Quandoq; infliguntur a Deo flagella & pœnæ, in vindictã peccatorum præcedentium: & inter cõtas pœnas solæ illæ quæ propter istum vltimum finem infliguntur à Deo, sunt satisfactoriæ ex fine expresso infligentis, quauis aliæ pœnæ, quæ propter alios fines infliguntur: sint etiam satisfactoriæ in existenti in gratia patienter eas toleranti diminaq; voluntati se conformanti. Solus tamen Deus scit ad quem finẽ ordinet: proindè ipse qui eas patitur, si voluerit, postulet humiliter à Deo, vt det sibi intelligere.

VII. DIFFICVLTAS.

Vtrùm per opera aliàs debita, fieri possit satisfactio imposita a sacerdote in Pœnitentia.

Scotus. Palud capreo. Maior Siluest.

IN hac quæstione, omissa opinione Scoti in 4. dist. 15. q. 1. & Palud eadẽ dist. q. 1. ar. 2. & Capre. & Maioris eadem distinctione. q. 1. & Silue. in verbo Satisfactio. §. 8. qui oẽs tenent absolutè, neminẽ posse satisfacere per opera aliàs debita ac præceptaadi cit enim illic Palud. ꝙ si cui imposita esset eleemosyna in pœnitentiã, & illam daret existenti in extrema necessitate, minimè pœnitentiam impleret: similiter si sacerdos iniungeret pœnitenti aliquem

aliquem diem ieiunij in quadrageſima, non impleret pœnitentiã.
Omiſſa, inquam, hac opinione, reſpõdetur vnica cõcluſione affir- *Conc. 1.*
matiua difficultati, nempe quòd opera pœnalia quanuis ſint aliàs
in præcepto, ſine dubio ſunt ſatiſfactoria Sententia hæc eſt Adria- *Adrian.*
ani q. vltima de ſatiſfactione, & Caietani in quolibe. q. de ſatiſ- *Caieta.*
factione. Imò dicit Caieta. illic, quòd ſunt magis meritoria & ſa-
tiſfactoria talia opera, quia habent duplicem laudem. Et probatur primò, nam eccleſia inſtituit ieiunium quadrageſimale, & alia quatuor temporum in ſatiſfactionem peccatorum, nam hæc fuit eius intentio, & idcircò canit in præfactione, Qui corporali ieiunio vitia comprimis &c. Et hinc fit, quòd ſæpiſsimè orat eccleſia ipſa in quadrageſima, vt acceptet noſtra ieiunia ad peccatorum remiſsionem, ſed ſacerdos præcipiens aliquod opus pœnale, vt ieiunare &c. non tollit illud meritum & ſatiſfactionem: ergo ſatiſfacimus p illa opera, quanuis aliàs ſint in præcepto. Secundò probatur, nam accipiamus orationẽ quę eſt in præcepto, ſi illa oratio imperetur à charitate, eſt meritoria vitæ æternæ, & ſi imperet à virtute gratitudinis etiã eſt meritoria gratiarũ actionum: ergo ſi iperet à pœnitẽtia, erit ſatiſfactoria, cũ ſit eadẽ ratio vtrobiq;. Præterea, mirabile & ridiculũ eſſet, quòd per martyrium non fieret ſatiſfactio, quando occurreret aliàs præceptum de illo. Præterea, quia eſſet duriſsimum, atquè grauiſsimum dictum, quòd ſi ſacerdos in pœnitentia iniungat pœnitenti quòd faciat eleemoſynam, & ipſe pœnitens tribuat exiſtenti in extrema neceſsitate, non ſatiſfaciat: & tamen ſecundùm illã opinionem contrariam non impleret ſatiſfactionem à confeſſore impoſitam, cùm alio iure teneba-
tur conferre exiſtenti in tali neceſsitate ſecluſo confeſſoris præcepto. Pſtremò probatur, nam ſecundùm oppoſitam ſentẽtiã, ſi eſſent duo pauperes, quorũ alter eſſet in extrema neceſsitate, alter autẽ in graui: & in pœnitentia confeſſor mihi iniungeret, vt conferrem eleemoſynam, ſequeretur, quòd ſi tribuerem exiſtenti in extrama neceſsitate, quòd non adimplerẽ præceptum de ſatiſfactione impoſita, ſed quòd deberem dare exiſtenti in graui neceſsitate, vt implerem ſatiſfactionem illam à ſacerdote iniunctam, quod quã abſurdum ſit, nemo eſt qui dubitet: vera igitur eſt noſtra concluſio. Nec obſtat id quod obijciunt tenentes contrariam ſententiã, quòd ſcilicet nemo poteſt eodem opere duo præcepta implere [non inquàm obſtat] nam poteſt quis teneri ad ieiunandum eodẽ die & ex vi præcepti eccleſiæ, & ſuę religionis & ex voto, & ieiu-

nan

nando facit satis vtriq; obligationi.

2. Conc. ¶ Secunda cõclusio. Quanuis si absq; causa rationabili sacerdos iniungat in pœnitentia opus aliàs debitum, factum teneat, & verè pœnitens satisfaciat: attamen hoc non debet facere sacerdos, sed debet illi aliquod opus indebitum imponere, scilicet opus super erogationis, non tamen est hoc intelligendũ ordinario more, sed quando non videret expedire contrarium, vt dicemus in conclusione sequenti

3. Conc. ¶ Tertia conclusio. Si ob rationabilem causam confessor iniungat opus aliàs debitum, ideſt pœnitentiam de rebus aliàs debitis, erit consilium salutare, vt quando presbyter videt, pœnitentem non adimplere iura communia, nempe hominem non ieiunantem quadragesimam, optimè faceret imponendo illi in pœnitentiam, ieiunium quadragesimale, vt seruet vel in totum vel in partem, licèt aliàs illam teneretur ieiunare. Similiter, si est homo diues qui tenetur facere eleemosynã in graui necessitate, & præuaritianõ facit, cõsiliũ optimum esset cogere illum per pœnitentiã sacramẽtalem ad eleemosynam erogandam. Est quoque consilium salutare, iniungere recitationem horarum canonicarum sacerdoti in pœnitentiã, dũ creditur illa ratione recitaturus, quod aliàs nõ faceret.

4. Con. ¶ Quarta conclusio. Si confessor non explicet, sed in genere imponat pœnitentiam, vt si dicat, Ieiunabis tot diebus communiter, habet intentionem imponendi ieiunium aliàs non debitum. Sitamen confessor iniungat eleemosynam, optimè faciet pœnitens, si quærat extremè indigentem cui det: quia sic magis faceret secundùm intentionem Dei, & ordinem charitatis.

VIII. DIFFICVLTAS.

Vtrùm vnus homo possit satisfacere pro alio.

1. Conc. PRo decisione huius difficultatis distinctionẽ quandã prælibare oportet, videlicet pœnã satisfactoriã ad duo ordinari, nẽpe ad cauendũ poste à peccatũ, & ad solutionem debiti p offensa commissa. Hac distinctione sic præhabita, sit prima cõclusio. Secundum q̃ satisfactio est quædã medicina in remediũ subsequẽtis peccati instituta, non potest alter illã pro altero implere: quia ex ieiunio aut flagello vnius, corpus alterius non domatur nec castigatur. Notum enim est, medicinã illi soli cui applicatur, posse prodesse

deſſe. Hinc elicitur ꝙ pœnitentia quæ ordinario vſu in confeſsio
ne imponitur, nemo alius pro pœnitente ipſo pōt implere: quia im
ponitur tanquā ſatiſfactoria medicina ad pœnitētis correctionē.
¶ Secunda concluſio. Quatenus verò ſatiſfactio importat ſoluti 2. Conc.
onē debitæ pœnæ, nō ſolùm nō ſacramentalis, videlicet non iniū-
cta à cōfeſſore, per alium exſolui poteſt: verùm etiā ſacramētalis,
ſiue ille alter à cōfeſſore ſibi imponi acceptet, ſiue acceptatā ſuſci
piat. Fieri tamen oportet de confeſſoris cōſenſu q impoſuit, vel
alterius confeſſoris, vt mutatio ſententiæ quantū ad perſonā ſatiſ
factricem, à iudice fiat. Similiter quādocūq; ſacerdos impoſuit ali
quid pœnitēti explēdū per ſe vel p alīſi: explere poterit per ſe vel
p alium Si verò impoſuit ꝙ expleret per ſe ſolū, explere tantùm
poterit per aliū, quādo ipſe nō pōt, eò ꝙ eſt infirmus, aut moritur.
Nolo dicere, quòd requiritur ad hoc vt vnus pro altero ſatiſſaci-
at, ꝙ alter ſit impotens ad ſatiſfaciendū: quia hoc eſt impertinens
ad ſolutionē, ſed ꝙ hoc nō eſt permittēdū, niſi quādo alter eſt im
potēs, vt optimè ānotat Soto. Hæc ſecunda cōcluſio, ꝙ vnus poſ Soto.
ſit pro alio ſatiſfacere, eſt articulus fidei. Eā enim negare, eſt ſan
ctorū cōmunionē negare, quā in ſymbolo confitemur, & habetur
diffinita in conc. Flo. & eſt omniū ſanctorū atq; doctorū ſchola Conc. fl.
ſticorū, nullo excepto. Eſt enim D. Tho. in additionibus. 3. partis. D. Tho.
q. 13. ar. 2. & q. 71. ar. 1. & 2. & Caiet in Sūma verbo Satiſfactio, & Caieta.
Siluef. eodē titulo. § 3. Eſt etiā Thomæ vual. qui quidē diffuſiſsi Silueſter
mè agit d hac re i li. de ſacramētalibus, titulo. 10. c. 100. 106. 107. Tho. Vu
& 108. Et eā probant huiuſmodi doctores ex ſacris literis, & ma- Ad Ga. 6
ximè ex Paulo, qui ad Galat. c. 6. ait, Alter alterius onera portate. Coll. c. 1.
Et ad Colloſſen. c. 1. Gaudeo nunc in paſsionibus pro vobis, & im
pleo ea quæ deſunt paſsionū Chri, ideſt ſatiſfacio pro vobis, nā
licèt paſsio Chri quātū ad ſufficientiā infinita fuerit: tamē quoad
efficatiā applicatur finito modo: & ideo dum ſanctorū merita ex Rom. 12.
eadē paſsione promanātia nobis applicātur, maior fructus nobis 1. Cor 12.
cumulatur. Præterea, ad Roma. c. 12, & 1 Cor. 12. inquit idē apo
ſtolus, Omnes ſumus vnius corporis mēbra. At verò mēbra mu-
tuò ſe iuuant, & in ſe inuicē influūt. Pes nanq; nō ſibi tantū ābulat,
ſed in oculorū vtilitatē, vt eos portet: neq; oculus ſibi tātū videt,
ſed vt pedes dirigat: ita & nobis nos inuicē res nras & officia cō
municare debemus: vnus ergo homo ꝙ alter o ſatiſſacere poterit.
Præterea, qa fideles offerre ſolent eleemoſynā & orationem pro
defunctis, ꝙ ſi pro mortuis viuus ſatiſſacere pōt, à fortiori poterit

pro

pro alio viuo, cũ duo homines viui sint magis quã vnũ. Postremò cõfirmatur ratione nõ leui: nam nihil tam naturale est homini, quã vt vtatur re sua, vt vult. Quare igitur ego non potero vti hoc ieiunio meo, vt voluero? Possum ego dare corporalia proximo: cur nõ & spiritualia? nõ ergo est ratio aliqua quare non possit vnus p alio satisfacere, præsertim si est eleemosyna, vel peregrinatio, vel aliquid huiusmodi, dummodo & qui satisfacit, & pro quo satisfacit, sint in gratia: nam iam suprà dictum est, non posse satisfactionẽ fieri nisi per opus Deo gratum, neq; vllum opus est gratum Deo, nisi persona prius sit grata. Requiritur nanq; vt satisfactio vnius pro alio, sit fructuosa, charitas qua opera vnius alteri communicentur & imputentur, vnum in Christo, & p adsit causa rationabilis, quoniam declinare à bono ad minus bonum, non debet quis absq; causa rationabili. Satisfactio per alterũ est minus bona pœnitenti: quia non est nisi pœnæ solutio. Si autem ipse pœnitens per seipsum satisfaceret, esset & pœnæ solutio, & sibi ipsi meritũ & remedium seu medicina, vt ait Dominus Caietanus in summa. At verò cùm satisfacit pro altero, licèt eodem actu, sibi meretur de condigno propter charitatis officium, non tamen eodem actu pro se satisfacit: quia satisfactio est solutio debiti, & idem opus non potest sufficere ad iustum duobus debitis. Nec obstat nostrę conclusioni id quod solet obijci, quia nemo potest alteri mereri de condigno, ergo nec satisfacere: quia non est eadẽ ratio de merito condigni & de satisfactione. nam præmium essentiale nullo modo potest vnus alteri mereri, quia redditur vnicuiq; secundũ propriam capacitatem ac dispositionem, puritatemq; cordis. Vnde, sicut vnus nõ disponitur per actum alterius, ita vnus alteri nõ potest mereri præmium essentiale de condigno, prẽter solũ Christum cuius meritum fuit infinitum: nam virtute sui meriti confertur paruulis gratia sine proprio actu. Constat hæc nostra sententia ex propheta dicente, Reddes vnicuiq; iuxta opera sua, Psal. 61. & ex Paulo. 2. Cor. 5. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi: vt referat vnusquisq; propria corporis prout gessit, siue bonum, siue malum. Poterit tamen vnus alteri mereri aliquod præmium accidentale. At verò probabilissimum est, p inter viuos fit satisfactio vnius pro altero de iustitia & certa lege, cùm hic modus satisfaciẽdi non sit nisi mera solutio debiti. Secus est, inquit Soto, si quis satisfaciat pro defuncto: nam cùm defuncti iã sint extra viam merendi & satisfaciendi, viuẽtium satisfactiones dunta

Psal. 61.
2. Cor. 5
Soto.

dunaxat prosunt illis per modum suffragij, vt Deus acceptet, si ei placuerit, nisi satisfactionem defunctus ipse in legatis reliquerit.

IX. DIFFICVLTAS.

Vtrùm pœnitens teneatur acceptare pœnitentiam sibi iniunctam à sacerdote.

PRius quàm huic difficultati respõdeamus, reijcienda sunt duæ opiniones. Vna est Sco. q in 4. dist. 18. & 19. circa finẽ asserit partem negatiuam: nempe quòd non tenetur pœnitens acceptare pœnitentiam à sacerdote sibi iniunctã: rursum asserit, quòd si eam acceptet, tenetur ipsam implere expræcepto ecclesiæ, cui se voluntariè submisit. Sequuntur eum è iunioribus nonnulli, vt Gabriel dist. 16. quæst. 2. & alij. Probat Scotus priorẽ partem suæ assertionis, Quia sacerdos, inquit, non est iudex ordinarius, sed arbiter, & ideo in cuiusq; potestate ẽ, inquit ipse submittere se sacerdoti quantùm ad remissionem culpæ & pœnæ, vel solùm quantum ad remissionem culpæ, & pro solutione pœnæ submittere se Deo, vt ei eam infligat vel in hoc mundo vel in purgatorio, si ipse vltro eam noluerit implere. Item, quia potest homo suo iuri renũciare, & totum se ad purgatoriũ remittere, vt illic satisfaciat. At hæc opinio nulla ratione innititur. Si enim sacerdos obligare ad mortale non potest: acceptatio pœnitẽtis nõ inducit peccati mortalis obligationem. Nõ itaq; cohærẽt ambæ illæ assertiones Scoti, scilicet quòd non teneatur acceptare pœnitentiam à sacerdote iniunctam, & quòd si acceptat, tenetur eam implere. Altera verò opinio est Caietani, quam tenet in q. 2. de satisfactione ad 2. quã tertiæ parti adhibuit, in qua opinione partim consentit cum Scoto, & partim ab eo disidet. Tenet, inquam, quòd pœnitens non tenetur acceptare pœnitentiam, imò quòd quanuis acceptet, non tenetur sub reatu mortali adimplere, in quo differt à Scoto. Cõtra has opiniones sit conclusio tenenda, quòd pœnitens tenetur acceptare pœnitentiam sibi iniunctam à sacerdote sub reatu mortali, & pro viribus adimplere, nisi manifestus error appareat. Conclusio est D. Tho. in 4. dist. 18. q. 1. ar. 3. quæsti. 3. & dist. 20. ar. 2. q. 2. ad secundũ. Cui subscribunt Palud. in 4. dist. 20. q. 2. & Duran. dist. 17. q. 3. ad 2. & Siluest. in verbo Confessio. 1. §. 26. vbi ait, quòd

Scotus. *Gabriel.* *Caieta.* *Cõclusio D. Tho.* *Palud.* *Durand.* *Siluest.*

si sacerdos iniũgit rationabilẽ & discretam pœnitentiam: tenetur acceptare. Dixi, Nisi manifestus error appareat, nam claue errante, non tenetur pœnitens obtemperare. Erraret autem, vbi pensatis omnibus circunstantijs tam personæ, quàm grauitatis pœnitentiæ, manifestè constaret non esse acceptãdã. Dico, Manifestè, quia in re dubia sacerdotis iudicio stãdum est, vt inquit Soto in 4. dist. 20. q. 2 ar. 2. Modo probatur conclusio, primùm quia sacrilegiũ est, sacramentum aliquod mancum & imperfectum voluntarie relinquere. At si satisfactio prætermittitur, tertia pœnitentiæ pars: mancum & imperfectum conficitur sacramentum. Sacrilegiũ igitur fuerit satisfactionem à sacerdote iniũctam, vel nõ accipere, vel non explere. Deinde probatur, nam in foro contentioso, iudex habet potestatem imponendi pœnam pro delictis, qnam etiam reus subire tenetur, ergo & iudex ecclesiasticus in foro conscientiæ hanc habebit potestatem. Non enim potestas à Christo Dño collata apostolis in foro interiori imbecilior est, quàm in foro exteriori. Præterea, potestas quæ nõ habet vim coërcendi, ridicula est, & in nullos vsus futura. Si ergo iudices à Christo instituti, non haberent vim, authoritatemq; ligandi ad pœnam rationabilem & iustam pro qualitate ac quantitate delicti, profectò eorum iurisdictio & potestas iudicandi de culpis, meritò irrideretur. Præterea, Clauis potestas est nõ solùm soluẽdi, sed & ligandi, vt patet ex definitione clauis, Matthei. 16. c. Nam cùm dixisset, Tibi dabo claues regni cœlorum: explicaturus quid nomine clauium intelligeret, subdit, Quodcũq; solueris super terram, erit solutum & incœlis: & quodcunq; ligaueris, erit ligatum, igitur potestatem habet sacerdos imponendi pœnam. Ex quibus colliguntur duo corollaria, primum contra Scotum, nempe non esse sacerdotem iudicem arbitrum, & hanc potestatem accipere à pœnitente, vt ipse sentit, sed ordinarium à Christo institutum, qui tanquàm eius vicarius eius potestate & authoritate vtitur. Secundùm est contra Gabrielem asserentem, quòd sacerdos est ordinarius quantùm ad remissionẽ culpæ, & nõ quãtùm ad absolutionẽ pœnæ. Ná cùm Christus simul dixerit, Quodcunq; solueris, & quodcunq; ligaueris: quò ad vtrùmq; sacerdotes constituit ordinarios iudices. Præterea probatur ex cap. Omnis vtriusq; sexus. vbi expressè dicitur, Et iniunctam sibi pœnitentiam pro viribus studeant adimplere. Et quidẽ illud cap. est præceptum, quo tenemur semel in anno cõfiteri sub reatu mortali: sed sub eisdem verbis dicitur, q̃ ad impleamus pœnitentiã

Soto.

Mat. 16

nitentiam iniunctam, ergo & non acceptare vel nõ adimplere, eſt mortale. Præterea, quia ſacramentum Pœnitentiæ non tantùm eſt caſtigatio pro præteritis, verùm & medicina ad cauendum futura: & ideo Pœnitentia ſemper inducitur in luctu & plãctu, vt habetur Ioel 2. & alijs operibus pœnalibus, vt dictum eſt, ergo cùm vtriùmq; ſit neceſſarium, ſacerdos poteſt obligare ad pœnitentiã, quæ ſit non ſolùm vindicatio præteritæ culpæ, verùm & medicina: nam pœna purgatorij non eſt medicina. Poſtremò probatur concluſio, nam quem dolorem de peccatis quem animum emendandi vitam habet ille qui pœnitentiam iuſtam & æquam iniunctam à iudice, Dei locum habente, nec vult acceptare, nec implere? Miſſas hîc facio alias quamplurimas rationes, quæ adduci poſſent, nè tedium in animis generem lectorum, ſufficiunt adductæ, quibus adeò mihi perſuaſum habeo, vt niſi iuſtam ac rationabilẽ Pœnitentiam acceptaret, ego illum abſoluere non auderem, quantus ſumma Armilla in verbo, Satisfactio, & Nauarro. c. 3. de Satisfactione & c. 26. de Pœnitentia à confeſſore iniungenda, ſententiæ Caietani adhæreant, nempe quòd ſi nullam vult pœnitentiam hîc peragere, ſed offert ſe ſatiſfacturum in purgatorio, eſſet abſoluendus, ſed ego non intelligere poſſum quo pacto in purgatorio poſsit pœnitens ſatisfacere, cùm pœna purgatorij non ſit ſatisfactio, nec opùs ſit acceptari in hac vita, ſiquidem à Deo illic infligenda eſt, & non ab homine eligenda.

Iohel. 2

Armilla
Nauar.

X. DIFFICVLTAS.

Vtrùm ſacerdos ſecundùm proprium arbitrium ligare poſsit & ſoluere, ac ponere quancunq; Pœnitentiam.

AD hanc difficultatem aliquibus concluſionibus reſpondetur, & earum prima ſit. Non oportet quòd p Pœnitentiam iniunctam à confeſſore ſemper ſatisfaciat pœnitens pro tota pœna omniũ ſuorũ peccatorũ nã aliàs fruſtrà eſſet purgatoriũ. Cũ tamẽ ſit fides catholica, poſthãc vitam eſſe locum, nempe purgatorium in quo animæ gne purgantur à pœnis, quæ ex remiſsis mortalibus relictæ ſunt, vel venialibus ſunt annexæ, & vbi remittuntur peccata

1. Conc.

venialia illis qui ex hac vita discedunt, cum aliquo veniali. Satis nanquè est, quòd pœnitens quando non soluit in hac vita totam pœnam suorum peccatorum, soluat illam in purgatorio: quoniam in satisfactione principale est opus, non autẽ circunstantia tẽporis vel loci. At verò quãdo hîc satisfacit plenè, & à culpa & pœna fuit absolutus, absq; trãsitu per purgatorium in cœlo recipitur.

¶ Secunda conclusio. Nequit sacerdos pœnitentiam secundùm
2. Conc. arbitrium pro libito suo imponere: nec omnibus æqualem, sed arbitrari illam debet, habita circunstantiarum consideratione. Conclusio hæc est notissima quòad primam partem: quoniam non absoluit sua propria authoritate, sed Dei. Instrumentum enim qualis est sacerdos, nõ mouetur nisi ad nutũ principalis agentis. Quòad secundam verò partem probatur, quia cùm pœnæ satisfactoriæ infligendæ sint vt medicinæ, vt medicinæ sunt imponendæ. At verò medicinæ non eædem omnibus competunt: sed variandæ sunt secundùm arbitrium medici sequentis scientiam medicinæ, non secundùm propriam voluntatem. Quocircà non debet sacerdos in pœnitentijs arbitrarijs tantùm grauitatem & qualitatem delictorum estimare, sed etiã possibilitatẽ ad commoditatem implẽdi prospiscere secundùm qualitatem personæ, & circunstantiarũ In inferno enim & in purgatorio, vbi nulla í pœnis habẽt medicinæ ratio, sed solùm vindictæ, aut purgationis, secundùm qualitatẽ delictorum ad iustum infliguntur. At verò in hoc seculo, cùm vt diximus, pœnæ satisfactoriæ sint velut medicinæ, variandæ sunt secundùm arbitrium sacerdotis diuino instinctu regulatum, vt dicit D Tho. in 4. dist. 18. q. 1. ar. 3. q. 4. Vnde, non semper totã pœnam quæ vni peccato debetur, sacerdos debet iniungere, nè infirmus aliquis ex magnitudine pœnæ desperet, & à pœnitentia to
D. Tho. taliter recedat. Nec debet pœnitentiam iniũgere vsq; adeò leuẽ, quòd in sacramenti contumeliam redundare videatur. Ex quibus manifestè colligitur, quòd in pœnitentijs adhibendis, oportet sacerdotem medium tenere, & non esse nimis seuerum vel remissum, sed necesse est videre fortem, vel debilem infirmum secundùm animam: & qualiter dispositus seu promptus sit ad satisfaciẽdum. Sicut enim robusto secundùm corpus forti & bene dispoſito, dari potest fortis medicina, debili autem minimè: ita pœnitenti animo præparato, ac robusto satisfactio, quam meretur imponẽda est. Debiliter autẽ dispositio detur satisfactio paruula iuxta debilitatem sui animi: ne ex graui satisfactione deterreatur à pœnitẽtia. Sa

tia: ſacerdos q; poteſt in imponenda Pœnitentia habere reſpectū ad indulgentias ſummi pontificis, ſi quam vel quas habet, Ex quo excuſari videntur hac noſtra tempeſtate confeſſores paruulas ad hibendo Pœnitentias. Populus enim eſt adeò nunc fragilis, quòd deterrentur per Pœnitentias graues. Item & honori cōſulendum eſt: non enim illæ ſunt Pœnitentiæ iniungendæ, quas perſonam imlere non deceat. Decretum eſt Leonis Papæ can. Tempora. 26. q. 7. & can. His qui. Nam & ſi in tota illa. q. de Pœnitentia publica fiat mentio: ratio tamen eadem eſt de priuata & ſecreta. Caueat tamen confeſſor, nè relinquat iniungere aliquam Pœnitētiā: quia grauiter peccaret, ſi nullam pœnitenti iniungeret Pœnitenti am: niſi ex magna & rationabili cauſa id faceret, vt ſi pœnitens ex iſteret in articulo mortis, quādo nullā poſſet adimplere. Similiter cōſiderādū eſt, q̄li morbo laboret infirmus: nā luxuria ieiunio, auaritia eleemoſyna: blaſphemia diuinis laudibus &c. curatur.

II. DIFFICVLTAS.

Vtrùm Pœnitentia iniuncta ab vno confeſſore, poſsit mutari ab alio confeſſore.

VIc difficultati duabus cōcluſionibus ſufficiēter reſpondetur, quarum prima ſit. Si Pœnitentia penitus eſt irrationabilis, cōmutatione nō indiget. Hæc cōcluſio adeò eſt manifeſta, vt probatione non egeat: nam confeſſor non habet poteſtatē obligandi ad aliquod irrationabile, & in tali caſu quilibet vir doctus poterit dicere pœnitenti, Non adimpleas hanc Pœnitentiam. 1. Conc.

¶ Secunda concluſio. Quanuis Pœnitentia ſit rationabilis, alter confeſſor poteſt illā cōmutare: ſi adſit cauſa rationabilis, & vrgens neceſsitas, & non ſit facilis aditus ad confeſſorē qui ſibi illā impoſuit, abſq; hoc q̄ huic ſecūdo cōfeſſori peccatū proquo iniūcta fuit Pœnitentia iterum confiteatur. Concluſionē iſtā probabiliorē eſſe exiſtimo opinione Silueſtri verbo Cōfeſsio. 1. § 27. & aliorum, qui aſſerunt nō poſſe ſecundū confeſſorē mutare Pœnitentiā iniunctā à primo: niſi de nouo confiteatur pœnitens peccata q̄ quibus principaliter iniuncta eſt talis Pœnitētia. Probatur nra cōcluſio, nam ſecundus confeſſor, cùm ſit iudex, & poteſtatē habeat ſuper iſtum pœnitētem, ſatis erit, q̄ ipſe pœnitens confiteatur pec- 2. Conc. *Silueſt.*

catum illud: scilicet ꝙ non adimpleuerit Pœnitentiam sibi iniunctam, absq; hoc ꝙ cõfiteatur iterũ peccata eadem: ad hoc vt possit illam secundus confessor cõmutare, vel relaxare, si hoc viderit expedire, vel quia vrget necessitas: vnde constat, secundo confessori nullo modo posse pœnitentem eam adimplere, vel perdifficiliter. Tenet hanc sententiam Nauarro. c. 26 de Pœnitentia in iungenda. Dixi, Ex causa vrgente: nam extra hãc necessitatem, & difficultatem adimplendi Pœnitentiã iniunctam, consulerẽ ego vt tutiùs, ꝙ illa peccata, pro quibus principaliter iniuncta fuit talis Pœnitentia, huic secũdo cõfessori manifestaret. Intelligenda est tamen hæc secunda conclusio, quando crimen pro quo imposita fuit Pœnitentia, non est superiori reseruatũ, vt dicit Siluester vbi suprà, quia quãdo ẽ reseruatũ, nõ põt nisi in casibus, in qbus piũ est interpretari, ꝙ si superior adesset, licẽtiam comutandi, vel relaxãdi concessisset, nempe quia necessitas vrget, vel suadet vtilitas.

Nauarro

Silu est.

De potestate clauium.

I. DIFFICVLTAS.

Vtrùm claues sint in ecclesia.

QVoniam materia hæc est iam in superioribus adeò membratim attacta: vt sit pro magna parte discussa, idcirco impertiarũ sub breui quoddã cõpendio ea omnia quæ ad illam expectant, cõprehendam. Et in primis huic difficultati [supposito ꝙ nomine clauiũ potestas aperiendi regnũ cœlorũ intelligitur, vt inferiùs ostẽdã] per aliquot cõclusiones respondetur, quarum prima sit. Claues spũales remittendi peccata in solo Deo sunt, trino & vno, tanquàm per eius primæuam, natiuãq; authoritatẽ. Probatur, nam solus ipse est, cui naturaliter conuenit peccata dimittere.

1. *Conc.*

2. *Conc.* ¶ Secunda conclusio. In Chro quatenus homo, existũt huiusmodi claues, tanquàm per potestatem excellentiæ. Solus nanq; agnus,

Ioan. 1 qui occisus est, tollit peccata mundi, iuxta illud Ioan. 1. c. Ecce agnus

agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi, vbi hanc excellentiæ virtutem designauit. Per meritum enim Christi passionis aperitur regnum cœlorum. 3. Conc.

¶ Tertia conclusio. In omnibus sacerdotibus sunt claues istæ, tam quàm in ministris qui eius sacramenta ministrant, quæ de eius latere pendentis in cruce emanarunt. Hæc conclusio ostenditur hac ratione: nam postquàm homo factus, nos sanguine suo lauit, decẽtissimum fuit, vt humano generi deinceps per homines consuleret, vt scilicet humanos haberemus iudices, ad quos nostras deferremus peccatorum causas, nosq; tum docerẽt, tum iudicarẽt, atq; adeò absoluerent, vel ligarent. Habetur præterea hæc conclusio in concilio Constan. vbi diffinitum est, sacerdotes habere potestatem remittendi peccata, quia sunt sacramentorum administratores, aduersus hæreticos negãtes posse hominum ministerio peccata dimitti. Tenent etiam hanc conclusionem Magister sen. in 4. dist. 18. &. D. Tho. eadem dist. q. 1. ar. 1. q. 1. &. 2. Hieronymus quoq; super Mattheum. c. 16. & est conclusio de fide tenenda contra Nouatianos. De qua re pulcherrimè tractauit Thomas Vualden. in 2. tomo de sacramentis. c. 144. & duobus sequentibus, & Ambro. in lib. 1. de Pœnitentia. c. 1. 6. & 7. Ac in sacro eloquio sunt multa loca, vnde desumptæ sunt huiusmodi claues, quæ quidem loca adducit Turrecremata in 2. lib. sum. ecclesiæ. c. 77. & Caieta. in suo opus. de primatu Romanæ ecclesiæ. Primus locus est illud Matthei. 16. Tibi dabo claues &c. &, Quodcunq; solueris super terram &c. Secundus est illud Ioan. 20. c Accipite spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retẽta erunt. Tertius locus est illud Matthei. 18 Quæcunquè alligaueritis super terram, erunt ligata & in cœlo: & quæcunquè solueritis super terram, erunt soluta & in cœlo. Sunt igitur in omnibus sacerdotibus istæ claues, quæ nihil aliud sunt quàm potestas ligandi, & soluendi. Pro quo anntato, quòd clauis eccleſiæ dicitur ad similitudinem clauis materialis: quia quemadmodum clauis materialis est instrumentum, quo clauditur & aperitur sera, seu ostium, & qua data videtur dari possessio omniũ quæ sub illa obseruantur, vt patet ex. c. Ex literis. de consuetu. Ita potestas qua obstaculum & impedimentum, scilicet peccatum p quod nobis ostium regni cœloram clausum erat, remouetur: dicitur ecclesiæ clauis.

Con. cõſ

Mag. sen
D. Tho.
Hieron y.
Matt. 16
Tho. Vua
Ambro.
Turrecr
Caieta.
Matt. 16
Ioan. 20
Matt. 18

Notabil.

Notab. 1 ¶ Animaduertendum est hîc primò, ꝙ hæc nostra tertia cõclusio habet verum, siue regnum cœlorum accipiatur pro sacra scriptura, vt accipitur ab Origene & Hieronymo illud Matth. c. 21. Auferetur à vobis regnum, & dabitur genti facienti fructum. Dicitur etenim summus pontifex authoritate clauium aperire regnũ cœlorũ, scilicet sacram scripturã, si aperiat sensum aliquem sacræ scripturæ, & proponat ecclesiæ ad credẽdum, & dum conciliũ explicat articulum aliquẽ fidei, etiam virtute clauium aperit sensum sacræ scripturæ: siue accipiatur pro ecclesia militante, vt accipitur illud Matthei. c. 13. Simile est regnum cœlorum sagenæ missæ in mare, & illud, Simile est regnum cœlorum grano sinapis: nam hîc seminatur & crescit vsq; ad fructum gloriæ. Quare si Papa recipiat aliquem in hac ecclesia militante, dicitur authoritate clauium aperire regnum cœlorum: siue etiam accipiatur regnum cœlorum pro ecclesia triumphante, vt est illud Matthei. c. 5. Beati pauperes spiritu: quoniam ipsorũ est regnũ cœlorũ, dicitur aperire virtute clauium per absolutionẽ à peccatis regnum cœlorum: nam aperiendo illud in hac militante ecclesia, aperit in illa triumphante, cùm dñs dicat, Quodcunq; solueris super terrã, erit solutum & in cœlis. Quo fit, vt plena potestas sit potestas aperiendi regnum cœlorum omnibus his tribus modis, & diffinitur sic, Clauis est potestas ligãdi & soluẽdi, qua ecclesiasticus iudex dignos recipe, & indignos excludere à regno debet. Hæc nãq; diffinitio cõprehẽdit dispẽsare in votis, indulgẽtias cõferre, excõmunicare, & ab excõmunicatione absoluere: verũ est tamen quòd Christus dum claues regni cœlorum nominauit, non intellexit nisi regnum cœleste tertio modo acceptũ. Hæc autẽ plena authoritas soli Petro, & eius successoribus est concessa: nam solus ille habet authoritatem primariam ad receptionem alicuius in hac militante ecclesia, & ad aperiendum sensum sacræ scripturæ, & eum proponere tanquàm de fide tenendum.

Orig. Hieron. Matt. 21. Matt. 13. Matth. 5. Diffinitio clauis.

Notab. 2 Scotus. ¶ Sciendum est secundò, quòd clauis ista est eadẽ potestas essentialis cum charactere sacerdotali [licèt Scotus in 4. dist. 19. ar. 3. teneat oppositum] tenendam tamen esse arbitror nostram sententiam, videlicet quòd est eadem, sed dicitur character quatenus signat, & distinguit ab alijs: quatenus verò ordinatur ad absoluẽdũ vel ligãdum, dicitur clauis. Hæc autem clauis cum ordine datur, sed exequutio ipsius clauis indiget materia debita, quæ est populus subditus per iurisdictionem. Quocircà antequàm iurisdictionem

nem habeat, habet claues: sed non habet actum clauium, & quia clauis per actū diffinitur, ideo in eius diffinitione ponitur aliquid ad iurisdictionē pertinens, vt inquit D. Tho. in 4. dist. 18. q. 1. ar. 1. q 2. & ex præmissa diffinitione illius satis liquet. Ex quo iam cō stat, vt dum dicitur, duas claues esse, nempe ordinis & iurisdictionis, & dum in euangelio claues sub numero plurali explicantur, non esse intelligendum duas esse distinctas in essentia authoritates: sed ex comparatione ad distinctos actus, quorum vnus alium præsupponit, idem character dicitur plures potestates, scilicet cōficiendi Eucharistiā, cognoscendiq; delicta, ac perinde soluendi & ligādi: sicut idem ignis calefacit, rarefacit, & exicat. Ex quo rursus elicitur, vt dum sacerdoti confertur sacerdotium curatum, quòd non datur ei potestas clauium quam iam per characterem habebat, sed applicatur ei populus in quem illam exerceat, & applicatione illa facta, ille est propriè iudex & non anteà, & propter hoc dicimus, quemlibet sacerdotem clauem ordinis habere: non autem iurisdictionis, quia non potest esse iudex, & exercere actum iurisdictionis, quousq; habeat materiā sibi subiectā per iurisdictionem: quia ipsa iurisdictio materiā sacerdotibus ministrat. D. Tho.

II. DIFFICVLTAS.

Vtrùm clauium potestatem Christus apostolis contulerit. Ioan. 20. Accipite spiritum sanctum &c.

HÆc difficultas ponitur, vt sciamus in quibus locis Christus hanc clauium potestatem tantùm promisit, & in quo illā tradidit apostolis, vnde per aliquot conclusiones respondetur difficultati, & earum prima sit. In illo loco Matthei. 16. c. Tibi dabo claues regni cœlorum, non fuit ista potestas clauium data Petro. Conclusionē hanc tenet D. Chrisostomus & Hieronymus, quos adducit in hanc sententiam Turrecremata vbi suprà. Illam etiam tenet cō munis sententia tam sanctorum quàm scholasticorum. Ratio est, quia cùm illa loquutio solùm sit de futuro: tantùm illic Christus promisit Petro tanquàm suo vicario claues, scilicet potestatis ordinis & iurisdictionis se daturum, quas ipse inquātum Deus vna cum patre & spiritu sancto per naturalem virtutem habet, & tāquā homo per excellentiam. 1. Conc. Matt. 16 D. Chris Hieron y Turrec. 2. Conc. Matt. 18

Secunda

Matt. 18 ¶ Secunda concluſio. In illo loco Matthei. 18. tradidit illis pote
2. Conc. ſtatem in foro exteriori ad ex communicandum, ac abſoluendum
ab excommunicatione, & ſe daturum illis plenariam authoritatem in vtroquè foro inſinuauit. Hæc concl. eſt contra Turrẽcrematam vbi ſuprà, affirmantem, nullam illic datam fuiſſe apoſtolis
Hieron. poteſtatem. Et eſt concluſio iſta noſtra D. Hieronymi ſuper eun-
Auguſti. dem locum, & Auguſtini lib. 1. contra aduerſarium legis, & prophetarum. c. 17. Rationibus quoq; probatur. Prima ſumitur ex cõ textu literæ euãgelicę: nã ſtatim cũ dixit, Sit tibi ſicut ethnicus, & publicanus, ſubiũxit, Amen dico vobis, quæcunq; alligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cœlo &c. Secunda, quia cùm poteſtas excommunicandi non pendeat à ſacerdotali poteſtate, cõſentaneũ eſt, vt Chriſtus faceret cum apoſtolis id quod modo eccleſia cum aliquibus non ſacerdotibus facit, nempe eis tradendo poteſtatem ex communicandi abſq; ſacerdotali poteſtate. Quæquidem poteſtas immediatè priuat participatione ſacramentorũ, quibus regnum cœlorum aperitur: & per eam excluditur, vel admittitur quis ad conſortium eccleſiæ militantis. Quo fit, vt ſecundario & mediatè hæc poteſtas claudat, & aperiat regnum cœlorum. Excluditur nãq; homo per excommunicationem à regno cœlorum, quod eſt eccleſia militans.

3. Conc. ¶ Terta concluſio. Lucæ. 22. in illis verbis, Hoc facite in meam
Luc. 22 cõmemem orationem, quæ Chriſtus dixit in cœna, tradidit apoſtolis poteſtatem conſecrandi. Hanc concluſionem ex conſenſu omnium theologorũ veram eſſe oſtendimus in materia de Euchariſtia, & tunc ordinati fuerunt ſacerdotes, & non vbi ad apoſtolatum fuerunt aſumpti, vt vult Armachanus. Omnes doctores, illo ſolo excepto, tenent ordinatos fuiſſe in cœna, dum Chriſtus Euchariſtiæ ſacramentum inſtituit. Et ſciendum, quòd hæc poteſtas conſecrandi, duplici ratione clauis appellatur. Primò, quia cùm ſacerdos miniſtrat populo Euchariſtiã, quę per hanc poteſtatem conſecratur: remittitur peccatũ, quod ad claues expectat. Secundò, quia offerẽdo ſacrificium, aperitur ianua regni cœlorum illi ꝙ quo offertur, eò ꝙ ex vi huius ſacrificij amouentur obſtacula regni cœlorum ingreſſum impedientia.

4 Conc ¶ Quarta concluſio. In illo loco Matthei vltimo &, Marci vlti-
Matt. vl mo, Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomi
Mar. vl ne patris & filij & ſpũs ſancti, tradita eſt clauis, ideſt poteſtas apoſtolis à Chro, prædicandi euangelium, & baptizandi in toto orbe.

At Bapti

At Baptismus ianuã regni cœlorũ aperire habet: quod haud Baptismus facere poterat, quo ante passionem baptizabant. Et si ali quando baptizauerint post passionẽ antequàm hæc potestas eis traderetur, non solenniter ac ex officio tanquàm sacerdotes, sed iussu Chri illud feciſſe, fateri oportet: pſertim cũ id modo laicis liceat. Tradita igitur fuit illis potestas illic prædicãdi, & baptizãdi.

¶ Quinta conclusio. Ioan. 20. c tradita est apostolis & Petro potestas à Christo quòad præcipuum actũ clauium, cùm dixit, Accipite spiritum sanctum: quorũ remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorũ retinueritis, retẽta sunt. Remittere enim peccata, præcipuus actus clauium est. Hãc conclusionẽ tenent Turrecremata, & Caietanus, & omnes doctores super eundẽ locum euãgelij, & D. Tho. in 4. dist. 24. q. 2. ar. 3. vbi ait, ꝙ Christus dedit apostolis sacerdotalem potestatẽ ad consecrandũ in cœna, quando dixit, Accipite, & manducate &c. Licèt enim fatendũ sit, ꝙ in cœna in charactere tanquã in radice receperunt potestatẽ clauiũ: attamen illã acceperunt alligatã, nè illa vti possent, quousq; post resurrectionẽ spiritũ sanctũ ad id muneris suscipiſſent, & tunc extensa fuit potestas eiusdẽ characteris ad istũ finẽ, vt peccata dimitterẽt, sicut dũ episcopus ordinatur, nõ suscipit characterẽ nouum, sed extensionẽ characteris sacerdotalis ad confirmãdũ & ordinandũ, vt in materia de ordine ostendemus. Quo fit, vt illis tradita fuerit in illo loco Ioan. 20. c. omnis facultas, eadẽ potestate vtẽdi. Insufflauit enim Christus tũc spiritũ sanctũ ad idoneũ vsum clauium, & ideò illic eos iudices constituisse, & potestatẽ iurisdictionis illis tradidisse, dicitur.

5. Conc. Ioan. 20 Turrecr Caieta. D. Tho. Ioan. 20

¶ Sexta conclusio. Ioan. c. vltimo, cùm dominus dixit Petro, Pasce oues meas, tradidit illi potestatem plenissimã in vtroq; foro, quam ei promiserat, Matthei. c. 16. quando dixit, Tibi dabo claues regni cœlorũ, &, Tu es Petrus, & super hãc petram ędificabo ecclesiam meam. Vbi annotato, quòd signanter non dixit, Ecclesias meas, sed, Ecclesiam meam: vt vna tãtùm ecclesia significaretur, quæ quanuis multas cõpræhendat particulares ecclesias, non propterea scinditur, diuitur, aut multiplicatur ecclesia: quãuis multa mẽbra habet, sicut vnũ corpus habet multa mẽbra. Nec dñs dixit, Ædificabo aliquã ecclesiã meã: vt nõ de aliqua particulari ecclesia, sed de integra, seu tota ecclesia intelligeremus. Nec dixit, Omnẽ ecclesiã meã: quia multitudinẽ ecclesiarum supponeret distributiuum signum, vt optimè annotat Caietanus.

6. Conc. Ioan. vlt Matt. 16 Notabil. Caieta.

¶ Sed

¶ Sed quare nõ cõmisit Petro hanc potestatẽ seu pontificatũ sub vocabulo plationis, seu authoritatis, vel dignitatis, sed sub actu pascendi suas oues? Pro hoc sit. 7. conclusio in ordine, quòd illud
7. conc. fecit, eò quòd prælatio & authoritas est propter Christi oues pascendas, & non econuerso. Fecit quoq; illud, quia non dignitas aut authoritas est ambienda: sed pastus ouium Christi appetẽdus in pontificatu, iuxta quod apostolus posteà dixit, Qui episcopatũ desiderat, bonum opus desiderat. Nam omnes actus iudiciales, qui in ecclesia fiunt: tam in foro pœnitentiæ, quàm in foro contentioso, ad pascendas Christi oues ordinari, non est dubium. Aperire demum & claudere regnum cœlorum ad pastum ouium sic spectãt, quòd aperire regnum cœlorum est pascere oues Christi: claudere autem illud ad pastum earundem ordinatur: quãdoquidem ad bonum refertur electorum, quibus omnia cooperantur in bonum. Ex cõclusionibus præmissis liqt iam, nõ simul suscepisse apostolos omnia quæ ad munus apostolicum expectant, sed paulatim per temporis successionem.

III. DIFFICVLTAS.

Vtrùm hæc potestas seu clauis quæ est in ecclesia, fuerit immediatè à Christo concessa omnibus apostolis simul.

QVæstioni huic duabus conclusionibus respõdetur,
1. Conc. quarum prima sit, q̃ potestatem consecrandi ac absoluendi immediatè & simul contulit Christus omnibus apostolis, & non soli Petro. Probatur, nã omnes ipsos presbyteros cõstituit, cũ dixit, Accipite Hoc est corpus meum &c. Hoc facite in meã cõmemorationem. Et omnibus simul dedit potestatem remittendi peccata, cùm dixit eis, Quæcunq; solueritis super terram, erunt soluta & in cœlo. Et Ioan. c. 20. Accipite spiritũ sanctum: quorũ remiseritis pecca
Ioan. 20 ta &c. Quo fit, vt in officio apostolico omnes fuerint æquales Petro, nisi q̃ Petrus tanquã ecclesiæ caput, erat eorũ præses, vt cõcilium conuocaret.

2. Conc. ¶ Secunda con. Claues traditæ Petro, præcellebant clauibus aliorũ apostolorũ in tribus. Primò quia potestas cõcessa Petro, erat vniuersalis, & ad omnes Christi oues, etiam ad ipsos apostolos pascendos extendebatur. Hæc conclusio habetur in. c Solite. de maioritate, & obediẽtia: & in extrauaganti, Vnã sanctã. Sine

discrimine enim dixit Dominus, Pasce oues meas. In quo significari videtur, non pertinere ad Christi ouile: qui non esset subditus Petro. Item, ipsi soli Petro dixit, Ecce Sathanas expetiuit, vt cribraret vos sicut triticum: & ego pro te rogaui, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus confirmat fratres tuos. Ipsi dictum est, Tu es Petrus, & super hanc petram edificabo ecclesiam meam: & portæ inferi non præualebunt aduersus eam: & tibi dabo claues regni cœlorum, &, Quodcũq; ligaueris super terrã &c. Ecce quomodo totius eccleſiæ cura & claues ac principatus cõmittitur Petro. Item, Leo primus ait, De toto mundo vnus Petrus eligitur: qui & vniuersarum gentium vocationi, & omnibus apostolis, ac cunctis ecclesiæ patribus præponitur, vt quanuis in populo Dei multi sacerdotes sint, multiq; pastores: omnes tamen regat Petrus, quos principaliter regit Christus. Postremò probatur ex concilio Flo. sub Euge. 4. vbi diffinitur, Petrũ principẽ esse apostolorum, & verum Christi vicarium, totiusq; ecclesiæ caput & omnium Christianorum patrem, ac doctorem. Secundò excedit potestas Petri aliorum apostolorum potestatem: quia potestas Petri erat ordinaria, & tota transit in successores Petri. Fatemur enim absq; vlla hæsitatione, quemlibet Petri successorem esse pastorẽ totius ecclesiæ. At verò potestas aliorum apostolorũ, quanuis generalis erat in toto orbe: attamen non erat ordinaria, sed personalis, ac proinde non successura in alios, nisi per authoritatẽ Petri. Nam & si episcopi, successores apostolorũ dicãtur, vt. c. Quorum vices. dist. 68. illam tamen authoritatem non suscipiunt nisi per Romanũ pontificem Petri successorẽ. Similiter, quia nõ erat ordinaria, sed ex priuilegio potestas apostolorum ad totum orbẽ extendebatur: potestas episcoporum, qui loco illorum successerunt limitatur ad vniuscuiusquè propriam diœcesim: nec possunt alios episcopos constituere. Tertio, quia solus summus pontifex accipit potestatem immediatè à Christo, statim quò eligitur à cardinalium concilio. Archiepiscopi autem & episcopi non, sed per causas secundas, ideſt per suos ordinatores.

Leo. 1.

Conc. flo

¶ Tertia conclusio. Christum hanc potestatem tradidisse apostolis, non solùm vt in eis tẽporaliter duraret, sed vt perpetuò esset in ecclesia per mansura, fateri opùs est. Istam conclusionem hac manifesta ratione ostendit Soto, quia Christus fundauit ecclesiã vsq; ad consumationem seculi duraturam: nempe super suam fidẽ & leges, sine quibus nemini salus patere potest, atq; adeò fecit eã vnum ouile, quod nisi qui intrauerint salui esse nequeunt, sed potestates

3. Conc.

Soto.

testates clauium sunt collatæ in bonum commune totius ecclesiæ: ergo non solùm apostolis, sed in illis suis etiam successoribus sunt traditæ.

Dubium. ¶ Sed dubium est, an hæc potestas sit de iure diuino in omnibus
4. Conc. sacerdotibus? Pro quo sit. 4. conclusio in ordine. Sacerdotiũ est de iure diuino & quantùm ad potestatem consecrandi, & quantũ ad vim clauium absoluendi in foro Pœnitentiæ. Hæc cõclusio quò ad primam partem sic ostenditur, quia cum character & ordo sacerdotalis sit de essentia conficiendi Eucharistiam: & ecclesia non habeat authoritatem mutandi ea quæ sunt de essentia sacramenti, non est dubium quin de iure diuino sit illa potestas in omnibus sacerdotibus: nam si solis apostolis eam Christus tribuisset, non auderet ecclesia, nisi solis episcopis, eorum successoribus, eam tribuere. Quòad secundam verò partem etiam probatur ex illo Ioã.
Ioan. 20 20. Accipite Spiritum Sanctum: quorum remiseritis peccata &c. Quæquidem verba inter ordinandum dicit episcopus, vbi profitetur, quòd eodẽ loco data sit à Christo illa potestas omnibus sacerdotibus. Ratione quoquè confirmatur, quia consentaneum fuit, vt dum illis tradidit potestatem super corpus suum verũ, quòd etiam tradidisset super corpus mysticum, vt dignè idem verum corpus possent plebi dispensare. Item, quia soli episcopi non poterant sufficere toti populò Christiano ad audientiam confessionũ. Quocircà non sufficienter ecclesiæ suæ Christus prouidisset, nisi omnibus sacerdotibus eandem facultatem relinqueret Anno-
Notabil. tato tamen, quòd iurisdictionum distributionem commisit Petro, quæ non est intrinseca ratione sacramenti, sed de necessitate applicationis.

De ministris clauium.

IIII. DIFFICVLTAS.

Vtrùm claues in solis sacerdotibus euangelicis existant

1. Conc. TRibus conclusionibus difficultati huic respõdetur. Prima Ante Christi passionem, neq; in lege naturæ, neq; inscripta fuit clauium spũalis potestas gratiam efficiens. Cõclusio hæc euidẽtibus rationibus ostẽditur: nam clauis regni cœlorũ, vt diximus, est, qua ipsum

ipsum aperitur, sed ante Christum natum cunctis hominibus obseratum fuisse liquet, cùm & iustissimos homines ad limbum descendisse nemini ambigere liceat, vbi beatam spem & aduentum regni Christi sperabant: nulla ergo tunc erat clauium potestas. Item, quia nullam in ordine ad finem spũalẽ habuerunt potestatẽ, seu authoritatẽ, cũ nõ à culpis, sed ab irregularitatibus purgabãt, vt ad minu factum tabernaculũ aditus per eos pateret.

¶ 2. conclusio. In Christo fuerunt primò claues regni cœlorum. Hæc cõclusio est D. Tho. in 4. dis. 19. q: 1. ar. 1. q. 2. vbi ait, q̃ virtus aliqua esse potest in aliquo, aut tanquã in per se agente, quod est perfectiùs, aut tanquàm in instrumẽto, qui est minùs perfectus modus: virtus autẽ aperiendi regnum cœlorũ, est in Christo tanquã in per se agente ad salutẽ nr̃am, per authoritatẽ quidẽ in quãtùm est Deus, sed per meritum inquantùm est homo virtute propriæ passionis. At verò clauis de ratione sua importat potestatem aperiẽdi & claudẽdi, siue igitur aliquis aperiat quasi principale agẽs, siue quasi minister, ponẽda est clauis in illo. Quo fit, vt in Christo sit ponenda, aliter tamen quàm in ministris, nempe clauis excellẽtiæ: quæquidẽ potestas clauiũ in ipso nõ sequitur characterẽ, sed principalẽ formã: in nobis autẽ sequitur characterẽ, quo Christo confirmamur

2. Conc. D. Tho.

¶ 3. cõclusio qua ad difficultatẽ respõdetur, est. Potestas clauium ad ligandum & absoluendũ in foro pœnitẽtiæ, in solis euãgelicis sacerdotibus exist̃it, & nõ in toto corpore reipublicæ incõmuni, sicuti potestas gubernandi aut eligendi regẽ est in toto reipublicæ corpore. Hæc cõclusio est omniũ catholicorum aduersus hæreticos, præsertim Lutherũ, qui in .10. art. illius lib. pestiferi de abroganda missa priuata, tenet, omnes Christianos esse sacerdotes, & rãtũ quẽlibet Christianum facere, quãtũ Papa & episcopus facit, etiam simulier aut puer sit: itaq; nullum peculiarem sacramentorum ministrum confitentur, neq; hoc est mirũ, cùm nullã vim conferendi gratiã in sacramentis agnoscant, sed propriã fidẽ vnicuiq; ad salutẽ sufficere doceant. Articulus iste condẽnatus fuit Luthero à Leone, & reprobatur apertè ex Paulo. 1. Cor. 4. Vbi singulariter de ipsis apostolis & sacerdotibus dixit, Sic nos existimet homo vt ministros Christi & dispensatores mysteriorũ Dei. Non enim hoc indifferenter de omnibus Christianis dixit: nã aliàs totus ordo ecclesiasticæ hierarchiæ periret, quod quã absurdum sit, haud ãbigere qs põt: qa si omnes essẽt episcopi, vbi essent subditi?

3. Conc.

1. Cor. 4

&h

& si omnes essent parochiales sacerdotes, vbi essent parochiani? Vnde, sicut in corpore naturali sunt distincta membra ad distincta officia de putata, & vnum nõ est aliud: quia oculus non est auris, nec manus pes &c. ita í corpore ecclesiæ fateri oportet alios esse oculos, alios manus, alios pedes, & nõ omnes oculos, aut manus: nam diuersa sunt gratiarũ dona. Vnde Paulus ad Ephes. 4. inquit, Et ipse dedit quosdam quidem apostolos, quosdam autẽ prophetas, alios verò euangelistas, alios autem pastores & doctores ad consummationem sanctorum in opus ministerij in ędificationem corporis Christi. Nec obstat huic nostræ assertioni illud. 1. Petri. 2. Vos estis genus electũ regale sacerdotium, neq; illud Apoca. 5. Fecisti nos Deo nostro regnum & sacerdotes, quæ loca Lutherus pro sua iniquissima sententia adducit: nam licèt in illis locis dicat, quòd Christus nos simul sacerdotes fecerit & reges: non tamen affirmabit Lutherus omnes Christianos esse reges. Pari ergo modo licèt omnes Christiani ea generali ratione dicantur sacerdotes, eò quòd se & sua Deo in sacrificium offerunt: nihilominùs per antonomasiam illi dicuntur sacerdotes, qui ad sacramenta administranda consecrati sunt.

Ephe. 4.

1. Petr. 2

Apoca. 5

4. Conc. Turrcre. Caieta. Soto.

¶ Quarta conclusio. Potestas iurisdictionis ecclesiasticæ nõ residet in toto corpore immediatè, sed in prælatis Hanc conclusionẽ tenet Cardinalis à Turre cremata. 2. lib. sum. eccle. c. 71. & Caieta. in opusculo de comparatione Papę & concilj, & Soto in 4. dist 20. q. 1. ar. 4. cõtra Gersõ in tractatu potestatis ecclesiasticæ, quẽ sequitur Almayn & alij fautores illius opinionis, ꝙ cõciliũ est supra Papam, qui dicunt quòd Christus tradidit hanc potestatẽ cõmunitati ecclesiæ vt ipsa crearet prælatos: tenendum tamen est, ꝙ Christus tãquàm ecclesiæ caput instituit Petrũ & cæteros apostolos atq; alios prælatos, per quos ipse gubernaret ecclesiam, & ꝙ probatione supponit vnum Soto, quod ipsi concedũt, scilicet hãc potestatem non conuenire ecclesiæ iure naturali aut humano, sed solo diuino per Christum. Tunc probat, quia ecclesia non habet potestatem iurisdictionis nisi à solo Christo: Christũ autem, nullibi legitur, eam tradidisse corpori ecclesiæ, sed personis & prælatis: ergo in ipsis est immediatè. Probatur minor, quia singulariter Petro dictum est, Tibi dabo claues regni cœlorum, Quodcunq; &c. & ei singulariter dixit Ioan. vltimo, Pasce oues meas, & illi dixit, Ego rogabo pro te &c. Et ad apostolos singulariter ait, Quæcunq; solueritis super terram &c. Et in Pentecoste apostoli tanquàm

Ioan. vlt

quàm ſingulares perſonæ & Dei miniſtri acceperũt ab ipſo, & nõ ab eccleſia ſpiritũ ſanctum. Prætereà, quia ſacerdotes inſtituuntur per ſacramentum Ordinis, quo confertur gratia: at verò gratiã eccleſia non confert, ſed Chriſtus per virtutem ſacramentorũ, atq; adeò non eccleſia, ſed Chriſtus qui eſt author gratiæ per ſuos proprios miniſtros inſtituit ſacerdotes, & imprimit characterem, qui eſt conſecrãdi facultas, & clauium poteſtas. Quo fit, vt ſicut character conſecrandi corpus verum nõ eſt in toto corpore eccleſiæ, ſed in perſonis: ita & iuriſdictio non eſt niſi in perſonis: ſiquidem corpus myſticum ſuper verum eſt fundatum: non ergo poteſtas iuriſdictionis deſcẽdit in prælatos ab eccleſia immediatè, ſed à Chriſto. Poſtremò probatur argumento facto à Turrecremata, quia ſi Chriſtus poteſtatem eccleſiaſticã eccleſiæ contuliſſet, conſequens fieret illam reſidere in tota congregatione, ſcilicet in laicis, non ſolùm in viris, verùm etiam in mulierculis, & in pueris, & quòd concilium vice omnium cõgregaretur, & cardinales per poteſtatem omnium eligerent Papam: quod quam abſurdum ſit dictu, pluribus rationibus oſtẽdunt Caiet. & Soto in locis citatis. Cùm enim impoſsibile ſit, totum orbem conuocare ad eligẽdum Papam, vana eſſet illa tam diffuſſa poteſtas. Item, quia tunc ſequeretur, quòd ſi Papa & epiſcopi aliquas leges eccleſiaſticas cõderent, & totus populus reclamaret, cũ ſit maior eccleſiæ pars, quòd ſtandum eſſet iudicio populi, quod tamen eſt hæreticum: tenenda ergo eſt concluſio, quòd prælati non habent iuriſdictionem ab eccleſia, ſed à Chriſto. *Caieta. Soto.*

¶ Sed de ſubiecto iuriſdictionis, dubium non diſsimulãdum oritur, vtrùm huiuſmodi poteſtas iuriſdictionis reperiatur in omnibus Chriſtianis, ſiue viris ſiue mulieribus, an etiam in ſolis ſacerdotibus, ſicut clauis Ordinis in ſolis illis reperitur: itaq; non inueniatur niſi in habentibus characterem ſacerdotalem? Cui dubio p aliquot concluſiones reſpondetur. Prima. Clauem iuriſdictionis poſſunt habere non ſacerdotes. Concluſio hæc quòad viros adeò eſt manifeſta, vt minimè probatione indigeat. Videmus nanq; epiſcopos, qui antequàm ordinentur, dum ſunt electi, habent iuriſdictionem indulgentias conferendi, & excommunicandi, & ſub cẽſura excommunicationis leges & præcepta ferendi. Certũ quoquè eſt viros omnes, niſi aliqua ſint eccleſiaſtica lege prohibiti, ad ſacerdotium & epiſcopatum aſſumi poſſe. Annotare tamen opùs eſt, quòd requiritur vt excommunicare poſsint, quòd ſint ordina- *Dubium.* *1. Conc.* *Notabil.*

ti saltem prima tonsura quia exquo quis non habet ordinem, non potest ex communicare, licèt sit persona religiosa. Quòad mulieres verò, sit secunda conclusio. Mulier non potest indignitate cõstitui, cui sit spũalis iurisdictio annexa. Probatur, quia neq; Christus, neq; subinde ecclesia talem dignitatem mulieri commisit, vt optimè Innocẽt. cap. Noua. de Pœniten. & remiss. annotauit, vbi ait, Noua & inaudita esse, quòd Abbatissæ monales benedicant, aut cõfessiones audiant, aut prædicẽt: cùm beatissima virgo Maria dignior & excellentior fuerit apostolis vniuersis, cui tamen dñs claues regni cœlorum non commisit.

2. Conc.

3. Conc. D. Tho. ¶ Tertia conclusio. Abbatissæ non habent iurisdictionem ordinariam, sed quasi commissariã. Cõclusio ista est D. Tho in 4 dist. 25. q. 2 ar. 1 q. ad primum. Ait enim illic, quòd Abbatissæ non habẽt prælationem ordinariam, sed quasi excommissione, propter periculum cohabitationis virorum & mulierum, & dist. 19. quæstiuncula. 3 ad 4 ait, quòd cùm mulier secũdum apostolum sit in statu subiectionis, non potest habere aliquam iurisdictionem spũalem. Habetur etiam hæc cõclusio in c. Dilecta. extrà de maiori. & obedien. Committitur tamẽ mulieribus aliquis vsus clauiũ, sicut coripere mulieres subditas.

4. Concl ¶ Quarta conclusio. Abbatissæ post confirmationem possunt conferre ecclesias, beneficia, instituere clericos in ecclesijs ad suum monasterium pertinentibus, quæ sunt eis pleno iure subiectę, quòad temporalia & spũalia: hoc tamẽ intellige excommissione, & non ex ordinaria potestate.

5. Conc. ¶ Quinta conclusio. Abbatissæ nõ possunt habere clauem ordinis. Probatur, quia nõ possunt habere authoritatem consecrandi, vel absoluendi, vel alia quæ sunt clauium, quorum mulieres non sunt capaces. Quocircà, minimè moniales absoluere à peccatis earum possunt, neq; excõmunicare, aut ab excommunicatione absoluere, cùm ordinem non habeant. Possunt tamen suis presbyteris præcipere, vt excõmunicẽt, ac absoluant moniales delinquentes, secundùm Astien. l. 6. ti. 26. & illi tenentur obedire, si tamen hoc habeant ex concessione speciali, vel generali episcopi, vel Papæ, si sint exemptæ, vel ex ãtiqua & approbata cõsuetudine.

Astien.

6. Conc ¶ Sexta cõclusio. Licèt Abbatissæ possint suspendere aliquo modo ab officio & beneficio, & subtrahere prębendas, & largo modo interdicere & suspendere ab ordine clericos suę iurisdictioni subiectos: vt putà præcipiẽdo eis ne celebrẽt donec satisfecerint: tamen strictè & propriè interdicere, vel suspẽdere

dere ab ordine non possunt ea, scilicet suspensione & interdictione, quæ inducit irregularitatem in contrarium facientibus. Sentẽtiã hãc sequitur Panor. & cõmuniter omnes doctores super cap. Dilecta. ¶ Septima conclusio. Mulier iure naturali non est inepta ad rempublicã gubernandam. Leginus nãquẽ, mulieres optime gubernasse populum, vt patet de Debora, Iudicum. cap. 4. Itẽ, quia mulier succedit in regno. ¶ 8. conc. Quemadmodum mulier gubernãs regnum, & illæ q̃ sunt matresfamiliãs possunt imponere p̃ceptũ obligans sub reatu mortali: ita Abbatissæ possunt imponere p̃ceptũ in ordine ad finẽ naturalẽ, scilicet bonum naturale, & si sit materia grauis obligabit sub reatu mortali, vt si sit periculum pudicitiæ, ac famæ monasterij amittendæ, ex eo quòd moniales mittunt, aut recipiũt literas: potest Abbatissa imponere eis præceptũ, nè aliqua eas mittat, aut recipiat, & ne cũm viris loquãtur, aut ad hortos exeant. Si verò sit materia leuis, obligabit sub veniali: itaq; ex natura rei præceptæ estimari debent, sub quo reatu obligent, mortali an veniali, & non sicut præcepta quæ à summo pontifice & cæteris ecclesiasticis imponuntur, quæquidẽ ipso facto q̃ inscriptis dãtur, intelligũtur obligare sub mortali. Hæc cõclusio probatur, quia habet eas gubernare, igitur poterit leges cõdere, ac statuta facere, quæ ad rectã gubernationẽ expectãt. Poterit similiter eis ponere p̃ceptũ cui parere tenẽtur sub reatu mortali, vt quãdo requirit iustè de aliquo crimine, & p̃cipit toti cõmunitati, vel alicui in particulari, vt dicat ei verũ, tenetur dicere sub reatu mortali veritatẽ. Probatur, nam quãdo aliquis interrogatur à iudice iustè, tenetur dicere verum sub mortali peccato: cũm ergo huiusmodi Abbatissa sit iudex, fatendũ est moniales teneri ei respondere iuxta eius mẽtẽ. Cõfirmatur cõclusio ista, nam si Abbatissæ nõ possent ponere huiusmodi p̃cepta, dum expediret: periret bonũ religionis: quia vna q̃q; faceret id quod sibi esset libitũ Præterea, quia ad impositionẽ huiusmodi p̃ceptorũ, non requiritur q̃ habeãt potestatẽ ordinis, nec sequitur q̃ habeant potestatẽ spũalẽ, quia huiusmodi p̃cepta dũtaxat in ordine ad finẽ nãlẽ sunt necessaria. At verò p̃cepta necessaria quę ad finẽ supernãlẽ ordinãtur, minimè Abbatissa ponere põt, sed in hoc casu recurrere oportebit ad superiorẽ. ¶ 9. cõc. Abbatissæ possunt p̃mittere monialibus, vt victũ, & lucra, quẽ, & q̃ manibus acqrũt, in p̃prios & necessarios vsus conuertãt. Cõclusionẽ istam tenet Ioã. Andre. c. Cũ ad monasteriũ. de statu re.

Panor. 7. *Conc.* *Iudicu.* 4 8. *Conc.* 9. *Con.* *Ioã. And*

V. DIFFICVLTAS.

1. Conc. *Vtrùm quilibet ſacerdos poſsit vti claue in quemlibet.*

HVic difficultati duabus concluſionibus reſpõdetur, & earum prima ſit. Nullus ſacerdos abſq; poteſtate iuriſdictionis põt vti claue ordinis, abſoluendo aut ligando. Hanc concluſionẽ iam in ſuperioribus multoties oſtendimus eſſe veram, præſertim hac ratione, quia character ſacerdotalis eſt mera potentia, quæ haud agere põt, niſi paſſum ei applicetur, vt agat, & idcirco ſimplex ſacerdos licèt habeat poteſtatem ordinis ad abſoluendum, tamẽ quia deeſt illi materia circa quam poſsit illam exercere, ſi attentet abſoluere, nõ abſoluit: at verò per iuriſdictionem ſubijcitur illi materia circa quam poſsit habere actum, ergo neceſſaria eſt iuriſdictio: & hac eadem ratione diximus, non poſſe ſacerdotem à caſibus reſeruatis aliquẽ abſoluere, quia in hoc pœnitens nõ eſt eius ſubditus: nec excommunicatum poteſt abſoluere, quia priuatus eſt ſacramentis. Sicut enim materialis clauis, inquit Soto, non poteſt aperire niſi propriam ſeram: ita ſacerdos nec poteſt abſoluere niſi ſibi per iuriſdictionem ſubditos.

Soto.

2. Conc.

¶ Secunda concluſio. Quantunc unq; miniſter ſit in peccato mortali, non ideò amittit poteſtatem iuriſdictionis, vt abſoluere non poſsit, niſi fuerit ſchiſmaticus, vel hæreticus, vel ſuſpenſus, vel degradatus, aut nominatim excommunicatus, vel propter manifeſtam percuſionem clerici. Hæc concluſio quòad primam partem probatur, quia cùm miniſtri non ſint gratiæ proprij authores, ſed Chriſtus, ipſi autem ſunt inſtrumentaliter cauſa: eorum malitia nõ obſtat, quominus ſacramentum collatum per illos ſit validum. De qua re diffuſè egimus de ſacramentis in genere. 10. difficultate. Quòad ſecundam verò partem, ſuppoſito quòd non loquimur de his qui tolerãtur ab eccleſia, quia ſi tolerantur, ſiue ſint ſuſpenſi, ſiue excommunicati nõ nominatim, quandiu tulerantur, non amittũt iuriſdictionem, ſed quòd loquimur de non toleratis, etiam probatur concluſio: nam licèt in omnibus maneat clauium poteſtas quã tũ ad eſſentiã, ſed vſus impeditur ex defectu materiæ. Cùm enim inquit D. Tho. vſus clauium in vtente, prælationem requirat, reſpectu eius in quem vtitur, fit vt propria materia in quam exercetur vſus clauium, ſit homo ſubditus: & quia per ordinationem eccleſiæ ſubditur vnus alij, ideò per eccleſiæ prælatos poteſt ſubtrahi alicui ille qui erat ei ſubiectus. Vnde, cùm eccleſia hæreticos

D. Tho.

& ſchi

& schismaticos & alios huiusmodi priuet subtrahendo subditos ab eis vel simpliciter, vel quantùm ad aliquid: quantùm ad hoc q priuati sunt, non possunt vium clauium habere. Quare, licet attentent sacramentum Pœnitentiæ administrare, nihil facient. Si tamẽ attentent consecrare Eucharistiã, vel baptizare, vera sacramẽta cõficiũt, dummodo veram materiã, scilicet panem triticeum & vinũ vitis respectu Eucharistiæ, & aquam respectu Baptismi apponant. Ratio est, quia iurisdictio non requiritur ad consecrãdum vel baptizandum, quãtum ad hoc quòd si deficiat iurisdictio, factum nõ teneat: in sacramento verò Pœnitentiæ vsus iurisdictionis est de essentia. Vnde, per subtractionem iurisdictionis, subtrahitur materia, & ob id diximus in loco præallegato de sacramentis in genere, quòd quicunq; siue sit infidelis, siue hæreticus &c. si nõ deficiat in requisitis, & necessarijs ad sacramentũ, vt est forma, materia, & intentio, verum sacramentum conficit: quod intelligitur, etiam si non sit toleratus respectu sacramentorũ, quæ nõ indigent iurisdictione. Secus est respectu Pœnitentiæ: nam tunc, nisi tolerẽtur ab ecclesia, non valet absolutio ab ipsis impẽsa, cùm amittãt iurisdictionem, & sic deficiat illis materia, super quam cadat absolutio.

De virtute & effectu clauium.

V. DIFFICVLTAS.

Vtrùm effectus clauium se extendat ad remissionem peccati, quoad culpam & quoad pœnam. 1. Con.

DIfficultati huic tribus cõclusionibus satisfacere possumus. Prima. Sacerdotem nouæ legis virtute clauium tanquàm ministrum & Dei instrumentum, dum absoluit, culpam mortalem remittere & primã gratiam conferre, fateri oportet, dummodo confitens nõ ponat obicem. Cõclusionem istam tenet expressè D. Tho. in 4. dist. 18. q. 1. ar. 3. vbi ait, quòd licèt quis accedat non bene dispositus ad Pœnitentiam, si obicem nõ ponat, recipit primam gratiam, sicut per Baptismum: quia hoc sacramentum non ordinatur ad remissionem pœnæ tantùm, sed etiam culpæ, vt Baptismus. Idemq; ait in 3. p. q. 86. ar. 6. vbi dicit, quòd remissio culpæ est effectus Pœnitentiæ, & principaliùs quidem virtute clauium & formæ absolutionis. Et huic sententiæ subscribunt Scotus in 4. eadem dist. q. 4. ar. 3. & Duran. & Palud. eadem dist. & Rofensis art. 5. cõtra Lutherum

D. Tho. Scotus. Durand. Palud. Rofen.

Adrian. *Caieta.* *Mag.sen* *Alex.ale* *Bonauen* *Ricard* *Abulen.* *Gabriel.* *Almayn.*

therum,& Adrianus. q. 2. de clauibus, Caieta. in opuſculo. 27. q̃ ſtionum. q. 12. Nec me latet Magiſtrum ſen. in eadem diſt. negaſ ſe, ſacerdotem verè abſoluere, ſed duntaxat abſolutum oſtendere,& nunquàm poſſe ſacramentum Pœnitentiæ conferre primam gratiam,& hanc ſententiam ſequutos fuiſſe Alexan. Alen. 4. p. q. 8. mẽbro. 1.& Bona.& Ricar. in diſt. citata, Abulenſ. 1. p. ſui de ſenſorij ca. 6.& aliquos ex iunioribus, videlicet Gabrielem diſt. 14. q. 2.& Almayn. diſt. 18. q. 2. attamẽ nullatenùs tenẽda eſt hæc ſententia. Nam certum & indubitatum eſt, quòd cùm dominus poteſtatem tradidit, non dixit, Quorum declaraueritis, ſeu oſtenderitis remiſſa peccata: ſed dixit, Quorum remiſeritis peccata. Et ſimiliter dixit, Quodcũq; ſolueris. Nec dixit, Remittũtur eis, aut ſolutum erit quòad eccleſiam: ſed, Solutum in cœlis,&, Remittuntur eis ſimpliciter & abſolutè. Vnde, verba domini in proprio ſenſu conuincunt, eccleſiæ miniſtros habere poteſtatem remittendi peccata authoritate CHRISTI. Item, quia ſi ex illis verbis in euangelio contentis, prolatis à ſacerdote in Euchariſtiæ conſecratione, Hoc eſt corpus meum, compellimur credere, verũ corpus Chriſti ibi eſſe, cùm igitur etiã hæc verba, Quorũ remiſeritis peccata, remittuntur eis, et, Quodcũq; ſolueris ſuper terrã, erit ſolutum & in cœlis, in ſenſu proprio ſint in euangelio: non minus cõuincimur credere, ſacerdotẽ miniſterialiter remittere culpã mortalẽ, & pœnã æternæ dãnationis virtute clauium. Nec obſtat ratio quam facit Magiſter & eius ſequaces, quia ſi accedit contritus ad hoc ſacramentum, iã exiſtit in gratia, ergo ſacerdos tunc p abſolutionẽ non confert primã gratiã. Nõ, inquàm, obſtat, quia veritas formæ optimè ſeruatur in illo ſenſu quem illic explicat Di. Tho. vt, Ego te abſoluo, idem ſit quod, Ego ſacramẽtum abſolutionis tibi impendo, cuius virtute, ſi in peccatis exiſteres, quibus obicem nõ apponeres, remiſsionẽ conſequereris. Pari modo,& ſi quis accedat cum obice gratiæ, veritas formæ ſaluatur, Ego te abſoluo, ideſt, ſacramentum abſolutionis impendo, quod niſi obicẽ ex parte tuà inueniret, remiſsionem tibi peccatorũ cõferret. Præterea probatur hæc veritas, nempe q̃ ſacramentum Pœnitentiæ quandoq; conferat primam gratiam, quando ſcilicet accedit pœnitens attritus, putans ſe eſſe contritum. Quia ſi nunquàm abſolutio in re exhibita peccatũ tollit, neſcio cur dicatur ſacerdos habere claues in foro Pœnitentiæ. Nam methaphora clauiũ, vt ſuprà dictum eſt, ſumpta eſt ab aperiendo, & claudendo hoſtio. Si autem ſacerdos

D. Tho.

ſacerdos nunquã verè aperit cœlũ, ſed ſolùm modo oſtendit aper tũ, inepta eſſet clauis methaphora. Poſtremò, quia dicere [vt iſti dicunt] q̃ non confert primã gratiã re vera, eſt in errorẽ inclinare eorũ qui claues eccleſiæ negant. Contendebant enim hęretici, q̃ ſacerdos nec poterat abſoluere, nec peccatũ remittere, vt apud Thomã Vualden. tomo 2. de ſacra. à cap. 141. vſq; 146. eſt vide re, quod haud dubiũ, quin abſurdiſsimũ ſit. Siquidẽ vt dicit Augu ſtinus lib de Pœnitentia. c. 9. & nos oſtendimus ſuprà, cùm de for ma abſolutionis agerenus, hæc eſt differẽtia inter nr̃os & veteris legis ſacerdotes, q̃ illi ſolùm oſtendebãt mũdatos eſſe homines à lepra, nr̃i verò verè abſoluunt, & conferunt primã gr̃am, & verè eã dãt miniſterialiter. Miniſterialiter, inquã, nã remittere peccata per ꝓpriã, ſupremãq; authoritatẽ, ſoli Deo cõuenit. Sic nãq; inte ligẽda eſt authoritas Eſay, Ego ſum qui deleo iniquitates ve ſtras, & illa Auguſtini, Nemo tollit peccata, niſi ſolus Deus, & al tera Ambroſij, ille ſolus dimittit peccata, qui pro peccatis noſtris mortuus eſt, & ſiquę ſunt alię authoritates, omnes sũt ſic ĩtelligẽ dæ. Similiter cùm dicit Ambro. cuius verba habẽtur de pœnitẽ. diſt. 1. c. Verbum. q̃ ſacerdos ſuum officium exhibet, & nullius po teſtatis iura exercet, non eſt intelligendũ, q̃ neget ſacerdotem ab ſoluere, ſed vult dicere, q̃ nõ exercet ꝓpriæ poteſtatis ius, ſed po teſtate miniſtri diuinitus ſuſcepta. Sic enim poſſumus dicere, q̃ p̃ tor non vtitur iure ſuo, ſed regis.

Tho. Vu. Auguſ. Eſai. Auguſ. Ambro.

¶ 2. Concluſio. Eadẽ virtus clauium ſe extendit ad remittẽdam pœnã, non ſolùm ęternã, tam dãni quàm ſenſus, verùm etiã tempo ralẽ, vel partem, vel totã. Hæc concluſio quoad primã partẽ adeò eſt nota, vt nõ indigeat probatione. Cùm enim remiſsio culpę nõ fiat niſi per gratiam: tunc fit homo ab inferno liber. Quòad ſecun dã verò partẽ etiam probatur, quia ſi virtus clauium eſt efficax ad ligandũ ad pœnam, tam in ſacramento quàm extra per excõmuni cationẽ: magis conſentaneum eſt, vt ſit etiam ad remitendum pœ nam, non ſolùm in ſacramento, ſed etiam extra per indulgentia rum relaxationes. Et huius pœnæ partem remittit contritio ſecũ dùm ſuam quantitatem, partem autem confeſsio ſecundùm ſuam deuotionem, partem verò abſolutio, tam extenſionis quàm inten ſionis.

2. Conc.

¶ Annotato tamen hîc, q̃ cùm per abſolutionem plus vel minus dimittitur alicui de pœna, ſecundũ q̃ plùs vel minùs ſe diſponit: tã paruus eſſe poſſet pœnæ reatus, aut contritio & diſpoſitio tanta, vt ex vi

Notabil.

vt ex vi contritionis tota pœna tollatur, per quod respondetur ad
D. Tho. quandam opinionem extraneam, quam D. Tho. habuit in 4. dist.
18. q. 1. ar. 3. quæstiuncula. 2. ad tertiū. Adeò enim pro cōstanti illic
habuit, restare semper pœnam aliquam per satisfactionem soluendam, vt cogitet virtute clauium non semper æqualem pœnam remitti, sed proportionabiliter. Exēpli gratia. Siquis debet pœnā vt
quatuor, & vi clauiū remittitur gradus vnus, si alius non deberet
nisi vnicū gradū, & per solutionem totus remitteretur, nihil restaret p satisfactionē soluēdū. Et ideò ait, q̄ nō remittitur nisi pars aliquota: verbi gra, q̄rta pars, vt debenti octo, remittūtur duo: & debēti q̄tuor, vnū: & debēti duo, dimidiū. Hæc tñ opinio est incredibilis: quare absq; dubio illam mutasset, si opus tertiæ partis p fecisset. Tenendū igitur est, q̄ tāta potest esse contritio, vt ex vi illius
tota pœna tollatur, & absolutio semper æqualem partem pœnæ delet, siue pœnitēs sit reus magnæ, siue paruæ. Est etiam tenendum,
quòd toties potest iterari confessio & absolutio super eadem peccata, vt virtute clauium tota pœna remittatur: quod expresse est
Scotus. contra Scotum dicentem, quòd per secundam absolutionem nulla remittitur pœna. Quare non nocet, imò prodest cōfessio & absolutio de eisdem peccatis repetita.

Notabile ¶ Annotato secundò, quòd si iniuncta Pœnitentia, quæ hîc soluēda pœnitenti imponitur, sit condigna, absoluitur à tota pœna purgatorij. Si verò nō est condigna: nō absoluitur à tota pœna purgatorij, sed à tanta. Quocircà, si moriatur expleta Pœnitentia condigna, non punietur in purgatorio. Secus si non fuit condigna, vel quanuis fuit cōdigna, sed non adimpleuit eā, dum vixit: nam tunc adimplebit eam in purgatorio. Hæc de clauibus sint satis dicta: quia reliqua quæ in hac materia adduci solent, iam suprà in materia de cōfessione & satisfactione tetigimus.

IAM DE EXCOMMVNIcationis materia sub breui quodá compendio, & non q̃ totam ierũ siluam quæ de ea congulatur, complectamur, cùm sit nimis prolixa & à summistis diffusissime tradita, perpendere operepretium erit. Excõmunicationis enim tàm maioris, q̃; minoris notitia, maximè necessaria confessori est, nempe vt sciat quando excõmunicatio incurritur, vt inde an pœnitens sit excõmunicatus an nõ, agnoscat, & an vinculum quo obstrictus est, superiori vel cui reseruetur. Hinc namq̃; facile erit cõfessori discernere, qui ab ipso, qui vero a alio sint absoluẽdi, & alia quàm plurima quæ nota illi esse oportet, vt animabus sibi confitentium commodè mederi possit.

¶PRIMA DIFFICVLTAS.

Vtrùm in Ecclesia sit excommunicandi facultas?

VT melius ac distinctius propositæ quæstioni respondere possimus, annotare necessum est. q̃ in Ecclesia duplex forum reperitur. Alterum secretissimum, in quo idem est accusator & reus, & ad istud claues Ecclesiæ expectant. Alterum verò publicum, in quo habet Ecclesia authoritatem corrigendi publica delicta: & talis authoritas cognoscendi in causa, & sententiandi publicè, quodammodo clauis ciam dici potest. Prima clauis ordinis nuncupatur. Secunda autem, clauis iurisdictionis. Hac distinctione sic præhabita, sit prima conclusio. Ecclesia in primo foro, ideſt per authoritatem clauis primo modo acceptæ, neutiquàm facultatem habet excõmunicãdi. Cõclusio hæc adeò euidẽs est, vt minimè probatione indigeat. ¶Secunda conclusio. Ecclesia in secundo foro, hoc est per authoritatem clauis secundo modo acceptæ, excommunicandi facultatem habet. Conclusio ista tanq̃; fides catholica tenenda est. De hac enim authoritate intelligendum est dictũ illud saluatoris nostri, Si quis ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus: id est excõmunicatus & gẽtilis & publicanus, scilicet, vt publicus peccator vitetur. At verò per ecclesiam,

notab. 1.

1. concl.

2. concl.

Beda Hylarius. intelligendus venit ipsius ecclesiæ prælatus, vt exponit Beda & Hilarius. Prælatis namq; hanc authoritatem cõcessit Christus, cùm illic statim subiunxit, Amen dico vobis, Quodcũq; ligaueritis super terram, erit ligatum & in cœlis. Consimiliter autem iurisdictionem istam tam Christus q̃; apostoli exercuerunt. nam Dominus deprehensam mulierem in adulterio, per sententiam absoluit dicens, Nemo te condemnauit mulier? quæ ait, Nemo Domine. & subiunxit, Nec ego te condemnabo. Ioannis. 8. Deinde probatur, nam actuum. 5. legitur, Petrũ publicè in Annaniã & Saphiram mortis sententiã protulisse. Legitur quoq; 1. Cor. ca. 5. Paulũ excõmunicasse incestuosum illum, qui nouerca abutebatur, eumq; tradidisse Satanæ in interitum carnis, vt spiritus saluus esset in die Dñi nr̃i Iesu Christi, scilicet, vt ille vehementiùs dæmonis incursibus agitatus, tanq; ab ecclesia destitutus & ab omnibus notatus, erubesceret, & rediret ad cor. Eo enim fine traditur Satanæ ad tẽpus: & non vt in perpetuum crucietur. & ob id excõmunicatio dicitur medicinalis ex fine, quia eius finis est mederi peccatori morbo peccati laboranti: ordinatur siquidem in hunc finem, vt excõmunicatus resipiscat, pœniteat ac ecclesiæ satisfaciat: quia intentio ecclesiæ excõmunicantis ad bonum excommunicati refertur. Sed tamen ei qui non resipuerit, in perniciem vertitur, eritq; ei lethalis, & non medicinalis. Sed tamen erit tunc medicinalis reliquis ecclesiæ membris, & per ea cõsulitur incolumitati totius reliquæ cõmunionis. Ad hoc etiam comprobandum subdit idem Apostolus, Nescitis, quia modicum fermentum totam massam corrumpit. expurgate vetus fermentum, vt sitis noua conspersio. quasi diceret, ejabijcere excõmunicatum à cœtu fidelium, sit corruptum fermentum rescindere, ne familiam christianam contaminet. Præterea 1. ad Timotheum. 1. Hymenæum & Alexandrum tradidit Satanæ propter blasphemiam: ad Titum etiam 3. Hæreticum hominem post primam & secundam correctionem & monitionem facit vitare. Præterea Ioannis in. 2. cano cap. 1 ait. Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non adfert, nolite recipere eum in domũ, nec, Aue, ei dixeritis. qui enim dicit illi, Aue, communicat eius operibus malignis. Præterea, quia cùm in lege veteri leprosi excludebantur à castris ob cauendum corporalem contagionẽ & propter delicta, excludebantur erit de

Ioann. 8. Act. 5. 1. cor. 5. Ad Ti. 1 Ad Ti 3 Ioan. 1.

de synagoga, vt patet ex illo Ioa. 9. vbi refertur, q̃ cõspirauerant iudæi, vt si quis confiteretur Christum dominum esse, extra synagogam fieret. A fortiori igitur ecclesia debuit excludere à consortio fidelium, & vitare hæreticos atq; alios rebelles, ad spiritualem labem cauendam. *Ioan. 9.*

¶ Animaduertendum est tamen, exclusionem illam à castris & à synagoga quæ erat in antiqua lege, non proprie fuisse excõmunicationẽ vt nostrã. Ratio est, quia illis nulla erat spiritualis virtus clauium. Probatur præterea conclusio ex sanctorum testimonijs. In primis Cyprianus epistola. 11 li. 1. epistolarum, docet, pœnam excõmunicationis successisse pœnæ mortis temporalis legis veteris. Sicut enim Christus reliquit principibus secularibus gladium, cui iure ciuili illis competit ad vltiscendum crimina, sic ecclesiæ tantùm reliquit gladiũ spirituale. Hi nãq; sunt duo gladij, ciuilis scilicet & spiritualis, quos Lucæ. 22. Christus dixit satis esse ad Christianam tam illam gubernandam. Hieronymus quoq;, cuius verba habentur. 24 q 3 inquit, Resecandæ sunt putridæ carnes & scabiosa ouis à caulis repellenda, ne tota domus, massa, corpus & pecora ardeant, corrumpantur, putrescant & intereant. Ambrosius deniq; li. 2 de officijs. c. 27. Omnia, inquit, tentanda priusq̃; ad hoc disciplinæ genus veniatur. Postremò offerditur conclusio aperte ex vsu antiquissimo excommunicandi: quia antiquissima est excommunicatio in ecclesia. Hoc enim gladio, nempe excõmunicatione vsa est Nicena synodus c. 5. & 12. aduersus Arriũ, & Synodus Chalcedonẽsis & alia aduersus alios hæreticos. Ex prædictis oĩbus manifestè colligitur, excõmunicãdi potestatem iure diuino traditam esse ecclesiæ ac vtum excõmunicandi quem ecclesia seruat, hac ratione esse de iure diuino, quòd habet fundamentum in euangelio. Quo fit, vt summus pontifex non possit dispensare, nec cuiq; permittere, vt cõmunicet in diuinis cum excommunicato maiori excõmunicatione, vt opinor. Nam licèt possit summus pontifex ius diuinum interpretari: profectò illud non poterit quacunq; ex causa tollere, nec per dispensationem, nec per priuilegium. Verũ tamẽ esset, q̃ si quis huius priuilegij causa cõmunicaret & esset immunis à pœna iure positiua statuta contra communicantes cum excommunicatis, nempè q̃ non incurreret minorem excommunicationem, minimè tamen culpam effugeret. Ita te-

Notab. 2

Cypria.

Luc. 22

Hieron.

Ambro

Sinodus. Nice. & Chalce.

Couarru net Couarrubias super c. Alma mater. At verò forma ipsa & effectus, scilicet priuare homine participatione sacramẽtorũ, & orationibus & suffragijs, minime expressum est in euangelio. Quia Christus sub hoc nomine, neminem excommunicare iussit, sed tamen ecclesia eandem potestatem sibi diuinitus concessam congruentissimè sic interpretata est. Per ea quæ dicta sunt, explodũtur hæreses modernorum hæreticorum, qui ecclesiæ detrahentes dicunt, eam non habere authoritatem indulgentias conferendi [quod equidem pertinet ad authoritatem absoluendi] nec authoritatem excommunicandi, suspendendi & interdicẽdi [quod attinet ad potestatem ligandi] ac p consequens dogmatizant, non esse curandas ecclesiasticas cen

Chrisost. suras neq; timendas: cũ tamen dicat Chrisostomus, cuius verba referuntur 11. q 3 c. Nemo. Nemo cõtemnat vincula ecclesiæ, non enim homo est qui ligat, sed Christus qui hanc potestã

Conci. tem dedit, & dominos fecit homines tanti honoris. Vnde de

const. huiusmodi hæresi fuerunt condemnati Wuitcleff & alij hæretici in concilio Constantiẽsi sessione. 8. &. 9 & postmodũm impius Lutherus à leone. 10. Nec obstat ratio à Luthero facta pro suo dogmate, videlicet quia homo per fidem, spem & charitatem membrum fit Christi: at verò spiritualia bona non est in facultate ecclesiæ diuellere, cùm non nisi per proprium hominis consensum in peccatum perdantur. Non, inq;, obstat, nam maximum discrimen est inter communionem interiorem, quæ in charitate vnien e membra corporis mystici cum capite viuificãte illa, fundatur: quam quidem profitemur in simbolo, cũ dicimus, Credo communionem sanctorum. De qua cõmuni-

Rom. 12 one dicit Paulus ad Ro. 12. Multi vnum corpus sumus in Chri-

Psal. 118 sto, & Psal. 118. Particeps ego sum omnium timentium te. Et il la q̃ in orationibus & suffragijs fundatur, quia cõmunio quæ fundatur in charitate, non eget intentione hominis aut ecclesiæ applicãtis. Ex quo sequitur, quòd ecclesiæ authoritas, aut vlla alia potestas non possit hominem hac communione priuare, eò quòd nullus iudex tollere potest quin membrũ illud vnitum sit capiti Christo, ac proinde nec tollere quin recipiat influentiam à capite deriuatam, si sit membrum viuum. Solum enim amittitur per peccatum mortale proprium. At verò communio quæ fundatur in orationibus & suffragijs ecclesiæ, eget intentione hominis aut ecclesiæ applicantis, vel publi

cè

cē vel priuatē, & idcircò bonis quæ per ecclesiæ applicationem membris eius prosunt, potest ipsamet ecclesia per excommunicationem quencunq; priuare, quem iudicat sibi esse inobedientem, ac peccatum mortale inobedientiæ cōmisisse. Quo fit, vt suffragia & orationes quæ publicitus pro tota ecclesia fiunt, sic excommunicato minimè prosint. Imo nec possit ecclesiæ minister, cùm tanquàm persona publica, & nomine eiusdem Ecclesiæ oret, intentionem ad excōmunicatum dirigere. Neq; enim nominare, nisi duntaxat in die parasceues, quando pro ethnicis & schismaticis iudæis ac infidelibus orat, vbi etiā non orat pro illis sub nomine excōmunicatorum, nec vt pro membris ecclesiæ, orationibus ad ecclesiæ membra coadiuuāda institutis, sed vt exteris & ab ecclesiæ vnione alienis, quibusdam orationibus in id ordinatis: quòd dignetur diuina maiestas eos reducere ad ecclesiæ vnitatem & pœnitentiam. Et ratio quare in illa orat pro huiusmodi personis est, quia illa die fuit Christus vniuersalis redēptor. At verò persona priuata omni tempore potest ad eius conuersionem aliquod suffragium per intentionem eius dirigere: nullatenus enim vetantur orationes priuatæ, quas quisq; potest priuatim pro excommunicato fundere: imò & minister ecclesiæ potest specialiter orare pro illo tanquàm persona priuata, nō autē vt minister ecclesiæ quia sic nec speciali, nec generali oratione orare potest pro excommunicato, vt pro membro ecclesiæ. Ex quo aperte colligitur, quòd in memento missæ secundum doctores licitū sit, etiāsi specificè orare pro excommunicato, quia sicut liberum est sacerdoti interlatera orare pro suis cōsanguineis & amicis, ita videtur quòd tāq; persona priuata: si aliquis eorum est excommunicatus, possit pro illo in memento orare, vt Deus eum in mentē reuocet. Et ita tenet expressè Syluester in verbo, Excommunicatio. 1. §. 2. Quamuis enim missa sit oratio publica: illud tamen spacium cō ceditur sacerdoti, vt orare possit pro suis tanquam persona priuata: cùm sit in eius potestate breuiare vel prolongare orationem quæ fit ibi. *Syluest.*

¶ Annotare etiā hīc oportet, maximè esse differentiā inter existentem in peccato mortali, & excommunicatum: nam licet tam excommunicatus quàm existens in mortali, per fidem informē membrum ecclesiæ dicatur, & verè sit: attamen peccator nondum est à communione ecclesiæ separatus: participens *Notab. 3*

equidem est orationum communium, quæ ab Ecclesia fiunt & idcircò dæmon non tantam potestatem in peccatorem habet, quòd eum liberè vexet: quoniã resistit dæmoni virtus reliquorum membrorum. At verò excommunicatus ab ipsius Ecclesiæ consortio quoad suffragia & communionis Ecclesiasticæ effectus manet per excommunicationem segregatus, interim dum excommunicatus existit. Quo fit, vt destitutus hoc auxilio: scilicet, participatione orationum, & suffragiorum Ecclesiæ, dæmon possit in eum facilius seuire, & liberius quàm antea torquere. Rursus sequitur ex omnibus prædictis, excommunicationem iustam non tantùm effectum habere quoad Ecclesiam militantem & extrinsecas pœnas, sed etiam quoad Deum, & quoad interiorem pœnam: quia licèt non priuet excommunicatio fide, spe & charitate, priuat tamen alijs bonis quæ non parum ipsis peccatoribus inter iustos commorantibus opitulantur.

¶SECVNDA DIFFICVLTAS.

Vtrùm excommunicatio sit a communione fidelium separatio?

Notabil. PRO HVIVS DIFFICVLTATIS DE cisione annotare oportet, anathema idem esse quod excommunicatio maior, vt habetur in 5. synodo. c. Certum. 24. quæst. 3. nisi quòd anathema quendam per se maiorem terrorem videtur incutere, & ideo in concilijs & in iure frequentior est huius nominis vsus: & cùm duæ sint excommunicationis species, altera maior, altera verò minor, sola maior anathema dicitur. Colligitur autem hoc discrimen inter excommunicationem maiorem & minorem ex verbis Nicolai. c. De præsbyterorum. 17. quæst. 4. vbi dicitur, quòd primùs fratres delinquentes à sacra communione priuentur, deinde si obstinati fuerint, ab Ecclesiæ compage sub anathematis interdictione resecentur. & 11. quæst. 3. ca. Nemo episcoporum. præcipitur, vt nemo episcoporum sine certa & manifesta causa peccati communione Ecclesiastica: hoc est, Eucharistia priuet sub anathemate. &c. & infrà: quia anathema est æternæ mortis dãnatio. His sic

præmissis, sit prima conclusio. Excommunicatio maior est separatio Christiani, non tantum a communione qualibet fidelium licita, sed etiam sacramentorum, ac communi suffragiorum Ecclesiæ participatione, & ab ingressu Ecclesiæ. 1. concl.

Circa hanc diffinitionem annotare oportet: primo, quod signanter dicitur in ea, A communione Ecclesiæ, quia hæc censura non competit in fidelibus, cùm hi foris sint, nec à communione Ecclesiæ priuari possit qui ad eam nusquam admissus fuerit. Quid enim mihi de his qui foris sunt iudicare? inquit Paulus. 1. Corinth. c. 5. Notab. 1. 1. cor. 5.

Secundo scire opus est, quod diffinitio illa toti maiori excommunicationi coaptari solet, quæ simpliciter dicitur excommunicatio. Minor nanque excommunicatio neutiquam habet perfectam excommunicationis rationem, sed aliquid ipsius participat. Non quidem desinit esse perfecta propter paritatem obiecti, cùm etiam priuet participatione sacramentorum, sed quia minoribus peccatis incurritur, & quia est pars maioris excommunicationis, quæ sacramentis & alijs bonis priuet. At verò ipsa non excludit à cœtu fidelium, nec à participatione spiritualium bonorum, nec à sacramentis conferendis: & idcirco non oportet quod totaliter ei hæc excommunicationis diffinitio conueniat, sed solum quoad aliquid, vt luculenter annotauit Diuus Thomas. in. 4. dist. 18. quæst. 2. ar. 1. ql. 1. ad 4. Est ergo assignanda diffinitio alia pro excõmunicatione minori. Vnde sit hæc cõsequens conclusio. Excõmunicatio minor est separatio Christiani à sacramentorum Ecclesiæ perceptione. Hæc diffinitio ex prædictis constat, siquidem non priuat à colloquio fidelium, nec ab alijs, à quibus priuat maior excommunicatio. Quod si volumus vtranque excommunicationem sub vnica diffinitione comprehendere, inquit Soto in. 4 dist. 22. quæst. 1. ar. 1 sic excommunicationem diffinire debemus. Excommunicatio est ecclesiastica censura, qua homo ab aliqua Ecclesiæ communione separatur: rempe vel à Sacramentorum perceptione tantùm, vel ab illa & suffragijs & conuictu fidelium simul. In qua diffinitione signanter ponitur Ecclesiastica censura: quia per hoc explicatur Cabrielis sententia asserentis: per quodcunque peccatum mortale hominem excommunicationem minorem incurrere, quia si indignus Eucharistia & reliquis sacr. meritis percipiat dis. Non enim excommunicatio sonat quãcunq; indignitatem accedẽ- D. Thom 2. concl. Soto. Gabriel.

di ad sacramenta, sed illam quæ per ecclesiasticã fit censuram. Quo fit, vt quãtus existens in mortali, sit indignus perceptione sacramentorum, non tamen censetur proprie excommunicatus, nec exclusus ab orationibus & suffragijs communibus ecclesiæ.

Dubium. ¶ Sed solet hîc à Doctoribus moueri dubium: vtrùm sic excommunicatio priuet hominem participatione sacramentorum, vt nõ solùm illa suscipiens peccet, verùm & sacramẽtũ sit nullum? Cui dubio ditabus conclusionibus respondetur. Pri

Concl. 1. ma. Si sit sermo de sacrãmẽtis quæ in applicatione materiæ extrinsicæ consistunt, vt sunt Confirmatio, Extrema vnctio & Eucharistia, &c. non dubium est, quin sacramentum valeat: licet ille qui in peccato suscipit, fructum non percipiat: cùm recipiendo ea, mortaliter peccet.

Concl. 2. ¶ Secunda conclusio. Si autem sermo sit de Pœnitentiæ sacramento: non est dubium, quin tam excommunicatus minore etiam excommunicatione recipiens, quàm sacerdos ei illud administrans, mortaliter peccet. Quam ob rem nunquàm licet à peccatis absoluere antequàm ab excommunicatione fiat absolutio, etiam si quis sit proximus periculo mortis. Nam etiam tunc, vel est absoluendus primò ab excommunicatione, & postea à peccatis, si illa ore proprio fuit confessus: vel absoluetur

Soto. vnico verbo simul ab vtroquè, vt ait doctissimus Soto: dicendo, Absoluo te ab excommunicatione & à peccatis: vel etiam breuius cum verbo, Absoluo te, tantùm, cum intentione absoluendi ab vtroquè: nam solum ipsum sufficit. Vtrùm autem teneret absolutio, si quis à peccatis absolueret, priusquàm ab excommunicatione: iam in materia de confessione, difficultate. 21. asseruimus probabiliorem ac securiorem esse sententiam communem, nempe quòd non teneret absolutio, & quòd esset iteranda confessio: q; Caietani sententiã quam tenet in summa verbo, Absolutio ab excommunicatione, scilicet, quòd absolutio à peccatis impensa excommunicato tenet.

Terria

TERTIA DIFFICVLTAS.

Vtrùm ad excommunicationem ferendam requiratur causa?

AD HANC QVÆSTIONEM PER ALIQUOT conclusiones respondetur, quarum prima sit. Sententia excommunicationis maioris: hoc est anathematis, ferri nequit, nisi pro peccato mortali. Conclusio ista est decretum concilij Meldensis. ca. Nemo episcoporum. 11. q. 3. Et est omnium doctorum cõcors sententia. D. Thom. in 4. di. 18 q. 2. ar 3. Et colligitur aperte ex Christi verbis, Matthæi 18. quia quando illic tradidit potestatem excommunicandi, tantùm de peccato mortali loquebatur. Prædixerat enim, Non est voluntas patris, vt pereat. Deinde dicit, Si te audierit, lucratus est fratrẽ tuum. Perire autem non nisi per peccatum mortale fit, nec lucratur nisi quod per peccatum mortale erat perditum. Imò & nomine ipso, etiam ieus, designatur peccatum mortale. Ostenditur insuper conclusio ratione efficacissima: quia per huiusmodi excommunicationem quodam modò excluditur homo à regno cœlesti: hoc est, ab ecclesiasticis suffragijs, quæ Dei amicis impenduntur. Non ergo ecclesia id facere debet, nisi vbi iudicauerit hominem in mortalem incidisse labem, qua gratia & charitas amittitur. Nec obstat huic nostræ assertioni id quod ex concilio Carthaginen. 4. c. 24. obijcitur. Vbi dicitur, quòd si sacerdote in ecclesia verbum faciente, quispiam exierit, excommunicetur. Et tamen exire ab ecclesia, non gratius peccatum apparet, quàm veniale: non, inquam, obstat: tũ, quia fortasse canon concilij intelligitur, quando præcessit admonitio, & adhuc facta monitione, concionem audire contemnebat: nam tunc egrediendo, iam erat mortale ratione inobedientiæ & contemptus: tum etiam, quia textus concilij de minore excommunicatione quæ per veniale peccatum incurritur, intelligendus est. Secundùm nanquè antiquam formam

1. concl.

Con. mel
D. Thom
Matt. 18

Con. car

Eu

excommunicare per excellentiam erat priuari Sacramento Eucharistiæ, vt habetur. 11. quæst. 3. cap. Ad mensam. c. Nemo. &. c. Sicut Apostoli. Secundùm verò nouam formam vbicunque, siue à canone, siue à iudicibus sub excommunicationis seu anathematis censura aliquid præcipitur, sub pœna maioris excommunicationis intelligitur, actutim transgressio illius obligat sub reatu mortalis culpæ, etiam si aliàs de se huiusmodi transgressio non esset mortale peccatum: nisi vbi tanta esset facilitas, & abusio excommunicandi, vt sic præciperetur etiam pro re leuissima. Sed iam quòd pro peccato mortali ferenda est excommunicatio, meritò reuocatur in dubium, vtrùm pro quolibet mortali licitè ferri possit? Pro quo dubio sit secunda conclusio, quòd non debet ferri nisi pro grauissimis delictis. Habetur conclusio ista. 11. quæstio. 3. capitulo. Nemo. &. c. Nullus, &. 24. quæst. 3. cap. Corripiatur. inquit Augustinus, pro diuersitate culparum subditos corripiendos minoribus vel amplioribus pœnis: vbi subdens, excommunicationem esse pœnarum maximam, insinuat non esse imponendam nisi pro maximis peccatis. Et Prosper. Capitulo. Ecce. ait, leue medicamentum applicandum priùs, deinde veluti igne fiat increpationis vrendum vulnus. Quòd si hæc non sufficerint, esset resecandum putridum membrum: itaque quousquè homo esset incorrigibilis, non esset excommunicandus. Ambrosius quoquè lib. 2. De officijs capi. 27. asserit idem. Præterea, quia constat Dominum voluisse, quòd priùs adhiberentur plura remedia, quàm peccator excommunicaretur Matthæi. 18. Paulus item antequàm incestuosum traderet Sathanæ, enormitatem criminis exagerauit dicens, Auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio, qualis neque inter gentes. Præterea, quia hæreticum iubet post primam & secundam monitionem vitare. Constat igitur ex prædictis testimonijs, non nisi pro mortali reatu ferendam esse excommunicationem. Postremò probatur ex vsu vniuersalis Ecclesiæ, quæ quidem nusquàm consueuit excommunicare, nisi insignes criminosos: scilicet, hæreticos, schismaticos, clericorum percussores, Ecclesiarum violatores, & alios similes istis.

Dubi. 1, 2, concl.

Augusti.

Ambrosi.

Matt. 18.

Paulus.

3, concl.

¶ Est tertia conclusio corollaria ex secunda, quòd iudices

indiscriminatim pro quolibet delicto quantuncunquè minimo: nempe pro leui furto, vel olerum, vel fructuum, ferentes excõmunicationem, peccãt mortaliter. Cõclusio hæc præter hoc quòd liquidò ex prima, & ex testimonijs in eius confirmationẽ adductis constat, ratione euidenti comprobatur. Nam nemini dubium est, quin iudex pro leui culpa condemnans hominem ad mortem, peccet mortaliter: à fortiori igitur qui occidit spiritualiter pro quolibet peccato leui, peccabit mortaliter.

¶ Quarta conclusio. Ad inferendam excommunicationẽ non sufficit mortale peccatum quantuncunq; graue, sed requiritur, quòd sit peccatum inobedientiæ & contumaciæ, quo quis renuit Ecclesiæ obedire: videlicet, quia noluit comparere, vel recessit ante sententiam, vel noluit se monitus corrigere. &c Imo excommunicatio potiùs debet ferri super illam contumaciam, quàm super peccatum. Hæc conclusio manifestè colligitur ex verbis Christi seruatoris nostri Matthæi. 18. vbi solùm dedit potestatem excommunicandi eum, qui præmissis monitionibus, noluit ecclesiam audire. Quo fit, vt licèt quis crimina quantuncunq; grauia perpetrauerit, si sit paratus Ecclesiæ parere, poterit quidem iudex alio supplicio eum punire, excommunicare verò minimè. Vnde, quotiescũquè quis certus est, se non mortaliter peccasse contra Ecclesiæ obedientiam, non habeat scrupulum de excõmunicatione apud Deum, nec timeat de suffragiorum Ecclesiæ priuatione. Ex hac conclusione infero, quòd cùm fertur excõmunicatio sub conditione, nunquàm excommunicatio afficit eum, donec dies vel conditio euenat, quia nondum eam contumaciam commisit, quam iudex ad excommunicandum necessariò exegerit. 4. concl

¶ Quinta conclusio. Nullatenus censetur peccatum contumaciæ & inobedientiæ, propter quod ferenda sit excommunicationis sententia, nisi admonitio sub excommunicationis comminatione præcesserit, vel à iure vel ab homine. Ratio huius assertionis est euidẽs: quia cùm obedientia non sit nisi respectu præcepti superioris, consequens est, vt nisi admonitio præcedat, nullus censeatur Ecclesiæ rebellis. 5. concl.

¶ Animaduertere tamen opùs est circa hanc conclusionem, aliter faciendam esse admonitionem à iure, & aliter Notabil.

aliter ab homine antequàm feratur excommunicatio: nam ante excommunicationem quæ fertur à iure, non requiritur quòd admonitio sit bina vel trina, nec aliqua peculiaris præter generalem monitionem iuris, vt incurratur excommunicatio: vt patet de illo, qui ingreditur monasterium monialium, vel si percutiat clericum, quia cùm iuris admonitio sit solennis, ipsa valet pro trina. Quocircà, qui contra admonitionem huiusmodi generalem peccatum committit, eo ipso excommunicationem incurrit. At verò, dum ferenda est excommunicatio à iudice, propter maturitatem iudicij quæ ante excommunicationem est necessaria, oportet vt per trinam monitionem exploretur, an tanta sit subditi inobedientia ac contumatia, quòd digna sit excommunicatione. quod quidem luculenter ac perspicuè ex illo Matthæi loco citato, colligitur, Si peccauerit in te frater tuus &c. Vbi Dominus præcipit, vt priùs priuatim fratrem corripiamus, & si tunc non audierit, iubemur denuntiare Ecclesiæ. Est etiam expressè. 2. 6. quæstione. 7. c. Omnes decimæ. Sub his verbis, Statuimus, vt decimas dare nolentes, secundùm Domini præceptum admoneantur semel, secundò & tertiò: qui si non se emendauerint, anathematis vinculo feriantur Prærequiritur ergo trina monitio, ad hoc vt iudex quẽpiam excommunicare possit. Vnde, iudices huiusmodi monitiones prætermittentes, secundùm Innocen. 3 in concilio Lateranen. ca. Sacro, de sen. excom. & secundùm Innocentium 4. in concilio Lugdunensi c. Cùm medicinalis. eodem titulo. li. 6. interdicuntur ingressu Ecclesiæ per mensem, & alijs pœnis si vltra fuerit, mulctandi sunt. Quæ sit, vt neutiquàm eis liceat hunc ordinem, nempe quòd monitiones istæ seorsum fiant, non seruare, nisi quando causa vrgentissima instaret: vt cùm clericus in sacris repente in supplicium arriperetur. Pessimè nanquè faciunt, qui quacunquè occurrente causa, vnam pro tribus sine interuallis competentibus adhibent.

Matthe.

Con. lat.

Con. lug

Dubium.

¶ Sed consequenter oritur hic dubium non contemnendum. Vtrùm hæc trina monitio sit de essentia excommunicationis, ita vt excommunicatio lata sine canonica monitione iuris sit nulla? Pro hoc dubio sit quinta conclusio in ordine negatiua scilicet: quòd illa trina monitio, vel vna cum interuallis, non est de essentia excommunicationis. Probatur nam

Concl. 5

tifices in locis citatis non dicunt excommunicationem illã quã nõ præcedit trina monitio, irritam esse & inanem, sed iubent ad superiorem recurrere, qui illam irritet si æquũ iudicauerit. Quamuis nanq; sit præceptum de isto ordine seruando in euangelio, non tamen taliter, vt si eo prætermisso, feratur excommunicatio, non liget ac valida sit. Conclusio ista intelligenda nõ est de excommunicatione quæ aduersus communicantes cum excommunicatis fertur, quia de hac expressè cauetur in. c. Statuimus. & in c. Cõstitutionem de sent. excommun. li. 6. ne participantes cum excommunicatis innodẽtur excõmunicatione maiori antequã canonica monitio pcedat: ꝙ si secus factum fuerit, ipso iure excommunicatio sit nulla. Quod notat illic glossa communiter recepta, & huius rationem esse arbitratur Ioannes Maioris in 4. sen. dist. 18. q. 3. quia cũ in secluso contemptu, venialem tantùm & non mortalem contrahat cuiquam cõmunicãs cum excommunicatis, hinc fit, illum ante canonicam monitionem, per cuius inobedientiam peccet mortaliter, excommunicari non posse. Et licèt hæc ratio non concludat, cùm & is qui mortale crimen absq; vllo dubio commiserit, nequaq; possit maiori excommunicatione ligari ante canonicam monitionem: satis tamen est nobis, ꝙ hæc sententia est omnium theologorũ & canonistarum in consensu receptissima. Io. Mai.

¶ Sed iam ꝙ trina monitio non est de essentia excõmunicatiõis, meritò in dubium reuocatur vtrùm saltem aliqua monitio sit de essentia. Cui dubio hac sexta cõclusione in ordine respondetur. Pro nullo peccato præterito quantumuis grauissimo, & enormissimo potest excommunicatio ferri sine præuia monitione imò adeò aliqua præuia monitio est de essentia excommunicationis, vt absq; illa excommunicatio sit nulla. Quamuis enim qui cõmisit crimen, violet diuinum ius, & Deus damnatione æterna eum cõdemnet: non tamen est excõmunicatus, sed hîc authoritatẽ ferẽdi cẽsurã ecclesiæ cõmisit, aduersus eũ dirixat q eã nõ audiret: sed nullus dicitur ecclesiam non audire, nisi fuerit ab illa præmonitus. Scio tamẽ Caietanum in. 2. 2. q. 69. ar. 2. tenere contrarium huius nostræ sextæ conclusionis, nempè ꝙ potest quis pro peccato præterito commisso sine præuia monitione excommunicari absolutè, & non solùm sub conditione, si non restituerit. Tenenda tamen est nostra sentẽtia tã quàm probabilior de mẽte dominici à Soto. Dubi. 3. 6. concl. Caieta. Soto.

¶ Septima

¶Septima cõclu. Ecclesia habet in vsu eũ excõmunicare qui
7. concl. aliquid furatus est, nisi restituerit, aut eum qui iniuriã intulit, nisi satisfecerit, & quàm primùm restituerit, debet absoluere. Hinc intelligendus venit Gregorius, qui in cap. Quidam maligni, 5. q. 1. excommunicauit quendam secretum infamatorem, qui libellum in publicum ediderat. Non enim illic Gregorius excogitauit excõmunicare pro crimine cõmisso, sed iussit
Gregor. ille diffamator se proderet, quod ipse iure naturæ facere tenebatur, si aliter famam alterius, quæ per libellum famosum ablata fuerat, neutiq; plenè restituere posset, & nisi periculum capitis immineret, & idcirco præcepit summus pontifex, vt sacrosancta Eucharistia abstineret, quousquè satisfaceret. Quia enim erat in peccato mortali, abstinere tenebatur. Itaq; nunquàm excommunicatio fertur sub his verbis, Quia hoc feciste: sed, Nisi hoc feceris. vel, Quicũq; hoc crediderit, dixerit aut fecerit, vt à iure excommunicantur hæretici, percussores clericorum &c. Ex dictis in hac conclusione elicitur, non esse ferendam excommunicationem pro futuris culpis, nisi vel culpa vel offensa præcesserit.

¶QVARTA DIFFICVLTAS.

Vtrùm pro temporali damno iustè possit homo excommunicari?

CVicunq; exactè perpendenti dicta in difficultate immediatè præcedenti, maximè in septima conclusione, facilis erit pẽsens quæstio. Siquidẽ in ea diffinuimus, ecclesiam pro more habere excommunicare latronem ac furem, nisi restituerit, ex quo apertè elicitur conclusio affirmatiua ad hanc quæstionẽ
Conclu. responsiua: videlicèt q̃ pro temporali damno ecclesiæ illato aut proximo, modò grauitas materiæ & pretium operis mortalem culpam inducat, & modò non sit debitor notus ac debitum notum, potest ecclesia excommunicare, nisi restituat. Conclusio ista est omnium doctorum sententia, calculoq; approbata. Et ratio est manifesta, quia cùm nullus, vt dictum est, excommunicari debeat, nisi pro peccato mortali, & in damnificando aliquem corporaliter & in rebus temporalibus mortaliter quis peccet, & contra charitatem faciat, consequens est, vt pro damno temporali illato, ecclesia aliquem excommuni

care

care posſit. Istam rationem facit diuus Thomas in additio. 3. p. q. 21. ar. 3. Ex prima conditione appoſita in cõcluſione, euidenter elicitur, ꝙ quãuis percuſſores clericorum ſint excommunicati, & qui ſanguinem in eccleſia effuderit: nihilominùs ſi pueri clerici corrixantes ſe percutiãt in eccleſia mutuò, ac ſanguinem ex naribus vel ex alia corporis parte eduxerint in parua copia, non ideò cenſendi ſunt in canonem, Si quis ſuadente incidiſſe. Ex ſecunda verò conditione liquidò quoq; infertur, minimè locum habere excommunicationem, vbi eſt alia via poſsibilis ad recuperandum rem ſublatam, nẽpe quando conſtat quis eam ſubſtulit, ac probari poteſt duobus teſtibus. Exigitur præterea, vt res quam quis clàm accepit ſit aliena: ſecùs ſi propria eſſet, & alia via eam recuperare nequiret, quàm accipiendo clàm. nam procul dubio tunc q̃ntũcunq; excommunicationis cenſura feratur, nequaq; eam incurret. Vnde ſerui qui acceperunt aliquid à dominis ſuis: ſi dominus illis aliàs debebat, non incurrunt excommunicationẽ, quam domini eorum legere faciunt in eccleſia. D. Thom

¶ QVINTA DIFFICVLTAS.

Vtrùm qui ignorat inuincibiliter excommunicationem, & committit factum quod eſt prohibitum per illam, incidat in eam?

VT magis perſpicua lucidiorq; fiat præſens quæſtio, tres diſtinctiones præmittere opus eſt, & earũ prima ſit, ꝙ ignorãtia alia facti, alia verò iuris, eã contingit. Rurſus ignorantia iuris, alia eſt ſtatuti iudicis ordinarij, alia autem iuris cõmunis. Poſtremò, ignorantia tã facti quàm iuris, & poteſt eſſe vincibilis, & inuincibilis atq; inculpabilis. Inuincibilis dicitur quã quis nõ valet nec tenetur vincere, vt cùm quis facit quod in ſe eſt, ſcilicet, cùm gẽs plebea audit prædicatores, & adhuc laborat ignorantia: vincibilis autẽ ac culpabilis eſt ignorãtia, cùm quis non facit quod in ſe eſt, vt denudetur illa. Prima ergo cõcluſio eſt. Quotieſcũq; aliquis cõmittit aliquod factum prohibitum per excõmunicationem, ſi illud inuincibiliter ignorat, licèt peccet mortaliter: non tamen incurrit excõ 1. concluſ

mu

municationem. Hæc conclusio habetur expressè in cap. Si verò. in. 2. de sent. excõmunicationis, vbi dicitur, q̃ si quis percussit clericum existentem in habitu seculari, quem ignorabat esse clericum, anathemate non ledituꝛ. Et ratio est aperta, in ca. 2. de constitu. Rẽ q̃ culpa caꝛet, in damnũ vocari nõ ꝯuenit.

2. concl. ¶ Secunda conclusio. Quandiu quis excommunicationẽ à iudice ordinario latam inuincibiliter ignorauit, etiam si contra id quod prohibuit, faciat, censuram nihilominùs non incurrit: vt dum fertur excommunicatio aduersus eum qui furtum fecit, nisi restituerit: quandiu fur illam ignorat inuincibiliter, non innodatur vinculo illo excommunicationis. Conclusio ista est expressa in cap. Vt animarum. de constitu. li. 6. vbi dicitur, Ignorantes inuincibiliter sententias iudicum ordinariorum, nolumus obligare: è contra verò in vniuersum est verũ, q̃ si & ignorantia crassa & culpabilis, contra faciens excommunicationẽ incurrit, & similiter excommunicationem latam à summo pontifice. Nam excommunicatio lata à Papa non comprehenditur sub hac secunda conclusione, nec de ista cõclusione est aliquod dubium apud doctores. Sed tota controuersia est de ignorãtia iuris communis, vt si quis percutiat clericum sciens illum esse clericum: ignorat tamen inuincibiliter excommunicationem appositam esse in iure contra percutientes clericos: an maneat tunc excommunicatus? Et quidem partem affirmatiuam, nempe q̃ & si ignoret inuincibiliter ius ecclesiasticum, quo sub excommunicationis censura prohibetur factum aliquod, fatetur tamen, vt incidat in excommunicationẽ, q̃ sciat factum illud iure diuino vel naturali esse inhibitum. Tenet Scotus in. 4. d. 6. q. 8. cui subscribit Adria. in q. 3. de clauibus. Ponit tamen distinctionem quandam, videlicet q̃ dum aliquid sub censura excommunicationis iure prohibetur, quod anteà per se licitum erat, ignorãtia inuincibilis censuræ excusat ab illa. Vbi verò inhibetur id quod aliàs erat iã lege prohibitũ, licèt ignoretur ea non ecclesiasticus in quo ponitur excommunicationis cẽsura, contra faciens nihilominùs incurrit illam. Ex canonistis nonnulli etiam tenẽt Scoti sentẽtiã: glossa. in cap. A nobis de sent. excommunica. Ioãnes andre. super dicto. c. Vt animarũ & Bartolus. super. l. Cunctos populos. C. de summa trinitate. Et quia uis opinio hæc sit probabilis, probabiliorem tamen reputat cõtrariam Dominicus à Soto in. 4. d. 22. q. 1. ar. 2. quam Panor.

Scotus. Adria. Ioa. An. Bartho. Soto. Panor.

super

ſuper titu eodem.c.A nobis.& Anto.3.p.titu.25,c.33.quos ſu mi ſtæ ſequuntur, vt Siluester.verbo.Excom.2.& vltimo, vtrobiq;. §.3.& Sũma Angelica,& Roſela,& Alphon.à Caſtro. 2.li.de.leg.pœnali.c.14.& Nauarro in manuali c.23.nu.45. Quorũ ſententiæ libentiſsimè adhæreo:ſcilicet,quòd qui ignorat inuincibiliter Eccleſiæ mandatum ſub cenſura excommunicationis latum,etiam ſi ſciat,factum eſſe aliàs illicitum,& illud cõmittat,cenſuram non incurrit. Probat luculenter Soto, nam authoritas excõmunicandi non eſt in Eccleſia, niſi in illũ qui ei non obedit,vt ex Euangelio conſtat:quia nemo excommunicari poteſt niſi propter inobedientiam,vt patet.c. Nemo Epiſcoporum.11.q.3.& Matthæi.18.c.Si Eccleſiam,inquit,nõ audierit,ſit tibi ſicut Ethnicus.&c.Iudex autem neminẽ obligare poteſt,niſi per legem & iuſtitiam:quotieſcunq; ergo conſtiterit iudicem quid contra legem præcipere, nulla eſt præcepti obligatio,nec eſt inobedientia aut contumacia. Qui autem ignorat iuſſa Eccleſiæ,nullatenus eſt ei inobediens, nec dicitur eã nõ audire:quia qui canonem ignorat,contra eum agẽdo,minimè eius conditorem offendit,& ideo non incurrit cenſurã. Aliud eſt enim non audire Deum,& aliud non audire Eccleſiam.Quanuis nanq; quis non audiat Deum tranſgrediendo ius diuinum & naturale,non ideo excõmunicatur.Requiritur nãq;vt quis excõmunicetur,quòd non audiat Eccleſiam.Nec nocet id quod obijcitur ab Adriano ex. c.Cùm illorum.de ſent. excõmunica.vbi Papa quoſdam reprehendens,qui propter iniectionem manuum in clericos excõmunicati,ordines ſuſcipere non formidabãt:& determinauit illic Pontifex,quòd ſi ſciebãt ſe eſſe excõmunicatos,perpetuò ab ordinibus deponerentur.Si verò ignorabãt vel factum,quia non recordabantur delicti,vel iuris,tunc dicit quòd poterat diſpentari cum illis,ergo erant excõmunicati etiam ignorantes.Non,inquam,nocet, nã illic vt bene ait doctiſsimus Soto,non loquebatur Pontifex de ignorantia inuincibili,vt exiſtimat Adrianus,ſed de vincibili & craſſa,quæ non excuſat,idq; ex eo probatur,quia loquitur illic indiſcriminatim de ignorãtia facti & iuris.At verò de ignorantia facti inuincibili nemo dubitat,quin excuſet. Cùm ergo cenſet illos excõmunicatos,manifeſtè loquitur de ignorãtia vincibili.Nõ obſtat etiã id quod ſecũdo obijcit,quòd licèt quis ignoret pœnã ciuilẽ inẽpe,& homicida,vel fur eſt reus

Antoni. Siluest: Ange. Castro. Nauarro

Mat.18

Adria.

Soto.

mortis, nihilominus qui huiusmodi peccata cõmittit, incurrit pœnã: & idem est de irregularitatis Ecclesiastica censura. Quãuis enim quis ignoret ius, q excõmunicatus celebrans, efficitur irregularis, attamen si celebrat, irregularitatẽ incurrit: pari ergo ratione licèt quis ignoret censurã excõmunicationis latã, cùm faciat opus aliâs illicitũ, incurret illã. Non, inquam, obstat, quia longè alia ratio est de excommunicatione, quandoquidem cæteræ pœnæ absq; illa inobedientia ac contumacia incurrantur, eò quòd sequãtur naturã delicti, cui per legẽ decretæ sunt, licèt lex illa pœnalis ignoretur: vt licèt ignoretur lex præcipiens, vt quicunq; inciderit in hæresim, amittat dominiũ suorum bonorũ: attamen verè incidit in illã pœnã, quanuis non teneatur in conscientia statim cõmissa culpa à se abalienare & tradere fisco bona sua, vsq; ad condẽnationẽ iudicis. Et sic est de alijs pœnis, quæ applicantur culpis in legibus, vt eleganter probat Dominicus à Soto. li. 1. de iustitia & iure. q. 6 ar. 6. contra Panor. & Alphonsum à Castro. At excõmunicatio neminẽ ligat, nisi inobedientẽ ac præmonitũ. Quo fit, vt si ignoretur talis censura, nõ incurratur. Ex quo rursus elicitur, quòd si aliquis confessor absolueret ab aliquo casu, quẽ denuo sumus Pontifex reseruasset [sicut accidit continuò] antequàm ad eius notitiã perueniret, non ideo excõmunicationem incurreret, quam Papa ferret aduersus illos qui ab illo crimine absoluerent: quia ignorantia inculpabilis eum excusat.

Soto.

¶ SEXTA DIFFICVLTAS.

Vtrùm excommunicatio iniustè lata nullius sit effectus?

PRo huius difficultatis elucidatione bimẽbrẽ distinctionẽ pmittere opus est: videlicet, q bifariã potest esse excõmunicatio iniusta, per accidẽs & per se. Excommunicationem iniustam per accidens & extrinsecùs appellamus illã, in qua defecit ordo iuris, qui non est de essentia: vt quando non præcedit trina monitio, aut vna pro tribus cũ legitimis interuallis, saltẽm duorũ dierũ inter vnã monitionẽ & aliã: licèt præcedat monitio aliqua, aut non profertur in scriptis, aut cùm nõ sana mẽte, sed ex odio vel ira, pretio vel prece iudex illã pfert. Illã verò excõmunicationẽ iniustã appellamus per se & intrinsecùs, in q vel causa non est iusta, vel quia iuris ordo fuit prætermissus, q sic est de essentia, vt prætermissus illã annullet, vt dictum est: de excõ

excoïcatione maiori q̃ fertur cõtra participãtes, q̃ nõ tenet ante monitionẽ canonicã. Hac diſtinctione ſic præhabita, ſit prima concluſio. Excoïcatio iniuſta p accidens ſi nullo alio vitio poluitur, eſt valida, & habet verũ effectũ. Concluſio iſta p̃ter hoc quòd eſt receptiſsima oĩum doctorũ conſenſu, habetur in ca. Sacro. extrà de ſent. excõ. & in. c. Cùm medicinalis. eo. titu. li. 6. Et ratione ꝓbatur: nã corruptio illa mẽtis iudicis, nõ tollit, quin ſententia ſeruet æquitatẽ iuſtitiæ, q̃ iter hoïes ẽ neceſſaria. *Concl. 1*

¶ Secũda cõcluſio. Excõmunicatio iniuſta p ſe & ĩtrinſecùs, ſi ille error vel in cauſa vel in ordine tantus eſt, vt ſententiam annullet, nullum habet effectum, aut excommunicationis vim: vt ſi feratur pro veniali peccato. *2. concl.*

¶ Sed animaduertere oportet, vt meliùs hãc ſecũdã cõcluſio nẽ intelligamus, q̃ ſentẽtia excommunicationis multis modis põt cõtingere q̃ ſit nulla, quos ponit Palu. in. 4. d. 18. q. 1. ar. 4. & Silueſt. verbo, Excõ. 1. §. 1. de quibus erũt propoſitiones ſequẽtes. Prima, excõmunicatio illa eſt nulla, q̃ fertur à iudice nõ habẽte authoritatẽ & iuriſdictionẽ. Hæc cõcluſio habetur in. c. Nullo. de parro. & c. At ſi clerici. de iudic. Quo fit, vt ſi Epiſcopus religioſum excõmunicet, vel quẽpiã aliũ non ſibi ſubditũ, excõmunicationem huiuſmodi eſſe nullã. Sequitur ſecũdò, q̃ excõmunicatio lata à iudice excõmunicato, eſt nulla. Ita tenet gloſſa in. c. Audiuimus. 24. q. 1. Intelligendũ tamẽ eſt hoc corollariũ, cùm iudex eſt excõmunicatus publicè, & denunciatus vel ſuſpenſus vel ſchiſmaticus, vel ſi eſt delegatus, & fines mandati exceſsit, vt patet de reſtitu. ſpoliatorũ. c. vl. Ita nãq; eliciũt doctores ex. c. Quia. de conce. præbendæ. De qua re agit Silueſt. verbo, Exc. 2. caſu. 2. Ex parte quoq; excõmunicãtis eſt excoïcatio nulla. cũ nõ habuit intẽtionẽ ligãdi. Ita tenet Pa. in. c. Ex parte. 1. de offi. ord. & Sil. in verbo, Exc. 2. caſu 14. Quod quidem deprehendere facile erit: cùm rem parui momenti ac pretij fieri præceperit ſub excommunicationis pœna. Potiùs nanquè tunc comminatio dicenda eſt quàm excommunicatio. Vnde, talis excõmunicatio nullatenus timẽda eſt: nõ enĩ credibile ẽ, Epiſcopũ volũtatẽ excoïcãdi habuiſſe, ꝓ re leui. Idem omnino fateri oportet, cùm ille ad cuius inſtantiã iudex fert excõmunicationem, non habuit intentionem, q̃ excõmunicatio à ſe petita liget aliquẽ vel aliquos. Iudex enim nõ habet maiorem intentionem ligandi, quàm perſona ad cuius inſtan

Nota. *Palud.* *Siluest.* *Siluest.* *Panor.* *Siluest.*

ſtantiã fert excõmunicationẽ. Quocirca, ſecuri ſunt filij & propria vxor, ab excõmunicatione lata ab Eccleſiaſtico iudice ad inſtantiã mariti, vel parẽtis pro furtis: quia nunquàm præſumẽdus eſt pater, vel maritus, quòd tã acri ſpirituali mucrone aut vxorem aut filios ſauciare velet. Eodem modo fatendum eſt, quòd quando iudex præcipit ſub excõmunicationis cenſura alicui debitori, vt infra annũ vel menſis vnius ſpacium reſtituat: ſi creditor ante temporis iſtius finem proroget atq; differat ſolutionis tempus, non dubium quin & ſi debitor non ſoluat intra tempus à iudice ſignatum ac taxatum, non incidet in excõmunicationem. Ratio eſt, quia iudex intendit ligare ſecundùm creditoris intentionem, vt dictum eſt.

2. *concl.* ¶ Secunda concluſio. Ex parte excõmunicati poteſt contingere tribus modis, quòd excõmunicatio non habeat effectum. Primo, cùm rem pro qua fertur excommunicatio, reſtituere nõ valet. Concluſio hæc eſt euidens, ſiquidem neminem ad impoſſibile teneri omnibus compertum eſt, vt patet in .c. Nemo. de regu. iuris. li. 6 Eſt tamen concluſio ſanè intelligenda: nempe, cùm omnino non habeat vnde ſoluat, vel cùm licèt aliquid habeat, tamen reſtituendo manet in extrema neceſsitate, vt tenere videtur Silueſt. verbo. Exconi. 2. § 4. dub. 12. At verò quando abſq; hoc quod talẽ neceſsitatem deueniat, poteſt rẽ alienã quam inuito domino retinet, vel partem reſtituere, tenetur id facere etiam cum detrimento aliquo victus & veſtitus. Itẽ, quando ob talem neceſsitatem reſtituere non valuit, quàm primum potuerit, tenetur: alioquin ipſo facto incidit in excõmunicationem priùs latam, quia ſemper durat cenſura illa. Quòd ſi tempore quo lata fuit excõmunicatio, non deerant illi opes, & nõ reſtituit, licèt poſteà ad egeſtatem deueniat, ſemper excõmunicatus perſeuerat quo ad Eccleſiæ forum, quamuis quoad Deum contingat eſſe in gratia.

Silueſt.

¶ Secũdo, ex parte excõmunicati poteſt quoq; contingere, q excoicatio nõ habeat effectũ: vt ſi nõ ſit agẽs eliciẽs ſeu exercẽs illã actionẽ, pro q̃ fertur excoicatio à iure vel ab hoĩe, vt ſi excoicatur occidẽs chriſtianũ, excoicatus eſt qui occidit: nõ aũt ille q mãdauit occidere. Cõcluſionẽ hãc ponit Caie. in ſumma verb. Excõ. à principio, quã oſtẽdit illic manifeſta ratiõe: quia in iure dũtaxat eliciẽs ſeu exercẽs dicitur verè agere: cõſulentes aũt aut mandãtes ſolũ dicũtur interpretatiuè facere.

Caiet.

In

In cuius signum quando canonum conditor vult comprehendere non solùm facientes sed cooperantes, extendit apponendo, Quandocunq;, & quicunq; dederit consilium, auxilium vel fauorem, quandoq;, Et quicunq; mandauerit, quandoquè, Et qui fuerit mediator. Ex his enim & similibus appositionibus, inquit Caie. significatur, quòd nisi huiusmodi appositiones fierent, solùm facientes essent excommunicati. Verum est tamen, q̃ cum excommunicatur religiosus, dicens aliquid vt retrahat audientes à solutione decimarum debitarum ecclesijs, nõ exigitur, vt illud dicere consummetur ad effectum retractionis à solutione decimarum: vt scilicet ex illo dicere audiens retrahatur a solutione, ad hoc vt talis religiosus incurrat excommunicationis censuram. Ratio est, quia tale dicere excommunicationi subijcitur per modum cuiusdam actionis secundum se, & non per modum extensionis seu cooperationis. Huiusmodi autem per modum extensionis, si canon excommunicaret principaliter non soluentes decimas, & accessorie dicentes ad retrahendum, & sic de similibus. *Caieta.*

¶ Tertiò. Cùm præcipitur omnibus & singulis sub excommunicationis censura, vt denuncient quencunq; nouerint, vel audierint, tale vel tale crimen cõmisisse, & adhuc in multis casibus scientes, non innodantur huiusmodi censura, quamuis illud non reuelent: quorum primus est, cùm iam fuerit proximus emendatus de tali crimine.

¶ Secundus, quãdo licèt non sit emendatus, sola tamen correctione fraterna est ipes, quòd emendabitur. Quando enim prælatus præcipit, vt sibi vnusquisq; dicat, quòd scit correctione indigere in proximo, intelligẽdum est sane præceptum: scilicet, saluo ordine fraternæ correctionis: siue præceptum hat communiter ac generaliter ad omnes, siue ad aliquè specialiter, vt dicit D. Thom. 2. 2. q. 33. ar. 7. ad. 5. Ex quibus manifestè infertur, q̃ si quis cõmisit furtum omnino occultum, taliter, vt non ostendatur per indicia aliqua, aut infamiã, vel suspitiones, si dẽ tur literæ excommunicatoriæ à iudice, quòd quicunq; sciuerit vel audierit, denunciet, non dubium quin tunc scientes, priusq̃; denuncientur huiusmodi malefactores, teneat tuti tum admonere, vt restituat. Quòd si peccatum est secretum, & vergit in detrimentũ boni communis, & pestiferum est reipublicæ, vt si quis vult ciuitatem incendere, aut eam prodere, tũc enim distin *D. Tho.*

guendum est. Enimuerò, si ille qui resciuerit, certissimus omni no sit, quòd persuam admonitionem sic frater resipiscet & emẽ dabitur, quòd damnum publicum omnino cessabit, necessaria est admonitio, & hoc nõ solùm lege charitatis, verùmetiam iu stitiæ, quia pestilens ille sceleroſus adhuc habet possessionem sui honoris, & ob id si satis potest succurri malo publico sine eius læsione, non est in publicum traducendus. Si verò non sit omnino firmitate certissimus, quòd sua proderit admonitio, vel sit in mora periculum, illico oportet ad denunciationẽ procedere, & ad iudices aduolare, vt huiusmodi nocumentum impediatur: imo & ad accusandũ, si existerent idonei testes ad probandum. In hoc nanq; differunt denuncians & accusans, quòd denuncians non tenetur probare, sed iudex habita denunciatione, tenetur inquirere. At verò accusans, tenetur probare crimen: deinde denunciatio illuc tendit, vt correctus frater corrigatur ac emendetur. Accusatio verò ad hoc innititur, vt reus puniatur, idquè præsertim in bonum publicum, vt status Reipublicæ tranquillus & quietus conseruetur: vnde, denunciatio fraterna est criminis delatio ad prælatum veluti ad patrem correctionis gratia. Accusatio verò est criminis delatio ad iudicẽ veluti ad personã publicã vindicationis gratia. Et pariter si immineat piculũ tertiæ personæ, quia vult quis proximũ interficere: si nõ cõstiterit, ꝙ possit illi malo aliter obuiari: scilicet, admonitione secreta, statim tenemur huiusmodi hominẽ apud prælatum denunciare, quia tenemur innocentem defendere.

Notabil. ¶ Sed annotare oportet, ꝙ primum mẽbrũ dist. de peccatis q̃ vergũt in nocumẽtũ boni cõmunis, intelligẽdũ venit, quando corripiẽs esset vir magnæ authoritatis & efficaciæ, & proditor ciuitatis aut hæreticus è diuerso esset homo timidus & corrigibilis, ita vt corripiẽti cõpertissimũ ferè sit, per talem admonitionẽ secretã hæretico atq; reipublicæ satis cõsultũ fore: alioqui cõfidẽdũ nõ est secretæ correctioni, sed tutius est, vt confestim denuncietur, maximè si sit hæreticus dogmatizãs, quia perq̃; rarò accidit vt priuatus homo possit abunde succurrere huiusmodi contagionibus, vt bene annotat Dñicus Soto lib. de ratione tegendi secretum, membro. 2. q. 4. & eandem sententiam sequitur Alphõsus lib. 2. De iusta hæretico. punitione. c 25. & Iacobus Septimãcen. in li. de institutionibus catholicis c. 42 ¶ 3. casus ẽ. Si persona à qua audiuit, sit talis cõditionis, vt minimè ei

Soto. *Gastro.* *Septiman.*

ei fit adhibēda fides. Hūc casū pōit Nauar. i manu. c. 26. nu. 46

¶ Quartus casus. Quādo quis cit aut audiuit, scit certō iā denū tiatū esse prælato, vel facit vt ille à quo audiuit, denūtiet, itaq; faciat vt vadat ad denunciandū, tunc etiam huiusmodi homo nō incurrit excoicationem, quanuis illud non reuelet. *Nauarro*

¶ Quintus & vltimus est, in quo etiā excoicatio est nulla ex parte excoicati, cùm legitimè in tpe appellauit, vt habetur de offi. delega. c. Cū cōtingat. & de sen. excō. c. Per tuas.

¶ Tertia cōcl. Ex parte excoicationis potest esse nulla excoi catio quinq; modis. Primò, si cōtineat intolerabilē errorē & manifestū cōtra iusdiuinū aut pōtificiū, vt si quis excoicaretur aut pro re minima, aut pro re fortè q̄ esset virtus, aut pro culpa quā manifestū est nō habere: vt si aliquis excoicetur pro debito quod oībus est euidens persoluisse, aut cùm præcipitur aliquod malū vel impossibile, vt dicit Sil. verbo, Excō. 2. casu. 5 *3. concl.* *Siluest.*

¶ Secūdo, cùm fertur cōtra tenorē priuilegiorū, vt habetur in c. Quāto. de priuile. Ex quo aptè elicitur, nō ligare excoicatio nē latā ab episcopo vt oēs audiāt rē diuinā in cathedrali Eccle sia vel in suis parrochijs. Habēt enim religiosi priuilegia, vt au diēdo missam in suis monasterijs, populus adimpleat p̄ceptū de audiēda missa in diebus festiuis & in dñicis, sicut habēt, vt dixi mus, quòd qui ipsis cōfitētur, adimplēt præceptum de confes sione semel in anno facienda.

¶ Tertio, dū fertur excoicatio sub aliqua cōditione, nō ligat, quousq; adimpleatur cōditio, vt si feratur sub his verbis, Nisi Petrus infra annum soluerit, sit excommunicatus, de qua re vi dendus est Siuest. verbo, Excom. 2. casu. 15.

¶ Quarto, cū p̄termittitur ordo iuris, qui sic est de essētia sen tētię, vt p̄termissus, illā ānullet, se cūdū. d. c. Statuimus. & c. cō stitutionē. de sen. excō. li. 6. vbi p̄cipitur, quòd participātes cū excommunicatis non excōmunicentur excōmunicatione ma iori ante monitionem canonicam, aliter excoicatio nō teneat. *Siluest:*

¶ Postremò, nō innodatur vinculo excoicationis quis, cū Epi p̄ceptū fregerit, p̄cipiēs ne fiat, aut vetās aliquid sub excoica tionis pœna, & idē est si fregerit canonē, aliquid p̄hibēs aut p̄ci piēs sub hac forma. Rō est, quia verba illa tātū sunt cōmin. to ria, & eodē modo, si iudex dicat, Qui hoc fecerit, priuetur, ex coicetur, euitetur. Cia nāq; verba ista sunt de futuro, & signifi cāt, nō q̄ trāsgressores sunt ipso facto excoicat. sed quòd sunt

Siluest, posteà excoícãdi. Ita tenet Silu. verbo. Exc. 1. §. 4. dub. 8. &. 9 Secuseſt dicẽdũ, ſi iudex diceret, Subiaceat excõmunicationi. vel, Sit excommunicatus. aut, Habeatur pro excommunicato.

Conc. 4 ¶ Quarta concluſio. Ex parte actionis poteſt inſuper dupliciter cõtingere, quòd excommunicatio non habeat ſuum effectum. Primò, quando non eſt cõſumata, vt ſi feratur excommunicatio contra occidentem Chriſtianum: quantũcunq; aliquis animo occidendi, mille vulnera lethalia Chriſtiano inflixerit, niſi mors ſequatur, non erit excommunicatus: quia nõ ẽ Chriſtiani occiſio conſumata. Pari ratione, quantuncunq; conetur aliqs pcutere clericũ lãcea, ſagittis, lapidibus, niſi realiter & cũ effectu clericum percutiat: non incurrit excommunicationem latam in canone, Si quis ſuadente diabolo. ſtaturum contra per

Caieta, cutientes clericos. Concluſionem hãc ponit Caie. in ſumma, vbi ſuprà. Et ratio illius eſt, quia manus violentæ iniectio nõ eſt conſumata: conſumatur autem tactione ipſius clerici, & nõ aliter: & ſic de alijs cõcludimus. Tãdẽ, ſentẽtia q̃ aliquo iſtorũ modorum eſt nulla, non eſt timenda, eò quòd non eſt ſententia. Nam ſententia nulla, non eſt ſententia in foro cõſcientiæ, ſicut iniuſtum iudicium non eſt iudicium. Secundò, ſi excommunicatio feratur pro actu interiori: nempe, pro hæreſi mentali aut ſimonia, eo ipſo eſt nulla. Probatur, quia Eccleſia non habet potestatem puniendi actus interiores, niſi exteriùs aliquo modo prodeant. Quo fit, vt hæreticus, vel ſimoniacus mentalis nullatenus in excõmunicationem latam à iure aduerſus huiuſmodi genus hominum, incidat.

Dubium, ¶ Sed dubium ſolet hîc moueri, id quê non contemnendum: vtrùm quando ex parte cauſæ ſententia excommunicationis eſt iniuſta, ex parte verò iuris iuſta, habeat ſuũ effectum: vt dũ fertur aduerſus illum qui ſecundùm reiveritatem eſt innocẽs, ſecundùm autem allegata & probata nocens? In hoc dubio partiti ſunt doctores: quidam nãnq; tenent partem affirmatiuam:

Alexan, *Alen*, *Ricar*, *Duran*, *Palud*, nempe, quòd talis ſententia eſt valida, & ligat in foro conſcientiæ: itaq; innocens tenetur illi parere ſub pœna excommunicationis, vt eſt Alexander Alen. 4. p. q. 81. membro. 2. & Ricardus. diſti. 18. ar. 3. q. 5. Duran. in. 4. d. eadem. q. 4. Palud. etiam ibidem. q. 1. ar 3. & Silue. verbo. Excommunica. 2. §. 2. Imo &

Sylueſt, *D. Thom* D. Thom. expreſſè videtur hoc inſinuare in addi. 3. p. q. 21. ar. 4. Itaq; ſecundùm hos doctores, habet ſuum effectum, dũmodo

do à legitimo iudice proferatur, & intolerabilem errorem nõ contineat. Omissa tamen hac sententia licèt probabili, sit con- *Conclu.*
clusio ad dubium responsiua, tenenda vt probabilior: videlicet, quòd huiusmodi innocens in rei veritate non est excommunicatus, nec suffragijs & orationibus cõmunibus priuatus. Hãc *Caiet.*
conclusionem tenet Caie. in cõmentarijs. 2. 2. q. 7 ar. 4. ad 2. *Adria.*
argum. & in quolibe. 9. de effectu excommunicationis, *Soto.*
Adrianus quoq; inquolibe. q. 6. est eiusdem sententiæ, & Soto in 4. d. 22. q. 1. ar. 3. Aliter nanq; ait Caie. in purè moralibus vtuntur Theologi huiuscemodi nominibus iudicij & sententiæ, & aliter iuris consulti. Quia Theologi solam rei veritatem cõtemplantes, non distinguunt inter iudicium & nullum: at verò iuris consulti non tam rei veritatem quàm præsumptionem iuris attendunt. Vnde, distinguunt inter sentẽtiam iniustam & nullam, dicentes, quòd potest esse iniusta sententia, & nihilominùs non esse nulla. Quod quidem si de sententia iniusta per accidẽs intelligant, verum dicunt: nosq; id libentissimè fatemur: nempe, cùm est iniusta, quia procedit ex odio, vel ira, vel prætermisso ordine iuris, qui nõ est de essentia: & tunc non est simpliciter iniusta, & ideo ligat. Sed tamen sententia quæ per se est iniusta, primò ex parte causæ, secundùm rei veritatem non est sententia: & probatur apertè: nam in foro ciuili sententia prolata secundùm allegata & probata contra innocentem, in foro conscientiæ non ligat, sed potest ille condemnatus subterfugere, dũmodò non inferat vim ministris iustitiæ, & non soluere id ad quod condemnatus est, saltem si sine scandalo eximere se potest: ergo neq; dum innocens excommunicatur, vlla est in rei veritate excommunicatio. Ecclesia enim non accipit potestatem ledendi in spiritualibus innocentem: imo illam multo minus accipit quàm princeps secularis in temporalibus, eo quòd pretiosiora sunt spiritualia temporalibus. Quare, non accipit potestatem excommunicandi, nisi pro peccato. Item, quia excõmunicatio nõ nisi pro peccato mortali ferri põt: sed innocẽs nullũ habet peccatũ mortale: ergo excõmunicari minimè põt. *Gela.*
Præterea, Gela. Papa, cuius verba habentur. 11. q. 3. c. Cui est illata. inquit, Si sentẽtia iusta non est, tantò curare eam non debet cui illata est, quanto apud Deum & eius Ecclesiam neminẽ potest grauare iniqua sententia. Præterea, quia cùm Ecclesia sit pia mater, neutiquàm credendum est, quòd velet priuare homi-

minem innocentem suffragijs suis. Postremò probatur, nãnullus iudex infert damnum innocenti nisi propter bonũ & vtilitatem reipublicæ. At verò nulla vtilitas sequitur Ecclesiæ, ex eo quòd innocens priuetur suffragijs generalibus Ecclesiæ. Nõ ergo priuatur illis innocens per iniustam sententiam, quãnis ex parte iudicis non sit iniusta: eo quòd iudicat secundùm allegata & probata.

2. *concl.* ¶ Secunda conclusio. Sic excommunicato innocenti licitũ est ingerere se sacris & diuinis, perinde ac si non esset excommunicatus: nisi ex hoc oriatur scandalum, quod quidem oriri necessum est, si iniustitia nõ sit manifesta alijs. Tũc enim huiusmodi innocens publicè ingerendo se, peccat mortaliter: non tamẽ fit irregularis, etiam si sit sacerdos & celebret, nec incurrit pœnam iuris. Quia in rei veritate nusquàm fuit excommunicatus, vt dicit Palud. vbi suprà, & Gabriel, in. 4. di. 18. q. 2. Vnde, cùm dicit Greg. cuius verba habentur. 11. q. 3. c. Sẽtẽtia, quòd sententia passoris siue iusta siue iniusta timẽda est: intelligitur, timendam esse non ex natura sua, sed ratione scandali: eò quòd licèt contineatur in sententia iniustitia, non tamen est manifesta. Vel intelligitur, cùm sententia non continet intolerabilem errorem, sed aliqualiter est dubium, an sit iusta: tunc nanq; non est ipso iure nulla, ac proinde peccaret mortaliter, si sententiæ non pareret, efficereturq; irregularis, si esset clericus & celebraret, quonsq; appellaret, vel recurreret ad alia bũficia iuris.

Palude.

Gabriel.

3. *concl.* ¶ Est tertia conclusio corollaria ex. 2. quòd quantùm ad hoc est valida ac obseruanda iniusta excommunicatio, quòd tenetur sic excommunicatus non cõmunicare in publico cum reliquis fidelibus: & ipsi tenentur illum euitare, tum ratione scãdali, tum etiam ratione obedientiæ, quæ debetur prælato in foro exteriori. Conclusionem hanc probat textus, quẽ pro sua opinione adducit Silue. 11. q. 3. c. Qui iustus. Qui iniustè excommunicatur, & si non sit ligatus, quoad Deum. sententiæ parere debet, ne superbia ligetur. Ratio huius assertionis est, quia nõ est in facultate cuiusq; examinare, vtrùm excõmunicatio sit iusta vel iniusta. Quoniam si huiusmodi facultas daretur priuatis fidelibus, oriretur quotidie schisma & diuisio in Ecclesia. Quo circà meritò prouidit Ecclesia, quòd talis sententia seruetur, donec per superiorem diffiniatur an sit iusta an iniusta.

Siluest.

4. *concl.* ¶ Quarta conclusio corollaria ex duabus præcedentibus est, quòd

quòd quãdo euidenter cõstat, excõmunicationem esse iniustã, quia iustam causam non habet: tunc ille qui excommunicatur, potest dicere missam in secreto: & scientes veritatẽ possunt similiter in secreto cõmunicare cum illo. Ista conclusio hac euidenti ratione ostenditur, quia licèt ex vi præcepti Ecclesiæ teneatur huiusmodi excõmunicatus tam in secreto quàm in publico non cõmunicare cũ cæteris fidelibus in diuinis: attamen ex benigna interpretatione iuris, potest in secreto tam in diuinis quàm in humanis cõmunicare. Credendum nanq; est, piam matrem Ecclesiam noluisse priuare filios suos bonis spiritualibus sine causa. Cùm ergo cõmunicando in secreto nullũ sequatur scãdalũ, & constet de iniustitia causæ, ob quam lata fuit excõmunicatio, consequens fit, vt sic excõmunicatus possit communicare. Ex ista cõclusione liquidò eliciebatur, ante concilij Trid. q̃ cùm quis cõtraxerat matrimonij clàm cũ prima, & postea duxerat secundã coram testibus: tunc si excõmunicaretur, vt habitaret cũ secũda, poterat in secreto secluso scãdalo, manere cũ prima: & interesse sacris, ac recipere sacramenta. Imo si peregrè proficisceretur, vbi minimè in noticiam iudicis, neq; eorum qui audierunt sententiã venire posset, absq; scrupulo posset se tutò tanquàm non excõmunicatũ gerere, & publicè recipere sacramenta, & communicare.

De iis qui excommunicare possunt.

¶VII. DIFFICVLTAS.

Vtrùm quilibet sacerdos possit excommunicare.

PRiusquàm quæstioni huic respõderem, operepretium fuit singularem Scoti opinionem in medium proponere, ne quis me illam ignorasse existimet. *Scotus.* Asserit nanq; in. 4. d. 19. q. 1. ar. 5. neminẽ p̃ter solũ Papã posse propria authoritate sic subditũ excõmunicare, vt vbiq; in tota Ecclesia euitetur. Quòd si Epi, inqt, generaliter excõmunicãt priuando suos subditos suffragijs totius Ecclesiæ, neutiq; hoc faciũt nisi ex cõmissione Papæ, quoniã ex ꝓpria authoritate dũtaxat eos priuare possunt suffragijs suæ Ecclesiæ, Itaq; Archiepiscopus Hispalẽsis minimè priuare potest suũ subditũ cõsortio ciuiũ Episcopatus Salmanticensis nec suffragijs. Rõ illius est, quòd quẽpiã excõmunicare, est non solũ ipsum cohibere ne cũ alijs coeat, verũ & oẽs alios, ne cũ illo participent: Eps aũt vnius diœcesis authoritatẽ non habet

in

in ciues alterius, ergo illos prohibere non potest, ne cũ suo subdito excommunicato communicent. Atq; ideo non potest Episcopus excõmunicare subditum suum, nisi restricte: vt scilicet, nemo sui Episcopatus communicet cum illo. Omissa tamẽ hac Scoti sententia, per aliquot conclusiones respondetur, & earum prima sit. Ex iure communi omnes Episcopi & omnia concilia tam prouincilia quàm œcumenica, & omnes prælati qui ab aliquo collegio eliguntur, vt Abbates. c. Sicut tuis de sinonia. & religionum prælati: scilicet, Priores & Guardiani, ex proprio officio authoritatem habent excommunicandi suos subditos generaliter, vt in tota Ecclesia sint excommunicati: eorum autem vicarij ex cõmissione. Hæc conclusio habetur expræsse in concilio Niceno. c. 5. & concilio Sardicen. c. 16. & 17. & 11. q. 3. per multa cap. Deinde probatur ratione D. Thom. in. 4. di. 18. q. 2. ar. 2. ql 1. vbi dicit, maximum esse discrimen inter forum conscientiæ & exteriorem: quòd in foro conscientiæ causa agitur solùm inter hominem & Deum, in foro autem exteriori, causa agitur inter hominem & hominem. Quare, absolutio vel ligatio quæ hominem obligat quoad Deum tantùm, pertinet ad forum pœnitentiæ: sed in foro exteriori absolvitur homo & ligatur, non solum in ordine ad Deum, sed in ordine ad alios ciues & totam Ecclesiam: quia illic priuatur homo suffragijs Ecclesiæ, & communione fidelium.

1. concl.

Conci. Nice. Conci. Sard. D. Tho.

2. concl. ¶ Secunda conclusio. Vt aliquis excommunicare possit, sufficit & requiritur, quòd habeat iurisdictionem in foro exteriori etiam si nõ habeat ordinis characterem. Quo fit, vt Episcopi electi, & excommunicare possint, & alios iudices ad eandem functionem delegare, sicuti possunt indulgentias concedere. Imo nec est necessarius ordinis character, sed dũtaxat prafata iurisdictio. Quòd autem ab huiusmodi officio prælati habeant authoritatem excommunicandi & non ex commissione Papæ, manifestè ostẽditur ex illo Matthæi. 18. vbi omnibus Apostolis dixit Christus, Quæcunq; solueritis super terram, soluta erunt in cœlis. &c. At verò Episcopi iure diuino Apostolis succesierũt, vt patet. c. Quorum vices. d 68. &. ca. Corripiatur. 24. q 3 oẽs ergo Episcopi iure diuino habẽt prædictam authoritatem.

Mat. 18.

3. concl. ¶ Tertia conclusio. Summus Pontifex & œcumenicum concilium non solùm possunt excommunicare per sententias veluti iudices, verùm etiam per leges prohibendo: scilicet, ne hoc aut

aut illud ſub cenſura excõmunicationis fiat. Epiſcopi verò ac prouincialia concilia ſub eadem forma poſſunt item conſtitutiones facere, quæ equidem non tam leges quàm ſtatuta dicuntur. Sed minores prælati nequeunt aut leges aut propria ſtatuta condere: licèt viſitatores diœceſium aut religionũ dũ viſitant, poſsint ordinationes inſcriptis ſub eadem cenſura relinquere, quæ vim habent, quouſq; per alium reuocentur.

¶ Sed eſt dubium, vtrùm iudex poſsit excõmunicare ſubditũ ſuum ad aliud territorium fugientem? Ad hoc dubium omiſſa Gabrielis ſententia negatiua: videlicet, quòd non poteſt Epiſcopus excõmunicare ſubditum exiſtentem in alio territorio, ſit concluſio quarta in ordine: quòd ſi crimen eſt commiſſum in proprio territorio, Epiſcopus poteſt perpetrantem excõmunicare vbicũq; ſit: ſecus ſi illud cõmiſit in alieno territorio. Hæc concluſio habetur in c. Vt animarum. de conſtitu. li. 6. Intelligendus tamen eſt canon iſte ſanè: quando enim per viam ſtatuti excõmunicãtur omnes qui furtum fecerint, tunc non incurrunt excõmunicationem ipſo facto ſubditi, qui furtũ fecerunt in alieno territorio. Si tamen reuertitur ad proprium territorium, & ibidem conuenitur vt reſtituat, poteſt iudex illius diœceſis per excõmunicationis cenſurã eum cogere: vt ſi Salmãtinus ciuis furtum fecit Burgis, & reuertitur Salmanticã: & è conuerſo, ſi furtum fecit Salmanticæ, quanuis ilico aufugiat ex illa diœceſi, nihilominus excõmunicatione Salmanticenſis ligabitur, ſi fulminetur in eũ qui furtum fecit. Hæc ad literam Soto vbi ſuprà. *Dubium.*

¶ Quinta concluſio Non ſolùm Sacerdotes ſimplices, verùm neq; parrochiales ex officio iuriſdictionem habent excõmunicandi. Ratio huius concluſionis eſt, quia non ſunt propriè prælati, neq; iuriſdictionem habent, niſi in foro pœnitentiæ: niſi eis fuerit à ſuperiore cõmiſſa, vel ex conſuetudine in notorijs, q̃ non indigent indagine iudiciali, vel niſi in aliquibus caſibus iure eis conceſsis: velut in furto & rapina: vt habetur in c. Cùm ab Eccleſiarũ. de officio ordi. vbi pro ſolido & rato habetur, quòd plebanus ſancti Pãcratij ſubditos ſuos excõmunicaret. Sed iam in deſuetudinem abiiſſe arbitror. Non obſtat huic ſententiæ, quòd maius eſt ſoluere & ligare in foro pœnitentiæ q̃ in foro iudiciali: ſi ergo poſſunt Sacerdotes parrochiales abſoluere & ligare in pœnitentiali foro, multo magis poterunt ſi *4. concl.*

5. concl.

bi

bi ſubditos excõmunicare. Nõ, inq̃;, obſtat: quia quãuis foriũ pœnitẽtiale ſit dignius, tamẽ in foro iudiciali maior ſolẽnitas requritur: qa in eo oportet, q̃ nõ ſolũ Deo, ſed etiã hoi ſatisfiat.

6. concl. ¶ Sexta concluſio. Nullus ſuſpẽſus vel maiori excoicatione excoicatus poteſt excõmunicare. Cõcluſio hæc intelligẽda ẽ ſecũdũ expoſitionẽ à nobis aſsignatã in p̃cedenti difficultate: vbi obiter eã appoſuimus: ſcilicet, de iudice publicè excõmunicato, & ab Eccleſia intolerato, & præterea teſtimonia illic adducta, pro eius ꝓbatione ſunt alia quàm plurima vt. c. Infamis. & .c. Ad ꝓbãdũ. 3. q. 7. vbi quædã ſentẽtia à ſũmo Põtifice fuit reuocata, eò q̃ vnus ex iudicibus excõmunicationis vinculo eſſet publicè innodatus, quãdo ſentẽtia lata fuit & .c. Excõmunicauimus. extrà de hæret. & .c. Cũ bonæ. de ætate ordinãdorũ, & p canoniſtas maximè per Feli. in .c. Si verò. de ſen. excõ. & rõ huius cõcluſionis eſt apta: quia ſuſpẽſus vel maiori excoicatione excoicatus, eſt priuatus iuriſdictionis vſu: & excõmunicare eſt actus iuriſdictionis, & eadẽ ratione ſi ſit à iuriſdictione ſuſpẽſus: nã poteſt fieri ſuſpẽſio à iuriſdictione & nõ ab ordine, vel ab vtroq̃;: & ſi tãtũ ſit ſuſpẽſus à iuriſdictione, poteſt ea q̃ ſunt ordinis. Si verò ab vtroq̃;, neutrũ poteſt. Quo ad illa tamen q̃ ſunt ordinis intelligẽdũ eſt, q̃ ſuſpẽſo ab ordine nõ licet facere ea q̃ ſunt ordinis. Nõ tamẽ q̃ ſi fiãt, factũ nõ teneat: quia cùm ſeq̃tur characterẽ indelebilẽ, ſi fiãt, factũ tenet. Et qua ratione nõ poteſt excõmunicare nec aliquã aliã ſentẽtiã pronunciare, nõ poteſt etiã iudicẽ quẽpiã inſtituere: quia ille ſimiliter eſt actus iuriſdictionis. Secus ſi poſtq̃; iſtituit, excõmunicatur: nãtũc nõ ceſſat inſtitutio, & poteſt publicè excõmunicatus & ſuſpẽſus cõmittere audiẽtiã cõfeſsionũ: niſi ſit notatim excoicatus, aut manifeſtus pcuſſor clerici. Ita tenet Sil. ver. vnctio. §. 4

Siluest.

Dubiũ. ¶ Sed dubium eſt: vtrũm dum iudex ignoratur eſſe excõmunicatus, ſi ſententiam excõmunicationis vel aliã proferat, ſit valida? Cui dubio ſeptima hac cõcluſione in ordine reſpondetur: q̃ quãdiu quis ignoratur eſſe excõmunicatus, & toleratur ab Eccleſia, ſentẽtia eius & actus tenẽt, licèt peccet mortaliter. Huius ſententiæ ſunt ex canoniſtis Innocẽtius & Panor. ſuper. c. Veritatis. de dolo & cõtu. Ex theologis autẽ Palud. in. 4 d. 18 q. 2. ar. 3. & Ricardus eadem d q. 1. ar. 7. Silueſt. verbo, Excõ. 3. § 10 & 11 dicit hanc eſſe communem ſententiã: ſcilicet, quòd geſta per excõmunicatũ toleratũ, tenent: quanuis eius excoi-

7. concl.

Innocen.

Panor.

Palude.

Ricardus

Silueſt.

catio

catio fuerit posteà detecta. Caie. deniq; in summa verbo, Absolutio. est eiusdē sententiæ. Probatur insuper ratione: nam si actus ab excōmunicato occulto & tolerato essent irriti ipso iure, posteà detecta excōmunicatione, non modica turbatio esset in Ecclesia, nam multi de suo statu dubitarent: vt si tēpore quo erat occultè excōmunicatus, beneficia prouidisset. Ob id nanq; concilium Constan. prouidè statuit, vt exceptis illis duobus casibus excōmunicati possent sacramenta conferre ob timoratas cōscientias pacandas. Valent igitur gesta per sic occultè excōmunicatū. Quo fit, vt ab illo excōmunicatus, teneatur se habere & se gerere vt excōmunicatus, ac perinde à cōmunione fideliū abstinere, eodē modo ac si iudex qui illū excōmunicauit, non esset excōmunicatus. Nec tantùm tenetur abstinere in publico, vt sentit Siluest. in verbo, Excō. 2. §. 2. vbi dicit, quòd in occulto potest celebrare, & immiscere se diuinis: verùm etiam in secreto. Quia cùm sententia ab illo lata, sit valida & iusta, nisi sit iniusta ex alio capite, verè ligat omnes in quos fertur. Est enim textus expressus hoc præcipiens. 8. q. 4. c. Nonne. vbi dicit Pontifex, q̄ non est discedendū à sentētia Episcopi, quousq; palàm constet de excōmunicatione Episcopi. Certè textus iste insinuat, quòd etiā in occulto tenemur seruare sententiam Episcopi excommunicati, quousq; manifestetur, quòd est excommunicatus. *Caieta. Conci. Constan. Siluest.*

¶OCTAVA DIFFICVLTAS.

Vtrùm aliquis possit seipsum vel superiorem vel æqualem excommunicare?

AD hanc difficultatē aliquibus conclusionibus respondetur: quarū prima directè respōsiua, sit negatiua: scilicet, q̄ nemo se ipsum aut sibi æqualē aut superiorē potest excōmunicare. Hæc cōclusio est manifesta: nā cùm excōmunicatio sit actus iudicialis includens vim coactiuā, requiritur, vt qui excomunicatur, sit subditus excōmunicātis. At verò neminē sibi ipsi nec parē pari subditū eē oībus cōptū ē. Par nāq; in parē nō habet ipsū. *1. concl.*

¶Secunda conclusio Quanuis non posset quis se ipsum excōmunicare, vt affirmat. 1. cōclusio: attamen sibi ipsi bene valet indulgentias cōcedere, saltim dū illas generali lege cōfert visitātibus talē Ecclesiam, aut largientibus talem eleemosynam: quia si id ipsum ipse faciat, earundem fructum percipiet. *2. concl.*

Ratio discriminis est, quoniam potestas indulgentiarum non exercetur per vim coërciuam: excommunicatio verò dicit potestatem per vim coërciuam, quam nemo in seipsum exercere valet. Ex quo euidenter elicitur, vt dum Episcopus, siue per statutum faciendo synodalem constitutionem, siue per sententiam, censuram excommunicationis profert in eum qui furtum cõmiserit, vel aliquid aliud fecerit. si ipse vel alius Episcopus vel Archiepiscopus illud fecit, neminem ligat.

Dubium 3. concl. ¶ Sed dubium solet hîc oriri: vtrùm summus Pontifex excommunicari possit? Cui dubio .3. concluſi. in ordine respondetur: videlicet, quòd præter casum hæresis & apostasiæ nullatenus excommunicari potest vel à iure vel ab homine. Conclusionẽ istam ostendo hac aperta ratione: nam legibus suis ac concilij tantùm astringitur Papa quo ad vim directiuam, & non quo ad vim coërciuam. Ratio enim naturalis docet, principem illam legem seruare debere, quam is tulerit. c. Cùm omnes. de constitu. & sunt ad idem quàm plurima testimonia ex sacris literis, q̃ inferiùs adducam. Quòd autem quo ad vim coërciuã nõ astringatur suis legibus, probatur: nam non habet superiorem à quo cogatur. Quo fit, vt licèt esset hæreticus summus Pontifex, nõ incurreret ipso facto sententiam excõmunicationis: sed opus esset, vt priùs de hæresi condemnaretur. Vnde, signanter diximus, quòd potest excommunicari in casu hæresis, & non quòd eo ipso quòd est hæreticus, sit excommunicatus: quia vt eleganter annotat Caie. Papa eo ipso quòd est hæreticus, etiã per hæresim exteriùs prolatam, non est excommunicatus. Quòd autem in casu hæresis excommunicari possit, probatur apertè: quia cùm caput sit excellẽtissimum membrum corporis, & per amissionem fidei homo præscindatur à corpore Ecclesiæ, ac desinat esse membrum, dignus fit, vt declaretur non esse caput: scilicet, per depositionem, ne eius contagio maculet totã Ecclesiam. At verò depositio ista non vi & armis est facienda, sed ordine, iudicio & potestate quæ est in tota Ecclesia, qui à cõcilium repræsentat, per quam compellatur comparere suã crimina auditurus, suamq̃; defensurus causam. Et hæc vis cõpulsiua est excommunicatio, quam incurret, si non paruerit, siue hoc sit, quia in isto peculiari casu hæresis concilium fit superius, siue quòd iure naturæ vnaquæq̃; respublica potest se à tyrãno defendere, illumq̃; à se præscindere, siue q̃ conciliũ, vt ait

Caieta.

Caie.

Caie, ministerium Ecclesiæ atq; adeò tunc Pontificis exercet: quod quidem ministerium non potest tunc Pontifex à concilio diuellere.

¶ Quarta conclusio. Excõmunicationis censuram in vniuersitatem vel collegium minimè ferri posse sateri oportet. Conclusio præsens est D. Tho. loco citato, & omniũ doctorũ concors sententia, & probatur ratione: nã nullus nisi propter peccatũ inobediẽtiæ excommunicari potest. At verò peccatum est actus personalis, & vniuersitas non peccat, nisi singuli peccent. Quocirca sententia ferri non potest nisi in singulos inobedientes, nec si feratur, tenet, vt asserit Ricardus in. 4. d. 18. quànuis quidam sentiãt, q; tenet, vt glossa. c. Romana. eo. ti. in. 6, §. Vniuersitatem: nam periculum esset, vt quis citra culpam excommunicaretur. Nec obstat huic nostræ assertioni, quia tota ciuitas potest interdici, ergo & excõmunicari. Nam interdictum non semper ponitur pro culpa illorum qui interdicũtur, sed in odium illius qui in vrbe est excommunicatus. Sicut totum regnum pro peccato regis. Vnde, qui non sunt in culpa, licèt arceantur ab audiendis sacris, non tamen priuantur suffragijs Ecclesiæ: pari ratione fateri necessũ est nõ nocere id quod obijcitur: scilicet, princeps iustè punit totam cõmunitatẽ pro maioris partis peccato, ergo & Ecclesia poterit id ipsum facere: quia excõmunicatio supponit peccatum mortale: pœna autem ciuilis aliquando infertur sine culpa propter solã causam: & quòd maior pars sit rebellis causa est sufficiens. Deinde probatur, nam in pœnis temporalibus nihil vetat, quòd vnus pro alio patiatur: quia homines in bonis temporalibus habent dependentiam, & ideo ex eo quod vnus punitur deriuatur & extenditur ad alios. Bona verò spiritualia sunt propria: quo circa nullus debet amittere illa bona, nisi per propriam culpam. 4. *concl.* D. *Thom* *Ricardus*

¶ Quinta conclusio. Excommunicatus potest iterum excõmunicari, non solùm propter nouum crimen, verũ & propter idẽ àgrauatis censuris ad maiorem terrorem & confusionem: quia licèt non sit aliud crimen in alia specie, obstinatio tamen ipsa acriori animaduersione sit digna. Hanc conclusionem simul cũ ratione ponit doctissimus Soto in. 4. d. 22. q. 2. ar. 2. Item, quia semper Ecclesia de illo iudicare potest: baptizatus nanq; semper est de corpore Ecclesiæ aliquomodo, eo quod character baptismalis quo quis populo Dei annumeratur, est indelebilis. 5. *concl.* *Soto*,

Non nocet quoq; nostræ sententiæ id quod obijci solet, q̃ priuatio non recipit magis & minus: sed excõmunicatio est priuatio, ergo nullus est magis excommunicatus quã alius, nec alia excõmunicatione excommunicari põt, postquàm vna excoicatione est excommunicatus. Non, inquam, nocet: quia licet secundùm se excõmunicatio non recipiat magis aut minus, tamen ex parte causæ potest vna excommunicatio exvrgentiori & acriori causa proficisci quàm alia: & secũdùm hoc excommunicatio potest iterari, & magis est elongatus à suffragijs Ecclesiæ, qui pluries est excõmunicatus, quàm qui semel tantùm, ac subinde maiori satisfactione indiget, vt reconcilietur. Solutio ista est D. Tho. in. 4. d. 18. q. 2. ar. 3. ql. 3.

D. Thom

Dubium, 6. concl. ¶ Vltimum tandem hìc dubium restat de defunctis: vtrũm possint excommunicari? Pro quo sit sexta conclusio in ordine præsentis difficultatis. Qui viuens excõmunicatus fuit, post mortem excõmunicatus manet, taliter, vt viui neutiqàm cũ illo in suffragijs vel eleemosynis possint communicare. Est enim in primis Ecclesiastica sepultura interdictus, nec possunt eleemosynæ pro ipso recipi, saltem à ministris Ecclesiæ: quia nec possunt pro illis in sacrificijs cõmunibus orare, nec sunt suffragiorum participes, quibus erant in vita priuati. Imo quanuis forte in charitate discesserint, si Ecclesiæ nõ satisfecerũt, quia forte non poterant, præsumuntur semper ab Ecclesia excommunicati, vt habetur. 24. q. 2. c. Sane. & c. A nobis. 2. de sen. excõ.

7. concl. ¶ Septima conclusio. Si aliq̃ signa cõtritionis in excõmunicato apparuerint, poterit etiam postquàm fuerit defunctus absolui ab excõmunicatione, vt i loco sacro sepeliri solenniter possit.

8. Conc. ¶ Octaua conclusio. Pro nullo crimine quod quis dum viueret cõmisit, poterit posteà defunctus excõmunicari. Hæc cõclusio manifesta ratione probatur: quia si crimẽ non erat subiectũ excõmunicationi à iure latæ, necessaria est ante excõmunicationem canonica præmonitio: hæc autem erga defunctum haud fieri potest, imo quãuis dũ viueret, fuerit facta p̃monitio, si nõ fuit prolata sentẽtia, nõ potest in defunctũ proferri: quia exẽptus est iã ab Ecclesiæ tribunali, nec iã cẽsetur contumax. Secus si crimen à iure erat excõmunicatione dãnatũ, nam tunc viuẽs ipso facto excõmunicationẽ incurrerat propter p̃uiã monitionẽ iuris. Hãc cõclusionẽ ponit ad literã Soto vbi suprà.

Soto.

9. concl. ¶ Nona cõclusio. Post̃q; quispiã ẽ defũctus, põt declarari & iudice

rídice, pnũtiari illud crimẽ ícurriſſe, vt freq̃nter cõtígit í crimine hæreſis. Solẽt eñ exhumari hæreticorũ corpa, & igni tradi.

De effectu maioris excommunicationis.

¶ IX. DIFFICVLTAS.

Vtrùm ſint aliquot effectus excommunicationis maioris.

HVic difficultati vnica concluſione affirmatiua reſpondetur: nempe, q̃ ſunt aliqui effectus, & eorũ primus eſt, q̃ excõmunicatus maiori excõmunicatione, etiam ſi nõ ſit nominatim, nec p notoriã pcuſsionẽ clerici excõmunicatus, ſed occultè & generaliter, priuatur ſuſceptione ſacramẽtorũ: & ſuſcipiẽdo peccat mortaliter. Ratio eſt manifeſta: quia ſacramentorum ſuſceptio eſt res grauis, & ei prohibita. *Con. vn.*

¶ Secundus effectus eſt, q̃ ſic excõmunicatus, priuatur fructu orationũ & bonorũ factorũ per bonos Chriſtianos, neq; licet miniſtris Eccleſiæ in orationibus cõmunibus pro eis orare, atq; id facere eſſet mortale, cùm ſit res grauis. Nec ſolũ operatur excõmunicatio maior hũc effectũ in excommunicatis, illis duabus ſpeciebus excõmunicationis, quas ponit cõciliũ Conſtan. verũ etiam in omnibus excommunicatis cuiuſcunq; generis ſint excõmunicati: quia cõciliũ í hac pte nihil eis cõceſsit.

¶ Tertius effectus eſt, q̃ huiuſmodi excommunicatio priuat participatione in diuinis officijs & in ſacrificijs miſſarũ, vt nõ poſsint cum alijs intereſſe, vel in Eccleſia cum alijs orare, alternatim horas canonicas ſoluendo: & oppoſitũ facere eſt peccatum mortale, vt aperte conſtat ex. c. Nuper. de ſen. excõ. Nec tantũ in Eccleſia non poſſunt intereſſe diuinis, ſed etiam extra Eccleſiam, vt patet in. c. Quod in te. de pœniten. & remiſ. Nõtamen prohibentur ab ingreſſu Eccleſiæ, dũmodò non audiãt diuina, vel orent cum alijs, vel tempore quo perſoluuntur diuina officia: extra nãq; officiorũ tempus non peccarent, ſi in Eccleſia excõmunicati ſoli, ſuas perſoluerent horas canonicas, quas clerici etiam ſi ſint excõmunicati, dicere tenentur. Debent tamen eas recitare ſoli & ſine, Dominus vobiſcum. ſecundũ Petrum à Palude. in. 4. d. 18. q. 4. ar. 1. neq; etiã poſſunt videre corpus Chriſti. At verò prædicationem & lectionem etiam theologiæ audire poſſunt, vt liquet ex. c Epiſcopus. de conſec. diſt. 1. Hunc effectum intelligendum eſſe arbitror, tam de occultè quàm de publicè excommunicatis, quandocunquè occultè ex *Palud.*

cõmunicato facilis patet ad iudicem aditus, à quo absolutionẽ potest petere, & non facit. Secus si continuò non potest petere absolutionem, vel quia iudex peregrè profectus est, vel quia est Põtifex à quo debet petere absolutionẽ, cui non facilè accedere potest: tunc enim, si secretè excõmunicatus seipsũ prædicta faciendo publicaret & proximos excandalizaret, ct̃ diderim ego, ꝙ non peccat cõmunicando cum fidibus etiam in rebus sacris. Quod quidẽ liquidò constat, ex eò quòd neq; lex neq; excõmunicator hoc intendere debet, siquidem Ecclesiasticus iudex quando crimen est occultũ, seruare tenetur famã istius occultè excõmunicati, vt habetur expressè. c. Si Sacerdos. extrà de offi. iudicis ordi. vbi dicitur, ꝙ non potest iudex sic occultè excõmunicatum nominatim remouere à cõmunione, licèt sciat eũ esse reũ: quia nõ vt iudex scit, sed vt Deus: sed debet eũ admonere in genere ne se ingerat: quia nec Christus Iudã à cõmunione remouit. Quãdo verò potest sic occultè excõmunicatus subtrahere se à tali communione secluso huiusmodi scãdalo, debet non ingerere se.

¶ Quartus effectus est, ꝙ excludit ab actu & officio cuiuscunq; ordinis, ita vt sic excõmunicatus, nec possit aliũ ordinare, nec ab alio ordinari quantùm ad executionẽ: quia quamuis qui ordinatur, suscipit characterem ordinis, non tamen executionem, & exequẽs fit irregularis, nisi probabilis ignorantia eũ excuset. Cæterum, si fortè ignorantia crassa & supina aut erronea fuerit, non eum excusat, vt constat ex. c. Apostolicæ. extrà de clerico excommu. nec potest cum eo fieri dispensatio, nisi per Romã Pontifi. c. Cum æterni. de senten. & re iudica. nisi quàndo baptizaret in casu necessitatis, vt facit vetula sine solemnitate, exceptis religiosis, cum quibus potest dispensari à suis prælatis, si post ordinem ita susceptum religionem profiteantur, & idem si post religionis ingressum ita fuerint ad ordines promoti, vt excipiunt doctores communiter in. ca. 1. &. c. Cum illorum. de schismat.

Nota. ¶ Annotato tamen hîc, quòd qui ordinantur ab Episcopis excõmunicatis nõ impediuntur ab executione, nisi Episcopi sint excommunicati aliqua illarum excommunicationis specie, q̃ in concilio Constan. apponuntur: quia in illis dumtaxat tenemur non recipere sacramenta ab excommunicatis, quãuis optimè faceremus, nõ recipiendo ab alijs excommunicatis.

¶ Quintus

¶ Quintus effectus eſt, quòd ſuſpenditab officio & beneficio & vſu iuriſdictionis, vt neq; ligare neq; abſoluere poſsit excõ municatus maiori excõmunicatione, ita tenet D. Tho. in. 4. d 18. q. 2. ar. 2. ql. 3. & facit pro hoc, ca. Audiuimus. 24. q. 1. Hũc tamen effectum ſanè intelligere oportet: videlicet, quando nõ tolerantur ab Eccleſia, ſecus quando ſunt tolerati. D. Thom

¶ Sextus effectus. Excõmunicatio maior excludit ab electione canonica, tã actiuè quã paſsiuè: itaq; neq; eligere neq; eligi poſſunt maiori excõmunicatione excõmunicati. Quare, ſiquis ſic excommunicatus, eligat, confirmet, præſentet, inſtituat, prouideat aut electus acceptet electionem, præſentationẽ, confirmationem aut prouiſionem beneficij, antequàm abſoluatur, totum eſt irritum & innane, vt patet ex cap. Cùm dilectus. de conſuetu. Quocirca, in vtroq; cõmittitur peccatum mortale: quod quidem etiam verum habet de dignitate laicali. Vnde, in Regem vel Imperatorem, non poteſt eligi excõmunicatus. ca, Per venerabilem. de electio. Ex quibus manifeſtè elicitur, ſic excõmunicatum haud poſſe beneficium acquirere, neq; de beneficijs ſuis iam acquiſitis aliquid percipere, quandiu non tolleratur. c. Paſtoralis. de appellat. & hoc quando eſt in mora petendæ abſolutionis. c. Quia diuerſitatem, de cõceſsione prębẽ. ſecus ſi nõ eſt in mora, vt patet i. c. Tãta. de exceſſ. p̃la. Si tamẽ non haberet vnde viueret, debet ſibi prouideri, ne cogatur mẽdicare in opprobriũ clericorũ. Inſuper, perſeuerans per ãnum in excõmunicatione aut interdicto, quibus beneficijs tam habitis ante excõmunicationem quàm poſt eà acquiſitis, debet p ſentẽtiã priuari. c. Rurſus. 11. q. 3. præcipuè ſi eſt excommunicatus pro cauſa criminali, & ſi poſt talem ſententiam latam per annum ſuper amiſsione beneficiorum agere velit, non audiatur vlterius ſuper eis, vt dicit. c. Rurſus.

¶ Septimus effectus maioris excommunicationis eſt, q̃ interdicitur ſic excõmunicatis omnis actus publicus: vt iudicare, accuſare, teſtificari, aduocare, conſtitui in procuratorem, conſtituere procuratorẽ. &c. quia ſunt infames, vt habetur. 6. q. 1. c. Infames. & quando in huiuſmodi actibus admiſcetur aliqua iniuſtitia, aut aliquid aliud, quod ex genere ſuo eſt mortale: excommunicatus iudicando, peccat mortaliter: quia vſurpat ſibi iniuſtè hanc poteſtatem: vel ſi elegit, vel electioni de ſe factæ conſentit: quia per tales actus alijs iniuriam inferre conſtat.

3. q. 2. §. euidenter. Si verò testimonium verum perhiberet, so lùm esset veniale. Item, non potest contrahere matrimonium si ne mortali, quamuis si contrahat, factum teneat. Exigere tamẽ & reddere debitum absq; mortali potest. Excluditur etiam ex communicatus hac excommunicatione à conuersatione humana: scilicet, collocutione, conuiuio, & huiusmodi. In his ti men communicare secundùm Caiet. non est mortale.

Caiet.

¶ Octauus est, q̃ excluditur excommunicatus ab ingressu religionis: debet enim prius absolui, quia minimè sic intrare decẽt, secundùm Panor in. c. Ex publico. de conuersione cõiuga. & fratres nostri prædicatores ex priuilegio possunt ante ingressum eum absoluere.

Pano.

¶ Nonus, quòd non debet sepeliri in loco sacro, & si sepultus fuerit, corpus exhumari debet, si potest discerni.

¶ X. DIFFICVLTAS.

Vtrùm sint aliqui casus in quibus prohibita est fidelibus participatio cum excommunicatis.

PRæsenti difficultati vnica hac cõclusione affirmatiua respondetur: scilicet, quòd sunt aliqui casus. Primus, inhibemur participare cum excommunicatis in crimine criminoso: videlicet, in crimine propter quod excommunicatus est, vt si quis est excommunicatus propter adulterium, quia adulteram detinebat, quousq; illam abijciat, quicunq; dat ei cõsilium, auxilium vel fauorẽ, ne eam expellat, talis in eodem crimine peccat, & incurrit eandẽ sententiã. vt patet. c. Nuper. de sen. excõ. & quãuis in alio crimine cum illo participet, non peccat contra excõmunicationẽ: adultera verò peccat pariter cõtra excõicationẽ, vt habetur. c. Si concubinæ. de sent. excõ. nisi ei persuaserit, vt eam deserat.

¶ Secundus casus est, q̃ prohibemur cõmunicare cũ excommunicatis notatim, vel cum clericorũ pcussoribus adeò notorijs, vt factum nõ possit aliqua tergiuersatione celari, siue in sacris: scilicet, recipiendo eos ad diuina officia, vel ad sacramẽta, vel ad sepulturã Ecclesiasticã, siue extra sacra i alijs externis actibus. Nõ enim possumus corã ipsis missas aut diuina officia celebrare, neq; eorũ audire sacra, nec alternatim cũ illis recitare, vt supra dictum est, & patet ex. c. Sacris. de his quæ vi metusue causa fiunt, nã cõmunicãdo cum illis vltra minorem excõ-

excommunicationē quā incurrimus, mortalē culpam cōmitti mus: cum alijs verò excommunicatis generaliter possumus cō municare siue in sacris siue extra sacra. Sic nanq; ob timoratas conscientias pacandas, ac tollendos scrupulos, in concilio Cō stan. consultum est, vt excōmunicatos vitare non teneamur, nisi sint, vel nominatim excōmunicati pro quocunq; crimine, vel manifesti clericorū percussores: & quidē quòd possimus in sacris cum alijs excommunicatis cōmunicare, more & vsu Ecclesiæ receptissimum est, vt dicit Caie. in summa verbo, ex com. c. de excōmunicatione minori: & ita absq; vllo metu est tenendum. Quo fit, vt quanus aliquis sciuerit, quempiā occul tè esse excōmunicatum non nominatū, non tenetur illum euita re, nec si sciuerit esse hæreticum, donec sit condemnatus de hę resi. Eò enim q̄quis de hæresi condemnatur, censetur nomina tim excōmunicatus. Licèt enim sit de iure diuino, quòd tene- mur vitare hæreticum hominem, vt constat ex Paulo, attamē quòd hoc vel illo modo sit euitandus, duntaxat est lex Eccles si astica, quam Ecclesia recto iudicio potest variare: & similiter, li cèt de iure diuino teneamur euitare excōmunicatum: sed ex- cōmunicatio solùm est pœna iuris positiui, & ille solus erit ex cōmunicatus, quē Ecclesia excommunicauerit. Vnde, debet hæc pœna intelligi & limitari secundùm quòd Ecclesiæ visum fuerit in tali vel tali casu. Neq; ex hoc q̄ nos possumus cū ex- cōmunicatis extra illas duas species cōmunicare, licet iferre, ipsos pariter nobiscum posse: quia non excōmunicati, vt timur iure nostro, & sic nullatenus sumus causa del ctorū suorū. At ve rò in concilio p̄dicto expressè dicitur excoicatos in nullo sub leuari ob dictā gratiā. Vnde, quanuis nos possumus ab eis Sa- cramenta recipe, imo compellere, vt audiant nostras cōfessio- nes, & Eucharistiā administrēt, si sūt nostri parrochi, quādo o- pus fuerit, & pariter qui est in articulo mortis: nec ipsi peccāt, tūc nobis administrādo. Minimè tñ ipsi à nobis sacramēta sus cipe possūt, & peccaremus ea eis cōferēdo: quia excoicatus ē excluſus, vt dictū ē, à pticipatione sacramētorū, & tenemur iu re diuino vitare peccatū p̄ximi quātū possumus. Hoc corolla. Caieta. Corolla. ostēditur ex p̄fato cōcilio, siquidē asserit nolle, i aliquo excoi cato suffragari, sed populo. Quare, nō possūt itereſſe missarū sa crificijs aut reliquis diuinis officijs, quia i hoc alij nō excoīca ti, non indigent suis officijs & obsequijs. Quod dixi, quòd pec

caremus excommunicato conferendo sacramenta, sanè intelligere oportet: scilicet, cùm est publicè excõmunicatus, & ingerit se sacramentis cum alijs: & similiter si sit occultè excommunicatus & occultè petat, secus si iste occultè excommunicatus habeat aliàs ius compellendi Sacerdotem: nempe, quia est eius parrochianus, & petit Eucharistiam in publico, nam tũc tenetur ministrare illi, sicuti & occulto peccatori. At tamẽ Sacramẽtũ pœnitentiæ quomodocunq; sit excoicatus, & quomodocũq; petat, nõ potest ei exhiberi, qa absolutio nulla esset, vt egregiè docet doctissimus Soto. in. 4. d. 22. q. 1. ar. 4

Soto

¶ Tertius casus in quo est prohibita fidelibus participatio cũ excõmunicatis, est, cùm excõmunicatio fit in contemptum Ecclesiæ: vt habetur in ca. Celebret. de cleri. excom. & licèt secũdùm Durandum. in. 4. d. 18. q. 5 contemptus sit, quãdo quis ita crebrò cum excõmunicato cõmunicat, ac si non esset excommunicatus. Arbitror tamen in hac re, nunquàm esse contẽptũ, nisi quando quis pro nihilo prorsus excomunicationem duceret, ac Ecclesiæ authoritatem in hac parte, quia tunc præberemus occasionem, vt excõmunicatus non exiret ab excõmunicatione: esset enim violare iustitiã, q̃ præcipit venerari Ecclesiã.

¶ Quartus casus est, in operibus humanis quæ sunt communia omnibus hominibus, & nõ solùm Christianis: quæ in hoc versu cõtinentur, Os, orare, vale, cõmunis, mensa, negatur: q̃ omnia sigillatim explicabo, vt meliùs ab omnibus intelligantur, Os. ne osculũ pacis eis porrigamus, aut eos ãplexemur, aut alia pacis indicia eis ostendamus, neq; colloquium aliquod cũ illis iniamus, siue per verba in præsentia siue per literas aut per nuntium in absentia. Orare: scilicet, cũm eo negatur, id est, participare, nõ tantũ in Sacramentis, verũ etiam in diuinis audire orationes cum eis. Vnde, si excõmunicatus veniret in Ecclesiã tẽpore quo missa celebratur, alij tenentur vel exire vel eius exitum procurare, & Sacerdos tenetur cessare quousq; exeat, & si exire noluerit, expellatur: sine scandalo tamen & percusione. si autem id fieri non potuerit, & canon nõ fuerit inceptus, cessandum est omnino à celebratione. Imo forsan, vt Innocẽ. insinuat sup. c. Nup. de sẽ. excõ. nisi cõsecratio fuerit ĩcepta: cessãdũ, é, quia illic incipit sacrificiũ. At verò facta cõsecratione, necesse est vsq; ad sumptionẽ, pcedere: quia extrictius p̃ceptũ est de integritate Sacramẽti, quàm excõmunicatos excludere: & antequàm

tequàm finiat post cõmunionẽ si expelli cõmodè sine effusione sanguinis proprij vel alieni non potest, redeat ad sacristiam, & illic quod reliquum est, perficiat: nempe, orationem, &c.

¶ Animaduertere tamen hîc oportet, quòd non dicimur communicare cum excõmunicato, ex eò quòd est nobiscum in vna Ecclesia, vt si dum audimus missam, excõmunicatus est in Ecclesia, non gratia audiendi missam, sed suam artem exercendo, vel est in angulo sedens, imo licèt ego in vna capella missam audiam, & excõmunicatus in alia, non communico cũ illo. Hoc notabile est Innoc. super. c. Nuper. & Caie. vbi suprà. Parimodo nec dicendi sumus cõmunicare, si seorsum quãdo officia nõ celebrantur, priuatim oramus, ingrediatur excõmuniatus ad orandum: quia ingressus Ecclesiæ ad orandũ nõ est prohibitus excõmunicatis: quanuis aliqui summistæ contrarium teneant, gratis tamen, nisi intelligant, ad soluenda diuina officia cũ alijs. Vale, seu Aue, interdicitur eis: videlicet, quia neq; eos salutare licet, neq; si nos salutent, resalutare. Possumus tamen eis dicere, Dominus te illuminet, aut conuertat: sed si salutatus quis ab excõmunicato, nihil respondeat, sed moueat caput, vel assurgat ob reuerentiã, non propter hoc incurrit aliquam censurã secundùm quosdã, quorũ ratio est, quia pœnæ sunt restringendæ: sed secundùm alios incurrit, & certè non caret scrupulo. Quia hæc est quædã salutatio, quæ prohibetur generaliter in. c. Sicut Apo. 11. q. 3. Prohibetur ꝓtereà eis cõmunio, nè scilicet, quis eis cõmunicet in aliquo exercitio, in cõmertijs & contractibus, quanq; si contrahat de facto cũ aliquo excõmunicato, aliqui cõtractus teneant, vel ne cõmunicet quis cũ eis in habitatione in domo eadem. Aduerte tamẽ, ꝙ si quis sit in eadẽ domo vel camera cũ excõmunicato pro diuerso negocio, nõ dicitur participare cũ eo secũdũ Innocẽ. in. ca. Nuper. eodẽ titu. Postremò deniq; & mensa negatur, non enim licet cũ excommunicatis in eadẽ mẽsa ædere aut bibere aut dormire in eodẽ lecto: quoniã hoc neutiq; fieri potest sine volũtaria cõmunione secũdũ Archi. qui ita notauit in. d. c. Sicut Apost. Quo fit, vt si p ueniat excõmunicatus & expelli nõ possit cõmodè, sicut dictũ est, tenetur quis surgere de mẽsa, ne cũ eo comedat. Potest tamẽ i alia mẽsa eriã i eadẽ domo, imo i eadẽ camera comedere absq; hoc quod dicãtur coĩcare, dũ modo nõ fuerit inuitatus ad cõuiuiũ, quia sic coĩcare dicerẽtur. Eodẽ modo, si veniẽti excõ

Innocen. Caieta.

Innocen.

excoïcato relinquat clauem & domũ ad comedendũ, cõmunicare dicitur cũ excõmunicato, quia hoc in fauorẽ excoïcati facit, secus si in casu necessitatis. Nõ enim excoïcati, vt fame pereãt, reliqui debent: quia contra charitatem esset, cõtra quã nemo potest præcipere.

Nota. ¶ Annotare tñ hîc oportet circa prædicta, q̃ ista inhibitio coïcãdi dũtaxat, vt diximus, intelligitur cũ excoïcatis illis duabus speciebus excõmunicationis expræsis in concilio Gõstãt. Nã cũ cæteris excoïcatis generaliter possumus cõmunicare sclusso scãdalo, dũmodo eos prius nõ salutemus q̃; ipsi nos salutẽt: quia iam hoc cederet in cõmodũ excoïcatorũ: quod concilij nõ intendit, vt multoties dictũ est, ita nanq; tenet Caie. Adria. & Siluest. vbi suprà. Solũ enim licet nõ eos fugere, quia tantũ voluit concilij prouidere timoratis conscientijs, non aũt illis qui nõ timẽt coïcare cũ excoïcatis. Ex dictis in cõcilio colligitur euidẽter, non habere iam locũ post ipsum id quod dicebãt sũmistæ, q̃ non tenemur euitare occultos excommunicatos. Tenemur tamen publicos, cùm concilium generaliter concedat cum oĩbus communicare illis duabus speciebus exceptis.

Caieta. Adrian. Siluest.

¶ Quintus casus est, quãdo est lata sentẽtia excõmunicationis maioris in participãtes. Hæc tñ excoïcatio in participãtes minimè ferri potest, nisi explicentur ipsi excoïcati sub certis noĩbus, cũ quibus participare prohibetur. Non enim sufficeret dicere, ne coïcet cũ excommunicatis, vel manifestis clericorum percussoribus: quos aliàs euitare tenemur, esset equidẽ cõfuso nẽ parere, sed dicẽdũ est sub hac forma. Nemo participet cum Petro vel sub noïe dignitatis, cùm Decano vel prætore. &c. alios casus multiplicãt, vt Silu. ver. excõ. 5. sed neutiq̃; opus est.

¶ Sed adhuc restãt circa p̃dicta duo parua dubia. Primũ, vtrũ communicare cum excommunicatis sit semper mortale, an aliquando mortale, & aliquando veniale.

Dubi. 1.

¶ Secũdũ, vtrũ semper contrahatur excoïcatio maior ex tali participatione, an aliquãdo maior, aliquando minor. Ad primũ fit conclusio tenenda, quòd in quatuor casibus duntaxat communicare cum excommunicatis est peccatum mortale: nẽpe, cõmunicare cũ excoïcato in crimine criminoso. Et hoc intelligitur nõ tantũ in illis duabus speciebus expræssis in cõcilio: scilicet, de quocũq̃; crimine quomodocũq̃; excoïcationi subiecto: videlicet, si quis excommunicatus est propter adulterĩ

Dubi. 2 Conclu.

vt

vt suprà dictum est. Secundo, communicare in diuinis cum nominatim excommunicatis, & manifestis clericorũ percussoribus. Quod intelligitur, cũ illis excõmunicatis illis duabus speciebus concilij Constan. Tertio, quando communicatio illa fit in contemptũ Ecclesiæ, vt posuimus in. 3. casu. Quarto, cõmunicare cũ excommunicato, postq; lata est sententia in participãtes cum illo, de quo locuti sumus in. 5. casu. At verò, communicare cũ excommunicato in contẽtis in. 4. casu à nobis appositò: videlicet, in actibus humanis, locutione, oratione, vel comestione. &c. nõ pertinaciter, sed ex quadã leuitate, nõ est mortale, sed veniale. Probatur, nã valde graue esset, q̃ quis pro vno leui verbo incideret in excommunicationẽ, vel mortale peccatũ. Hæc sententia est D. Tho. in. 4. d. 18. vbi inquit, cõmunicãtem in actibus humanis non peccare mortaliter, nisi in contẽptũ Ecclesiasticæ disciplinæ illud faceret, vel cõtra præceptoriã prohibitionẽ superioris factã nominatim, vt patet ex. c. Cõstitutionem. eodem titu. li. 6. D. Tho.

¶ Ad secundũ verò dubiũ, hac vnica conclusione respõdetur: videlicet, q̃ in tribus casibus cõtrahitur excoicatio maior ex participatione cũ excoicatis: scilicet, coicando cũ excoicato in crimine criminoso, vt constat ex. c. Nup. de sen. excõ. Secundo, si quis cõmunicet cũ excõmunicato nominatim à summo Pontifice in officijs Ecclesiæ, vt patet. c. Significauit. eodẽ titu. nã planè inquit doctissimus Soto, vbi suprà, intelligit illic Papa cõtrahi excõmunicationẽ maiorẽ, cum dicat, pro beneficio absolutionis ad Apostolicã sedẽ esse recurrendũ. Tertio, postquã pronuntiata ẽ sententia excõmunicationis in omnes participantes. Ex nulla verò alia participatione prohibita cũ excõmunicatis contrahitur nisi excõmunicatio minor: neq; nocet id quod habetur in. c. Excõmunicatos. &. ca. Cùm excõmunicato: videlicet, participantem cum excõmunicatis simili excommunicationi subiacere: quia nihil aliud insinuatur in huiusmodi locis, nisi quòd subiacebit, etiã sic cõmunicans excommunicationi minori: & idcirco forsitã dixit, Simili. & nõ Æquali. vel voluit dicere, q̃ si excommunicato quis communicauerit etiam in minimis: nempe, cibo, potu, aut oscula, & similibus, si admonitus desistere noluerit, sed pertinaciter perseuerauerit, simili sententiæ subiacebit: id est, feriẽdus veniet simili sententia excõmunicationis: & hæc est germana & genuina expositio. Conclu.

¶ XI.

¶XI. DIFFICVLTAS.

Vtrùm sint aliqui casus in quibus liceat sine peccato cum excommunicatis communicare.

Con. aff. HVic difficultati vnica hac conclusione affirmatiua respondetur: nēpe, q̄ sunt quinq; casus in quibus licet cū excōmunicatis cōmunicare, quibus versibus continentur, Vtile, lex, humile, res ignorata, necesse, hæc anathema faciūt, nè possit obesse. Vtile, hoc est, propter propriā vtilitatē participantis, quia vnicuiq; licet quod sibi debetur, ab excommunicato petere & exigere & recipere. c. Si verò. eo. titu. nam aliter cōmodū de suo delicto reportaret excōmunicatus. Itē potest cū in iudicio conuenire: vt in. c. Intelleximus, de iudicijs, habetur, & potest quis cum illo cōmunicare petendo ab eo consiliū, non solùm in spiritualibus, sed etiā in temporalibus, si necessitas adsit, & alius ita idoneus ad hoc inueniri non possit. Prætereà, propter vtilitatem ipsius excōmunicati: licet enim ei consulere, & persuadere, vt se àcēsura explicet, vt patet. c. Cū excōicato. 11. q. 3.

¶ Secūdus casus est, Lex matrimonij, quia quanuis alter cōiugū sit excōmunicatus, licet alteri communicare, & debita petere & reddere, nisi forsan excōmunicatio lata esset in causa matrimonij: quia lis esset, an sit legitimè contractū. Nec solū vxor potest cum marito, verū etiam maritus cum vxore excōmunicata, & pater cum filijs, vt tenet Caie. in summa, & Adria. q. 3. de clauibus. Quanuis Siluest. verbo. excom. 5. §. 2. sentiat oppositum: videlicet, quòd vir teneatur vitare vxorem excommunicatam.

Caieta.
Adri.
Siluest.

¶ Tertius casus est, Humile, id est, propter subiectionem: quare filij nō emācipati, sed comēsales patris, vel recipientes ab eo necessaria, serui & familiares possūt cū parēte coīcare, secus si emācipati sint: quia tūc nō possūt, vt ait D. Tho. d. 18. q. 2. ar. 4. Subditi etiam in religionibus erga prælatos, quia quasi de familia prælati sunt clerici erga Pontificem, cuius seruitio sunt deputati. Et serui & rustici seruilis conditionis possunt communicare cum hero excommunicato & ancillæ cum hera & qui sunt de familia: vt apertè constat ex capitu. Quoniam multos. 11. q. 3. non tamen si de eorum consilio scelera perpetrētur, vel nisi eorum consilio, fauore atq; adminiculo perseuerēt in suo delicto.

D. Thom

¶ Anno

¶ Annotato tamen hîc, quòd prædicta sunt intelligenda, si ante sententiam huiusmodi psonæ erant astrictæ ad familiare obsequium c. Inter alia. eodem titu. qui autem post excommunicationem inceperunt cum excommunicato viuere, non excusantur. Et è conuerso, eadem ratione possunt communicare superiores inferioribus excommunicatis in ijs saltèm officijs, quæ sibi debentur. *Nota.*

¶ Quartus casus est ignorantia, vt si quis ignorat alium esse excommunicatum. At verò qui scit tantùm per confessionem sacramentalem, nõ tenetur eũ vitare: potest enim tam in secreto quàm in publico cum eo communicare: vt tenet Ricar. in. 4. sẽ. dist. 21. & Soto in relectione de ratione tegendi & detegẽdi secretum membro. 3 q. 4. dubio. 3. contra Scotum, qui eadem distinctione tenet, confessorem teneri vitare excommunicatum, quem scit per confessionem esse excommunicatum, etiam coram alijs, si id fieri possit absq; reuelatione confessionis. *Ricar. Soto.*

¶ Quintus casus est: necessitas, quæ quidem cùm legem non habeat, tam excommunicatum quàm participantem excusat, vt si nõ potest aliunde nisi ab excõmunicatis sibi necessaria prouidere & emere, & hoc verum est siue necessitas sit ex parte excommunicati siue ex parte alterius, quia debemus in necessitate excommunicati, ei succurrere, & in nostra possumus ad eum recurrere. Et generaliter, omnis participatio pro dãno cõmunicantis vitando excusat, nisi sit in crimine vel in diuinis: quia si possunt ab illis petere, debita à fortori vitare damna. Quãta autem debeat esse necessitas, vt excuset, iudicio superioris arbitrabitur, quẽ si nõ facilè possit adire, vnusquisq; pse iudicabit, vt patet in. c. Quod præcessor. 11. q 3. nec solũ in necessitate, vt conceditur communicare omnibus cum excommunicatis, verùm etiam extra necessitatis casum conceditur prædicatoribus, vt valeant ab excommunicatis eleemosynas postulare: causa tamen duntaxat prædicationis & confessionis: vt patet. c Cùm voluntate. de sent excom.

¶ Legatũ tamẽ factũ ab excõmunicato, etiam si sit factum, vt oretur pro eius anima, licet accipere: quia debet intelligi eo modo, quo pro illa orari potest: nempe oratione priuata, quanuis dicat Innocen in. c. Cùm voluntate. quòd licèt recipere, dũmodo non sit factum, vt oretur pro eius anima.

¶ Sed dubium est, vtrùm Romanus Pontifex communicãs cũ ex *Dubium.*

excõmunicato ĩcidat ĩ minorẽ excõmunicationẽ, & an peccet?

1. concl. Pro hoc dubio sit prima conclusio, quòd non incidit in minorẽ excõmunicationem. Probatur, nam eõmunicare cum excõmunicatis solùm est iure positiuo vetitum, in quo ideo ipse dispẽsare potest, & eò ipso quòd cõmunicet cum excõmunicato, cẽsetur dispensare in lege. Quocirca, nunquàm ĩ huiusmodi conuersatione incidit in minorem excommunicationem, siue communicet in diuinis siue ĩ prophanis, & alijs humanis colloquijs.

2. concl. ¶ Secunda conclusio. Quanuis non incurrat minorem excommunicationem, non tamen excusabitur à peccato, si absq; causa iusta cõmunicauerit cũ excommunicatis, vt sentit Panor. in c. Cùm desideres. de sen. excõ. & Siluest. verbo, excom. 5. Probatur hæc conclusio: quia summus Pontifex tenetur ad obseruationem legum, quæ ab ipso feruntur, vi directiua, licèt nõ coërcitiua. Non, inquam, tenetur vi coërciua, quia nõ habet à quo puniatur, quantuncunq; transgrediatur legem illam à se condità. Quòd autẽ teneatur ad hoc vi directiua, & quilibet Príceps condens ipsam legem, est expræssa sententia D. Tho. in. 1. 2. q. 96. ar. 5. & ibi luculenter Caie. Etenim Matthæi. 13. Ghristus Iesus phariseis improperat, ꝙ onera grauia alijs imponant: ipsi verò nec digito velint ea mouere. Huc pertinet Catonis sentẽtia, Patere legem, quam tuleris. Hoc etiam docet Plato. de legi. dialogo. 4. & Paulus ad Roma. c. 2. confirmat hãc cõclusionẽ dicẽs, Propter quod inexcusabilis es ô hõ q iudicas, in quo enim alterum iudicas, teipsum condemnas: eadem enim agis, quæ iudicas. Existimas autem, ô homo, qui iudicas eos, qui talia agunt, & facis ea, quia tu fugies iudicium Dei? Postremò patet ratione, nam cùm Princeps sit animal politicum rationale & mortale, non solutus est à dictamine rationis, imo tenetur vi quadam directiua, & quæ Principem ratione ad rectum dirigit, submittere seipsũ humanæ cõstitutioni ẽt à seipso latæ. Nec me latet Soto vbi suprà, asserere, summum Põtificẽ nunquã ĩ huiusmodi conuersatione peccare. Sed intelligendum est, cùm illud facit ex causa: alioquin non excusabitur à peccato, quia quantùm ad hoc quòd vi directiua nõ astringatur suis legibus, quibus subditos obligat, ipse secum dispensare non valet, nisi iusta de causa veluti cum alijs.

3. concl. ¶ Conclusio. 3. Inferiores prælati nõ solũ peccãt cõmunicãdo cũ excõmunicatis in crimine dãnato vel criminoso, verũ etiã

in

incurrunt excõmunicationem. Conclusio hæc est Innocen. & Hostien. & ratio qua euidenter ostenditur est, quia nullus eorũ dispẽsare potest, vt cũ excõmunicato liceat cõmunicare. *Innocen* *Hostien.* *Nota.*

Annotato tamen hîc circa hanc conclusionem, ꝙ non incurrũt illam excommunicationem, quam ipsi tulerunt, quia nemo se ipsum ligare potest, sed incurrũt sententiam à iure latam cõtra taliter participantes.

¶ Sed vtrùm qui est excommunicatus publicè in vno loco, si eum inuenio in alio loco distanti, tenear illum vitare? Respõdetur, quòd non teneor vitare illum in publico, cùm ibi sit occultus, nisi possem probare sufficienter per testes vel instrumẽta, ipsum fore excommunicatũ, in occulto tamen existimo, ꝙ teneor illum vitare. *Dubiũ.*

¶ XII. DIFFICVLTAS.

Vtrùm metus mortis hominem excuset, vt citra peccatum liceat cum quocunq; excommunicato communicare

PRo huius ꝗstionis decisione tria fundamenta præannotanda sunt. Primum ꝙ pro nullo metu quantuncunq; vehementissimæ mortis, licet vllũ peccatum cõmittere, non solùm mortale, verùm neq; veniale minimum: & de hoc nemini licet dubitare. Implicat enim contradictionem licere peccare, quia licitum & peccatum ex diametro repugnant. *Notab. 1*

¶ Secundum, summum Pontificem & Episcopos cæteros q̃; Ecclesiæ prælatos posse aliquid sub reatu mortali præcipere, secundùm catholicam fidem tenẽdum est. Olim enim irrepsit Vualdensium error, postq; Ioannis Vuitcleff, eorumq; tandem legitimi hæredis Lutheri, quòd neq; in Pontifice maximo neq; in tota Ecclesia potestas vlla est cõdendi articulos fidei aut morũ leges: dicit enim Lutherus in li. de libertate Christiana, impios tyrãnos esse prælatos Ecclesiasticos & captiuam tenere Ecclesiam, quia nullã prorsus habent authoritatem, & aiunt illa sola mandata obligare in conscientia, quæ in euangelio explicita sunt. Probatur verò apertè nostrum fundamentum ex apertissimis testimonijs, quibus huiusmodi hæretici manifestissimè cõfutãtur: vt est illud Lucæ. 10. Qui vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit. & Matth. 18. Si peccauerit. &c. dic Ecclesiæ: si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus: vbi cõptissimũ est, iurisdictionẽ Ecclesiæ designari. *Nota. 2.* *Luc. 10.* *Matt. 18*

Item

Item quodcunq; ligaueris super terram, erit ligatum & in cœ-
Ioa. 20. lis, & Ioan. 20. Data est mihi omnis potestas in cœlo & in ter-
ra, sicut misit me viuens pater, & ego mitto vos: accipite spi-
ritum sanctum, quorum remiseritis peccata, &c. Vbi manife-
stè ostenditur, eandem potestatem quam à patre attulerat, eis
tradidisse. Retinere enim peccata, functio est habētis potesta-
Deuter. tem obligandi, & Deutero. 17. lex extat, quòd qui non obe-
diret Sacerdoti morte moreretùr homo ille. Morte autem
nemo plectitur nisi ob graue peccatum mortale, ergo à fortio
ri in lege noua est eadem authoritas confitenda. Postremò pa-
tet, nam si leges Ecclesiasticæ non obligarent sub reatu morta
li, euidenter sequeretur, quòd Christus permitteret Eccle-
siam suam permanere in maximo errore per longum tempus,
cùm à sui initio doceat Christianos, quòd ferat leges obligātes
sub mortali, vt est lex de ieiunio & cæteræ.

Notab. 3 ¶ Tertium fundamentum est: quòd aliqua sunt prohibita quia
mala: videlicet, quia intrinsecam habent malitiā, alia verò ma-
la quia prohibita, quia non sunt intrinsecùs mala: & in illis quæ
sunt primi generis, potius debet homo mortem quantumuis a-
trocissimam oppetere, quàm legem transgredi, etiam si non sit
nisi peccatum veniale: nempe, mendatium iocosum leuissimū.
In alijs verò ad inuestigandam intentionem legislatoris & le-
gis, speculanda est rei quantitas, quæ vel præcipitur: vel prohi
betur. His præiactis, ad difficultatem duabus cōclusionibus re
1. concl. spondetur. Prima, quanuis lex obligans sub peccato siue veni
ali siue mortali, etiam non obstante periculo mortis sit seruan
da, quia pro nullo metu peccandum est venialiter, tamen ex
bonitate ipsius legis & prudentia legislatoris, non semper cū
tam ingenti periculo obligat. Sed hoc est perpendendum, ex
hoc quòd eius obseruatio parui vel maximi reipublicæ re-
ferat. Lex nanq; Pontificia, quæ præcipit ieiunium quadrage-
simale, & lex de obseruatione festorum, obligat sub mortali: ta
men quando quis infirmatur, non tenetur ieiunare, sed excusa
tur: quia non tanti refert ieiunare, quanti salus hominis. Simili-
ter, si prætor vel Princeps ad ostendendum se non esse excom
municatum, incutiat metum Sacerdoti, vt celebret corā illo,
Sacerdos celebrās, excusaretur. Cùm enim ista non sint intrin-
secùs mala, possunt quidem bona fieri, quando sunt me-
dia grauioris mali cauendi. Quin verò neq; diuina præcepta

affirma

affirmatiua obligant cum tali periculo. Nemo enim tenetur vel se vel filium cum periculo mortis baptizare, aut alia suscipere sacramenta. Ex quibus aperte exploditur sententia Adriani q. 3. de clauibus, asserens, nullum metum mortis excusare, quo minùs peccatum sit communicare cum excommunicatis. Pro qua sententia plures iurisconsultos refert. Adrian.

¶ Secũda conclusio. Si alicui metus mortis incutiatur, vt ieiunium Ecclesiæ frangat aut festum, si talis metus incutiatur à tyranno in contemptũ & odium fidei & legis Ecclesiasticæ: scilicet, ad conuincendum legem & fidem nostram esse falsam & nullius valoris, notq; prælatos Ecclesiasticos non posse suis legibus obligare, tunc potiùs debet homo pati mortem, quàm ieiunium frangere, propter diuinum præceptum, quo tenemur confiteri fidem, non obstante periculo mortis. Sic enim est intelligendum. cap. Sacris. de ijs quæ vi metusue causa fiunt, vbi Innocen. dicit, quòd cũ pro nullo metu debeat quis peccatũ mortale incurrere, excõmunicationis labe credimus inquinari. Põtifex enim nihil aliud voluit dicere, quàm quòd potiùs esset mors ferenda, quàm lex frangenda, vbi peccatum etiam veniale incurritur: vt communicare in sacris interueniente scandalo, aut quando metus incutitur in odium fidei & contemptum legis, siue Ecclesiasticæ siue diuinæ. 2. cõcl. Innoc.

¶ Annotare tamen impresentiarum oportet, quòd licèt cõtrahere matrimoniũ inter consanguineos intra quartum gradum sit prohibitum iure positiuo Ecclesiastico: tamen ob nullũ metum potest quis contrahere cum tali consanguinea etiam seclusõ scandalo & contemptu legis Ecclesiasticæ. Ratio est, quia non est matrimonij materia, nec fieri potest per metũ. Quocircà, fornicationem talis committeret, quæ iure diuino prohibita est, ac subinde cum periculo mortis cauenda. Ita enim annotat Dominicus à Soto, de iustitia & iure. li. 1. q. 6. ar. 4. Notabil. Soto.

De absolutione a matore excommunicatione.

¶ XIII DIFFICVLTAS.

Vtrùm quilibet sacerdos possit absoluere subditum suum ab excommunicatione.

PRo huius difficultatis decisione bimẽbrẽ distinctionẽ prõmittere necessũ est: nẽpe, excoicationẽ aut latã esse à iure aut ab homine: & vocatur excommunicatio à iure, quæcunquè à perpetuo statuto lata est, à quocunque statu-

tum illud sit, & siue contineatur in iure communi siue in extra-
uaganti, siue in legibus synodalibus vel specialibus Appella-
1. concl. tur aũt excõmunicatio ab homine, illa quam iudex profert. Hit
sic præhabitis, sit prima conclusio. Quęcũq; excõmunicatio cu
iuscũq; generis fuerit à iure per concilĩ siue per sum. mũ Pon
tificẽ condito, lata, absolutio ab ea pertinet ex officio ordina-
rio ad Episcopũ, vel ad capitulũ sede vacante, & ad parrochia
lem Sacerdotẽ, & ad q̃ncũq; prælatũ in suo collegio vel cõue
tu. Iure enim diuino & ordinario, eo ipso, q̃ prælatus habet iu
risdictionẽ in foro pœnitẽtiali, potest absoluere à quacunq; ex
communicatione, nisi fuerit reseruata specialiter, vel Papæ vel
D. Tho. Epo. Conclusionẽ istam tenet D. Tho. in. 4. d. 18. q. 2. ar. 5. ql. 1.
Siluester & Siluest. verbo. Absolutio. 1. §. 3. Quam sententiam sequuntur
omnes. Ratio est aperta, quia excõmunicatio est censura, quæ
imponitur à iure ratione peccati, & ratione illius incurritur. et
go quantùm est ex natura excõmunicationis quicunq; habet
iurisdictionẽ absoluendi ab illo peccato: habet & iurisdictionẽ
absoluendi ab illa censura, imposita pœnitentia. At verò non
solũ omnes Episcopi, verùm & omnes parrochiales presbyte
ri, & quicũq; p̃latus pollet hac iurisdictione erga suos subditos.
Quicunq; igitur istorum potest absoluere à quacunq; excõmu
nicatione lata à iure, non reseruata. Ex quo manifestè elicitur,
vt non propterea quòd est lata excõmunicatio à iure concilij
vel Papæ, sit ei reseruata: sed requiritur, quòd expressis verbis
sit reseruata, dicendo, Cuius absolutionem nobis reseruamus.
vel, Pro beneficio absolutionis ad nos veniatur. vel alia verba
similia. Et annotato cum Domino Caie. in summa, quòd religio
Notabil Caieta. sus præsumens de facto ab excommunicatione lata à iure ab-
solueret, incurrit excommunicationem.

2. concl. ¶ Secunda conclusio. Ab excommunicatione lata ab homine
ipse idem iudex qui tulit, potest absoluere: & hoc siue sit gene-
ralis, vt cùm excommunicatur sub hac forma, Qui sciuerit,
vel fecerit tale quid, siue singularis, vt cùm excommunicatur
Petrus. Hæc conclusio est euidens, nam eiusdem potestatis est
ligare & absoluere. Intelligenda tamen est conclusio, ex pote-
state ordinaria. Fallit tamen in multis. Primo, potest sententia
esse lata à iudice inferiori, & nihilominùs eius absolutio esse
Papæ reseruata, vt est illa de incẽdiarijs. cap. Tua nos. de sen.
excom. quia illic non fertur sententia excommunicationis ad-
uersus

uersus illos, vt bene ait Caietanus verbo, excom. cap. 22. sed quòd si fuerint per Ecclesiæ sententiam publicati, tunc pro absolutionis beneficio ad sedem Apostolicam mittantur. Et similiter cùm Episcopus priuat clericum suo officio eò quòd exhibuit sacramenta hæreticis, vel eos sepeliuit, qui restitui nō possunt absq; indulto Apostolico speciali. c. Excommunicamus. extra de hæreticis. *Caieta.*

¶ Secundò, possunt superiores ab inferiorū excōmunicatione absoluere, vt egregiè docet D. Tho. vbi suprà, & est cōcors sententia oīum, excipitur tamen, ꝙ Archiepiscopus nō potest absoluere à sententia sui Episcopi suffraganei, aut aliorū inferiorum, qui non sunt de sua diœcesi, licèt sint de sua prouintia. ca. Roma. c. Venerabilibus. de sen. excom. li. 6. nisi quando hoc cō suetudo habet, vel ad ipsum est appellatum. *D. Thom*

¶ Et animaduertite, ꝙ virtute Cruciatæ, aut Iubilei conceditur facultas absoluendi à quacunq; excommunicationis sentētia, satisfacta parte. Vnde, si aliquis esset excommunicatus pro furto, non esset virtute diplomatis absoluendus, nisi prius satisfeciſſet, etiam si esset in articulo mortis, si potest satisfacere, nam alias sufficit præstare cautionem, vt ex presse Cardinalis & Feli. in. ca. Cùm contingat. de offi. de lega. & cautio debet esse sufficiens, si talem præstare potest, alioquin det quam potest, & si nullam potest dare, absq; illa est absoluendus in tali articulo, quia nemo tenetur ad impossibile. Neq; si præcepisset Episcopus alicui, vt relinqueret concubinam, posset parrochus eū absoluere quousq; eam relinqueret. Quòd si in his casibus quē piam ab excommunicatione absoluat Episcopus, qui non satisfecit in præiudicium partis, licèt male & iniustè faceret, tamē absolutio tenet, vt patet in. c. Venerabilibus. de sen. excommu. in. 6. Ratio est, quia absolutio contra ius constitutionis non tenet: absolutio verò contra ius tertij tenet, nisi dicatur in excō municatione, Non impendatur absolutio, nisi concurrente tali conditione, vel obseruatione. Vt cùm dicitur, Non possit absolui ante satisfactionē. vel, Non possit impēdi absolutio ante satisfactionem. vel si dicatur, quòd qui incideret in tale quid, non possit absolui, nisi satisfaciat: tunc enim, non tenet absolutio secundùm Caietanum. In his enim verba canonis limitant potentiam ordinarij, ac per hoc irritam esse absolutionem ostendūt, si aliter fiat. *Neta.* *Cardi.* *Feli.*

¶ Sed dubiũ se offert impræsẽtiarũ, vtrũ præmissa satisfactione, absolutio obtenta ex vi Cruciatæ aut Iubilei à confessario in foro cõscientiæ, prosit excoicato in iudiciali & exteriori foro? Pro hoc dubio sit cõclusio negatiua: nẽpe, ꝙ nõ prodest, ni
Conclu. si in literis Apostolicis dictũ sit, ꝙ hæc absolutio etiã in iudiciali foro vim obtineat, ac sit admittẽda. Hãc cõclusionẽ quatuor rationibus probo. Prima, quia plurimũ detraheretur authoritati iurisdictionis Ecclesiasticæ fori exterioris, si publicè excoicatus ac denũtiatus, secretè per Sacerdotẽ ab eo ad confessionẽ electũ absoluatur, & is ea absolutione obtẽta, ingerat se diuinis, quasi in contẽptũ iudicis, qui eũ excommunicauit, cui quidẽ iudici congruè satisfactũ nõ est, etiã si excõmunicatus qui iudici parere recusauit, dãnum parti læsæ restituerit. Secũda ratio est, quia forus conscientiæ & animæ plurimũ differt à foro exteriori, ergo absolutio in foro conscientiæ obtenta, nõ prodest in exteriori iudiciali foro. Tertia, quia absolutus in foro animæ, & pœnitentia peracta, potest in exteriori foro accusari & puniri. Prior enim examinatio, in cõscientiæ iudicio præcipuè fit ad pœnitentiam & satisfactionem diuinæ offensæ; posterior autem ad publicam vindictam, & reipublicæ satisfactionem. Postrema ratio est, quia certum est, quòd Romanus Pontifex non consueuit per Iubileum aut bullas, confessarijs Sacerdotibus committere, ea quæ forum contentiosum concernunt, sed tantùm ea, quæ ad pœnitentiæ forum & conscientiæ purgationem spectant. Hæc sententia videtur esse expressa doctissimi Soto. in 4. d. 22. q. 2 ar. 3. vbi dicit, quòd si in diplomate Cruciatæ dicat Papa, quòd possit quicunq; absolui ab omnibus casibus reseruatis in bulla cœnæ Domini, etiam hæreticus emendatus in foro conscientiæ, tenet absolutio, reseruata tamen potestate inquisitoribus procedendi in foro exteriori: vbi declarat illam extrauagantẽ Sixti. 4. Et si Dominici gregis. cùm dicit, quòd etiam in fauorem fidei & Cruciatæ nullus cõfessariorum aliquos absoluere audeat ab hæresi, postquàm fuerint de ea sententialiter cõdemnati, seu delati, seu publicè diffamati: dicit ꝙ nõ est intelligẽda Extrauagãs, ꝙ donec sint sententialiter cõdẽnati, nõ sit eius absolutio summo Põtifici reseruata, sed voluit dicere illic Sixtus, ꝙ per nullã generalẽ facultatẽ ab ipso cõcessam vel concedendã, possũt hæretici absolui, postq; fuerint in aliquo illorũ triũ graduũ: nẽpe, cõdẽnati. &c.

Soto.

sed

ſed quoniam Sixtus, inquit Soto, non potuit reſtringere cõcel ſiones per alios Pontifices faciendas, quoties modo in cruciatæ diplomate dicat Papa, quòd poſsit quicunq; abſolui ab oibus caſibus reſeruatis in bulla cœnæ Domini, illi etiã tres gradus comprehenduntur, licèt non exprimantur. *Soto.*

❋ ¶ Hodie tamen iã per decretum œcumenici Tridentini cõ ❋
cilij ſub Pio. 4. celebrati, vt videre eſt in ſeſsione. 24. c. 6. licet *Con. tri.*
Epiſcopis in quibuſcunq; caſibus occultis, etiam ſedi Apoſtolicæ reſeruatis, delinquentes quoſcunq; ſibi ſubditos in diœceſi ſua per ſe ipſos aut vicarium ad id ſpecialiter deputandũ, in foro conſcientiæ gratis abſoluere, impoſita pœnitentia ſalutari. Idem & in hæreſis crimine in eodem foro conſcientiæ eis tantùm, non eorum vicarijs eſt permiſſum.

¶ Deficit etiam tertiò concluſio noſtra ſecũda: cùm delegatus Papæ excommunicauit inobedientem ſuæ ſententiæ, poſt annum elapſum à ſententia diffinitiua, minimè abſoluere poteſt ipſe delegatus.

¶ Quarto fallit, ſi iudex poſtquàm tulit ſententiam, excommunicetur, quia tunc neq; abſoluere, neq; excommunicare poteſt, vt patet in. c. Audiuimus. 24. q. 1. Alias exceptiones multiplicant hîc ſummiſtæ, ſed non opus eſt.

¶ Sed nunquid poteſt Epiſcopus excommunicatos à ſe, vel à *Dubium*
ſuis inferioribus extra proprium territorium abſoluere? Huic dubio reſpondetur, quòd ſic, quando non requiritur cognitio cauſæ: quia in his quæ cauſæ cognitionem non exigũt, poſſunt vbiq; exercere, quia voluntariæ iuriſdictionis ſunt, & in foro conſcientiæ omnia poſſunt. Secus ſi neceſſaria eſt cauſæ cognitio: quia tunc oportet ſedere pro tribunali ſecundùm Innocẽ. in. c. Nouit. de officio. legat. quod in aliena diœceſi minimè facere poteſt. Sed quid de illo, qui excommunicatus à ſuo iudice, poſteà reperit ſe in aliena diœceſi, vtrùm poſsit abſolui ab Epiſcopo illius alienæ diœceſis vel eius vicario? Ad hoc eſt
concluſio affirmatiua: nempè, quòd poteſt per illum Epiſcopũ *Conclu.*
alterius diœceſis abſolui, ſi ſatiſfecit parti: hoc eſt, ſoluit debitum, ſaltem ſi fuit excommunicatio generalis. Quicunq; fecerit furtum, vel aliud retinuerit, quod ad ius alienum pertineat. Ratio huius concluſionis eſt, quia tunc nulla proprio iudici irrogatur iniuria. Secus ſi eſſet lis conteſtata inter partes in tribunali proprij iudicis, quia p ipſũ, vel p Põtificẽ debet pagi.

¶ XIIII. DIFFICVLTAS.

Vtrùm laicus iudex possit absoluere ab excommunicatione.

1. concl. DIfficultati huic duabus conclusionibus respondetur, & earum prima sit affirmatiua: videlicet, quòd laicus potest & excommunicare & ab excõmunicatione absoluere, dummodo habeat primã tonsuram & iurisdictionem, & hoc in foro iudiciali etiam cum solennitate, non autẽ in foro pœnitẽtiali: quod equidem solus Sacerdos potest. Conclusionem hanc tenet expresse D. Tho. cui subscribit Antoninus 3. p. titu. 24. ca. 7. & Petrus à Palud. in 4. d. 18. q. 2. ar. 3. nec de illa est dubitandum [etiam si aliqui gratis dubitent] cùm vsus faciat pro illa.

D. Tho. Palud.

Dubium 2. concl. Paluda. Couarru

¶ Sed nunquid potest laicus, etiam qui non habet primam tonsuram, absoluere ab excommunicatione in articulo mortis? Pro hoc dubio est sententia negatiua: scilicet, quòd non potest, tenet Couarruuias in tractatu quem fecit super. cap. Alma mater. & allegat pro se Palud. in 4. dist. 17. q. 3. eò quòd dicit illic, quencunquè Sacerdotem etiam simplicem posse in articulo mortis absoluere ab excommunicatione, ob id quòd tunc temporis, potest quilibet Sacerdos à peccatis absoluere: quæ quidem absolutio minimè aliter impendi potest, quàm præmissa absolutione à censuris, & idem repetit dist. 18 vbi suprà. Ex quo elicit Couarruuias, sententiam Paludani esse, quòd qui in articulo mortis à peccatis absoluere non valet, nec etiam ab excommunicatione. Sed quanquàm sententia hæc sit probabilis: nihilominus probabiliorem reputo contrariam: scilicet, quòd deficiente Sacerdote, potest laicus non habens primam tonsuram, absoluere ab excommunicatione constitutum in tali articulo, licèt à peccatis neutiquàm absoluere possit, nec ille qui habet primam tonsuram. Et quidem quòd possit huiusmodi laicus absoluere ab excommunicatione, probatur, nam præterhoc quòd est expressa sententia Siluestri verbo, Absolutio. 1. § 4. col. 4. & Angeli verbo, Absolutio. 3. § 17. & Summæ Armillæ verbo, Absolutio. § 39. & communis Theologorum opinio in 4 sententiarum dist. 17. est ratio vrgentissima, quia Papa potest laico dare potestatem absoluendi

Siluest. Ange. Armi.

ab

ab excommunicatione, vt notat Glosa in capitu. Præter. 32. distinctione. Sed in articulo mortis censetur hæc potestas absoluendi delegata ex Romani Pontificis intentione, igitur poterit laicus absoluere ab excommunicatione in tali articulo constitutum, nec si incolumis euadat, oportet, quòd amplius ab his absoluatur, sed quòd præsentet se, nè nouam incurrat excommunicationem. Quòd autem laicus, siue habens primam tonsuram siue non, absoluere non possit à peccatis, tenet glosa in cap. Pastoralis. §. Præterea. de offi. ordi. Et ratio suffragatur, quandoquidem absolutio à peccatis ab Ecclesiæ clauibus pendet, ac denique ab ordine & iurisdictione, vt patet ex extrauaganti. Quia quorundam. §. Quod autem. de verbo. significa. imo nec posset Papa committere potestatem absoluendi à peccatis laico, aut illi qui clauem ordinis non haberet, vt communis omnium theologorum consensus tenet in. 4. senten. distinctione. 17.

¶ Annotare hîc oportet, quòd si absquè absolutione ab excõmunicatione siue à Sacerdote siue à laico quis decesit ligatus excommunicatione, necessariò est impetranda absolutio ab excommunicatione, si pœnitentiæ & contritionis signa ostendit, nam licet is apud Deum absolutus esse credatur: apud Ecclesiam tamen adhuc ligatus censebitur, atquè ob id ab eo debet impetrari absolutio, qui eum viuum absoluere potuisset. ca. A nobis. el. 2. de senten. excom. *Nota.*

¶XV. DIFFICVLTAS.

Vtrùm excommunicatio possit suspendi,

QVÆSTIONI HVIC VNICA HAC conclusione respondetur, quòd licèt excõmunicatio verè suspendi non possit: nihil tamen impedit, quòd ab ea detur absolutio ad certum actum & tempus, quo finito, iterum quis sit ipso iure excommunicatus sub eisdem monitionibus & solennitatibus, quibus prior excommunicatio inflicta fuit, atquè hæc ipsa absolutio vulgo appellatur ad reincidendum: cãquè praxis iam diu admisit: & est huius absolutionis illud pecu- *Conclu.*

liare, quòd lapso termino in absolutione præfinito vel peracto ad cuius effectum quis absoluitur, statim absq; noua sententia excommunicatus, in priorem incidat excommunicationem. Quæ quidem conclusio probatur in. c. Veniens. in. 2. de testibus, & in cap. Apostolicæ. Feli. in cap. Ad reprimendam, de offi. ordi. colu. 2. Ioan. Andr. Hostien. Anto. & Abb. col. vlti. in dicto cap. Veniens. & breuiter hæc est communis opinio. Intelligitur conclusio ista, siue excommunicatio sit à iure, siue ab homine lata.

Feli.
Io. And.
Hosti.
Anto.
Abb.

¶XVI. DIFFICVLTAS.

Vtrùm possit aliquis inuitus absolui.

AD hanc difficultatem est conclusio respõsiua. Quãuis nemo inuitus possit absolui à peccatis: potest tamen ab excõmunicatione. Hæc conclusio est D. Tho. in. 4. d. 18. q. 2. ar. 5. & est doctorum sententia communi calculo approbata. Et ratio huius cõclusionis est, qa sicut nullũ põt esse peccatũ nisi volũtarium: ita nõ remittuntur alicui inuito. At verò excõmunicatio sicut in inuitum ferri potest cùm sit pœna, & pœna non incurritur sponte: ita & inuitus ab ea absolui poterit. Hinc nascitur, quòd absens potest absolui & per procuratorem, quia non requiritur voluntas illius qui absoluitur ab excõmunicatione, & ob id diximus, non posse absolui à peccatis absentem, nec per nuntium, nec p literas, quia cùm requiratur eius voluntas, oportet, vt dum absoluitur, constet de eius voluntate confessori præsentialiter.

Con. aff
D. Thom

¶ Annotato tamen hîc, quòd donec constiterit ei de mẽte absoluentis per nuntium vel literas, non erit tutus in conscientia, nec reputabit se absolutum ab excommunicatione.

Nota.

¶XVII. DIFFICVLTAS.

Vtrùm quis possit absolui ab vna excommunicatione remanens ligatus aliis.

HIc difficultati aliquibus conclusionibus satisfacere possumus. Prima est affirmatiua: nẽpe, q̃ potest quis ab vna excommunicatione absolui in alia remanendo: quia excommunicationes non habent veluti peccata connexionem, imo potest homo pro vna excommunicatione satisfacẽdo pro

1. concl.

pro omnibus.

¶ Secunda concluſio. Qui eſt excommunicatus vnica excommunicatione, pluribus tamen ex cauſis: non cenſetur ab excõmunicatione abſolutus, ſi i ipetratione abſolutionis cauſam aliquam tacuerit. Concluſio iſta conſtat ex cap. Cùm pro cauſa. & cap. Officij. c. Ex parte. & ex D. Tho in. 4. diſt. 18. q. 2. ar. 5. & ibi theologi, & ita tenendum eſſe cenſeo, dũmodò cauſa tacita fuerit æquè principalis ad excommunicandum: quia tunc manet adhuc ex cauſa tacita excommunicatus: alioquin, ſcilicet, ſi non eſt æquè principalis valet abſolutio: vt ſi cauſa illa nõ expreſſa, minimè auertiſſet prælatum ab abſolutione, licèt ei foret expreſſa. 2. *concl.* D. *Tho.*

¶ Tertia concluſio. Pluribus excommunicationibus ligatus, ſi ſolum dum petit abſolutionem, facit vnius mentionem: non cenſetur ab omnibus liber. Hanc concluſionem tenet D. Tho. vbi ſuprà, & probatur ex eiſdem canonibus adductis pro prima concluſione. 3. *concl.* D. *Thom*

¶ Quarta cõcluſio. Excõmunicatus pluribus excõmunicationibus, vnica tãtum abſolutione ab omnibus abſolvitur, ſi omnes fuerint abſoluenti expreſſæ Hæc concluſio eſt omniũ cõcorſententia in prælegatis locis. Sed quid ſi oblitus fuerit confiteri aliquod peccatum, cuius cauſa eſt excommunicatus, & abſolutio reſeruata: nihilominus generalem abſolutionem obtinuerit ab eo qui potuit ab excommunicatione abſoluere? Reſpondetur, quòd in foro animæ abſolutus manet ab illa cenſura, quam ex obliuione non expreſsit, nec requiritur, niſi quòd peccatum illud cum memoriæ occurrerit, confiteatur cuicunq; confeſſori: quia ab illo peccato per obliuionem omiſſo, ſacramẽtalis abſolutio abſoluit. Et deniq; Sacerdos ab excoïcatione abſoluit ſine cuius abſolutione minimè potuit habere locum abſolutio ſacramentalis à peccatis exhibita. In hanc ſententiam inclinant Silueſt. Adria. & Gabbri. Conc. 4. *Silueſt.* *Gabri*

¶ Quinta concluſio. Pluribus excommunicationibus ligatus, ab omnibus etiam vnica tamũ expreſſa in petitione abſolutus cenſetur, quoties qui abſoluit, ita generaliter abſoluerit, vt ſi dicat, Abſoluo te ab hac excommunicatione, & ab omnibus aliis, quibus ligatus es, quarum nec memineris, nec memoriam habes. 5. *concl.*

¶ Sexta concluſio. Abſolutio indiffinita ab excommunicatione 6. *concl.*

ne exhibita ei, qui pluribus est excommunicationibus ligatus, vnica tantùm in petitione expressa, etiam quoad alias sufficit, quoties verisimili coniectura præsumitur absoluentem, & à tot citis excommunicationibus nihilominus absoluturum, si earũ scientiam habuisset, ita tenet Palud. in. 4. dist. 18. q. 5. Intelligendæ tamen sunt istæ duæ conclusiones vltimæ, quando quis est ligatus pluribus excommunicationibus ab vno iudice. Secus quando à diuersis iudicibus: tunc nanq; absolutus ab vna excõmunicatione, non propter hoc censetur absolutus ab altera, nisi omnes alij ad petitionẽ suã absolutionẽ eius cõfirmauerint.

Paluda.

Notabil. ¶ Annotare hîc opùs est, quòd diximus in præsentiarum, abstinendum fore ab apponendis excommunicationibus, quæ habẽtur in bulla de cœna Domini, & ab alijs quàmplurimis, quæ in iure apponuntur, eò quòd Caietanus diligenter & luculenter in Summa verbo, Excõ. per. 81. capitula, eas exceptiones, & dubia quæ circa illas emergere possunt, explicat: tantùm enim hîc adducam canonem illum, Si quis suadente diabolo. cũ eius explicatione, ob id quia frequenter incurritur. Verba canonis sunt, Si quis suadente diabolo, huius sacrilegij vitium, vel crimen incurrerit, quòd in clericum vel monachum manus violẽtas iniecerit, anathematis vinculo subijciatur: & nullus Episcoporum præsumat illum absoluere [nisi mortis vrgente periculo] donec Apostolico conspectui præsentetur, & eius mandatum susceperit. 17. q. 4. Hodie tũ bñ põt Eps, vt supra dictũ est.

Caiet.

¶ Quinq; sunt verba in hoc canone, quę explicatione indigẽt. Primum, Si quis. quo verbo non solùm viri verùm etiam mulieres sunt intelligendæ, vt patet ex cap. Monialibus. de sen. ex com. Per inferentem manum violentam, intellige nõ solùm executorem, sed mandantem, consulentem, auxiliantem, fauentẽ, consentientem & ratum habentem factum nomine suo, & potẽtem impedire cùm debet, & non obuiantem, si tamen ex intentione nolunt, cùm sine eorum periculo possint. Tales enim dicuntur consentire. Item non tantùm intelligitur cùm percutit alterum: sed etiã si seipsum percutit, aut verberat iniuriosè per se vel p aliũ, excõmunicatus esset nõ minus q; si aliũ clericũ sic percussisset, aut percuti procurasset. Hîc colligitur, q; monialis q curãs aborsũ potione vel phlebotomia, nõ incidit in hũc canonẽ, quia manus hæc licèt sit violẽta naturæ, non tamen est violẽta personæ consentienti, nec est iniuriosa statui Ecclesiastico.

¶ Se

¶ Secūdū verbū est, Suadēte diabolo. id est, volūtate & ꝓpositō iniuriandi, vt dicit Panor. in c. Nup. de sen. excō. & Silu. verbo, Excō. 6. §. 1. & Sūma Armilla, & Tabiena. Nec sufficit aīus iniuriādi leuiter, sed requiritur animus iniuriādi grauiter, vt fit ꝑsuasio diaboli. Et aduerte, ꝙ iniuria q̄ sufficit ad incurrēdū ea nonē, est illa q̄ si laico viro fieret, mortale peccatū cōstitueret, vt dicit Caie. & Armilla. nu. 7. Q̄n verò ꝓcussio est ita leuis, ꝙ si esset in laicū, nō cōstitueret peccatū mortale, nō est locus huic pœnæ, quia nō est sacrilegiū cōpletū, vt hīc supponitur. Enormis verò ꝓcussio est sciſio mēbri, vel vulnus lethale, reqrēs medicinā chirurgiæ, vel vbi est abūdās effusio sanguinis. Itē ē enormis, si ꝑsona læsa fuerit Eps vel ꝑlatus, vt habetur. c. Cū illorū. de sen excō. tūc em̄ etiāsi ꝓcussio simpliciter sit leuis, ratione ꝑsonæ, grauis iudicatur. Præterea, est enormis ratione ꝑsonę læ dētis, vtsi laicus officialis authoritatiuè ꝓcutiat clericū. Præterea, ratione scādali, vt si regularis clericū secularē ꝓcutiat. Prę terea, ex irreuerētia, vt si percutiatur Sacerdos indutus sacris vestibus, vel ꝓcussio fiat corā ꝑlato. Postremò, si in platea, vel in Ecclesia eum percutiat. Ex loco vulneris: putà, si vulneratus in oculo, & ratione temporis: putà magnæ festiuitatis.

Panor. Silues. Armi. Tabie. Caieta.

¶ Tertiū verbū est, Manus violenta appellatione cuius venit nō solū q̄cūq; ꝓcussio, sed etiā pulueris, aut aq̄, aut vrinæ iniectio, imo & cōſputio, aut pedū cōculcatio, ac violēta acceptio cuiuscūq; rei de manu seu ꝑsona clerici: insuper captio, detētio & carcer.

¶ Annotare hīc oportet, ꝙ quia violētia distīguitur ab actibus subdolis, fraudulētis & huiusmodi, & rapina distīguitur à furto, ideo licèt manus violenta esset, si quis vi acciperet aliquid quod clericus tenet in manu, seu in ꝑsona: non tñ esset manus violenta, si quis acciperet furtiuè aliquid quod est in manu, vel circa clericum, vt bursam, vel cingulum.

Notabil.

¶ 4. verbū ē, ꝙ appellatione clerici seu monachi veniūt nō solū habētes primā tōsurā, etiāsi sint excoīcati, iterdicti, aut suspēsi, verūetiā appellatione clerici veniūt oēs vtriusq; sexus, ꝓfessi religionē aliquā approbatā, nouitij, & cōuersi earūdē religionū hoc ē, hi qui se & sua mutato habitu religioni perpetuò dedicauerūt, nisi tales fuerit ꝓuilegio clericali priuati, vel degradati, & incorrigibiles, sicut deducitur ex. cap. Cùm non ab homine. de iudicijs.

¶ Tertia

¶ Tertianorum aũt genus, qui ſcilicet vocantur de tertio habitu alicuius religionis, non veniũt de iure nomine clerici, nec gaudent hoc priuilegio, niſi ex ſpeciali conceſsione habeant: quia nec ſunt religioſi [cùm non habeant ſolemnem profeſsionẽ] qua religioſi à non religioſis diſtinguntur.

Dubiũ. ¶ Sed dubium oritur conſequenter: vtrùm ſint aliqui caſus, in quibus percutiens clericum non incurrat excommunicationẽ? Cui dubio affirmatiuè reſpondetur: nempe, quòd ſunt aliqui caſus, in quibus non incurritur canon, & eorum primus eſt. Quando quis ignorabat an clericus eſſet, putà quia comam nutriebat, vt patet de ſen. excom. c. Si verò. quod intellige, niſi ignorantia eſſet culpabilis. Quo fit, vt ſi quis etiam malo animo percuſſerit Petrum, exiſtimans clericum non eſſe, nõ incidere in excommunicationem latam à canone contra percutientẽ clericum: quia excuſatur ignorantia inuincibili. Secus ſi percuſſiſſet Petrum clericum, exiſtimans Ioannem eſſe, & voluiſſet percutere Ioannem clericum, cui ſoli inimicus erat: quia tunc nulla contingit ignorantia ipſum excuſans, vt non incurrat canonem. Similiter, qui Petrum laicum percuſſit, exiſtimãs eũ eſſe clericum, etiam ſi malum animum habuit, & voluntatem percutiendi clericum, non incidit in excommunicationem latã à canone, tametſi teneatur propter ſuam conſcientiam erroneam abſtinere ab his quæ ſunt interdicta excommunicatis: vt explicat Alphon. à Caſtro. li. 1. de poteſtate. leg. pœna. c. 5. ver. Lex humana iuſta, nec tamen erit irregularis, licèt cum hac conſcientiæ læſione & errore celebrauerit, ſiquidem non eſt excõmunicatus. Et ratio quare in hoc caſu non incurrit excommunicationem eſt, quia error conſcientiæ ſufficit ad contrahendã culpam, vt cùm quis errore deceptus: ſcilicet, ex cõſcientia erronea agit aliquid, non tamen ſufficit ad excommunicationem incurrẽdam. Dixi, Niſi ignorantia eſſet culpabilis. quia tunc cõſit vincibilis, craſſa & ſupina, verè incidit in excõmunicationẽ.

Caſtro.

¶ Secundus caſus eſt, ſi non defert habitum vel tonſuram, nec aliquid de clericatu oſtendit, ſi poſt trinam monitionem non ſe corrigat, vt habetur de ſen. excom. c. Cõtigit, & c. In audientia.

¶ Tertius, in clerico qui contempto habitu fert arma, & tertiò monitus ſit, & ſe immiſceat tyrannidi, de ſen. excom. ca. Cùm non ab homine.

¶ Quartus in clerico exercente negotia, vt ex ca. Sacerdotibus

bus,ne clerici vel monachi,conſtat,& priùs requiritur monitio:vt in cap.In audientia.de vita & honeſtate cleri.c. finali.

¶ Quintus,in clerico coniugato,ſi non fert habitum clericalem,de clericis coniugatis.li.6.quia amittit priuilegium clericale.

¶ Sextus,in illis qui non ex ira,ſed iocoſè ſe percutiunt, vt patet,de ſen. excom.ca.1.debet tamen attẽdi qualitas loci, vt patet, de præſump.c.1.

¶ Septimus,ſi cauſa diſciplinæ quis clericum percuteret, vt magiſter,prælatus,vel de eius mandato,pater.&c.quæ dicitur ſacra læſio.Et ſi non fiat cauſa correctionis,tam verberans q̃; præcipiens incurrunt excommunicationem,vt habetur de ſẽ. excõ.c.Vniuerſitatis.Quòd ſi cauſa ſubeſt,poteſt clericus capi,& incarcerari etiam per laicum iudicem, recepta tamen licentia iudicis Eccleſiaſtici,aliàs non,de ſen.excom.c. Si laicus iudex.li.6.Sed percuſsio non debet fieri per laicum, alioquin ambo incurrunt excommunicationem,vt patet in dicto capi. Vniuerſitatis. niſi clericus eſſet adeò incorregibilis, quòd aliter capi & corrigi non poteſt.

¶ Octauus,ſi quis vim vi repellat defendendo ſe vel ſua:ſcilicet,bona,vel pudicitiam,vel religionem ſuam:& cùm intẽdit alios ſaluare, ſemper cum moderamine inculpatæ tutelæ.Et idem eſt cùm violenter res ſibi ſublatas à clerico accipit.Ratio eſt, quia tũc non ipoſuit manus violentas in illum,ſed defenſitias,vt patet,de ſen. excom.c.Si verò.Nec arctatur licita hæc defenſio ad caſum,quo inuaſus non poteſt aliter ſe aut ſua aut alios ſaluare,ſed rationabiliter extenditur etiam ad caſum,in quo fugiendo poſſet ſe ſaluare,vituperabiliter tamen:quia nõ tenetur ignominioſam fugam pati laicus à clerico inuaſore,ſed poteſt ſuum ſaluando honorem ſicut & cæteras res vim vi repellere,vt ſi mulier percutiat clericum ipſam moleſtantem de turpitudine,vt caſtitatem tueatur.

¶ Nonus,quando quis cum vxore ſua,vel matre, vel ſorore, vel filia inuenerit clericũ turpiter operãtem:tunc enim non incidit ſi ipſum percutiat,licèt mortaliter peccet,vt patet.ca.Si verò. de ſen.excom.quia clementia legis fuit,vt dolor excõmunicationem excuſaret,niſi adſit dolus:vt quia vir conſenſit vxori ad percutiendum clericum:nempe,vt poſsit eum percutere.Pari ratione,ſi iudex ſecularis deprehenderit clericum

per

perpetrantem aliquod crimen, vel credit probabiliter, quòd illud vult perpetrare, vel inuenit eum in loco suspecto nocturnã, tunc licet eum capere non possit, vt eum puniat, neq; vt mittat in carcerem, vt patet. c. Si verò. §. Officialis. attamen vt illum quàm citiùs deferat ad suum prælatum, licitum est capere eum, sine hoc quòd incidat in canonẽ: imo si ob capiẽdum illum, percuteret, vt cauetur in cap. Si clericos. de senten. excommunicationis. lib. 6. Hæc nanq; est communis opinio.

¶ Decimus, Si quis clericus turbat diuina officia, quem presbyter vel alius ad quem spectat eijcere, eijciẽdo percutit, non incidit in excommunicationem, vt habetur. c. Veniens. de sen. excommu. Similiter, cùm quis ratione officij quod in Ecclesia obtinet, percutit clericum, aut etiam cùm senior causa deuotionis facit hoc: aut Dominus & pater siue propinquus familiariter eum corrigit.

¶ 11. Cùm manus violenta est imperfecta ex defectu deliberationis, vt contingit in primis motibus. Si quis enim ablq; deliberatione ex subita passione manum in clericum injcit: quia actus est imperfectus, nec etiam mortaliter peccat. Et idem est dicendum, quando exceditur modus in defensione non ex deliberatione, sed ex iræ impetu, vel correctione.

¶ 12. Cùm violenta manus est imperfecta ex defectu exterioris actus: putà, quia tam leuis, ac leuiter iniecta, vt pro nulla habenda sit, vt quando si illa percussio effet in laicum, non constitueret peccatum mortale, vt suprà dictum est. Ratio est, quia non est sacrilegium completum.

¶ 13. Si clericus sit depositus, siue degradatus, vt patet. c. Cùm non ab homine. de iudicijs: & intellige hoc, si talis clericus depositus est incorrigibilis, & nolit viuere sub regula clericali, vt notatur in. c. Contingit. 1. de sen. excom. aliàs autẽ si est corrigibilis, non licet eum percutere, licèt esset excommunicatus, vt exuribus prædictis liquet. Ratio est, quia licèt sit excõmunicatus, dummodò sit corrigibilis, & nondũ degradatus, adhuc retinet priuilegium canonis, Si quis suadente diabolo. quod est concessum in fauorem ordinis, & non personarum.

¶ Annotato etiam, quòd verberans hæreticum clericum depositum per sententiam, non incidit in canonem.

¶ 14 Quando clericus se transfert ad actũ prorsus ordini cõtrarium, vt putà erat in minoribus, & factus est miles, vel bigamus

gamus, vt habetur. 18. distin. c. Quisq;.

¶ Annimaduertēdū est hīc vltimate cū Soto circa omnes excōmunicationes summo Pontifici reseruatas, q̄ potest quis ab eis absolui à suo prælato vel Sacerdote in aliquibus casibus: videlicet, in articulo mortis, vel quādo hostiarius defēdēs ingressum, clericū absq; dolo malo percutiat. Itē, si percutiēs sit mulier, vel senex, vel religiosus, nisi sit enormis p̄cussio: si sit pauper, aut puer, aut senex, aut valetudinarius, aut capitales inimicitias gerat, ita vt sit persona cui non pateat accessus Romam: nā his personarū generibus non est Romanū iter possibile. Quę oīa etiā si antiqua erāt: attamē ante cōci. Trid. stātū esset consuetudini, potissimū in causa hæresis, vbi nō esset tuta absolutio, nisi authoritate Romani Pōtificis fieret. Et oīa erāt intelligēda, seruata duplici moderatione. Prima, vt satisfaceret clericis iniuriā passis. Secūda, vt iurarēt, q̄ cessante tēporali impedimēto. p̄sentarēt se Apostolicæ sedi, parituri illius mandato. Quod hodie post p̄fatū sacrū cōcilium nō est intelligēdū de occultis criminibus, nā ab his ei ibus, etiā sedi Apostolicæ reseruatis, licet Ep̄is delinq̄ntes quoscunq; sibi subditos in diœcesi sua absoluere, satisfaciēdo priūs iniuriam passis, vt dictum est. *Notabil*

De excommunicatione minori.

¶ XVIII. DIFFICVLTAS.

Vtrùm excommunicatio minor contrahatur à iure & in quibus casibus.

Hic difficultati duabus cōclusionibus iuxta duas partes in ipsa cōtētas respōdetur. Prior est, q̄ semper excōmunicatio minor incurritur à iure, & nō q̄; ab homine infligitur. Nullus nāq; iudex aliquid vnq; p̄cipit sub minoris excoīcationis pœna. *1. concl.*

¶ Secūda cōclusio. Excoīcatio ista incurritur in quatuor casibus. Primo, per oē sacrilegiū, vt habetur. 17. q. 4. c. Miror. Secūdo, per oēm violētiā Ecclesiasticæ immunitatis. Sed p hanc sæpissimè incurritur excoīcatio maior. Tertio, olim p symoniam: sed iā oīs symonia anathematis vinculo dānata ē. Quarto, incurritur p notoriā fornicationē & cōcubinatū clerici, vt. c. Vīa. de cohabita. cleri. & mulie. sed iā ista nō ē in vsu, neq; alię, quas ponit Siluest. verb. Excō. 4. Neq; quoties q̄s mortaliter delinq̄t incurrit excoīcationē minorē, vt bene tenet Soto in. 4 d. 22. q. 2. ar. 3. cuius sentētiæ adhærēdū esse cēseo, nō obstāte *2. concl.* *Siluester* *Soto.*

Siluester Gabrie. ℣ Siluest.& Gabr.atq; alij cõtrariũ teneãt. Quãuis enim q̃ mortaliter peccat,fiat sacramẽtis indignus tamen indignitatẽ hãc constat non esse propriè excommunicationem.

Notabil. ¶ Annotare oportet impresentiarum,quòd licèt ante concilium Cõstantiense frequenter poterat huiusmodi minor excõmunicatio incurri,sed post illud concilium in duobus tantùm casibus:scilicet,per participationem cum nominatim excommunicato,& cum excommunicato propter manum violentam in clericum notoriè iniectam incurritur,nisi participatio fiat in casibus à iure permissis.

De effectu excommunicationis minoris.

¶ XIX. DIFFICVLTAS.

Vtrùm minor excommunicatio habeat aliquos effectus.

con.vn. AD hanc difficultatem vnica conclusione affirmatiua respondetur:nempe,duos esse effectus excõmunicationis minoris. Primus,quòd sic excommunicatus,priuatur participatione sacramentorum tantùm passiua,quæ quidem in eorum perceptione consistit. Secundus,quòd excluditur ab electione passiua canonica,taliter quòd si de facto scienter electus fuerit,eius electio ẽ irritãda. Hi duo effectus ponitur in.c.Si celebrat. de clerico excommunicato. Duo ergo sunt huius minoris excõmunicationis substantiales effectus:scilicet, ne eligatur minoris excõmunicationis vinculo nodatus,& ne suscipiat sacramenta. At verò eligere nõ prohibetur,nec exercere eaq̃ ratione iurisdictionis ei cõpetũt:& sacramenta Ecclesiastica ab eo collata,non carent virtutis effectu:peccat tamen sic excommunicatus ea conferendo,non equidẽ mortaliter, sed venialiter, *Soto.* vt ait doctissimus Soto. Quod apertè ex verbis tex. colligitur cùm dicat,quòd non priuatur sacramentorum administratione,sed solùm susceptione. Quocircà,non tantùm peccat conferendo,quãtùm suscipiẽdo. Quarè,si celebrat, grauiter peccat, inquit Papa in dicto cap.quia celebrare est suscipere sacramentum:nõ tamen celebrando incurrit irregularitatem,quã incurreret,si esset excommunicatus maiori excommunicatione. De administrãte simpliciter,ait,quòd peccat. Quod intelligitur venialiter. Scio tamen Siluestrum verbo, Excom.4. §.1. Duran. *Siluester Duran. Adrian.* & Adrianum tenere,quòd excommunicatus minori excommunicatione,peccat mortaliter sacramenta cõferendo, primo tamen

tamen sententia mihi placet, tu lector tene quam malueris. Itē, à cœtu fidelium non excluditur, nec à participatione spiritualium bonorum.

¶ Sciendum est hîc primò, quòd si sic excommunicato minori excommunicatione quis confiteatur, non tenetur iterum confiteri. Notabile hoc ex ipsomet textu colligitur: vbi habetur, q̄ illud sacramentum est solidum, & sortitur suum effectum, imo post concilium Constan. taliter excommunicatus conferens sacramentum, nisi se ingerat, sed ab alio requiratur, non peccabit, sic nanq; intelligendum est id quod diximus, quòd peccat venialiter: scilicet, cum se ingerit. Ratio est, quia non est nominatim excommunicatus. Nec me latet Siluestrum tenere cum Palud. confessum sic excommunicato teneri iterum confiteri, primæ tamen sententiæ adhærendum esse censeo. *Notab. 1*

¶ Sciendum est secundò, quòd participantes cum excommunicato minori excommunicatione, nullā ex tali participatione incurrunt censuram: quia excommunicatio minor non transit in tertiam personam, eò quòd qui cum huiusmodi excommunicato communicat: non excommunicatur. *Nota 2.*

De absolutione minoris excommunicationis.

XX. DIFFICVLTAS.

Vtrùm quilibet confessor possit absoluere ab excommunicatione minori.

QVÆSTIONI HVIC DVABVS CONclusionibus respondetur. Prior est, Ab excommunicatione minori quilibet Sacerdos parrochialis: hoc est, habens curam animarū ac iurisdictionem absoluendi à peccatis mortalibus, absoluere potest, imo quilibet etiam Sacerdos expositus ad audiendas confessiones, siue sit religiosus siue clericus. Hæc cōclusio habetur in. c. Nuper. de sen. excom. Et ratione probatur, nam excommunicatio minor solùm priuat participatione sacramentorum: quicunq; igitur iurisdictione pollet, absoluendi à peccatis potest subinde absoluere ab excommunicatione minori. Et hæc est communis omnium doctorum tam theologorum quàm iurisperitorum sententia. Nec de religiosis iam potest esse dubium: nam licet in Extrauaganti, Inter cunctas. §. obsecrēt. olim *1. concl.*

prohibebatur religiosis, ne ab excommunicationis vinculo absoluerent: sed nunc iam per Clementi. Dudum, de sepulturis, per quam reuocata est Extrauagans illa, Inter cunctas. licèt religiosis absoluere à minori excommunicatione, nullo tamẽ modo à maiori.

2. *concl.* D. Tho. Caieta. ¶ Posterior conclusio sit. Ab excommunicatione minori minimè simplex Sacerdos absoluere potest. Conclusio ista est D. Tho. in. 4. dist. 18. q. 2. ar. 5. ql. 1. & Caietani verbo, Absolutio. & in opusculis. q. vnica, de ministro pœnitentiæ. Et ostenditur ratione euidenti, quia minor excommunicatio est vinculũ Ecclesiasticum, quòd cum sit actus iuridicus, non nisi ab habente iurisdictionem absolui potest, quam quidem purus seu simplex Sacerdos non habet: non ergo absoluere poterit ab hoc Ecclesiastico vinculo minoris excommunicationis, nec etiam à peccato participationis cum excommunicato. Ob id enim dixit D. Tho. loco citato, quòd ab excõmunicatione minori ille absoluere valet Sacerdos, qui potest absoluere à participatione cum excõmunicatis, insinuans, quòd illa absoluere non potest, nisi ille qui iurisdictionem habet in subditum. Et licèt simplex sacerdos absoluere possit quoslibet à peccatis venialibus: nõ inde sequitur necessariò, quòd habeat iurisdictionem ad tollendam excommunicationem minorem, propter venialia peccata inflictam. Differt etenim multùm absolutio sacramentalis venialium ab absolutione excõmunicationis minoris: quæ sacramentalis non est, quia ad absoluendum à venialibus peccatis, sufficit potestas ordinis: ad absoluendum verò ab excommunicatione minori, requiritur iurisdictio. Hæc dicta sint de excommunicatione sub breui quodam examine.:.

De

¶SEQVITVR DE INTERDICTO.

¶PRIMA DIFFICVLTAS.

Vtrùm ista sex Excommunicatio, Suspensio, Irregularitas, Interdictum, & Cessatio à diuinis, conueniant & differant.



RO HVIVS DIFFICVLtatis decisione annotare oportet, ꝙ cum illa propriè differre dicantur, tam in practicis quàm in speculatiuis, quæ conueniunt in aliquo genere, vt ait Arist. 10. Metha. tex. 12. ideo priùs ostendere operepræciũ est, in quo conueniunt. Sit igitur prima conclusio. Omnes istæ censuræ conueniunt in tribus. Primò, ꝙ sunt propter delictum, nisi irregularitas, quæ nõnunq̃; citra delictũ incurritur, vt quando contrahitur propter bigamiam, vel propter effusionẽ sanguinis etiam licitã, vt cùm iudex suspẽdere facit reũ, cũ qua non loquũtur diplomata, quãdo dicũt, ꝙ possunt absolui à quacunq̃; censura, sed loquitur de illa, q̃ cõtrahitur propter peccatũ, vt quãdo excoĩcatus ordines suscipit vel celebrat. &c. Secũdò conueniũt, quia omnes possunt decerni, vel à iure, vel saltẽ ex fundamento quod est in iure, nã irregularitas propriè minimè ab homine imponi potest, nisi sit iure decreta ꝓpter aliquod factũ, Neq̃; cessatio à diuinis ꝓpriè decernitur à iure ꝓpter aliquod factũ, vt ipso facto ĩtelligatur posita, sed conceditur Ecclesiæ facultas, vt quando viderit expedire, cesset. Tertiò, conueniunt, quia omnes præexigunt canonicam monitionem, vel quæ in iure fit, vel quæ ab homine fiat.

Notabil.

Aristot.

¶ Secunda conclusio. Oẽs istæ censuræ differũt diffinitione & effectu. Probatur, nã excoĩcatio est Ecclesiastica censura, qua homo priuatur sacramentis, & suffragijs, & cõuictu fidelium. Suspẽsio verò est Ecclesiastica cẽsura, qua quis priuatur vsu potestatis Ecclesiasticæ quam habet. Potest enim suspẽdi Sacerdos vel ab executione ordinum, ne consecret, vel ab vsu iurisdictionis, ne ius dicat, vel absoluat, vel ab actu prædicationis. &c. Irregularitas autem est indignitas, ne possit ad Ecclesiasticos ordines promoueri, vel si promotus fuerit, nequeat in eis ministrare. Interdictum est censura Ecclesiastica, qua homo separatur à certis Sacramentis, omnibusquè diui-

2. concl.

nis officijs, & Ecclesiastica sepultura, vt inferiùs palam fiet. Interdicere nanq; propria significatione est, prohibere ac vetare, ne quid fiat. Suetonius in Augusto, alteri ob ingratum & maleuolum animum domo & prouincijs interdixit. Cessatione rò est ministrorum prohibitio, ne sacra faciant, aut diuina celebrent.

3. *concl.* ¶ Tertia conclusio. Differunt etiam excommunicatio, & suspensio ex vna parte, & interdictum ex alia: quia excommunicatio, & suspensio non decernuntur, nisi propter peccatum personæ, quæ excommunicatur, vel suspenditur. At verò interdictū non semper propter peccatum illorum, qui sacris interdicuntur, sed propter alienum. In odium nanq; illius, qui pertinaciter est in excommunicatione, interdicitur ciuitas: & idem est de cessatione à diuinis.

¶SECVNDA DIFFICVLTAS.

Vtrùm interdictum emanet à iure, an tantùm ab homine.

Notabil. PRiusquàm difficultati huic satisfaciam, annotare oportet, quòd interdictum in genere est triplex: scilicet, personale tātùm: ideſt, quo interdicitur persona non locus, vel habitatio personæ: & locale tantùm, ideſt, quo interdicitur locus, vel habitatio, & non persona loci. Aliud est locale & personale simul. Rursus interdictum locale est duplex: nempe, generale & speciale seu particulare. Est autem interdictum generale locale, quo interdicitur regnum, siue prouincia, siue ciuitas, siue castrum, aut villa. Interdictum verò locale speciale, siue particulare, est quo interdicitur vna certa Ecclesia, vel plures certæ Ecclesiæ: non autem omnes Ecclesiæ alicuius ciuitatis, vel loci, vt constat apertè ex. c. Cùm in partibus. Similiter interdictum personale est duplex: videlicet, generale & speciale, siue particulare. Generale personale, cùm interdicuntur homines regni, quod fieri potest propter peccatum Regis, prouinciæ & ciuitatis: castri, aut villæ vniuersaliter. Speciale autem est, quo interdicitur pars vnius ciuitatis, vt totum studium, vel clerus, vel certa persona vel certæ personæ, aut etiam incerta: vt cùm dicitur, Qui fecerit hoc vel illud, sit ipso facto interdictus.

Hin

His sic præhabitis, duabus cõclusionibus difficultati respondetur iuxta duo membra in ea contenta. Prior, Omnibus his modis interdictum potest emanare à iure, vt in septem casibus sequentibus. Primo, contra collegium vel vniuersitatem ciuitatis, vel loci cogentis Ecclesias vel Ecclesiasticas personas soluere guidagia vel pedagia, quæ ab eisdem extorquent pro proprijs rebus, quas non negociationis causa ducunt. Secundo, cõtra vniuersitatem locantem domos vsurarijs ad fœnus exercẽdum c. 1. de vsuris. li. 6. Tertio, contra vniuersitatem, quæ represalias concedit contra personas Ecclesiasticas. Quarto, cõtra eos ad quos expectat electio summi Pontificis, si non ilico vbi Papa moritur, procedant ad electionem seruantes seruãda in ea. Quinto, aduersus quancunq; ciuitatem, præter vrbẽ quæ consentit dando auxilium, consilium, fauorem occidentibus, vel percutientibus cardinalem, vel infra mensem non punientem huiusmodi enormitatẽ, cùm adfuerit facultas. c. Fœlicis, depœ. in. 6. Sexto, aduersus ciuitatem, quæ proprium Episcopũ percusserit iniuriosè vel temere, vel ceperit, vel bannierit, vel consilium, auxilium, & huiusmodi dederit, vel hoc facientes scienter defensauerit, vt patet in Clemen. Siquis suadente. de pœ. Septimo, aduersus clericos, vel religiosos inducentes aliquem ad vouendum, vel promittendum de sepultura, si in eorum Ecclesia eum postmodùm sepeliant, & infra decem dies Ecclesiæ in qua debebat sepeliri, nõ restituunt omnia etiam non petita, & cadauer si petatur: ipso facto eorum Ecclesiæ & cœmeteria sunt interdicta, quousq; satisfecerint vt constat ex c. Animarum. de sepultu. in. 6. Octauo, contra regnum, vel alium locum, quãdo Dominus eius impedit nè legatus vel nuntius Papæ posit exequi officium suum, vt habetur in Extrauaganti. Super gentes. de offi. lega.

¶ Annotato hîc, quòd in omnibus prædictis casibus, licèt terra, ciuitas vel Ecclesia sit ipso iure interdicta: tamen nullus tenetur seruare talem interdictum ante denunciationem per iudicem faciendã, & celebrans ante, non incidit in irregularitatẽ post constitutionem concilij Constan. imo dicit Siluest. verbo interdictum. 2. §. 1 se non credere interdicti sentẽtiam ligare in qua non ligaret excommunicatio. *Notabi.* *Siluest.*

¶ Secunda conclusio. Prælati Ecclesiarum cathedralium, aut collegiatarum: nempe, Episcopi & Abbates, qui præsunt collegiatis *2. concl.*

giatis Ecclesijs decernere possunt interdictum, omnibus prædictis modis, vbicunq; habent iurisdictionem ordinariam, vt expressè notatur in. c. Cùm inter. de consue. & in. c. Cùm ab Ecclesiarum. de offi. ordi. Pariter concilium generale. Item electus confirmatus, licet non consecratus, potest, quia hoc est iurisdictionis. c. Transmissam de elect. Inferiores etiã prælati, vt prælati religionum, & iudices Episcopi habentes iurisdictionẽ ordinariam, possunt subditos suos non exemptos interdicere, sicut possunt eos excõmunicare, vt colligitur ex. d. c. Cùm ab Ecclesiarum. Capitulum insuper, sede vacãte, potest, vt patet ex c. Is qui. de maiorita. & obe. Ratio est, quia hoc est iurisdictionis, in qua capitulum succedit, & vt sub compendio comprehendantur qui interdicere possunt, dicimus, q; oẽs qui excõicare possũt, interdicere etiã possunt, quia minus est interdicere quàm excommunicare, nam excommunicatio est maxima pœna, quæ infligi potest.

Nota. ¶ Animaduertere tamen oportet, quòd mulier prælata nempe, prioriſſa vel Abbatiſſa non potest interdicere. Ratio est in promptu, quia hoc ad potestatem clauiũ expectat, vt patet de pœni. & re. c. Noua. Nec canonici Ecclesiæ cathedralis possũt similiter interdictum ponere in aliquo loco vel Ecclesia, vt cõstat ex. c. Quæ sunt. de his quæ fiunt à maio. par. cap.

¶ TERTIA DIFFICVLTAS.

Vtrùm impositio interdicti requirat causam aliquam, & quam.

1. concl. SVfficienter difficultati huic aliquibus conclusionibus respondetur, quarum prima sit. Interdictum poni non potest, siue personale siue locale sit, sine maxima causa. Hæc conclusio, apertè ostenditur, nam non nisi pro grauissima causa populus interdicendus est, & non sufficit, quæcunq; satis esset ad excommunicationem ferendam, eò quòd excommunicatio contra singularem personam apponitur: interdictum autem in damnum totius populi citra eius culpam. Vergit etiam in periculum diuini cultus, potissimum si sit diuturnum: & ob id, quia scilicet patitur detrimentum & incommodum religio Christiana, Innocen. & Hostien. senserunt super ca. Illud quæsiuit. de ijs quæ fiunt à maio par. ca. interdicti sententiam minimè ferendam esse propter delictum particularis personæ, sed vniuersitatis & locorum, aut domini seu rectoris, vel officialium, vt cap. Nõ est

Innocen Hostien.

vobis

vobis de ſponſa. Vnde, Baſilienſis ſynodus ſemper præ oculis habẽda, inquit, Ob culpam autem alterius priuatæ perſonæ huiuſmodi loca interdici non poſſunt, niſi talis perſona priùs fuerit excõmunicata, aut denunciata in Eccleſia & publicata ſpeciali ter & expreſſè, vel per circũlocutionem, quæ tenet vim proprij nominis. c. Præterea. el. 2. de appella. ac domini ſeu rectores, vel officiales ipſorum locorum authoritate iudicis requiſiti, huiuſmodi perſonam excommunicatam intra biduum inde cum effectu non eiecerint, aut ad ſatisfaciẽdum compulerint, quæ etiam poſt biduum eiecta, recedente vel ſatisfaciẽte, mox diuina reſtitui poſsint. *Con. Ba*

¶ Secunda cõcluſio. Nullus locus aut populus generaliter poteſt interdici authoritate ordinaria vel delegata pro debito pecuniario, vel cuiuſuis pecuniæ quantitate ſine licentia ſedis Apoſtolicæ ſpeciali, & expreſſa. Concluſio iſta ponitur expreſſè à Bonifacio octauo in Extrauaganti, quæ incipit, Prouide. ſpecialiter tamen bene poteſt poni, vt quia plebanus non ſoluit aliquam collectam ſedi Apoſtolicæ vel Epiſcopo: tunc nanq; interdici poteſt illa Eccleſia tantùm illius plebani: non autem alia in illa ciuitate, ita notauit Ioan. Andr. in Nouella. de ſen. excom. li. 6. *2. concl.* *Ioa. An.*

¶ Sed vtrùm prærequiratur monitio? Pro hoc ſit tertia concluſio in ordine. Quando ab homine fertur interdictum ob contumatiam, debet præcedere monitio & forma quæ traditur. de ſen. excommu. li. 6. c. 1. Vnde, propter defectum monitionis aliquando interdictum eſt nullum, aliquãdo iniuſtum. Si verò propter delictum commiſſum feratur, nõ eſt neceſſaria præuia monitio, vt habetur. c. In loca. 5. q. 2. & ſic intelligẽdos eſſe doctores arbitror in. c. Ad hoc. de appella. vbicunq; inueniantur aſſerentes præuiam monitionem ad interdictum inferendum nõ prærequiri. Secus quando infertur à iure propter delictũ, quia tunc non prærequiritur monitio, ſiue ſit ſpeciale ſiue generale. *Dubium 3. concl.*

¶ Sed vtrùm ferendum ſit interdictum ſub certa forma verborum? Ad hoc ſit quarta concluſio. Quanuis interdictum ferri debeat in ſcriptis continentibus cauſam, vt habetur in. c. Cùm medicinalis. de ſen excõ. li. 6. nõ tamẽ eſt aliqua forma verborũ neceſſariò obſeruãda, ſed poteſt eſſe iſta, vel ſimilis, vel equalẽs: videlicet, Nos propter talẽ cauſa, Eccleſiã vel terrã talẽ, Eccleſiaſtico ſupponimus interdicto, vt patet ĩ. c. Cũ ĩpſius de. ver *Dubium 4. concl.*

ho. signifi. Potest autẽ iudex sententiam talem pro sua voluntate determinare: putà interdicendo missam cum cantu, vel horas, vel sepulturam, & huiusmodi: vel excipiendo, aut subijciendo quos vult, & quando placet.

¶IIII. DIFFICVLTAS.

Vtrùm, vt sententia interdicti liget, requiratur quòd ad omnium aures perueniat.

Con vn. DIfficultati huic vnica hac conclusione respondetur: nempe, quòd vt hæc interdicti sententia liget, sufficit publica promulgatio, neq; est necesse eam singulorum auribus intimari. Sufficit nanq; quòd quis sciat, metropolitanam Ecclesiam interdictum publicè seruare, vt reliquæ omnes Ecclesiæ teneantur seruare etiam religiosi tam exempti quàm non exempti, siue sit positum authoritate sedis Apostolicæ siue ordinariorum, & non seruantes excommunicationẽ ipso facto incurrũt. ✻ Hoc enim nunc specialiter in sancta synodo Tridentina sessione. 25 ca. 12. præcipitur sub his verbis, Censuræ & interdicta, nedum à sede Apostolica emanata, sed etiam ab ordinarijs promulgata, mandante Episcopo, & à regularibus in eorum Ecclesijs publicentur, atq; seruentur.

Con. tri. ✻

¶V. DIFFICVLTAS.

Vtrùm interdicti Ecclesiastici censura suspendi possit.

1. concl. IMpræsentiarum [omissa quorundam opinione tenentium partem negatiuam] per aliquot conclusiones ad difficultatem respondetur, & earum prima sit affirmatiua, qua directè satisfit quæstioni: videlicet, quòd siue sit locus interdictus siue persona, dummodò sit pro delicto alterius, potest per eum qui illud decreuit suspendi, tolli & relaxari, imo & idem iudex potest illud suspendere, vel in tota vrbe, vel in aliqua Ecclesia, vel per diem, vel per tempus aliud, causa alicuius officij celebrandi, aut defuncti sepeliendi, aut alia causa legitima, nec interim celebrans iudicandus est irregularis. Conclusio hæc est Silue-

Silues. stri, verbo, Interdictum. 3. §. 8. & cõmunis omnium consensus

&

maximam rationem habet, ex eo quòd censuræ Ecclesiasticæ regulariter ligant ad nutum & voluntatem iudicis eas decernentis. c. Veniens. in. 2. de testibus.

¶ Annotato tamen, me in conclusione signanter dixisse, Dum modò sit pro delicto alterius. nam si positum sit interdictum pro culpa suspensi, vel interdicti, absq; licentia summi Pontificis nõ potest suspendi. Et licèt non possit Episcopus permittere celebrationem diuini officij in loco ab alio interdicto: potest tamẽ hanc permissionem concedere, vbi à seipso aut eius authoritate fuerit interdictum decretum. Etenim si Episcopus suspendere ad tempus interdictum potest à se latum, vt dictũ est, eadem ratione etiam poterit permittere, vt tempore interdicti possit diuinum officium celebrari, modò hanc permissionem ex causa Episcopus concedat & ad tempus, ne videatur priuilegium dare aduersus ius commune, celebrandi tempore interdicti. *Notabil.*

¶ Secunda conclusio. Si interdictum sit à iure, & conditor iuris non reseruauerit, potest Episcopus relaxare, & non inferior ordinariè. Hæc conclusio cõstat apertè ex. c. Nuper. de sen. excõmu. secus si reseruauerit: quia ipse solus potest, secundũ Archi. Similiter, si interdictum esset determinatum ad certum tempus à iure: tũc nanq; ante tempus illud neutiquàm tolli posse per ordinarium fateri oportet. *2. concl.*

¶ Tertia conclusio. Quando interdictum rationabiliter est positum à iudice inferiori, maior eo non debet relaxare sine condigna satisfactione & consensu illius qui tulit, vt patet ex ca. Cùm ad Ecclesiarum. de offi. ord. Neq; Archiepiscopus potest relaxare interdictum vel alias sententias latas ab officialibus suffraganeorum, nisi ratione appellationis: & tũc, si allegatur, q̃ sententia est nulla, non est necesse eum absolui, potest tamẽ ad cautelam: [nam licèt, vt inquit Siluester verb. Interdictum. 3. §. 9. generale interdictum relaxari non possit ad cautelã, tamẽ si sit speciale in aliquam personam, sic relaxari potest ad cautelam, quãdo videtur expedire]. Si verò allegatur iniustitia quę est notoria, superior debet eum absoluere sine remissione. Si autem notum est sententiam esse iustam, non debet absoluere, sed remandare: in dubio autem superior potest absoluere. *3. concl.* *Siluester*

¶ Quarta cõclusio. Interdictũ nullum est ipso iure, si post appellationẽ decretũ fuerit. Secus p appellationẽ sequentẽ: tunc nanq; non suspenditur. Hæc cõclusio est cõis omniũ sententia

4. concl.

De

¶ *De effectibus interdicti.*

¶ SEXTA DIFFICVLTAS.

Vtrùm sint aliqua, quæ tempore interdicti fieri prohibeantur.

Con. vn. HIc difficultati vnica affirmatiua conclusione respondetur: nempe, quòd sunt multa, quæ tempore interdicti, & in loco interdicto fieri prohibentur, nisi fiant secundùm moderationem. cap. Alma mater. Primò, generaliter prohibetur omne exercitium deputatum certo ordini Ecclesiastico, siue clerici sint presbyteri, siue inferiores. Secundò, celebratio diuinorum, vt habetur in cap. Responso. de clericis excommu. & appellatione diuinorum venit solũ ordinatum in breuiario, vel missal. Vnde, prohibetur illis ne bini & bini expressa voce horas soluant ambulando, vel sedendo in Ecclesia, vel iuxta Ecclesiam, vel alibi, vbi ab astantibus laicis audiantur. Ex quo tui sus infertur, quòd tempore interdicti clericus volens dicere horas, debet à se remouere familiam laicam: potest tamen cum alio clerico dicere in secreto, vbi à nemine audirentur. Tertiò, prohibetur administratio sacramentorum. Quartò, collatio & susceptio ordinum: non enim potest Episcopus ordines conferre, etiam si ab ipso decretum fuerit interdictum. Tenetur nanq; illud seruare, vel tollere, aut suspendere, imo etiam si immineat necessitas ordinandi presbyteros, diaconos, aut subdiaconos, alioue minist ros, quemadmodum visum est Siluest. in verb. Interdictum. 5. §. 7. contra Panor. in cap Non est vobis. & licet sint aliqui, qui consentiant Panor. tenenda tamen est sententia Siluestri: videlicet, q̃ in loco interdicto, etiam in necessitate, nõ sunt ordines celebrandi. Secus erit quando populus interdictus est & non clerus: nam tunc clerici illius loci extra locum illum ad alios ordines poterunt promoueri, etiam qui tantùm primam tonsuram haberent, non autem laici. Si verò locus tantùm interdictus est, quanuis ibi neminem ordinari posse manifestum sit, extra locum tamen interdictum posse ordinari fatendũ est, nisi fuerint in culpa delicti propter quod latum est interdictũ, vel nisi locus esset interdictus propter delictum vniuersitatis: quia tunc nullus de vniuersitate ordinari posset. Similiter prohibetur collatio & susceptio Extremæ vnctionis, vt habetur c. Quod in te. vbi etiam clericis & religiosis inhibetur, ne Extremam

Panor. Siluester

tremam vnctionem recipere posſint. Collatio inſuper & ſuſce ptio Euchariſtiæ inhibetur laicis ſanis,& clericis ſecularibus, etiam ſi poſſint audire diuina. Quinto,prohibetur omnibus laicis intereſſe diuinis. Non enim poſſunt audire diuina ,nec etiã extra Eccleſiam auſcultare diuina,quæ fiunt in Eccleſia. Excipi tamen debent infantes,qui nihil ſentiunt,nec cognoſcũt diuinorum officiorum,quia iſti bene poſſunt ad diuina admitti, licèt non in Eccleſia ſepeliri. Longè nanq; eſt diuerſa ratio de ſepultura,& de auditione diuinorum. Sexto,prohibetur pulſatio campanarum,ſi pro diuinis fiat. Septimo,apertio ianuarum Eccleſiæ,tempore quo diuina celebrantur. Octauo, ne poſsit Sacerdos aquam benedictam aſpergere laicis loci interdicti, quamuis ſi aſpergat,non fit irregularis :tum, quia non eſt iure cautum: tum etiam,quia non eſt propriũ Sacerdotis. Quo fit, vt Epiſcopi minimè dare poſsint benedictionem ſolennẽ :quia talis benedictio competit illis ratione ordinis,vt videre eſt di ſtin.95.cap Ecce. Imo addit Silueſter verb. Interdictum 5 §. 4 idem dicendum eſſe de quacunq; benedictione ſimplici,quã do exeritur aut datur ratione ordinis. Secus ſi detur ratione ætatis vel ſanctitatis. Nono,prohibetur benedictio calicis,paramentorum,corporalium,candelarum in feſto purificationis, aut oliuarum in dominica palmarum. Decimo,ne dentur indulgentiæ,quæ conceſſæ ſunt ſequentibus & cõmitãtibus corpus Chriſti, excommunicatis & interdictis culpabiliter : ſed alijs omnibus,qui interdicti cauſam non dederunt, dandæ ſunt. Vndecimo,prohibetur,ne laici ſepeliantur in Eccleſia,& in cœmeterio,ſed extrà ſunt ſepeliendi,ſine officio tamen diuino, quia remanere non debent inhumata. Hæc omnia æquè inhibẽtur in Eccleſijs exemptis ſicut in alijs,quia omnes tenentur interdictum ſeruare,vt apertè conſtat ex cap. Authoritate. de priuilegijs.li 6. *Silueſter*

¶SEPTIMA DIFFICVLTAS.

Vtrùm aliqua iſtorum quæ in præcedenti difficultate prohibentur tempore interdicti, liceant, & quibus perſonis.

PRo huius q̃ſtionis deciſione p̃notare oportet primò, & antiquitus ferè nihil interdictũ à ceſſatione à diuinis differebat: nã tũc nõ licebat tpe interdicti intereſſe ſacris,& ſolũ ſemel i hebdomada cauſa cõficiẽdi ſacramẽti celebrare pmittebatur. de ſẽ.

ex

excõ.c.Permittimus.Postmodũ verò Bonifacius.8.i dicto.c.Alma mater.de sen.excom.in.6.Videns incommoda quæ sequebantur ex hoc:videlicet, quia crescebat indeuotio populi, hæresesq; pullulabant,& deniq; infinita pericula animarum insurgebant,concessit multa.Secũdò oportet annotare, quòd interdictum est duplex,generale & speciale.His prælibatis, ad præ-

Con.vn. sentem difficultatem perinde atq; ad præcedentem,vnica conclusione affirmatiua respondetur:nempe, quòd multa licent tẽpore interdicti ex Bonifacij.8.in loco citato concessione.Primo,tempore interdicti siue ab homine siue à iure decreti,possunt quotidie in Ecclesijs & monasterijs diuina officia & missa, submissa voce,ianuis clausis,non pulsatis campanis,excommunicatis & interdictis exclusis,in Ecclesijs interdictis celebrare, dummodò sit interdictum generale loci,& non personæ:itaq; in Ecclesijs quæ sunt intra locum interdictum,est hoc verum,nõ autem in Ecclesia specialiter interdicta.Ita nanq; intelligitur,

Floren. Silueſter d.ca.Alma mater.secundùm Archi.Flo.3 p.ti.17 c.4 & Siluester.verbo,Interdictum.5.§.1.& hæc est communis sententia: cuius ratio est,quia constitutio ista tractat de interdicto generali,& non de speciali. Neq; tantùm tempore interdicti permissa sunt missarum solennia propria illius diei,vt quidam existimauerunt,sed & aliorum sanctorum & dierum.&c. Et aduerte,quòd nomine Ecclesiarum veniunt hospitalia, dũmodò erecta fuerint authoritate Episcopi,quia etiam illic possunt diuina celebrari,& ita seruatur apud omnem Ecclesiã:& celebrãs sic ianuis clausis.&c.potest secum habere vnum secularem ad hoc deputatum,ad ministrandum sibi, secũdùm Innocen.c.Nuper.de sen.excom.dummodò sibi consueuerit ministrare,&nõ voceteum in fraudem.Ex præhabitis aperte colligitur,canonicos tempore interdicti teneri conuenire ad Ecclesiam:alioquin amitterẽt quotidianas distributiones,quę interessentibus tantùm dantur,si non esset interdictum.Secundo, tempore interdicti omnes homines non tantùm in articulo mortis constituti [vt per iura antiqua cõcedebatur],verùm etiam sani.quoties velint,possunt ad pœnitentiæ sacramentum accedere,exceptis excommunicatis,qui dũtaxat in articulo mortis ad sacramenta admittuntur,& illis qui interdicto causam dederunt:nẽpe,quorum culpa vel dolo lata est sententia interdicti,vel si dederunt consilium,auxilium,&c.nisi priùs satisfecerint,vel dederint

derint idoneam cautionem: vel si non possunt, iurauerint quàm primùm poterunt, facere. Non tamen tunc relaxabitur interdictum, vt patet in dicto. c. Alma mater. Tertiò, tempore interdicti generalis conferri possunt sequentia sacramẽta: videlicet, sacramentũ Baptismi tam adultorum quàm paruulorum, vt cõstat ex. c. Quoniam. de sent. ex com. lib. 6. & catechismus, & cõsequenter totum officium Baptismi. Quod si honestè extra Ecclesiam fieri potest, securius est, quanuis tamen si fieret in Ecclesia specialiter interdicta, non incurreretur irregularitas secundùm Ioan. Calde. licèt oppositum alij teneant. Conceditur quoq; tempore interdicti viaticum existentibus in mortis periculo, vt patet ex. c. Pœnitentes. d. 50. & potest portari cum lumine & campanula ad ipsum infirmum: sic enim habet generalis consuetudo, & de lumine est. cap. Sacræ. de celebra. missarũ, & potest dari in præsentia astantium, nec est prohibitum inspicere hostiam extra pixidem, & adorare tempore interdicti, nisi cùm diuina officia actualiter celebrantur. Pari ratione, cõferri potest damnatis ad mortem, siquidem in articulo mortis existere censentur. At verò bellum & mare intrantibus, ac prægnantibus minimè conferẽdũ esse existimãt doctores, nisi articulus mortis illis imminere videatur. Ac demq; cõferri potest clericis & religiosis, quibus licitum est audire diuina secundũ veriorem opinionem: quia non est eis prohibita participatio sacramentorum nec diuinorum officiorum. Conceditur insup tempore interdicti tam adultorum quàm puerorum in fronte Chrismatio, & consecratio chrismatis feria quinta magnæ secũdùm formam capituli, Alma mater videlicet, ianuis clausis. Postremò, conceditur quòd matrimonium contrahatur per interdictos, sine solennitate tamen. Prohibetur enim benedictio nuptialis, & ratio est, quia etiam ab excommunicatis matrimonium contractum tenet, vt est videre in. c. Significasti, de eo qui duxit in matrimo. ✻ Quarto possunt clerici omnes etiam primæ tonsuræ audire sacra, & vt inquit sancta synodus Tridentina sessione. 22 c. 6. possunt etiam fori priuilegio gaudere, si beneficium Ecclesiasticum habeant, aut clericalem habitũ, & tõsuram deferant, alicui Ecclesiæ ex mandato Episcopi inseruiant, vel in seminario clericorum, aut in aliqua schola, vel vniuersitate de licentia Episcopi quasi in via ad maiores ordines suscipiendos versentur. Coniugati autem amittunt priuilegia

Ioan. cal

✻ Con. tri.

cleri

clericalia, vt habetur c. Ioannes. de cleri. coniuga. præter duo. Nam si tonsuras & habitum clericalem deferant, gaudent primi legio canonis, Si quis suadente diabolo. & ne conueniantur coram iudice seculari, dummodò secundùm constitutionem hodiernam prædicti concilij in loco citato alicuius Ecclesiæ seruitio vel ministerio ab Episcopo deputati eidem Ecclesiæ seruiant, vel ministrent, & ita per eam limitatur tex. in. c. 1. de cleri. coniuga. li. 6. qui etiam non ita generaliter debet intelligi, nam solùm eius dispositio procedit & locum habet in causis criminalibus, non verò in ciuilibus: quoniam in istis coniugati clerici non sunt exempti à iurisdictione iudicis secularis, vt latè ponit Couarruuias practi. quæstio. c. 31. sed etiam audire sacra non valent, vt patet ex. d. c. vnico. de cleri. coniuga. in 6. Bigami verò sunt priuati omni priuilegio clericali: etiã duobus priuilegijs prædictis, vt dicit glosa supra prędictum. c. Imo non licet illis exercere ministeria illa quatuor minorum ordinum, quæ cæteris coniugatis idoneis, habitum clericalẽ & tonsuram in Ecclesia gestantibus licet, quando cælibes præsto non erunt ad ea munia obeunda, vt expressè determinat eadẽ sacrosancta synodus Tridentina eadem sessione. c. 17. Quito, audire sacra possũt priuilegiati quicũq; Põtificis diplomate, & habẽtes huiusmodi priuilegiũ, possunt familiã suã q̃ eũ cõmitatur, in Ecclesiã secũ ducere, iuxta cõcessionẽ eiusdẽ Bonifacij 8. c. Licet vobis. de priuile. li. 6. nisi vel causã dederint interdicti, vel in fraudẽ hãc ob causã fuerit in eãdẽ familiã assũpti, vt patet. c. vl. de verb. signi. li. 6. in absentia tũ Dñi, tales familiares hoc facere nequeũt. Et nota, q̃ familiares intelligũtur impẽsentiarũ, nõ solũ ppetui, sed etiã mercenarij secũdũ Archi. Nõ tñ sic intelligẽdũ est de familiaribus alicuius collegij & monasterij: quia nisi priuilegiati fuerint, nõ admittũtur. Sexto, possunt clerici in Ecclesia sepeliri, vt patet in. ca. Quod in te. de pœni. & re. & quãuis illic addatur, q̃ sepeliãtur clerici sine solẽnitate & cũ silẽtio, sed hodie iã, vt ait Siluest. verb. Interdictũ 5. §. 10. cõceditur, vt missa & officiũ funeris cũ moderamine. c. Alma. celebretur, si nõ fũt interdicti. & seruauerũt interdictũ. Etãno tato, q̃ etiã si Ecclesia aliqua sit specialiter interdicta, clerici illius Ecclesiæ possũt ibi sepeliri, nõ aũt alij, nisi alias Ecclesias nõ haberẽt, aut essẽt ipeditæ, quia tũc possẽt illic sepeliri, vt bñ ãnotat Siluc. vbi supr̃ ex Panor. Septimò, possũt Epi & supiores præ

Couarr.

Con. tri. ✻

Nota. Archi.

Siluester Notabil.

Panor.

prælati quocũq; ierint, corã se facere celebrare diuina, submissa tamẽ voce, & ostio clauso, & exclusis interdictis, vt habetur in.c. Quoniam Episcopi. de priuilegijs. li. 6. in vltima glosa, nec possunt per alios diœcesanos in eorũ diœcesi prohiberi, & hoc quanuis sit interdicta terra, ciuitas aut castrum. Et simile priuilegium habent fratres predicatores & minores. de priuileg. c. Quia in his. si tamen esset interdicta Ecclesia vel aliquis locus singularis, nec Episcopus nec prædicti fratres possent ibi celebrare, vt dicit Siluest. verbo, Interdictum. 5. §. 4. & adducit Io an. Andre. in. c. Quæsiuit. de cleri non residen. Habent etiã præ dicti fratres priuilegium ab Alexand. 4. quod incipit, Pro reuerentia. quòd in vigilijs & in festiuitatibus diui Dñici, sancti Petri martyris, & octo diebus immediatè sequentibus, vt tempore generalis interdicti in suis Ecclesijs & oratorijs, possint diuina officia solenniter celebrare, excommunicatis dũtaxat exclusis. Habent insuper priuilegium, vt possint tẽpore interdicti recipere ad diuina pueros, suis seruitijs deputatos, & suorum negotiorum procuratores, ac eos qui continuò operibus eorum insistunt, dũmodò isti nõ fuerint causa interdicti, aut specialiter interdicti, vel excommunicati. Habent præterea à priuilegium, vt tempore strictissimi interdicti, quilibet conuentus fratrum prædicatorum quotidie vnã missam celebrare possit cum duobus vel tribus tãtùm ministris, expulsis omnibus qui non sunt de ordine prædicatorum. Cle. Meritis vestræ. &c. Est præterea à eis priuilegium, vt tempore interdicti quo prohibentur Ecclesiastica sacramenta omnia, exceptis paruulorum Baptismo, & morientium pœnitentia, possint confiteri peccata: & absolui, & temporibus consuetis, secundùm morem eorum recipere cõmunionem, & vnctionem extremam, diuina officia celebrare simul, ianuis clausis. &c. exclusis omnibus qui de tali ordine non sunt: sunt eis postremò alia quàm plurima priuilegia, quæ singulariter hîc recensere longum esset: & videri possunt in compendio priuilegiorum. Hoc tamen vnum annotare opus est, quòd omnia priuilegia quæ præcesserunt decretalẽ, Alma mater. Bonifacij octaui, & sunt illi contraria, sunt reuocata per dictũ. ca. Alma mater. circa finem. vide ibi glos. Sequẽtia verò dict. c. Alma mater. tenẽt, & p̃cedẽtia q̃ nõ sũt cõtraria dicto. c. nõ reuocãtur. Octauò, quãdo interdictũ est gñale locale tãtùm, nõ impedit quin illius loci habitatores & incolæ, qui cul

Siluester Ioa. An.

Notabil.

culpabiles non sunt, alibi existentes, possunt diuina officia audire, & sacramenta percipere, & in Ecclesia alia sepeliri, & eadem ratione clerici possunt extra locum illum celebrare: vt cū est interdicta terra propter delictum domini. Similiter cum interdictum est speciale locale, vt interdicta cathedrali Ecclesia, possunt canonici extra illam, non solùm singuli, sed vt collegiū celebrare alta voce & cum solēnitate, vt clegāter annotat Car-
Cardin. di. in. c vlti. de excessi. præ. Et breuiter quotiescunq; interdictum est speciale, quo interdicitur vna certa Ecclesia, vel plures certæ Ecclesiæ alicuius ciuitatis vel loci, & non omnes possunt extra Ecclesias illas interdictas diuina solēniter celebrari: secus cùm interdictum est generale vel speciale personæ, vt cùm ciuitas est interdicta propter peccatum ciuium, vel cum aliqua certa Ecclesia interdicitur propter peccatum alicuius personæ particularis: itaq; interdictū potius est personale quàm locale, tunc nanq; quocunq; vadunt, sunt interdicti, nec debēt admitti ad diuina. Ratio est aperta, nam interdictus in vna Ecclesia, interdictus est in alia. c. Quisquis. 4. q. 5. Nono, oblati: idest, confratres qui ex priuilegio religiosorum fraternitati quorum sunt ascripti, possunt tempore interdicti in Ecclesia sepeliri, vt expressè habetur in. c. Vt priuilegia. Ita tamen est accipiendum, quòd huic religioni oblati si decesserint non electa sepultura, vel ea quidem electa in eo loco, qui iure ipso non electa sepultura, est cuiuscunq; mortui sepulchro destinatus, sepeliantur sanè in Ecclesia, cui corpus illud pertinet, ac competit, etiam si ea interdicta sit. At si ab his oblatis electa fuerit ad sepulchrum Ecclesia, cui secluſa electione iure Pontificio minimè corpus illud competebat, & ea sit interdicta, nō sunt admittendi ad Ecclesiasticam sepulturam per eos electam, quod qui-
Hostien. *Panor.* *Siluest.* dem ex vero sensu eiusdem capitis deducere videntur Hostien. Panor. in dicto. c. Vt priuilegia. & Siluest. verbo, Interdictū 5. §. 8. Oblati verò dicuntur ad huius priuilegij vsum, qui nō tā-
Cardin. *Abba.* tùm propria bona, sed se ipsos dederint perpetuò monasterio absq; religionis professione, sicut tradunt Cardi. in Clemen. 1. de decimis, & Abb. in c. Non est de regulari Donatio enim bonorum per se non sufficit ad gaudendum huiusmodi priuilegijs. imo est necessarium, quòd confratres mutato habitu, se ipsos perpetuò dederint monasterio, vel absq; habitus mutatione se & sua monasterio, reseruato vsufructu, tradiderīt & obtulerint:

lerint: deniq; erit satis sufficiens oblatio personarum absq; mutatione habitus cum rerum item donatione, aut ipsa mutatio habitus cum personarum oblatione. Quo fit, vt nō requiratur, ꝙ huiusmodi obiati sint cōuersi fratres, qui quidem mutato habitu religionem ipsam profitentur, minimè ordine Ecclesiastico præditi, & hi cum cæteris religiosis ītra monasteriorū claustra vitam agunt. Decimò, ꝙ in his festiuitatibus: videlicet, Natalis Domini, Resurrectionis, Pentecostes, Assumptionis beatę Mariæ, & per Extrauagantē Martini quinti, & Eugenij quarti, additur solennitas corporis Christi & eius octaua, pulsatis campanis, & ianuis apertis, & alta voce diuina celebrētur in locis interdictis, exclusis excommunicatis tantùm, ita tamen ꝙ illi, propter quos latum est interdictum, altari non appropinqnt: idest, non faciant offertorium, non obstantibus quibuscūq; priuile. Et secūdùm cōmunē opinionem incipit dies in vesperis vigiliæ vsq; ad vesperas secundas inclusiuè, ita vt cōpletoriū ianuis clausis non publicè dicatur. Tenent hanc sentētiā Io. An. Ancha. Calde. & Archi. Flo. 3. p. titu. 26. c. 4. Aliqui tamen largiorem faciunt interpretationē, includentes etiam missam vigiliæ Natiuitatis, Paschatis & Pentecostes, & cōpletoriū harū festiuitatū post secundas vesperas. Sententiā hanc tenent Archi. Domi. Palud. Siluest. verbo, Interdictū. 5. §. 2. Ratio horū est, quia in beneficijs larga interpretatio debet fieri. Quæ autē istarū assertionum sit verior, iudicare oportet ex consuetudine, cui standū esse censeo. Verùm est tamen, ꝙ in sabbato sancto, quia terminantur vesperæ cum missa, tollitur interdictū ad missam vigiliæ, saltē ab initio Gloriæ, quādo pulsantur cāpanæ. ¶ Et annotato, quòd non tantùm in his diebus missarū solennia ipsius festiuitatis, verùm & missæ peculiares ac votiuæ diei, celebrari publicè possunt, ita asserit Siluest. verb. Interdictum. 3. §. 2 & Flo. vbi suprà. In his festiuitatibus hîc connumeratis, omnia illa licent tempore generalis interdicti, quę pertinent ad officiū diuinū & eius celebrationē, non autē q̄ pertinent ad sacramenta, nisi sub ea forma qua permittūtur alioqui tempore interdicti. Vnde, posse in his festiuitatibus benedici abbates, virgines, aquā & eam aspergi, vestes & alia Ecclesiastica ornamenta ex cōmuni omniū sententia fatendum est, quia non sunt sacramenta, sed officium. Similiter tempore interdicti posse nuptias publicè benedici, in his diebus fateri oportet, modo alia

Io. and. Ancha. Calde. Arc. flo. Archi. Domini. Palud. Siluester

Notabil.

Siluester Floren.

ex causa non fuerit prohibitæ nuptiarum benedictiones: quia etiam benedictio nuptiarum diuinum officium est, ita asserit
Siluester Siluest. verbo, *Interdictum*. 5 §. 2. Sequitur secundò non posse in his diebus sacramẽta Eucharistiæ & Extremæ vnctionis ministrari, etiam ipsis clericis sanis, nisi dum missarum solẽnia celebrant, conficientes Eucharistiæ sacramentum: quia tunc debent sacramentum Eucharistiæ recipere. Tantùm enim his diebus licet clericis diuina officia celebrare. Pari ratione neq; licet fontem Baptismatis benedicere, præterquàm in ipsomet festo resurrectionis, cùm hæc benedictio non sit necessaria ad Baptismi sacramentum, quod notat Palud. in. 4. distinctione.
Palud. 17. quæst. 3.
Dubium. ¶ Sed vtrùm liceat in his festiuitatibus mortuos sepelire intra Ecclesiam tempore interdicti? Ad hoc dubium [sententia quorundam omissa tenentium partem negatiuam] sit conclusio, q̃ bene possunt mortui publicè & solenniter sepeliri. Hanc sententiam tenet
Siluester Siluest. verbo, Interdictum. 5. §. 2. Calde. &
Galde. Archi. Floren. vbi suprà, cui sententiæ vt probabiliori libenter adhæreo. Ratio nanq; manifesta eam suadet, nam officium defunctorum pertinet ad diuinorum officiorum celebrationem. Nulla tamen istorum fieri potest in Ecclesia specialiter interdicta, imo in ea Ecclesia non poterunt publicè nec secretè diuina officia celebrari in his festiuitatibus, nec sepeliri mortuus intra Ecclesiam, quando ipse est specialiter & nominatim interdictus, vel si causam dedit interdicti. Vndecimò, tempore interdicti potest verbum Dei omnibus indifferenter tam interdictis quàm non interdictis, quàm etiam excommunicatis in loco interdicto prædicari, vt patet. c. Respondeo. de sen. excom. non tamen sunt dandæ indulgentiæ quæ dantur omnibus prædicationem audientibus, excõmunicatis & interdictis, propter quorum culpam latum est interdictum. Potest etiam pulsari campana pro populo vocando ad contionem secundùm generalem consuetudinem. Potest præterea pulsari ad salutationem angelicam, cùm pulsatio ista nulli ordini sit annexa. Postremò potest pulsari pro aliquarum literarum ostensione, vel in aduentu alicuius prælati. Duodecimò, tempore interdicti potest missa benedici, similiter & aqua cũ sale sub silentio. Cùm enim secũdùm iura noua permittatur missa [quod maius est] sub silentio, & benedictio aquæ [quod minus est] permitti debet.

¶ Octa

¶OCTAVA DIFFICVLTAS.

Vtrùm violantes interdictum incurrant aliquam pœnam.

AD HANC DIFFICVLTATEM EST concluſio, quòd clerici habentes aliquem ordinẽ, violantes interdictum, peccant mortaliter, & incurrunt tres pœnas: videlicet, irregularitatem, ineligibilitatem, & impoſtulabilitatem: itaquè neque eligere valent, nequè eligi, nequè poſtulari, ſuntquè ſuſpẽ ſi ab officio & beneficio. Hæc concluſio quoad primam partem: ſcilicet, ꝙ peccant mortaliter, probatur ex eo quòd mandatum interdicti imponitur propriè clericis ſecundùm ius antiquum, vt non celebrent, & ſecundùm ius novum, vt non celebrent niſi iuxta tenorem ca. Alma mater. excluſo populo, clauſis ianuis. &c. & cùm præceptum ſit de re graui, conſequens ſit, vt non obtemperantes, mortaliter peccent. Quoad ſecundã verò partem: nempe, quòd incurrant illa tria pœnarum genera, probatur ex cap. Is qui. & ca. Is cui. de ſen. excommu li. 6. & quòd ſint ſuſpenſi officio & beneficio patet ex cap. Tanta. de exceſsibus prælatorum. nec poſſunt cõferre beneficia, imo ſunt beneficijs expoliandi, vt patet cap. Poſtulaſtis. de cleri. excommu. *Conclu.*

¶ Et annotato cum Silueſtro verbo, Interdictum. 6. §. 2. quòd clericus interdictus exercens vbicunquè, ea quæ interdictis prohibentur, & non interdictus exercens ea in loco interdicto, intellige ſine moderatione cap. Alma efficitur irregularis, quod tamen intelligendum eſt, ſi locus ſit propriè interdictus, nam ſi quis celebraret in Eccleſia non interdicta propriè, ſed violata ſemine vel ſanguine, non efficitur irregularis, licèt grauiter peccet, vt patet ī prædicto ca. Is qui. & à fortiori nec perſoluens horas canonicas, vel aliquid aliud diuinorum in Eccleſia ſic ſemine vel ſanguine violata, efficeretur irregularis. Similiter, ſi clericus non interdictus ſcienter celebret in loco non interdicto, ſed coram interdictis eos recipiendo ad diuina officia vel ſacramenta vel ſepulturã, non efficitur irregularis: inhibetur tamen ei ingreſſus Eccleſiæ, donec eis ſatiſfecerit ad *Nota.*

arbitrium eius cuius sententiam contempsit, si est ab homine, vel ad arbitrium Episcopi, si est à iure. de priuileg. c. Episcoporum. li. 6. & si in ea se ingerit, officio suo efficitur irregularis. c. Is cui. secus si ingerat se diuinis extra Ecclesiam, putà sub dio, vel tentorio vel in oratorio, quod non est Ecclesia, quia tũc nõ efficitur irregularis, Si verò sit Ecclesia, sed nondum consecrata, quæ propriè dicitur Basilica, est irregularis: quia satis est, q̃ sit Episcopi authoritate fundata. Pari ratione si sint religiosi scientes matricem Ecclesiam interdictum seruare, & non seruant sunt excommunicati per Clemẽ. Ex frequentibus. de sen. excommu.

Dubium Soto.

¶ Sed dubium est, de quibus clericis intelligat conclusio, an de omnibus tam habentibus ordines minores quàm sacros, an tantùm de habentibus sacros. Dubio huic respondet Soto in. 4 dist. 22. q. 3. ar. 1. quòd solùm de habentibus ordines sacros, qui celebrant vel officia diuinorum ordinum exequuntur: cõmunis tamen sententia tenet, quòd de omnibus. Ratio est, quia capitula suprà citata irregularitatem decernentia generaliter loquuntur, & ita tenet Silues. verbo, Interdictum. 4. §. 1. & summa pisana verbo, Interdictum. 4. & summa Angelica, & Armilla eodem titulo, & omnes, quos videre mihi contigit. Quocirca adhærere huic communi sententiæ decreui, quæ asserit, quòd qui exercent aliquid alicui ordini Ecclesiastico deputatum, & hoc faciunt tanquàm clerici siue sint presbyteri siue clerici inferiores: vt si diaconus dicat Euãgeliũ, vel subdiaconus Epistolam tanquàm subdiaconus, vel accolitus exerceat officiũ suũ tanquàm accolitus: & sic est de omnibus qui minoribus ordinibus initiati sunt, vt deferendo cereos, aut legendo, & agẽdo ea quæ sunt sui muneris. Si verò exercent aliqua in loco interdicto alicui certo ordini Ecclesiastico non deputata vt cãtare in choro, legere psalmos vel Euangeliũ, vel Epistolam sicut faciunt alij laici, nõ incidunt in prædictas pœnas. Hoc tamen intelligo, quando hoc ex deuotione faciunt, & non quasi soluendo horas, nec ex contemptu & authorizando, vt si prælatus faciat celebrare coram se, quia ingerit se diuinis & violat interdictum. De psalmista verò interdicto seu etiam non interdicto, sed in loco interdicto, tenendum est secundùm Theologos, qui dicunt psalmistarum non esse ordinem, sed officium annexũ ordini, q̃ solenniter agendo in officio suo, nõ efficitur irregularis

Siluester Pisana. Angelic. Armilla.

Secus

Secus secundùm canonistas, qui tenent esse ordinem. Similiter habens primam tonsuram, quia secundum theologos, quibus in hoc standum est, qui nihil ex suo officio facere potest, non efficitur irregularis, cantando vel psallendo. Idem est de benedicente mensam. quia hoc non est deputatum certo ordini, & ob hanc eandem rationem ille qui alijs celebrantibus cãpanas pulsaret, vel Ecclesiarum ianuas aperiret, neq; si alteri interdicto, vel excommunicato celebranti adiutor extiterit, non efficeretur irregularis, quia ista non sunt annexa ordini alicui. Secus si faciat authorizando, vt celebrans principaliter. scilicet, vt omnes veniant ad audiendam rem diuinam. Ide si quis absoluat, vel excommunicet non vt Sacerdos sed vt iudex sine solennitate, vt patet in. c. A nobis. el. 2. de sen. ex com. Iurisdictionalia enim non sunt prohibita tẽpore interdicti. Pari ratione si sit religiosus, nullum habens ordinem, & monales violantes interdictum, vt si solemniter in Ecclesia canant, nõ sunt irregulares, vt non possint ad ordines sacros promoueri: sunt tamen aliter puniendi in aliquod arctius monasterium intrusi, vt cap. Postulastis. sancitur, sub nomine enim clericorum intelliguntur etiã religiosi nullum ordinem habentes, & monales, quibus incumbit diuina officia celebrare solenniter, & idcirco quantùm ad hoc censentur violatores interdicti. Quo fit, vt licèt non incurrant irregularitatem, quia hoc non est expressum in iure, efficiuntur tamen ineligibiles actiue & passiue. De laicis autem eo modo violantibus, quod ingerunt se ad audiendum sacrũ, vel alia diuina officia, est conclusio tenenda vt probabilior, quòd si laicus sit interdictus, vel si sit totus populus, ingerendo se diuinis officijs audiendis, si tamen ipse non sit interdictus, sed solus locus, non peccat ingerendo se saltem mortaliter, nisi aliquod violentiæ genus faciat, vt se ingerat, vel clericis eum expellentibus non obtemperet. Hæc conclusio est doctissimi Soto vbi suprà, & quoad primam partem liquida est, nam interdicere populum vel aliquem, est eis inhibere ne diuina officia audiãt. Cũ igitur sit res grauis nisi obtemperent, certum est eos peccare mortaliter. Quoad secundam partem est Siluestri loco citato, & Caieta. verbo, Interdictũ. Dicũt enim, quòd laici, nisi se ex contemptu ingerant, nihil faciendo Ecclesiæ interdictum vel authoritatem, non peccant mortaliter. Dicit enim illic Caietanus, quòd violatio interdicti solùm est clericorũ, quia quãdo

Conclu.

Soto.

Siluester
Caieta.

solus locus interdicitur, mandatum iudicis non dirigitur ad laicos, sed ad solos clericos & religiosos: videlicet, vt ianuis clausis celebrent. &c. vnde illis incumbit à diuinis populum arcere, quibus laici parere tenentur. Quocirca, secluso scandalo & contemptu, solùm videtur venialiter peccare, propterea quia interpretatiuè faciunt contra clericorum intentionem.

Caieta. Et additibi Caietanus, quòd quamuis dum diuina sumus audientes, interdictus Ecclesiam intret, non tenemur eum vitare: quia non iubemur non participare cum interdictis, sed solùm clerici tenentur eos à sacris eijcere.

2. concl. ¶ Secunda conclusio in hac difficultate sit, quòd Episcopus tempore interdicti conferens tam minores ordines & primā tonsuram quàm maiores, efficitur irregularis. Probatur, nam exercet actum certo ordini Ecclesiastico competentem tempore ipso prohibito. Itē, quia horū ordinū collatio ad Episcopalem potestatem & ordinem pertinet, vt planè compertū est. Recipientes quoq; ipsos ordines tam minores quàm maiores, efficiuntur irregulares, si agunt aliquem actum solenniter his ordinibus conuenientem. Quo fit, vt de illo qui ordinem Sacerdotalem recipit, nullum sit dubium quin irregularis fiat, eò quòd simul cum Episcopo celebrat, atq; ideo actū exercet ordini conuenientem: videlicet, Eucharistiæ consecrationem, si

D. Tho. cut annotant D. Tho. in. 4. dist. 13. q. 1. ar. 2. ql. 2. & in 3 p. q. 81.

Siluester ar. 2. & Siluest verbo Eucha. 2. §. 2. qui tenent posse simul ordinatos cum Episcopo ordinante conficere corpus Christi, vt nos docuimus in materia Eucharistiæ, imo & assistentes Episcopo ordinanti fieri irregulares notum est, si vt diaconi vel subdiaconi vestibus induti huic ordinum celebrationi adiutores extiterint, ea peragentes quæ in Pontificali libro continentur, quia agunt actus certo ordini conuenientes tēpore interdicti, & hæc sint satis de interdicto.



De

DE SACRAMENTO EXTREMÆ VNCTIONIS.

QVM QVINQVE AD PERfectionem vniuscuiusq; persone pertineant, tria scilicet per se, vt Baptismus, Cõfirmatio & Eucharistia, & per accidens duo ratione peccati: quæ sunt pœnitẽtia, qua sanamur, & Extrema vnctio, qua integram valetudinẽ recuperamus: & dictũ sit hactenus de quatuor prioribus, dicẽdũ superest modo de quinto: nẽpe, Extrema vnctione. ✻. Circa cuius cõstitutionẽ declarat, & docet sancta synodus Tridentina sessione. 14. q̃ quẽadmodum cętera sacramẽta Deus ipse ceu maxima auxilia p̃parauit, quibus dũ viuerẽt Christiani, integros se conseruare, & ab oĩ incõmodo spũs se tueri possent, ita hoc sacramẽto Extremæ vnctionis tanq̃; præsidio quodã prętentissimo atq; firmissimo fidẽ vitæ munire voluit, eò q̃ nullũ tẽpus est, quo vehemẽtius aduersarius noster omnes suæ versutiæ neruos intendat ad p̃dendos nos penitus, & à fiducia etiam, si posset, diuinæ misericordiæ deturbandos, quàm cum impendere nobis exitum vitæ perspicit. *Con. tri.* ✻

¶PRIMA DIFFICVLTAS.

Vtrùm Extrema vnctio sit sacramentum.

ADhãc difficultatẽ duabus respõdetur cõclusionibus. Prior sit affirmatiua: scilicet, q̃ Vnctio extrema est sacramẽtũ. Hæc cõclusio est secũdũ fidẽ catholicã tenẽda, cõtra quosdã hęreticos, qui cõtrariũ cõclusionis huius asseruere. Refert nãq; Tho. Vualdẽ. tomo. 2. de sacra. c. pen. vuitcleff negasse Extremã vnctionẽ esse sacramẽtũ, & eiusdẽ hæresis fuerũt priores authores Vualdẽses, vt refert Guido Carmelita in li. suo de hæresi. ex q̃bus illã hęreditarunt Bohemi. ac subinde Lutherani. Sed habetur cõclusa nõ diffinita c. vnic. de sacra vnct. & i. c. Supfluũ. 95 d. & i. c. Ad abolẽdã. extra de hæret. vbi excoĩcãtur, qui aliter senserint de sacramentis, quàm Romana Ecclesia sentit. At *1. concl.* *Th. Vual.* *Cui. car.*

Con. flo. verò Ecclesia in Conci. Flo. determinasse Extremã vnctionem esse vnũ de. 7. sacramẽtis Ecclesiæ cõstat, igitur nõ licebit hãc

D. Aug. conclusionem negare. Confirmatur etiam conclusio sanctorũ testimonio, Augustini scilicet in. li. 2. de visitatione infirmorũ, cap. 4. vbi dicit, Nec prætermittendum est illud Iacobi Apostoli præceptum, Infirmatur quis in vobis. &c. Nota verbum, præceptum, quod certè rem grauem atq; adeò sacramentũ de

Beda, signat. Eandem conclusionem Beda. li. 2. super Marcum. c. 4.

Mar. 6. & super Lucam. li. 3. c. 7. fundat in vsu Apostolorũ. Mar. 6. vngentes oleo infirmos, quamuis tunc cùm nondum essent Sacerdotes instituti, vnctione illa vt sacramento non vsi fuerunt. Eã dem conclusionem D. Tho. in. 4. d. 13. probat hoc pacto, In his

D. Tho. quæ Ecclesia visibiliter operatur, quædam sunt sacramenta, vt Baptismus, quædam sacramentalia, vt Exorzismus aqua bene dicta. Horum autem discrimen est, quòd sacramẽtum est illud, quod operatur remissionem peccatorum, quæ fit per gratiam. Sacramentale autem est dispositio quædam ad affectionẽ huius effectus. Cùm ergo Extrema vnctio remittat peccata, vt patet ex testimonio Iacobi, Si in peccatis est, remittẽtur ei. cõ sequitur quòd sit sacramentum. Breuiter omnes catholici doctores tenent istam sententiam. Sed vtrùm sit Extrema vnctio vnum sacramentum, an plura: meritò dubitatur. Cui dubio hac

Dubium 2. concl. secunda conclusione respõdetur: videlicet, quòd licèt fiãt multæ vnctiones, vnum tantùm sacramentum est. Hæc cõclusio est omnium doctorum consensus, & eam probat D. Tho. in. 4. di.

D. Tho. 13. q. 1. ar. 2. ql. 2. quia sicut artificiale, vt domus est multa quodammodò in actu, sed illa multa cõueniunt in aliquo vno, quia ex pluribus materialibus vna perficitur forma, ita quodlibet sacramentum dicitur vnum, in quantùm multa quæ sunt in vno sacramento: nempe, plures res, & verba ordinantur ad vnũ significandum, vel causandum effectum gratiæ: sed est differentia, quòd quando vnica actio sufficit ad significationem, vnitas sacramenti consistit in illa actione tantùm, vt patet in confirmatione, & ideo vnica chrismatio est sacramentum. Quãdo autẽ significatio sacramẽti potest esse in vna & in multis actionibus, tunc sacramentum perfici potest vna actione vel pluribus, sicuti Baptismus vna immersione, vel tribus. Potest nanq; ablutio Baptismi fieri, per vnam immersionem, & per tres: & idcirco tunc, vel vna immersio est sacramentum, vel omnes tres. At verò

rò quando perfecta ſignificatio non poteſt eſſe niſi per plures actiones, tunc illæ plures actiones ſunt de perfectione ſacramenti, ſicut patet in Euchariſtia, quia perfecta refectio corporalis, ſignificans ſpiritualem, exiſtere non poteſt niſi per cibum & potum, & ſic eſt in hoc extremæ vnctionis ſacramento: quia curatio perfecta interiorum vulnerum non poteſt perfectè ſignificari nec fieri, niſi vncti s ſenſibus & organis, quæ ſunt morborum ſpiritualium, hoc eſt, peccatorum radices. Quare vnctio partialis cuiuſcunq; ſenſus, non eſt niſi pars ſacramenti. Ex quo fit conſequens, vt ſacramentalis gratia, neq; per primam neq; per ſubſequentes vnctiones conferatur vſq; ad punctum vltimæ parcialis formæ, vt inferiùs explicabo.

¶SECVNDA DIFFICVLTAS.

Vtrùm iſtud ſacramentum Extremæ vnctionis ſit à Chriſto inſtitutum, ſicut & alia omnia ſacramenta.

HVic difficultati vnica hac concluſione affirmatiua reſpondetur: ſcilicet, quòd hoc ſacramentum ſicut reliqua omnia, à Chriſto ipſo inſtitutum eſt. Cõcluſionem iſtam, contraria recitata & reiecta, aſſerit D. Tho. in. 4. di. 23. q. 1. ar. 2. ql. 1. & Ricar. diſt. 2 ar. 1. q. 3. Et rationes id certè conuincunt. Prima, quia ſacramenta ſunt legis Euangelicæ fundamenta, ad legiſlatorem autem pertinet fundamenta legis conſtituere, quæ nemo alius dimouere poſsit. Vnde Paulus ait, Sic nos exiſtimet homo. &c. vt diſpenſatores miniſteriorum Chriſti, non ait fundatores, ſed diſpenſatores. Secunda, quia cùm nouæ legis ſacramenta gratiam conferant, quam ſolus Chriſtus ex poteſtate excellẽtiæ prę ſtare valet: nemini dubitare licet, ſacramentum iſtud à Chriſto fuiſſe inſtitutum, ſiquidem poteſtatem hanc nulli communicauit. Tertia, quia cùm ſacramenta veteris legis, quæ tantùm erant noſtrorum figura, Deus ſolus condiderit, condecens fuit, vt Chriſtus ea in quibus veritas conſiſtit, & inſtrumeta ſuæ paſſionis ſunt, inſtituerit. Ex quibus facilè exploditur Hugonis ſẽtentia. lib. 2. de ſacramentis parte. 15. & Magiſtri ſen. aliorũq; multorum in prædicta diſtinctione aſſerentium, diuum Iacobũ in verbis appoſitis in ſua canonica. c. 5. ſcilicet, Infirmatur quis in vobis, inducat preſbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum vngentes eum oleo in nomine Domini, hoc ſacramentum inſtituiſſe. Nullus enim Apoſtolus aliquod ſacramentum potuit inſtituere

Conclu.

D. Tho. Ricard.

Paulus.

tuere propter prædictam rationem, bene tamen quilibet illerũ
Con. tri. promulgare potuit sacramẽtum iam institutum, & hoc fecit Ia
✻ cobus in verbis præmissis ✻. Ac denum œcumenica Triden
tina synodus nuper celebrata sessione. 14. cano. 1. decernit sub
anathematis censura, hanc conclusionem, & conclusionem pri
mam præcedentis difficultatis. Inquit enim, Si quis dixerit, Ex
tremam vnctionem non esse vere & proprie sacramẽtũ, à Chri
sto domino nostro institutum, & à beato Iacobo Apostolo pro
mulgatũ, sed ritũ tãtùm acceptũ à patribus, aut figmẽtũ huma-
num, anathema sit. Nec nocet id quod obijci solet in contrari-
um, quia non inuenitur locus expressus in Euãgelio, vnde pos
set colligi institutum fuisse à Christo. Multa nanq; vt D. Tho.
D. Tho. inquit vbi suprà. ar. 3. fecit ac dixit dominus, quæ in Euangeli-
js non continentur, quia Euangelistæ non fuerunt soliciti vni-
uersa pernarrare, sed illa tantùm, quæ ad salutis necessitatem,
& Ecclesiæ dispositionem pertinebant, qualia sunt Baptismus,
Pœnitentia, Eucharistia, Ordo, & Matrimonium. Confirmatio
verò, & Extrema vnctio non habent tantam necessitatem, sed
nihilominus Spiritus sanctus ex traditione Apostolorum illa
declarauit. Ait enim illic doctor sanctus, quòd omnia sacramẽ
ta Christus per se instituit, sed quæ difficiliora erant creditu, il
la per se promulgauit, alia autem seruauit Apostolis promul-
ganda, sicut Extremam vnctionem, & Cõfirmationem. Quo fit,
vt in verbis Iacobi præmissis sit hoc sacramentum promulga-
tum ab ipso Iacobo, & non institutum. Illa enim Apostoli admo
nitio non fuit eius institutio, sed relatio, & commendatio insti
tuti Christi.

¶TERTIA DIFFICVLTAS.

Vtrùm materia huius sacramenti sit oleum simplex ab Episcopo consecratum.

1. concl. QVæstioni huic tribus conclusionibus respondetur. Prima sit. Materia sacramenti huius, est ole-
um. Hæc conclusio habetur in dicto. ca. 5. Iacobi, vbi dicitur, Et orent super eum vngentes eum
Con. flo. oleo. Habetur etiam in. c. vnic. de sacra vnctione.
& in concilio Floren. Ratione deinde congruentissima proba
tur, quia proprietas huius olei maximè conuenit effectui illius

sacra

cramenti. Est enim oleum mitigatiuum dolorum, & idcirco po nitur in vulneribus. Vnde ille Samaritanus de quo habetur a- pud Lucam. c. 10. Oleum infundit in vulneribus sauciati. Cùm ergo effectus istius sacramenti sit dolorem spiritualem, & cor poralem mitigare, congruenti simè in oleo institutum fuit. *Luc. 10.*

¶ Secunda conclusio, Oleum istud debet esse oliuarum. Proba tur hæc conclusio, nam quotiescunq; in scripturis sacris inue nitur simpliciter oleum, semper de oleo oliuarum intelligitur, sicut nomine panis, triticeus: & nomine vini, vinum vitis in telliguntur. Quemadmodum enim omnes alij panes & vina in uenta fuere propter defectum panis tritici & vini vitis, ita oleum nucum, vel ex alia quauis vnctuosa materia expressum propter defectum olei oliuarum inuenta sunt, vel propter ali quam medicinã, sicut oleum amigdalarũ & similia. Nec obstat huic conclusioni, quòd materia sacramentorum debet esse il- la quæ vbiquè reperiri possit, oleum autem non vbiquè reperi tur [non inquàm obstat] quia satis est tantã esse copiam in or be Christiano, vt possit saltem per vecturam vbiquè reperiri. *2. concl.*

¶ Tertia conclusio. Istud oleum debet esse simplex sine balsa mo Hæc conclusio habetur in ca. vnico de sacra vnctione. Præ cipitur nanquè illic, quòd non admisceatur balsamum: & idem habetur in concilio Floren. sub Eugenio quarto. De qua re tractat D. Thom. vbi suprà ar. 3. ql. 1. & assignat pro ratione: quia balsamum propter odorem pertinet ad bonitatem famæ, qua quidem de cætero non indigent propter se exeũtes ex hac vita, sed tantùm indigent nitore conscientiæ, quæ per oleum si gnificatur. Est enim oleum materia lenitiua, & vsq; ad intima penetratiua, & effusa & sua pingui suauitate spẽ salutis offert, quæ potissimum vulneribus & athletis in agone certãtibus ap plicatur. Quibus remedijs peccatis vulneratus, dum agonizat, opus habet. *3. concl. Con. flo. D. Tho.*

¶ Quarta conclusio. Istud oleum oportet benedictũ ac conse cratum esse ab Episcopo, conclusio hæc habetur in prædicto, c. vnico. & in conci. Flo. Et ratio istius conclusionis est, quia cùm materia omnium sacramentorum sit instrumentum ad sanctita- tem conferendam, oportet vt aliquo modo sit sanctificata, dif- ferentertamen, nam materia sacramentorum, quibus Christus vsus est, non indiguit aliqua sanctificatione speciali, præ- ter illam, quam suo vsu illi contulit, qua fit Sacramentum. *4. concl. Con. flo.*

Ait

Beda Aitenim Beda, Christum tactu suæ mundissimæ carnis vim te generatiuam contulisse aquis: & panem & vinũ suis manibus tetigisse, ait Euangelista, quando illa consecrauit. At vero Extremæ vnctionis & Confirmationis materia Christus non vsus est. Quocirca, vt benedicantur ac consecrentur horum sacramentorum materiæ opus est Nec tantùm de necessitate præcepti oleum hoc consecratum esse oportet, vt Caietanus affirmat in cõmentarijs. 3. p. q. 72. ar. 3. verùm etiam de necessitate sacramenti Ita enim tenet expressè D. Tho. in 4. dist. 23. q. 1 ar. 3. ql 3. & hæc est communis opinio. Quod maximè conuincitur ex concilio Flo. inquit nanq; materiam huius sacramenti esse oleum ab Episcopo consecratum. Et cõfirmatur ex vsu Ecclesiæ, quæ si hoc sacramentum oleo non benedicto fieret, non reputaret esse sacramentum: necesse est ergo, asserere, quòd est de essentia, vt sit ab Episcopo consecratum.

D. Tho.

Con. flo.

¶ QVARTA DIFFICVLTAS.

Vtrùm hoc sacramentum Extremæ vnctionis habeat formam aliquam.

1. concl. DIfficultati huic tribus cõclusionibus respõdetur, & earũ prima sit affirmatiua, qua directè quæstioni satisfit: videlicet, q̃ habet formã. Cõclusio ista est tenenda secũdùm fidem catholicam. Est enim expressa sententia concilij Floren. quòd omnia sacramenta debent constare ex materia & forma, vt patet ex vsu vniuersalis Ecclesiæ, quæ quibusdam verbis in collatione sacramenti huius vtitur Item, quia materia cùm ad multa indifferenter se habere possit, non nisi per formam ad certum effectum determinatur. At verò Vnctio illa olei plura potest significare: scilicet, curationem tantùm corporis, vt dum à medico applicatur infirmis, vel recreationem & solamen lassati corporis: debet ergo per aliqua verba quibus propriè suapte natura conuenit esse signa, ad certũ sacramẽti effectum adaptari.

Con. flo.

2. concl. ¶ Secunda conclusio, forma conueniens istius sacramenti nõ per orationem indicatiuam: scilicet, Vngo oculos tuos, velaures tuas &c. vt in missali Ambrosiano inuenitur, sed per orationem deprecatiuam: memore. Per istam vnctionem & suã pissimam misericordiam, indulgeat tibi Deus quicquid deliquisti

per

per visum, auditum. &c. profertur.

¶ Et annotato, quòd siue dicatur, Indulgeat tibi Deus, aut remittat, aut sanet quicquid deliquisti, aut cõmisisti. &c. non variatur formæ essentia. Et licèt orationes quæ ante Vnctionem præmittuntur, non sint formæ, sed sacramentalia quædam, & ideo qnælibet Ecclesia potest suis vti, sed tamen forma sacramẽti eatenus est de essentia, vt sit apud omnes deprecatoria, vt eleganter docet Dominicus à Soto in. 4. dist. 13. q. 1. ar. 4. ad secundum. Modo probatur conclusio ex vniuersali vsu Ecclesiæ Romanæ, & ex concilio Floren. atq; ex verbis diui Iacobi, qui per modum deprecationis, inquit, Orent super eum. Oratio enim idem est quod deprecatio. Item, quia per hanc formam exprimitur primùm materialis causa, Per istam vnctionem. & virtus sacramenti, Per suam misericordiam. & simul intentio ministri & effectus sacramenti cùm dicitur, Indulgeat tibi Deus. Ergo forma hæc est congruens. Præterea, quia hoc sacramentum suscipiens, est viribus proprijs destitutus, vnde aliorũ orationibus subleuari indiget. Postremò, quoniam hoc sacramentum datur exeuntibus ac desinentibus esse iam de foro Ecclesiæ huius militantis, & in solius Dei manu requiescunt. Vnde, per orationem committuntur eius clementiæ & potestati. Has tantùm rationes gratia breuitatis selegi ex pluribus quæ à doctoribus assignari solent, ad probandum quare aliorum sacramentorum formæ sint indicatiuæ, forma autem istius deprecatiua.

Nota.

Soto.

Con. flo.

¶ Tertia conclusio. Licèt in hoc sacramento fiãt multæ vnctiones, vltima tamen est forma respectu omniũ præcedentium, & agit in virtute omnium, & ob id in illa vltima vnctione infunditur gratia, vt dicit D. Tho. in 4. dist. 23. q. 1. ar. 2. ql. 1. ad. 3. Itaq; gratia sacramentalis neq; per primam neq; per subsequentes vnctiones conferatur, vsq; ad punctum vltimæ partialis formæ: vnde nulla est consequentia, quòd si plures sint vnctiones plura sint sacramenta. Nam sicut partiales formæ ossium, carnium & neruorum in homine vnum integrant suppositum, ita & illæ omnes vnctiones vnicum signum vnius gratiæ.

3. concl.

D. Tho.

¶ Annotato circa hanc cõclusionem, quòd cum dixi, vltimam vnctionem esse formam respectu præcedentiũ intellexi de vltima quinq; sensuum: nempe, de illa quę fit in membris, quia quinq; istæ vnctiones sunt tantùm de essentia sacramenti, & sic in

Nota.

ter

termino prolationis formæ ad vnctionem quæ fit in manibus, infunditur gratia, atquè adeò vnctio renuum vel pedum non est pars sacramenti, sed tamen quãdo Ecclesia iubet, quòd istæ duæ vnctiones fiant, intentio ministri debet ad omnes referri, & tunc, nisi in vltima nõ confertur. Ex his manifestè colligitur, quòd si Sacerdos vna vnctione facta aut duabus, moreretur [vt contingit tempore pestilentiæ] sacramentum maneret imperfectum, atquè adeò nullum esset, nisi alius presto esset, qui alias vnctiones prosequeretur, & tunc vncti ones factas non debet iterare, nec pluralitas ministrorum tollit vnitatem huius sacramenti, quia instrumentaliter tantùm operãtur. Mutatio nanquè martelorum, inquit S. Tho. non tollit vnitatem operationis fabri.

D. Tho.

Nota. ¶ Notandum est hîc vltimatè, quòd quanuis in. c. Nunquid de const. d. 5. dicat glosa, quòd omnia sacramenta perficiuntur cũ inuocatione trinitatis. scilicet, in nomine patris & filij & spiritus sancti. Attamen hæc glosa solùm probat quòd ita fit, non autem quòd sit de necessitate sacramenti. Non enim videtur esse de substantia formæ sacramenti istius secundùm D. Tho. vt dicit summa Armilla in verbo, Vnctio extrema.

Armilla.

De effectu Extremæ vnctionis.

¶ QVINTA DIFFICVLTAS.

Vtrùm effectus Extremæ vnctionis sit peccatorum remissio, & sanitas corporalis.

Notabil. PRo huius difficultatis decisione annotare oportet, quòd triplex est peccatum. nempe, originale, mortale & veniale, & in vnoquoq; est distinguere tria: scilicet, maculam culpæ, & reatum pœnæ, & reliquias quæ ex ipsis peccatis relinquũtur. Hac distinctione sic præhabita, sit prima conclusio. Effectus proprius sacramenti huius non est remissio culpæ originalis vel mortalis. Cõclusio hæc triplici ratione ostenditur, & earũ prima sit, quia sicut medicatio & sanatio præsupponit vitam corporalem, eò q; mortuo, qui sanari nequit, nulla applicatur medicina: ita Extrema vnctio præsupponit spiritualem vitam, languidam tamen, debilem & infirmam, non ergo est instituta, vt per se directè tollat mortem originalis vel mortalis culpæ. Quare Iacobus non simpliciter dixit, quòd directè remittat peccata

1. concl.

sicut

ſicut pœnitentia: ſed quòd ſi infirmus in peccatis eſt, remittentur ei. Secunda ratio eſt, quia cùm Baptiſmus contra originale, & pœnitentia contra actuale mortale directè ordinetur, fit vt Extrema vnctio non ſit ad illum effectum directè inſtituta, eò quòd duo ſacramenta immediatè non ordinantur ad eundē effectum. Tertia, quia ſicut pœnitentia ſupponit Baptiſmum, quo tollitur originale, ita Extrema vnctio ſuo ordine, & inſtitutione præſupponit pœnitentiam, qua tollitur mortale.

¶ Secunda concluſio. Iſtud ſacramentum Extremæ vnctionis, non eſt principaliter inſtitutum contra veniale peccatum. Hæc concluſio eſt contra Scotum, Durandum, Bonauē. Ricardum, & Maiorem in 4. diſt. 23. ſed eſt expreſſa ſententia D. Thom. in eadem diſt. q. 1. ar. 3. ql. 1. Cuius ratio eſt, quia pœnitentia ſufficienter etiam in vita delet venialia quoad culpam, licet principaliter ſit inſtituta ad remiſsionem mortalis culpæ, nec veniale ſit eius neceſſaria materia, & ideo ſub conditione ait Iacobus, Si *in* peccatis eſt, hoc eſt, ſi in peccato eſt vllo, ſiue mortali ſiue veniali, inſinuans quòd non debet infirmus poſt ſacramentum pœnitētiæ quod ei applicatur, in aliqua eſſe culpa peccati. Videtur etiam per hoc inſinuare, quòd etiam ſi nō haberet peccatum infirmus, eſſet ei Extremæ vnctionis ſacramentum conferendum, cùm loquatur conditionaliter. Deinde probatur, nam cùm remiſsio venialis peccati ſine nouæ gratiæ collatione fiat, nulla opus eſt inſtitutione ſacramenti ad iſtud præciſum effectum, ſed ſufficiunt ſacramentalia. Poſtremò, quia ſi remiſsio venialium eſſet effectus Extremæ vnctionis, tam commodè miniſtraretur ſanis, quàm infirmis, ſiquidem peccata venialia quotidie committimus: quare non eſſet proprium ſacramentum infirmorum. 2. *concl.* D. *Tho.*

¶ Tertia concluſio. Effectus ſacramenti Extremæ vnctionis, eſt ſanare, & abſtergere per gratiam reliquias peccatorum, & veſtigia, & cicatrices, quæ quidem nihil aliud ſunt, quàm quædam prauæ habitudines, putà pronitas & procliuitas ad malum & ineptitudo & torpor, lāguor & debilitas, q̄ in nobis ex peccato actuali vel originali relinquūtur ad opādū bonū, & ad hoc, vt nō facilè poſsimus de Deo cogitare & reſiſtere tētationibus dæmonū. Et quoniā in articulo mortis maximè hoſtes à dæmonibus īfeſtātur, & maiorē lāguorē ſētit aīus, & acriori afflicitur merore, idcirco ſolis i illo articu. cōſtitutis cōfertur iſtud ſacrūm 3. *concl.*

vt

vt illis animam alleuiet, & confirmet, magnam in eis diuinæ misericordiæ fiduciam excitando, qua infirmi subleuati & morbi incommoda, ac labores leuiùs ferãt: & tentationibus dæmonis, calcaneo insidiantis, faciliùs resistant.

Notabil. ¶ Notato tamen, quòd per pronitatem non est intelligẽdus fomes peccati nec habitus praui, sed actus & effectus eorũ, quia fomes cùm sit naturalis, non tollitur per gratiam quæ datur in hoc sacramento & habitus ex prauis actibus ingeniti non euelluntur nisi per contrarios actus. Vnde, posteà cùm manent habitus, ipsi pullulant ijdem effectus, soli igitur actus & effectus eorundem habituum tollũtur per gratiam huius sacramenti. Conclusionem istam sic probo, nam cùm hoc sacramentum supponat peccatum tam actuale quàm originale quoad culpam tam venialem quàm mortalem, & aliquam partem pœnæ, iam esse remissum per Baptismum & Pœnitentiam, fit, vt ad hoc non ordinetur directè, sed ad remissionem peccatorum quo ad reliquias, ad quem effectũ infusio gratiæ requiritur sicut ad remittendam pœnam.

4. concl. ¶ Quarta conclusio. Hoc sacramentum Extremæ vnctionis, si inuenit peccatum aliquod vel mortale vel veniale quoad culpam, tollit illud, & gratia habita augetur, vel noua confertur, dummodò non ponatur obex ex parte recipientis. Hæc conclusio est D. Tho. vbi suprà, & probat hac ratione: videlicet, quia gratia quæ præstat prædictum robur, non compatitur secum peccatum, ideo ex consequenti remittit peccata quæ inuenit, quemadmodum ignis expellit humiditatem à ligno ad suũ effectum: scilicet, calorem introducendum, eò quòd non compatiuntur simul, humiditas & calor. Item, patet ex testimonio Iacobi, Si in peccatis sit, dimittentur ei. ✻ Et breuiter conclusio ista secundùm fidem est tenenda. Habetur nanq; diffinita in cõcilio Tridentino sessione. 14. c. 2. sub his verbis, Si quis dixerit, Sacram infirmorum vnctionem non conferre gratiam, nec remittere peccata, anathema sit.

D. Tho.

Con. tri. ✻

5. concl. ¶ Quinta conclusio. Extrema vnctio habet pro effectu minus principali, infirmum ab ægritudine corporali alleuiare, & nonnunquàm seruare. Hæc conclusio patet testimonio Iacobi, Infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros Ecclesiæ. &c. & alleuiabit eum Dominus à languoribus suis.

Notabil. ¶ Annotare tamen oportet circa hanc conclusionem, quòd nõ semper

semper causat hunc effectum: nempe, sanitatem corporis, sed interdum inquantùm expedit, vt ait concil. Floren. & nunc cõ ci. Tridentinum: videlicet, cùm expedit animæ suscipientis, ad spiritualem salutem. Rursus annotandum est hîc cum doctissimo Soto, q̃ hoc etiam non est signum infalibile, siquidem multi postmodùm sunt peiores, & è conuerso multi tunc moriuntur etiam in gratia, qui forte si in pristinam sanitatem redirent, pluribus meritis vitam suam exornassent, quare illud signum non dederũt cõcilia tanq̃; articulũ fidei, cũ dicũt, Inquantùm expedit. Hoc tamen est certum, quòd cæteris paribus facilius sanitatem recuperat in extremis vnctus, quàm si non vngeretur, quia hæc virtus causas naturales adiuuat corroborando virtutem naturæ, imo & virtutem medicaminum: sed tanta potest esse infirmitas, vt illud iuuamen non sufficiat, & propterea, licèt effectus præcipuus istius sacramenti est certus: scilicet, infusio gratiæ ad remissionem peccatorum, quãtùm ad reliquias eorum, sed quantùm ad effectum secundum respectu salutis corporis qui non est principalis, licèt ex sua natura semper ad illum effectum iuuet, non tamen eãdem habet ordinariam certitudinem quantùm ad effectus consecutionem, nam potest natura morbi adeò inualuisse, vt id non sufficiat.

Con. flo.
Con. tri.
Notabil. Soto.

De ministro huius sacramenti.

¶ SEXTA DIFFICVLTAS

Vtrùm solis & omnibus sacerdotibus hoc sacramentum administrare competat.

IRibus conclusionibus huic difficultati respondetur & earum prima sit. Ab omnibus & solis Sacerdotibus etiam in mortis articulo confertur Extrema vnctio. Itaq; neq; requiritur Episcopus, nec sufficit diaconus aut alius non Sacerdos. Hæc conclusio præter verbum Iacobi, dicentis, vt presbyteri oleo vngant infirmos, habetur expressè diffinita in concilio Floren. sub Eugenio. 4. vbi dicitur solùm Sacerdotem ministrum esse huius sacramenti. Habetur quoq; in c. Quæsiuit. extrà, de verbo. signi. vbi ait glosa solũ Sacerdotem infirmũ vngere posse. ✻ Nouissimè conclusio ista est decretum sanctæ synodi Tridentinæ, sub his verbis, Si quis dixerit, presbyteros Ecclesiæ

1. concl.
Con. flo.
Con. tri.
✻

quos beatus Iacobus adducendos esse ad infirmum inungendum hortatur, non esse Sacerdotes ab Episcopo ordinatos, sed ætate seniores in quauis communitate, ob idq; proprium Extremæ vnctionis ministrum nõ esse solum Sacerdotem, anathema sit. Hanc eandem sententiam tenet D Tho. in 4. dist. 23 q. 2. ar. 1. ql. 2 ad. 2. & ratio quã assignat illic est, quia hoc sacramẽtum non est necessitatis sicut Baptismus. Quocirca, nõ ita eius dispensatio committitur omnibus in necessitatis articulo, sicut Baptismi dispensatio, sed tantùm illis quibus ex officio competit. Diaconis autem etiam baptizare nõ competit ex officio, multò ergo minùs administrare hoc sacramentum. Nec tantùm intelligimus non Sacerdotem peccatum committere hoc sacramentum ministrantem, sed quòd de necessitate sacramenti est, quòd à presbytero exhibeatur, alioquin nullum erit sacramentum. Deinde etiam probatur, nam ille qui dispensare habet sacramenta corpori Christi mystico, oportet, quòd habeat potestatem supra corpus Christi verum, sed iste est solus Sacerdos, quare solus ipse habet hoc sacramentum ministrare. Nec requiritur, ꝙ sint plures Sacerdotes, sufficit nãq; vnus cũ ministris, vel ministro seculari respõdẽte, si plures minimè haberi possint. Pluralitas enim illa à Iacobo posita: scilicet, Inducat presbyteros. in singularitatem resoluenda est, vt dicamus, Presbyteros, vel presbyterum. Quòd autem Episcopi ad hoc sacramentum ministrandum non sunt necessarij, apertè patet, tũ quia sunt arctioribus negocijs implicati, & ideo non eis vacat, tum etiam quia neq; eos decet per domos infirmorum discurrere, quod esset ad illos vngendum necessarium.

D. Tho.

Dubium. ¶ Sed dubiũ est, vtrùm quicũq; simplices Sacerdotes, licèt nõ sint parrochiales possint hoc sacramentũ administrare? Cui dubio satisfacit hæc secũda cõclusio in ordine: nẽpe, ꝙ quãuis de necessitate sacramẽti nõ requiratur proprius Sacerdos ad hoc sacramentũ conferendum, sed quicunq; simplex Sacerdos sufficiat, peccat tñ mortaliter huiusmodi simplex Sacerdos illud administrãdo sine licẽtia proprij Sacerdotis. Nullus enim sacerdotũ vllũ sacramẽtũ potest administrare, nisi suis subditis sine licẽtia proprij Sacerdotis, ad quẽ de iure expectat huius sacramẽti administratio, p̃ter Baptismũ in extrema necessitate: ꝙ si sint religiosi incurrũt excoicationẽ, vt habetur in Clemẽ. religiosi. de priuile. Et idẽ etiã peculiariter de religiosis habetur.

2. concl.

Clem

Clem. dudum de sepul. scilicet, ꝙ non se intromittant in officia presbyterorũ parrochialium. Et ratio est euidẽs, quia simplex Sacerdos sic administrãs, alienã iurisdictionem vsurpat. Quòd autem sit verũ sacramentum sic à Sacerdote priuato administratum, patet: quia concurrunt omnia quæ sunt de essentia sacramenti: scilicet, materia & forma & intentio ministri. Secus de sacramento pœnitẽtiæ, vbi de necessitate sacramenti exigitur iurisdictio. Annotato tamen, ꝙ proprius Sacerdos etiam si sit excõmunicatus, potest dare prædictã licẽtiã: sicut excõmunicatus & suspensus à iurisdictione dant licentiam confessiones audiendi. *Nota.*

¶ Tertia conclusio. Quando certò præsumitur ratihabitio pleblani: nempe, in articulo necessitatis, vbi quis iamiam appropinquat morti, & copia proprij Sacerdotis haberi non potest, posset & deberet quicũq; alius Sacerdos etiam religiosus, alienum subditum infirmum inungere. Conclusionẽ istã tenet Caie. verbo. excõ. c. 64. vbi dicit, ꝙ religiosi nõ incurrũt sentẽtiã excoicationis appositã in p̃dictis Clementinis, si ex ignorantia vel sub ratihabitionis spe sacramẽta administrẽt, quia tunc non ex præsumptione administrant: & in Clementinis solùm dicitur, Si præsumpserint. Eandẽ sententiam tenet Soto, & assignat pro ratione: quia licèt non sit sacramentum necessitatis, sæpe posset contingere, vt per illud homo fieret ex atrito contritus. *3. concl.* *Caieta.* *Soto.*

¶ SEPTIMA DIFFICVLTAS.

Vtrùm hoc sacramentum sanis, furiosis & pueris sit exhibendum

HVic difficultati me satisfacturũ existimo quatuor conclusionibus, & earum prima sit, ꝙ sacramentũ hoc non nisi infirmis conferre licet, imo si sanis cõferatur, non erit sacramentum. Hæc conclusio ex p̃dicta authoritate Iacobi constat, Infirmatur quis in vobis, &c. Colligitur etiam ex ca. vnico. de sacra vnctione, vbi oleum infirmorum appellatur oleum huius sacramenti. Habetur etiam in concilio Flo. & ex vniuersalis Ecclesiæ vsu patet, quæ tantùm illud confert infirmis. Postremò probatur ratione, quia huiusmodi sacramentũ datur per quendam curationis corporalis modum, & debet exteriùs significare id quod intus opatur. Quocirca, illis quibus curatio corporalis nõ cõpetit: scilicet, sanis cõferri nõ debet, sed solis ifirmis: nec solũ hoc *1. concl.* *Con. flo.*

requiritur de necessitate p̄cepti, sed de necessitate sacramenti. Item, quia effectus huius sacramenti non solùm est gratiam cō ferre, sed etiam ab infirmitate corporali liberare. Vnde colligitur, ꝙ subiectum de essentia istius sacrāmēti est hō infirmus.

Dubium, 2. concl. ¶ Sed vtrùm conferri debeat omnibus infirmis dubium est? Pro quo sit secunda conclusio. Non quibuscunq; infirmis conferendum est hoc sacramentum, sed tantū illis qui sunt in periculo, & sunt morti propinqui propter infirmitatem, qui cum deuotione tunc illud petunt, vel anteà petierunt. Conclusio ista habetur in concilo Floren. vbi dicitur, Hoc sacramentū

Con. flo. Cor. tri. nisi infirmo de cuius morte timetur, dari non debet. ✻ Et con ✻ ciliū Tridentinū dicit, ꝙ est adhibenda Extrema vnctio illis infirmis, qui tam periculosè decūbunt, vt in exitu vitæ constituti videātur. Quem quidem vsum vniuersalis obseruat Ecclesia. Postremò probatur hac ratione: nempe, quia istud sacramentū est vltima medicina, vt nomē ipsum Extremæ vnctionis sonat, & ad extremam vltimamq; luctam cum dæmone datur. Sequitur primò ex hac secunda conclusione, cùm in illa dicatur, debet dari infirmis, ac in mortis articulo constitutis ex infirmitate ipsa, quòd euntibus ad bellum, aut nauigaturis, aut etiam occidendis iudicis sententia non debet conferri hoc sacramē tum, quia talis mors non imminet ex defectu naturæ, sed euentu fortunæ, neq; huiusmodi homines sunt subiectum in quo secundarium effectum habere possit sanandi corpus. His autem qui præsenio deficiunt sine actuali infirmitate, datur. Sequitur secundò, quòd non est differendum huiusmodi sacramentū, quo usq; infirmus careat sensu, aut omnino sit eius desperata salus, sed conferendum est ei, quādo de eius morte timetur. Effectus enim spiritualis poscit, vt infirmus sensum habeat, vt sacramē ti deuotioni afficiatur, & animi hilaritate corroborata spe gloriæ recreetur. Dixi in conclusione, quòd illis est conferendum, qui cum deuotione petierunt, nam ego non auderem illud conferre infirmis existentibus sine sensu, si nunquàm anteà petierunt, secus si anteà petierunt, & si non explicitè, saltem tamen

Palud. Archi. implicitè secundùm Petrum à Palu. & Archi. Flo. quia scilicet quanuis non actualiter petierint, sunt tamē tales p̄sonæ, de quibus cōstat ꝙ bene vixerunt, & ꝙ si tunc haberent sensum, illud peterēt, vt creditur: sic enī habet vsus Ecclesiæ, & qñ D. Tho.

D. Tho. dicit in. 4. d. 24. q. 2. ar. 2. ql. 3. ꝙ nō debet dari, nisi habentibus

actu

actualem deuotionem, debet intelligi, de hijs qui non habent, neq; illam habuerunt.

¶ Tertia concluſio. Amentibus & furioſis à natiuitate vel per petuo, non eſt ſacramentū hoc cōferendum, cùm nunquàm deuotionem erga hoc ſacramentum habuerunt. Secus ſi aliquibus potirentur lucidis interuallis, quibus poſſēt deuotione erga ipſum adducti, illud petere. Eſt etiam eadem ratione dandū freneticis & amentibus, ſi priùs ſana mente petierunt, niſi crederetur, quòd irreuerentia & indecentia aliqua huic ſacramentoexhiberetur. Et ob hāc rationē non eſt adminiſtrandum hoc ſacramentum pueris, tum quia deuotionem erga ipſum habere non poſſunt, tum quia inſtitutum eſt contra reliquias peccatorum actualium, quæ ipſi ante vſum rationis committere nequeunt, vel contra reliquias originalis, quatenus per actualia ſunt confirmatæ. 3. concl.

¶ Quarta concluſio. Pueris adultis baptizatis debet conferri hoc ſacramentum ab illo tempore, quo illis viaticum porrigitur. Hæc concluſio probatur, quia poteſt contingere, ꝙ ſi quis mortem obiret ſine hoc ſacramento, damnaretur: ſi verò illud reciperet, vitam æternam conſequeretur. Poteſt nanq; contingere illum non poſſe peccata ſua mortalia poſt baptiſmum cō miſſa confiteri, vel dato quòd eſſet confeſſus, non tamen habuit tunc contritionē, nec atritionem: poſtmodùm autem in mortis articulo habet attritionem, quæ quanuis per ſe ſola non ſufficiat ad contritionem inducendam, attamen iūcta ſacramento, fit homo de attrito contritus virtute ſacramenti: quia omnia ſacramēta habēt efficere de attrito contritum, imo etiam ſi nū quàm poſt ſuſceptum baptiſmum lapſi fuerint adulti: eſt eis ſacramentum hoc conferendum, vt ſi ſtatim poſt baptiſmum ſuſceptum infirmarentur. Hanc ſententiam tenet Petrus à Palud. & Archiepiſcopus Flo. Ratione quoq; probatur, quia remanet pugna contra hoſtem, nec eſt mendacium in forma, quia remanſit debilitas mentis ex prioribus peccatis. 4. concl. Pa lud. Arc. flo.

¶ OCTAVA DIFFICVLTAS.

Vtrùm omittere hoc ſacramentum ſine ſuffici ente impedimento ſit mortale peccatum.:

1. concl. Bonauen Palude, Duran. Siluest.



Onclusionibus duabus quæstioni huic respondetur. Prior sit. Omittere ex negligentia hoc sacramentum, non est mortale peccatum. Conclusionem hanc tenet Bonauentura, Petrus à Palu. Duran & Siluest. verbo, Extrema vnctio. §. 9. & ratio est, quia illud sacramentum non est necessitatis, sicut Baptismus & Pœnitentia. Posterior conclusio. Si ex contemptu omittatur, est damnabile: scilicet, mortale. ✻ Conclusio ista est expressa sententia sanctæ synodi Tridentinæ, sessione. 14. c. 4. inquit enim concilium, Necverò tanti sacramenti contemptus absq; ingenti scelere, & ipsius Spiritus sancti iniuria esse posset. Contemptus autem iudicaretur in hac materia, si videns quis, quàm proxima est lucta, ac certamen cum inimico, & dicunt ei quòd illud recipiat: & ipse non vult, sed recipere paruipendit. Omnes nanq; qui tunc illum viderent nolentem recipere illud, scandalizarentur.

2. concl. Con. tri. ✻

¶ NONA DIFFICVLTAS.

Vtrùm sint certæ partes corporis vngendæ, & non totum corpus.

1. concl.



VÆSTIONI huic tribus conclusionibus breuiter respondetur. Prima est affirmatiua, quadi rectè satisfit illi: videlicet, ꝙ non totum corpus est vngendum hoc sacramẽto, sed certæ partes. Conclusio ista præter hoc quòd est omnium doctorum sententia, probatur ratione, quia quemadmodum corporales medicinæ non omnibus partibus corporis quæ dolẽt, applicantur, sed tantũmodò illis vbi est radix & fons infirmitatis: ita in spiritualibus medicationibus applicandis obseruãdũ est. Et quia tres sunt in homine radices morbi spiritualis, cùm eadem sint principia peccandi & agendi: nempe, vis cognoscitiua, vis appetitiua, & vis motiua, sed per principia cognoscitiua quinq; sensus intelligũtur: nihil enim est in intellectu, quin priùs fuerit in sensu: idcirco quantùm attinet ad essentiam sacramenti fieri debent vnctiones super organa quinq; sensuum, quæ quasi primæ radices peccandi sunt: nempe, Oculi propter visum, quo peccamus, Aures propter auditum, Nares propter odoratum, & Os non propter loquelam, sed propter gustum, & Manus propter tactum.

2. concl. ¶ Secũda cõclusio. Nõnullæ Ecclesiæ in more habẽt propter virtu

vitntem appetitiuã vngere renes,& plures etiam propter exe cutiuam vngere pedes: deest,quia sunt principale instrumentũ profecutionis ac executionis vis motiuæ,aliæ verò vtrunq;. Illam autem vnctionem vniuersalis Ecclesia obseruat, quæ ht ad quinq; sensuum organa de necessitate & essentia sacramen ti,sed particulares Ecclesiæ habẽt diuersos modos vngendi pe des & renes,quasi illud non sit de essentia,alioquin vniuersalis Ecclesia illum morem seruaret. Nec obstat decretum concilij Floren vbi septem omnes vnctiones connumerantur,nam pa trum intentio non fuit,nisi numerare omnes quæ vel Ecclesiæ vniuersali, vel alicui particulari in more sunt,vt omnes approbaret,non tamen omnes in eodem gradu, ita vt omnes essent de essentia sacramenti. Hæc Soto. dist. 23.q.2.ar.3 Et in religio nibus vnctio in renibus non est in vsu propter pudorem,præci pue in fœminis,imo si fœminæ essent vngendæ propter appeti tum,in vmbilico essent vngendæ,quia in ipsis illic viget dele ctatio,sicut in viris in lumbis. Cor verò non vngitur,quia est principium immediatum vitæ,& remotum actionis. nec geni talia membra propter immunditiam & irreuerentiam sacra menti. *Con. flo.* *Soto.*

¶ Tertia conclusio. Cæcus à natiuitate, qui non peccauit per visum,vel surdus à natiuitate,qui non peccauit per auditum, vel claudus,qui non peccauit per gressum,debet inungi in istis membris. Probatur, nam licet cæcus à natiuitate non peccaue rit videndo,tamen fortè peccauit inordinatè visum appeten do,& idem dico de surdo & claudo. Possunt enim peccare per internas potentias,quibus illa membra respondent. Vnde, quã uis alicuis careat huiusmodi membris,in quibus solet fieri Vn ctio: debet nihilominus inungi in locis circunuicinis. *3. concl.*

¶DECIMA DIFFICVLTAS.

Vtrùm hoc sacramentum debeat iterari.

AD HANC DIFFICVLTATEM DVA bus respondetur conclusionibus,quarum prima sit affirmatiua: nempe, quòd illud sacramen tum iterari potest in diuersis infirmitatibus. Hæc con clusio prter hoc quòd est oium doctorũ cõsẽsu ap probata. ✻ Habetur in scãsyno. Tri. se.14.c.2.sub his verbis. *1. concl.* *Con. tri.* ✻

Quòd si infirmi post susceptam hanc vnctionem conualuerint, iterum huius sacramenti subsidio iuuari poterunt, cùm in aliud simile vitæ discrimen inciderint. Probatur etiam rationibus. Prima, quia in isto sacramẽto, nõ imprimitur character, eò quòd non confertur homini vt signum distinctiuum inter status Ecclesiæ militantiũ, cùm non debeat permanere in Ecclesia militante, sed in aliam vitam transire, nec potestas per illud susciputur ad conferendum vel suscipiendum aliquod sacramẽtum, & tamen ad ista officia imprimitur character. Secunda, quia hoc sacramentum non habet effectum perpetuum, cùm sanitas mentis & corporis, quæ huius sacramenti sunt effectus, amitti & recuperari possint. Potest nanquè homo multoties ad mortem infirmari, & sanari.

2. concl. ¶ Secunda conclusio. In eadem infirmitate, vt si aliquis reciduaret, posset iterato inungi. Probatur, quia reciduum videtur esse alia infirmitas à prima. Debet enim hoc sacramentum conferri in infirmitate periculosa: quamobrem, quotiescunquè deuenerit ad punctum mortis, debet inungi, vt postquàm euasit semel & bis articulum mortis, eadem infirmitate durante, iterum atq; iterum ad similem infirmitatem redeat, iterum atq; iterum est vngendus: quia iam est quasi alius status infirmitatis, q̃; uis sit eadem infirmitas. Quia hoc sacramentum non tantùm respicit infirmitatẽ, verùm etiam infirmitatis statum.

Et hæc de hac materia Extremæ vnctionis sufficiant.

✻

De

DE SACRAMENTO ORDINIS

CVM VNITAS NATVRAliter sit prior multitudine, sit, vt quę; sacramenta, quæ ad remedium & perfectionem singularis cuiuscunq; personæ expectant: nempe, quæ producunt, promouent, ac hominẽ conseruant in esse spirituali suapte natura, sint priora illis, quæ non singulis personis coaptantur, sed respectu multitudinis institura sunt, & in bonum cõmune totius Reip & Ecclesiæ referuntur, qualia sunt, Ordo & Matrimonium. Quocirca iuxta hunc naturæ ordinẽ, hucusq; de quinq; prioribus diximus. Nunc verò de reliquis duobus tractandum superest. Et quoniam sacramentũ ordinis maius ac dignius ẽ matrimonij sacramẽto, eò quòd Ordo ad procreationem filiorum spiritualium attinet: Matrimonium autem ad procreationem filiorum secundùm carnem: & dignius minus dignum præcedere oportet, idcirco priùs nobis agẽdum erit de Ordinis sacramento.

¶PRIMA DIFFICVLTAS.

Vtrùm in Ecclesia debeat esse Ordo, & an sint plures Ordines.

HVIC DIFFICVLTATI PER ALIquot conclusiones respondetur, & earum prima, qua directè satisfit primæ quæstionis parti, sit affirmatiua: nempe, quòd in Ecclesia debet esse Ordo. Conclusio hæc est expressa sententia D. Tho. in. 4. dist. 23 q. 1. ar. 1. & probat ex illo Apostoli Rom. 13. Quę à Deo sunt, ordinata sunt, sed Ecclesia à Deo est, eò q; ipse eam ædificauit sanguine suo, ergo Ordo in Ecclesia esse debet. Alias rationes in confirmationem huius conclusionis adducerem, nisi

1. *concl.*

D. *Tho.* Ro. c. 13.

nisi pro sequenti conclusione eas essem facturus. Est secunda
2. concl. conclusio, qua directè secundæ parti quæstionis respondetur. Decentissimum, imo necessarium fuit, plures Ordines in Ecclesia existere. Hæc conclusio est secundum fidem catholicam tenenda contra Vuitcleff, & contra Lutherum, qui in suo illo pestilenti libro de abroganda missa priuata, omnes istos Ordines
Vualden Ecclesiasticos tollere conatur, vt est videre apud Vualdensem
Con tri. tomo. 2. de sacramentis. cap 27. & 28. ✻ Et hæc est expressa
✻ sententia œcumenici Tridentini concilij sessione. 23. cap 2. vbi inquit sacrosancta synodus, Cùm aũt diuina res sit tã sancti sacerdotij ministerium, consentaneũ fuit, quo dignius, & maiori cum veneratione exerceri posset, vt in Ecclesiæ ordinatissima dispositione plures, & diuersi essent ministrorum Ordines, qui sacerdotio ex officio deseruirent, & ita distributi, vt qui iã clericali tonsura insigniti essent, p minores ad maiores ascenderent. Et inferiùs cano. 2. hoc idem sub anathematis censura decernit, nam dicit, Si quis dixerit, præter sacerdotium non esse in Ecclesia catholica alios Ordines, & maiores & minores, per quos, velut per gradus quosdam in sacerdotium tenditur, anathema sit. Et probatur conclusio, quia legimus in archa Noë [quæ huius Ecclesiæ figura fuit] diuersas dispositiones, mansionesque fuisse. Vbi diuersa animalia collocabantur. Oportuit ergo & in hac Ecclesia diuersos Ordines esse: videlicet, alium presbyteratus, alium diaconatus, alium verò subdia
Esd. c. 7 conatus. &c. Item, primi Esdræ. cap. 7. ponuntur diuersi gradus maiores. scilicet, Sacerdotes & Leuitæ: & minores, videlicet, Lectores & Cantores. Præterea, quia Ordinem nomen esse cuiusdam potestatis spiritualis ab omnibus conceditur, at verò ministros Ecclesiæ non omnes æqualem potestatem habere, constat: cùm vnusquisquè illorum pulchro ac conuenienti ordini sit à Deo constitutus. Diuersos igitur Ordines esse in Ecclesia fateri oportet. Præterea, quia Ecclesia ista militans correspondere assimilariquè, quantùm potest, debet Ecclesiæ triumphanti. Præcepit nanquè Dominus Moysi, vt omnia iuxta figuram sibi in monte demonstratam faceret. Ex quo loco meritò colligunt doctores, Ecclesiam militantem à triumphante velut ab exemplari quodam debere sumere ordinem ac dispositionem. Cùm igitur in cœlesti hierarchia diuersi Ordines sint inter beatos: scilicet, Ordo Angelorum, Archangelorum.

Princi

Principatuum, Poteſtatum, & Dominationum, &c. neceſſe eſt fateri, quòd in hac militãte Eccleſia non ſolùm ſint Ordines, verùm etiam diuerſi Ordines. Inde enim Regina Sabba, vt. 3. Reg. 10. legitur, admirata eſt Salomonis ſapientiam, quòd domum Dei tanta miniſtrorum varietate extructam decoraſſet. Poſtremò, quia videmus, quòd in rebus omnibus naturalibus poſuit Deus Ordinem, in cœlis diuerſa aſtra & diuerſos planetas, & in elementis diuerſos gradus ſitus & perfectionis, ita vt terra ſita ſit in infimo loco, ac inſuper in corpore naturali diuerſa membra ad diuerſa officia deputata, vt ſcilicet, per iſta opera venirẽt homines in ipſius Dei cognitionem. Igitur & in hoc corpore myſtico huius Eccleſiæ militantis, neceſſe eſt, vt ſint etiam diuerſi Ordines. 3. Re. 10

¶ Sed dubitatur, à quo iſtituti fuerint huiuſmodi diuerſi Ordines, in Eccleſia? Pro quo ſit tertia concluſio, tenenda etiam de fide, q̃ Ordo ſacerdotalis eſt in Eccleſia ex diuina inſtitutione. Habetur Matthæi. c. 10. & Luc. 10. & ad Titum. c. 1. Reliquite Crete, vt ea quæ deſunt corrigas, & conſtituas per ciuitates preſbyteros, ſicut ego diſpoſui tibi, &. 1. ad Timot. ca 4. Noli negligere gratiam quæ data eſt tibi per prophetiam cum impoſitione manuum preſbyterij. &. 1. Cor. ca 4. Sic nos exiſtimet homo, vt miniſtros Chriſti, & diſpenſatores miniſteriorũ Dei. Habetur etiam in Epiſtola ad Hæbre. ca. 5. Omnis Pontifex ex hominibus aſſumptus eſt, & pro hominibus conſtituitur in ijs quæ ſunt ad Deum, vt offerat dona & ſacrificia pro peccatis, & ad Ephe. 4. Quoſdam dedit Apoſtolos, quoſdam Prophetas, alios Euangeliſtas, alios autem Paſtores & Doctores. Ratione quoq; probatur. Nã Sacerdos ad Euchariſtiam conſecrandam ordinatur; hunc autem effectum omnem humanam facultatem excedere, nemini licet dubitare. Nec igitur licebit dubitare ordinem ſacerdotalem, qui eſt in Eccleſia, ex diuina inſtitutione eſſe. *Dubium.* 3. *concl.* *Matt.* 10 *Luc.* 10. *Ad. ti.* 1. *Tim. c.* 4 1. *cor.* 4. *Hæb. c.* 5 *Eph. c.* 4

¶ Quarta concluſio. Non ſolùm Ordo ſacerdotalis, ſed omnes alij Ordines, tam maiores quàm minores, ſunt in Eccleſia ex CHRISTI inſtitutione. Hanc concluſionem probat eleganter Thomas Vualdenſis, lib. de ſacramentis. c. 116. contra Vuitcleff [qui dicebat Chriſtũ duos duntaxat Ordines inſtituiſſe: ſcilicet Apoſtolorum qui erant Sacerdotes, & ſeptuaginta duorum diſcipulorum, qui erant ſicut diaconi, hoc eſt miniſtri 4. *concl.* *Th. vual*

stri Apostolorum] ex multis testimonijs quæ illic adducit. Primum, ex Epistola tertia Clementis Papæ ad vniuersos diui Petri successores, vbi facit memoriam de subdiaconis & de reliquis ordinibus minoribus. Secundum testimonium quod adducit, est Anacleti Papæ in suis decretis, vbi omnes ordines tam minores, quàm maiores amplectitur. Ait enim, Episcopus Deo sacrificans, testes secum habeat, & plures quàm alius Sacerdos. In solennioribus quippe diebus, aut septem, aut quinq;, aut tres diaconos, qui eius oculi dicitur. Et subdiaconos, atq; reliquos ministros secum habeat. Tertium testimonium adducit ex canonibus Apostolorum per multa capita, in quibus facit mẽtionẽ de diacono, & subdiacono, ac omnibus inferioribus ordinibus. In. c. 42. dicitur, quòd Episcopus aut presbyter, aut diaconus aleæ, atq; æbrietati deseruiẽs, aut desinat, aut certè communione priuetur. & .c. 43. dicitur, Subdiaconus, aut lector, aut cãtor, similia faciens, aut desinat, aut communione priuetur. Fit quoq; mentio de hac re in concilio Niceno. c. 3. & in concilio Laodiceno. c. 23. & in concilio Calcedo. c. 14. & in conc. Tolle. 1. c. 4. & Tolle. 4. c. 40. & in c nc. Bracha. 1. c. 28. & sequentibus. ✻ Ac demum in œcumenica Tridentina synodo canone. 6. diffinitur hoc idem sub his verbis, Si quis dixerit, in Ecclesia catholica non esse hierarchiam diuina ordinatione institutam, quæ constat ex Episcopis, presbyteris & ministris, anathema sit. Item. D. Hieronimus in argumento prioris Epistolæ ad Thesalo. inquit, Hos collaudat Apostolus scribens eis ab Athenis per diaconum, & Onesimum accolitum. Cõcludimus igitur omnes septem ordines esse antiquissimos: nempe, à tempore Apostolorum semper in Ecclesia fuisse celebres, ac ex consequenti à Christo redemptore nostro fuisse institutos in particulari ipso viuente, vel saltem in generali: scilicet, quia Christus dedit potestatem Ecclesiæ constituendi ministros ad Eucharistiæ sacrificium celebrandum quotquot ei visum esset expedire. Vnde, credendum est, hanc ordinum distinctionem ex traditione Apostolorum haberi, nam canon receptissimus est, à diuo Augustino æditus, scribens aduersus Donatistas, quòd quicquid non habetur institutum in aliquo concilio, & per totam Ecclesiam semper obseruatur: credendum est ab Apostolis traditum esse.

Cle. Pa. *Ana. pa.* *Conci.* *Nice.* *Laodi.* *Calce.* *Tolle.* *Bracha.* *Con. tri.* *D. Hier.* *D. Aug.*

¶SECVNDA DIFFICVLTAS.

Vtrùm

Vtrùm sit aliqua diffinitio ordinis conueniens.

DIfficultati huic respondetur affirmatiue: nempe, quòd hæc est conuenies diffinitio. Ordo est signaculum quodam, in quo & per quod spiritualis potestas, seu officium traditur ordinato. Hanc diffinitionem ponit Magister. sen. in. 4. dist. 24. & Hugo de sancto victore. Et ratione probatur, nam duo ponuntur in hac diffinitione: scilicet, signum quodã exteriùs, & effectus interior. nempe, spiritualis potestas, quæ quidem duo sunt de ratione Ordinis secundùm quòd est Ecclesiæ sacramẽtum. Ex quo sequitur, Ordinem sacramentum esse, quia sacramentum nil aliud est, quàm sacræ rei signum: hoc est signum gratiæ hominem sanctificãtis, Ordo autem accipitur pro ipsa Ordinatione, quæ est sensibile signum spiritualis potestatis, quæ illic confertur, vt cùm Episcopus oblato calice cum hostia ait, Accipe potestatem offerendi sacrificiũ. &c. Per illa enim verba, & traditionem materiæ confert potestatem: scilicet, characterẽ ad consecrandum, quæ quidem materia & forma signum sensibile est potestatis, quæ confertur & gratiæ. & est tenẽda hæc sententia: videlicet, quòd Ordo sit sacramentum secundùm catholicam fidem. Habetur nanq; expressè in synodo Florentina, vbi Ordo inter sacramenta Ecclesiæ cõnumeratur: ✻ & i sacrosancta synodo Tridentina nuper sub Pio. 4. celebrata, sess 10. 23 c 3 dicitur, quòd dubitare nemo debet, Ordinationem esse verè & propriè vnum ex septem sanctæ Ecclesiæ sacramentis, & infra cano. 3. hoc idem diffinitur sub anathematis cẽsura sub his verbis, Si quis dixerit, Ordinem, siue sacrã Ordinationem nõ esse verè & propriè sacramentum à Christo Domino institutum: vel esse figmentum quodam humanum, excogitatum à viris rerum Ecclesiasticarum imperitis: aut esse tantùm ritũ quẽdam eligendi ministros verbi Dei & sacramentorũ, anathema sit. Inferiùs autem examinãdũ supereſt, an singuli Ordines sint sacramenta: & vtrùm omnes simul sint vnum sacramentum.

Mag. seu Hugo.

Con. flo.

Con. tri. ✻

¶ TERTIA DIFFICVLTAS.

Vtrùm hoc sacramentum habeat materiam.

PRæsenti quæstioni tribus conclusionibus respõdetur, quarum prima sit affirmatiua, quæ secundùm catholicam fidem est tenenda. Et probatur, nam cùm omnia

1. coacl.

sacra

D. Aug. Mag. sen. sacramenta constent ex rebus & verbis, vt diuus Augustinus, & Magister sen. ac oēs doctores dicūt: & res i sacramētis habeant locum materiæ necesse est fateri, res quæ in hoc sacramento adhibentur, esse materiam. Differentia tamen non parua est inter huius sacramenti & aliorum sacramentorum materiam: quia in alijs sacramentis id quod in illis confertur, deriuatur à Deo, & non à ministro, qui sacramētū dispensat, sed illud quod in hoc sacramento traditur: nēpe, spiritualis potestas, deriuatur à Deo per ministrum habentem similem characterē. Nullū enim aliorum sacramentorum ad hoc conditum est, vt minister similem facultatem ei quam habet, conferat suscipienti: istud autem per se primò ordinatur ad conferendam potestatem, quæ est character, similem ipsi quæ est in ministro. Ex quo sequitur primò, vt effectus aliorum sacramentorum sit, suscipientem per gratiam assimilare Deo & non ministro, qui sepe solet illa carere: effectus autem istius sacramenti est, vt ordinās per characterem assimilet sibi suscipientem. Sequitur secundò, quòd efficatia aliorum sacramentorum consistit in materia, quæ virtutem habet diuinam, & per sui applicationem sanctificat, sicut aqua in Baptismo per ablutionem, & Chrisma in Confirmatione per Vnctionem: ad denotandum, quòd minister non sanctificat, nisi per virtutem Dei, quæ est in materia. Sed in isto sacramento efficatia residet penes eum, qui sacramentum dispensat & in forma quam profert, & non in materia. Sequitur tertiò, quòd materia in alijs sacramentis concurrit, vt perfectionem conferat sacramento, quia minister nihil aliud facit, quàm illam applicare. Vnde debet materia tangere suscipientem per modum causæ efficientis, vt abluendo, vngendo. &c. In hoc verò sacramento tantùm se habet materia liter & potius significat vsum potestatis exhibitæ à ministro, & adhibetur ad determinandam intentionem & potestatem ministri, quæ illi qui ordinatur traditur, quàm ad ipsam potestatem cau-

D. Tho. sandam. Ita tenet Diuus Thomas, in. 4. distinct. 24. quæst. 1. ar. 1. ql. 5.

Dubium. 2. concl. ¶ Sed dubitatur, quæ sit huius sacramenti materia. Pro quo dubio sit secunda conclusio. Materia istius sacramenti est illud, per cuius traditionem confertur Ordo, sicut Presbyteratus traditur per calicis cum vino & patenæ cum pane porrectionem. Diaconatus verò, per libri Euangeliorum dationem.

Subdia

Subdiaconatus, per calicis vacui cum patena vacua ſuperpoſita traditionem. Et ſimiliter de alijs per rerum adminiſteria ſua pertinentium aſsignationem. Ita habetur expreſſè in concilio Florentino, ſub Eugenio quarto. Tradit nanquè Epiſcopus vnicuiquè materiam, circa quam officium ſuum, atquè miniſterium exercere debeat. Quocirca licèt in primitiua Eccleſia in ordinatione præſbyteri, & in Ordinatione diaconi ac ſubdiaconi non erant huiuſmodi traditiones: attamen modo nullo pacto licet dubitare eaſdem neceſſarias eſſe, cùm oppoſitum aſſerere ſit concilio Florentino aduerſari, nec non omnium Theologorum ſententiæ. Nec obſtat, quod obijci poſſet, quia tempore Apoſtolorum non ordinabantur Preſbyter & Diaconus per huiuſmodi traditiones: ſcilicet, calicis cum vino, & libri Euangeliorum, ſed per ſolam manuum impoſitionem. Non obſtat, inquàm, quia illud tunc fiebat propter materiæ penuriam. Non enim erat in promptu omnis atquè integra omniũ ſacramentorum materia, & ideo ordinabantur illo modo, vt patet Actorum. cap. 8. &. 1. ad Timothe. 4. vnde, vtebantur tantùm materia partiali: nempe, manuum impoſitione. Et ſic ſuſcipiebant ſacramenta quantùm ad ſubſtantiam: & ſi non perfectè, cùm integra materia Sacerdotis ex impoſitione manuum, & traditione calicis cum vino conſtet, & materia integra Diaconi, ex impoſitione manuum & traditione libri Euangeliorum. Quemadmodum ob balſami penuriam in collatione Confirmationis ſolo oleo tunc temporis vtebantur. Nec nocet, quia in Eccleſia, vbi habitabat Durandus materia diaconi ſola manuum impoſitio erat. Et ita in quarto concilio Carth. c. 3. & 4. ſolùm habetur, quòd diaconus, & preſbyter cùm ordinabantur Epiſcopus qui eos benedicebat, manum ſuper illorum capita imponebat. Non, inquàm, nocet quia tunc non erat iſta integra materia diffinita, vt modo habetur in concilio Florẽ. vel dici poterit, quòd errabat Eccleſia illa.

Con. flo

Act. 8.

Ad Ti 4

Con. car

¶ Sed dubium eſt, an contactus materiæ ſit de eſſentia huius ſacramenti: ſcilicet, contactus calicis vel libri? Cui dubio, [omiſſa opinione tenentium partem negatiuam: nempe, contactum non eſſe neceſſarium] hac affirmatiua concluſione reſpondetur: videlicet, quòd contactus materiæ eſt

Dubium.

de

D. Tho. Palud. Siluester Caieta. Con. flo. de essentia sacramenti. Conclusio hæc est D. Tho. in. 4. dist. 24 q. 1. ar. 1. qi. 5. ad. 3. & Palu. q. 1. ar. 1. & Siluestri in verbo, Ordo. 2. § 5. & Caie. in quolibe. 1 q. 16. Concilium etiam Flo. ait, quòd per traditionem materiæ confertur Ordo. Nec sufficit traditio materiæ facta ab Episcopo; nisi qui ordinatur, ipsam materiam tangat. Rationibus quoq; probatur. Prima, quia in omnibus alijs sacramentis requiritur ipsius materiæ contactus, vt patet inductiuè de Baptismo, Confirmatione, & Extrema vnctione: ergo & in hoc sacramento contactus ille est necessarius. Secunda, quia cùm dicitur in forma, Accipe calicem, vel librum, si non interueniisset huiusmodi acceptio, forma esset falsa. Accipere nanq; est correlatiuum huius, quod est dare: cùm ergo Episcopus det potestatem, & iubeat, vt alter accipiat, videtur necessarium, vt manibus tangat. De necessitate ergo sacramenti requiritur contactus materiæ. Tertia ratio est, quia ita habet Ecclesiæ vniuersalis consuetudo ex Apostolorum traditione.

Nota. 1. Soto. ¶ Annotare tamẽ primò hîc oportet cũ Soto pro scrupulis tollendis eorum qui arbitrantur, nisi tetigerint calicem & simul hostiam, nullatenus esse ordinatos, quòd fortasse licèt non attingant, hostiam, sed duntaxat calicem, illic cẽsentur totum quod ibi datur, pertingere: nam sicuti qui tangit calicem, censetur tãgere vinum, quod est intus, ita & hostiã, quæ est supra patenã. Dicit tamen, quòd est adhibenda diligentia contingendi etiam hostiam ad modum in Pontificali Romano præscriptum.

Nota. 2. ¶ Annotare tã hîc opus est secũdò, q̃ huiusmodi cõtactus non requiritur, quòd sit simul cum verbis mathematicè, vt non finiatur verborum prolatio, ãtequàm tactus fiat, sed satis est simultas moralis, quæ obseruari solet secundùm communem loquẽdi vsum, ad quod sufficit, quòd immediatè, & proximè post prolationem verborum succedat contactus. Arbitror tamẽ tutiùs esse, quòd antequàm vnum finiatur, aliud incipiat, vt tangere calicem, vel librum ante finem prolationis verborum.

¶ QVARTA DIFFICVLTAS.

Vtrùm forma in hoc sacramento congruè designetur.

Ad

AD difficultatem istam duabus conclusionibus respondetur. Prior sit. Forma Ordinis optimè designatur verbis huiusce modi imperatiui modi, Accipe potestatem offerendi sacrificium pro viuis & mortuis, In nomine patris,& filij,& spiritus sancti. Et sic de aliorum ordinum formis. Haec conclusio ex presse ponitur in concilio Florentino sub Eugenio. 4. & eam ponit etiam D. Tho. in. 4. dist. 24. q. 1. ar. 1 ql 4. Sicut enim creatio regis, aliusq; cuiusq; magistratus fit per verbum imperatorium, Accipe potestatem, tradendo illi sceptrum, vel pileū. vel claues, vel quodpiam aliud insigne Reipublicæ: sic dum ordinatur Ecclesiæ minister, forma ordinandi esse debet, Accipe potestatem, tradendo materiam circa quam vsus eiusdem potestatis versatur. 1. concl. Con. sio. D. Tho.

¶ Secunda conclusio. Non tantùm habet Ordo sacerdotalis formam quam ponit concilium Flo. cùm dicit, Accipe potestatem offerendi. &c. verùm etiam aliam per impositionem manuum cum illis verbis, Accipe potestatem remittendi peccata. Et hæc secunda forma secundùm aliquos non solùm est necessaria necessitate præcepti: sed etiam necessitate sacramēti. Pro cuius probatione supponunt, quòd sacerdotium extenditur ad cōficrandum, & ad absoluendum. Quo supposito, sic probant, quia notum est sacramenta id efficere, quod significant: at verò verba primæ formæ significant potestatem conficrandi, nō autem remittendi peccata: quare præter primam formam est altera necessaria. Quo fit, inquiunt, vt si secundam formam nō acciperet Sacerdos, minimè absoluere posit: & si attentaret absoluere, nihil faceret. Item, quia Christus non simul vtranq; potestatem discipulis tradidit, sed primam ante passionem, alteram verò post resurrectionē: non ergo est vna sola potestas. Nec tamen ob id, aiunt, licet inferre, quòd presbyter recipiat duplicem characterem iuxta duplicem potestatem, cùm idem character ad vtranq; potestatem extendatur. Nec existimandum est has duas formas æquales esse. Prima nanq; principalior est, quandoquidem ad principaliorem effectum ordinatur: nēpe, ad Eucharistiā conficrandā. Hic nanq; effectus est principalior, quia teste Paulo, omnis Pōtifex ex hominibus assumptus est, & pro hoibus constituitur, vt offerat dona & sacrificia. Quā ob rē primæ solius tanq; principalioris meminit cōcilium 2. concl.

Con. flo. Soto. Floren. Secundùm verò alios, inter quos est Soto in. 4. d. 24. q. 1. ar. 4. sacramentũ perficitur in traditione calicis & hostiæ cum forma tradendi potestatem consecrandi, itaq; per secundã formã: scilicet, Accipite potestatẽ remittẽdi peccata, & p manuũ impositionẽ nulla traditur noua potestas, sed explicatur illa, q̃ priùs collata fuerat, & sic nec est de essentia sacramẽti necessaria: quam ego sententiam libentiùs amplector: tum, quia hæc est opinio communis, tum etiam, quia Florentina synodus, vt dictum est, non meminit huius secundæ formæ.

Nota ¶ Sciẽdũ est hîc, q̃ licèt in cõcilio Flo. ponatur explicatio trinitatis in hac forma: nõ tñ est de essentia eiusdẽ formæ, sed de decẽtia. Nã vt diximus in materia de Cõfirmatione difficultate 4. in solis sacramentorum Baptismi & Confirmationis formis requiritur de necessitate sacramenti trinitatis explicatio, eò quòd in illis fit professio fidei.

¶ QVINTA DIFFICVLTAS.

Vtrùm sint in Ecclesia conuenienter. 7. Ordines distincti.

Nota. 1. PRo præsentis quæstionis elucidatione duo notabilia præmittenda sunt. Primum, q̃ cùm omnes Ordines ad Eucharistiæ sacramentũ tanq̃; ad finẽ ordinẽtur numerus & illorũ sufficientia cõmuniter sumitur à doctoribus per ordinem ad istud sacramentũ. Quo fit, vt vnus Ordo dicatur maior, dignior ac eminẽtior alio secundùm quòd proximiùs Eucharistiam attingit. Vn de sacerdotum Ordo, quorum munus est Eucharistiam ipsam consecrare, est omnium dignissimus.

Nota. 2. ¶ Secundũ notabile est, q̃ secundũ D. Tho. sententiã in. 4. Ordo dupliciter sumitur. Vno modo propriè, vt est nomẽ cuiusdã spiritualis potestatis, altero modo largè, vt nomẽ est officij, vel dignitatis. His sic præhabitis, sit prima cõclusio. Primo modo

1. concl. accipiẽdo, Ordines sunt septẽ quatuor: scilicet minores, qui nõ dicuntur sacri, eò, q̃ non habẽt actũ circa materiam sacram: puta calicẽ, vel Eucharistiã, quorũ primus incipiendo ab infimis est ordo ostiariatus, ad quẽ pertinet cimbalũ ad conuocandũ populũ pulsare, & ostiũ Ecclesiæ aperire, & dignos in Ecclesia admittere, indignos verò excludere, & respuere: scilicet infideles, ne ad sacra irridẽda ingrediãtur. Secũdus est Ordo lectoratus, cui proprium est legere prophetias ad instruẽdũ illos qui

D. Tho. credere volũt, & idcirco secũdũ D. Tho. in. 4. d. 24. q. 2. ar. 1. q.

ql.1. Prophetiæ quaſi prima rudimenta eis legẽdæ cõmittũtur. Vnde eis etiã ſi non ſint Subdiaconi, ex officio copetit cantare in Eccleſia prophetias & lectiones, quæ canuntur in hebdomada ſancta & i ſabbato. Nec eſt neceſſe, vt qui illas canũt ſint dalmaticis induti, ſed ſufficiũt eis ſuppelicia. Tertius Ordo eſt exorciſzatus, cuius eſt arctare, ac pellere dæmones per adiuratiõnẽ, ne dominentur in corpore nodũ baptizato, & ideo traditur exorciſtæ liber, in quo ſcripti ſunt exorziſmi ſub illa forma, Accipite, & habete poteſtatem imponendi manũ ſuper energumenos. Quod quidẽ beneficiũ cõtulit Chriſtus, vt legitur, quando ſaliua ſua tetigit aures ſurdi & muti dicẽs, Ephe ta, quod eſt aperire. & quãdo de Magdalena ſeptẽ eiecit dæmonia. Quartus Ordo eſt Acolitatus, cuius eſt præparare luminaria in ſacrario, portare cereum, & pyxidem cum pane, & vrceolos cum vino & aqua præparare, ac ad altare deferre. Mar. 7.

¶ Sciẽdũ eſt ipræſentiarũ, q̃ quantis omnes iſti actus minorũ Ordinũ poſsint p alios exerceri: ſed nõ ex officio, ſicut in Dñicis diebus i municipijs legitur ab agricola Epiſtola i Eccleſia, nõtamẽ ex officio, cũ hoc ad Subdiaconatus Ordinẽ expectet. Notabil.

✻ Nũc ſãcta ſynodus ſeſsio. 23. c. 17. decernit, vt in poſterũ huiuſmodi miniſteria non niſi per cõſtitutos in dictis Ordinibus exerceãtur. Sũt etiã tres maiores Ordines, qui ẽdiuerſo dicuntur ſacri, propterea q̃ attingũt materiã ſacrã, & quia eius votũ continentiæ & caſtitatis eſt annexũ, non quidẽ eſſentialiter, ſed accidentaliter ex Eccleſiæ ſtatuto, vt habetur. 28. diſt. c. Nullũ. & c. Decernimus. ſcilicet Subdiaconatus, cuius eſt legere Epiſtolã ſolenniter, & panẽ in patena, & vinũ & aquã in calice præparare, & offerre Diacono, quia Diaconus de manu eius accipit & porrigit Sacerdoti. Quocirca traditur ei calix vacuus cum patena ſuperpoſita. Eſt etiam Diaconatus ordo, ad quẽ pertinet aſsiſtere Sacerdoti, & ei in omnibus quæ aguntur in miſſæ celebratione, miniſtrare. Sunt enim Sacerdotes proximi cooperatores, quapropter per antonomaſiam dicuntur Diaconi, ideſt miniſtri. Id enim Græcum nomen ſonat. Ob idq; Paulus, 1. ad Timoth. 3. poſt mores Epiſcoporum, quo nomine omnes preſbyteros comprehendit, ſubdit, & quibus debent eſſe virtutibus Diaconi imbuti. Ad Diaconum etiam expectat ex proprio officio legere Euangelium tanquàm proprium actum, ſed non illud prædicare, ſed tantùm ex commiſsione Con. tri. ✻ 1. tim. 3.

maximè tempore necessitatis. Possunt enim Diacones si sint idonei, facultare suam ad numeris quandoq; etiam solēniter exercere. Ad ipsum propterea antiquitùs expectabat ex officio Christi sanguinem populo dispensare. Vnde dixit beatus Laurentius beato Sixto, Nunquid degenerem me probasti? experire certè vtrùm idoneum ministrum elegeris, cui commisisti Dominici sanguinis dispensationem. Et sic credo, quòd poterit nunc etiam in necessitate deferre corpus Christi ad infirmum, de mandato Episcopi aut presbyteri. imo in extrema necessitate, secundū Veruc. poterit absentibus Episcopis & presbyteris, absq; alia licentia corpus Christi populo dispensare. Poterit insuper præsente presbytero, in necessitate: nempe, quia presbyter est fessus, vel aliàs ad hoc impotens, vt habetur. 93. dist c. Diacones. Ita enim Siluester in verbo, Diaconus. §. 2. Postremò est ordo presbyteratus, ad quem pertinet consecrare corpus, & sanguinem Christi. Hic nanq; est eius actus principalior. Alius autem consequens, & secundarius: scilicet, soluere & ligare, per quem actum præparatur corpus Christi mysticum: videlicet, fideles Christiani, vt ad corpus Christi verū susscipiēdū sint apti atq; idonei. Ex prædictis aptè colligitur, ad minores Ordines. & ad duos maiores: videlicet, Diaconatum, & Subdiaconatum expectare, populū ad Eucharistiā dispositione remota disponere: ad presbyteratus verò Ordinem dispositione proxima, qua quis fit idoneus ad susscipiendum ilico Eucharistiā, quæ quidem dispositio est remissio peccatorū. Et hæc p sacramentorū gratiā Baptismi & Pœnitentiæ incūbit Sacerdotibus, quibus cōpetit Eucharistiā cōsecrare & ministrare: nam & in rerum natura eidē agenti, cui conuenit principalē formā generare, subinde cōgruit & proximam dispositionē inducere.

B. Laur. Siluester

¶ Secunda conclusio. Largè [vt Ordo est nomen officij, vel dignitatis] sunt nouem Ordines, quia quatuor minoribus additur prima tonsura, & maioribus Episcopatus. Dicitur nanq; largè prima tonsura Ordo: quia illam habentes, respectu quarundam actionum habent officium. Datur enim corona, vt cantare possint in choro, & ad missam adiuuare. Ob idquè ingrediuntur Ecclesiam tempore interdicti. Vnde, magnus abusus est eos tonsurare sine intentione intrandi religionem, aut promouendi ad sacros Ordines. Est enim iste abusus in more secularibus, nobilibus, & militibus, qui absq; vllo proposito ascendēdi

2. concl.

ad

ad ordines sacros, sed solo animo consulendi sibi in suis crimi nibus, & foro se seculari subducendi, primam tonsuram susci piunt. Et ideo manifeste prohibitum est Episcopis in cap. Nullus. de tempo. ordinan. in 6. Et hoc idē nūc prohibetur illis in sacrosancta Lyno. Tridē. sess. 23. c 4. Et nō est dubiū quin gra uiter peccet Episcopus eis huiusmodi primā tonsuram confe rendo, non habentibus hanc intentionem. Episcopatus verō di citur etiam largè Ordo, secundum quod est officium quodam respectu quarundam actionum sacrarum. Habet enim Episco pus potestatem in omnibus hierarchicis respectu corporis my stici super Sacerdotem, & sic est dignitas, & gradus altior sa cerdotio, cui eminentiora officia sunt annexa. Ratio autē qua re proprie non sunt ordines tam Episcopatus quàm prima ton sura est, quia non recipiunt aliquam potestatem in ordine ad Eucharistiam, vt habetur in. c. Cùm contingat. de ætate & qua litate ordi. & 32. dist. ca. Seriatim. vbi inter Ordines non annu meratur Episcopatus. Episcopus nanq; in ordine ad Eucharistiam consecrandam non maiorem potestatem habet quàm sim plex Sacerdos, imo Sacerdotum quisq; æqualem habet, & quā tùm ad substantiam sacramenti, independentem ab Episcopo, eò quòd quicunq; Sacerdos potest per se cōsecrare. Secus q̄n tum ad accidentarias ceremonias, vt vasa & vestes consecra re, nam quantùm ad hoc dependet ab Episcopo Item, quia dō quis consecratur in Episcopum, non recipit alium charactē rem, sed extenditur potestas sacerdotalis seu character, quem priùs habebat. Quamuis enim Episcopo detur aliqua potestas non solùm iurisdictionis, sed etiam ordinis supra illam, quā ha bet simplex Sacerdos, nihilominùs illa non habet rationem no ui characteris: quia omnis character ordinis ad sacramentū Eu charistiæ ordinatur, & Episcopatus nō est via ad sacerdotium, sed illud præsupponit, illudq; perficit. Vnde, quia per se potest esse Diaconus, ātēq; sit p̄sbyter, characterē p se iprimit Diaco natus. E cōuerso aūt, q̄a nō potest esse Ep̄us quin priùs sit Sacer dos, nō iprimit Ep̄atus characterē. Et si quis aduersus p̄dicta obijciat, quia ep̄atus dicit ordinē ad Eucharistiā cōsecrādā, si quidē Ep̄us cōfert sacerdotiū, q̄ est potestas cōsecrādi ergo im primit characterē: respōdendum est ei, q̄ licèt ita sit quòd hac ratione dicatur ordinari ad Eucharistiā, sed tamen hic ordo nō est proximus & immediatus, sed remotus ad consecrandum.

¶SEXTA DIFFICVLTAS.

Vtrùm supra sacerdotalem Ordinem altior sit Episcopalis potestas.



Nota

Væstio hæc licet ex præcedēti manet iam ex parte soluta: tamen vt perspiciamus, quo iure Episcopalis potestas p̄cellat sacerdotalem, & etiā vt plenius eam intelligamus, opūs fuit quòd apponere tur. Pro cuius explicatione annotare oportet, q̄ Sacerdos habet duplicem actum: principalem scilicet, consecrare corpus Christi, & minus principalem, seu secundarium: nempe, præparare populum ad huius sacramenti susceptionē, absoluendo & ligando: & ideo quæstioni tribus conclusionibus fiet satis. Prima sit. Quantùm ad primum actum, non tantùm

1. concl. Episcopus non habet potestatem, scilicet characterem superiorē sacerdotali charactere: sed nec Papa. Cuius ratio est, quia huiusmodi potestas sacerdotalis non dependet ab aliqua superiori potestate ad conficiendum corpus Christi: nisi tātū à diuina.

2. concl. ¶ Secunda conclusio. Quantùm ad secundarium actum, potestas Episcopalis superior est sacerdotali. Quia iurisdictio simplicis Sacerdotis necessariò dependet à iurisdictione, quam habet Episcopus. Non enim potest iurisdictionis potestas simplicis Sacerdotis exire in actū, nisi quibusdā ordinationibus præmissis, quæ quidem ab Episcopo fieri debent. Dependere igitur oportet potestatem iurisdictionis existentem in simplici Sacerdote ab existente in Episcopo. Præterea, quia humanorum officiorum Ordo exigit, vt in quolibet officio præcellat vnus qui in illo officio sit princeps, sicut in militibus oportet, quòd sit dux. Multò ergo magis in Sacerdotibus oportet, vt aliquis cæteris præferatur, qui Sacerdotum sit princeps: hic autem est Episcopus, quare episcopalis potestas Sacerdotalem præcellere debet. Et qui negaret huiusmodi distinctionem inter dignitatem Episcopalem, & sacerdotalem, ac eam superare siue iure diuino siue humano: nempe, saltem traditione Apostolorū,

Vualden hæreticus censeretur. Hunc nanq; errorem habuit Vuitcleff, vt est videre apud Vualden. tomo. 2. de sacramentis c. 117. & tomo. 1. de sacramentalibus. li. 2. c. 60. vbi ait nullum esse prorsus discrimen, sed promiscuè omnes Sacerdotes esse Episcopos, atq; adeò quemlibet posse confirmare & ordinare, habere q; plenam iurisdictionē in sua parœcia. Eundem errorem secu

ti

ti sunt Lutherani D. Augustinus in li. de hæresibus. hæresi. 53. quem adducit D. Thom. in. 2. 2. q. 184. ar. 6. etiam ait, quòd qui dam eò quòd obtinere nõ potuit Episcopatum in Dei Ecclesia, transiuit ad Arrianos, & proprium dogma adhibuit, quòd presbyter ab Episcopo nulla differentia deberet discerni, & ob id etiam refert Vualdensis loco citato tenuisse istum errorẽ Vuiteleff. videlicet, quia Episcopatum quem ambierat, obtinere ne quiuit. Hic autem error manifestè explodituꝛ ex cap. Manus. de conse. dist. 5. vbi dicitur, quòd si simplex Sacerdos confirmare attentet, nihil faciet: quia tempore Apostolorum soli confirmabant Apostoli, & hodie successores eorũ, ideſt Episcopi debent confirmare, aliquid ergo potest Episcopus, quòd non simplex Sacerdos. ✻ Postremò id ipsum: nempe, conclusionem nostram secundam, secundùm catholicam fidem esse tenendam, ac eius contrariam esse expressum errorem, diffinit œcumenica Tridentina synodus, nuper sub Pio. 4. Pontifice maximo celebrata. sessione. 25. cano. 7. Inquit nanq;, Si quis dixerit, Episcopos non esse presbyteris superiores, vel non habere potestatem confirmandi & ordinandi: vel eam, quam habent, illis esse cum presbyteris communem, anathema sit.

D. Aug. D. Tho. Con. tri. ✻

¶ Tertia conclusio. Discrimẽ hoc, & præeminentiã Episcoporũ respectu simpliciũ presbyterorũ non ex sola traditione Apostolorũ suscepit Ecclesia, sed iure diuino ex Christi institutione. Hæc sententia est D. Tho. 2. 2. vbi suprà, & omniũ sanctorum patrũ atq;, doctorũ. Est enim Dionisij Apostolorũ discipuli. c. 5. de Eccleſiaſt. hierar. vbi ponit tres Ordines hierarchicos, vt sunt purgatiuũ tantũ: nẽpe, Diaconorũ, quibus conuenit cathecumenos catechizare: & illuminantiũ: scilicet, presbyterorũ ad ministrãtiũ Baptismũ. Pœnitẽtiã & Eucharistiã: & perficiẽtiũ, scilicet Episcoporũ, quibus conuenit confirmare, & ordinare, & prædicare. Si enim simplex Sacerdos conferret maiores ordines, certè nullũ perficeretur sacramẽtũ. Et idẽ est de consecratione chrismatis, & tẽplorũ. &c. probatur etiã ex dictis Anacleti Papæ, cuius verba habẽtur. 22. d. c. Innouo. Inquit nanq; illic, q̃ Christus priùs Apostolos cõstituit: ipsi verò decedẽtibus, in loco illorũ surrexerũt Epi. Videtes aũt & ipsi Apostoli messẽ multã, & operarios paucos: rogauerũt Dñm messis, vt mitteret operarios in messẽ suã. Vnde ab eis electi sũt. 72. discipuli, quorũ typum gerunt presbyteri: atq; in eorum loco sunt consti

3. concl. D. Tho. Dionisi. Ana. pa.

tuti in Ecclesia. Constat igitur distinctionem hãc antiquissimã
Th. vual esse: scilicet, à tempore Apostolorum, vt probat Tho. Vualdẽ.
loco citato. Est insuper sententia Bedæ. li 3. super Lucã. ca. 15.
Beda. Sicut duodecim, inquit, Apostolos formam Episcoporum exhibere simul & demonstrare nemo est qui dubitet, sic & septuaginta duos figuram presbyterorum gessisse sciendum est. Postremò ostenditur conclusio hac ratione, quia si quilibet Sacerdos plebanus tam plenam haberet iure diuino iurisdictionem in suaparrochia quàm Episcopi, iniuria eis irrogaretur ab Ecclesia, si prohiberẽtur ne excõmunicandi ius aliaq; iudicia tam plenè exercerent quàm Episcopi. At verò in hoc nulla eis fit iniuria, ergo à iure diuino institutum est. Aliam rationẽ facit Do
Soto. minicus à Soto: videlicet, quòd si haberet simplex Sacerdos eandem potestatem quàm Episcopus, non posset Ecclesia facere, quòd si attentaret, factum nõ teneret. Sed hæc ratio quàm sit parui momenti, constat, quoniam potestas absoluendi est de iure diuino, & tñ si attentaret Sacerdos absoluere non sibi subditum, factum non teneret. Nec obstat huic conclusioni tertia id
Gratia. quod dicit Hieronymus in Epistola ad Euandrium, quæ à Gra
Hieron. tiano citatur distin. 3. c. Legimus. & super epistolam ad Titum, cuius verba habentur. 95. dist. cap. Olim. in quibus locis aperte asserere videtur, de iure diuino eosdem esse epos & presbyteros, nullamq; esse inter eos distinctionem. Non, inquàm, obstat, quia Hieronymus illud dixit, eò quòd in primitiua Ecclesia presbyteri habebant iurisdictionem super populum sicut Episcopi: non tamen de iure diuino habebant illam potestatem æqualem, vel illud contingebat in primitiua Ecclesia, quia propter paucitatem ministrorum simul ordinabantur in Episcopos & Sacerdotes: vel tertio dic, quòd licèt secundùm nomen olim omnes promiscuè vocabantur Episcopi: itaquè & presbyteri honoris gratia dicebantur Episcopi, & ne Episcopi superbirent, etiam dicebantur presbyteri, nihilominùs in re erat distinctio, neq; Apostolus vnquàm innuit re non fuisse dignitates distinctas, sed duntaxat promiscuo nomine appellari. & idẽ
Ambro. ait etiam Ambrosius, quòd primi presbyteri, Episcopi appellabantur. Non obstat insuper id quod obiici solet, quia in Euangelio nullibi legitur, Epos seorsum à presbyteris ordinatos: nã licèt hoc ita sit: quia tamen legimus in cœna eos Sacerdotes fecisse, nihilominùs certo certiùs tenendum est, fuisse Episcopos

à Christo

à Christo institutos, quibus, vt dictum est, Episcopi successerunt. Si nanq; hoc non legitur, propterea est, quia multa, vt dicit Ioan. Euangelista, fecit Christus, quæ in scripto non sunt tradita, vel quia Christus per potestatem excellentię, prætermisso ordine qui nũc seruatur, potuit Apostolos cùm eos ad Apostolatum assumpsit, Episcopos creare quantùm ad eorum peculiaria officia, licèt postmodùm virtutem consecrandi & absoluendi contulerit.

¶SEPTIMA DIFFICVLTAS.

Vtrùm supra Episcopos sit aliquis superior Ordo in Ecclesia, & an iure diuino.

DIfficultati huic duabus conclusionibus respondetur iuxta duas partes, quas in se claudit. Prior cõcluſio sit. Licèt Papatus nõ sit sacramentum: est tamen dignitas omnes alias dignitates præcellens. Conclusio ista quoad primam partem, nempe, q̃ non sit sacramentum, in sequenti difficultate liquebit. Quoad secundam verò, sic probatur: nam vbicũq; est Ordo inter multa, oportet esse aliquod vnum vniuersale, ad quod omnia alia reducantur, ac ei subdantur, vt omnes vnius regni ad vnum regem suum, & omnes parœciarum plebani ad vnum Episcopũ ciuitatis, Episcopi verò plures ad vnum Archiepiscopũ, ac demum vniuersalis Ecclesia ad vnum summum Pontificem, qui est Christi vicarius. Et patet, nam aliàs si non esset vnus summã potestatem habens: vnitas & pax minimè conseruari possent. Itẽ, quia Papa summam potestatem habere debet. Repugnat autẽ duos esse, & vtrunq; summum. Cùm igitur tota Ecclesia sit vnum corpus: oportet vt sit vnum summum caput, in quo sit aliqua suprema potestas respectu totius Ecclesiæ, per quã omnis potestas inferior, scilicet, Episcopalis regatur: & hæc est summi Pontificis potestas. 1. concl.

¶ Annotare tamen hic oportet, quòd Episcopatus & Papatus non differunt potestate Ordinis, sed sola iurisdictionis amplitudine: quia nullum sacramentum potest Papa administrare, quod non possit & quicũq; Episcopus. Templa etiam, altaria, vestes, vasa & virgines possũt omnes Episcopi sicuti Papa consecrare & benedicere, atq; adeò consecrare Episcopos & Archiepiscopos, & ipsum Papã. Quapropter si quis in Papam eligitur, Episcopus erat, non denuo consecratur in Papam: quia Papa nõ est, Nota.

est, nisi summus Episcopus. Dicuntur ergo diuersi ordines sola iurisdictionis amplitudine, & propter gradus dignitatis diuersos. Quo fit, vt possit Papa ratione iurisdictionis eligere & cõfirmare Episcopos, & eos deponere ac suspendere, quod alij Episcopi neutiquàm facere possunt.

2. concl. ¶ Posterior conclusio sit. Potestas hæc seu dignitas Papæ de iure diuino præcellit omnes Episcopos, & omnem eorum potestatem. Hæc conclusio est veritas catholica. Quare, qui eam negant, vt Vuitcleff, & Lutherani hac nostra tempestate, meritissimè vt hæretici & schismatici habentur. De qua re non minus egregiè quàm diffusè tractarunt Caieta in suis opusculis, & Caieta. Ekius li. 3. de primatu Pontificis. Et constat ex Euangelio, nã Ekius. non temere Christus Petrum ter interrogauit dicens, Simon Ioannes diligis me plus his? sed quia aliquid ei præ alijs committere volebat: nempe, Christiani orbis gubernaculum. Obid enim fecit istam comparationem: quam quidem facere non consueuerat, & præmisit eius examen, an dignior reliquis esset. Quo præmisso, subiunxit, Quia diligis me plus his, pasce oues meas: hoc est, præpositus & caput esto fratrum, vt ipsi in lo Mat. 16 co meo te assumãt, & vt caput colere teneãtur. Item, Matth. 16 Christus Petrum fundamentum Ecclesiæ instituit dicens ei, Tu es Petrus: & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & tibi dabo claues regni cœlorum, & quodcunq; solueris super terram, erit solutum & in cœlis. &c. Præterea, quid in causa esse potuit, vt nullum, sed Symonem solum, Petrum nũcupauerit, & soli illi mutauerit nomen. Quam quidem nomi- Ioan. 1 nis mutationem ei prædixerat Ioan. 1. Tu es Simon filius Iona, tu vocaberis Cephas, quod quidem est nomen Græcum: hoc est caput, vel [vt ait Hieronymus in interpretatione Hæbreorum nominum] Sirum, idem sonans quod solidum: hoc est, stabilis & immobilis petra, quia igitur fundamentum, ac caput solidum Christi Ecclesiæ futurum erat, ipsum solum vocauit Petrum, & illi soli mutauit nomen, sicut & Abrahæ mutauit Dominus nomen, eò quòd pater multarum gentium futurus erat. Præterea, quia singulariter dixit illi Dominus, Ego rogabo pro te Petre, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos, ac si apertè diceret, quòd illum caput fidei constituebat. Et hac ratione Matthæus & Marcus vbicunq; referunt Apostolorum numerum, à Petro incipiunt. Accedit

po

postremò testimonium Anacleti. ca. In sancta. distin. 22. & testimonium Diui Cyrilli Episcopi Alexandrini in decretis suis, Vt membra, inquit, maneamus in capite nostro Apostolico throno Romanorum Pontificum, à quo debemus quærere, quid credere, & quid tenere debemus, ipsum venerantes, ipsum rogantes præ omnibus: quoniam ipsius solius est, reprehendere, corrigere, statuere, disponere, soluere & ligare loco illius, qui ipsum ædificauit, & nulli alij, quod suum est plenum, sed ipsi soli dedit: cui omnes iure diuino caput inclinant, & primates mundi tanquàm ipsi Domino Iesu Christo obediunt. Potestatem ergo Petri omnium Episcoporum de iure diuino præcellere potestatem, fateri oportet. Missa facio alia quàm plurima testimonia, quæ hîc possem afferre: tum, quia de hac re supra difficultate tertia in materia de clauibus diffusè satis diseruimus, tum etiam, ne videamur ab instituto nostro recedere. *Anacle. Cyrillus*

¶OCTAVA DIFFICVLTAS.

Vtrùm omnes septem Ordines sint verè sacramenta.

VT MELIVS PRÆSENTI DIFFICVLtati satisfaciamus, annotare opùs est, quòd in tres gradus septem Ordines distinguntur, quorum primus est Sacerdotium, & in secundo collocatur Diaconatus & Subdiaconatus, qui sunt etiam Ordines sacri, & in tertio quatuor minores, qui non censentur sacri. Vnde, iuxta hæc tria membra, tribus conclusionibus respondetur. Loquendo igitur de sacerdotio, sit prima conclusio. Negare sacerdotium sacramentum esse, atquè adeò institutione Christi stabilitum, hæreticum est. Hanc conclusionem vnanimiter omnes catholici fatentur. Instituit nanquè ipsum quantùm ad potestatem consecrandi in cœna, vbi tradens proprium corpus & sanguinem consecratum, subiunxit, Hoc facite in meam commemorationem. Potestatem autem priori annexam remittendi peccata tradidit Ioan. vltimo, dicens, Accipite spiritum sanctum, Quorũ remiseritis peccata, remittũtur eis. &c *Notabil. 1. concl. Ioan. vl.*

Ostenditur etiam manifestè hac ratione, nã cùm omnes fateantur Ordinem esse sacramentum, & secundum fidem sit tenẽdũ, & sacerdotalis Ordo sit omnium caput & finis, quo omnia referuntur, certum est, illum esse proprie & potissimum sacramentum, cui maxime diffinitio adaptatur. Est enim signũ rei sacræ: nempe spiritualis diuinaq; potestatis, in quo Sacerdos constituitur ad conficiendum corpus Christi verum. De iure ergo diuino est, quòd sacerdotium sit sacramentum.

2. concl. ¶ De ordinibus autem sacris, qui sunt in secundo gradu. nempe, de diaconatu & subdiaconatu, sit secunda concluho. Negare, quòd diaconatus & subdiaconatus sint sacramenta iure diuino, videtur mihi temerarium esse. Conclusio ista est contra Durã. in. 4 dist. 24. q. 2. vbi affirmat solum Sacerdotium sacramentũ esse à CHRISTO institutum. reliquos vero Ordines sacros & minores ab Ecclesia esse institutos, ac sacramentalia esse. Est etiam contra Magistrum sen. in. 4. dist. citata, qui idem tenet quoad subdiaconatum & minores Ordines, & contra Caiet. qui in additio. 3. p. q de modo tradendi seu recipiendi Ordines, subscribere videtur sententiæ Durandi. Et probatur nostra cõclusio, nam est omnium antiquorum concors sententia in distinctione citata. Est Dionisij. c. 5. de Ecclesiastica hierar. vbi ait, Diaconos & subdiaconos gratiam recipere in sua Ordinatione, & c. 3. dicit, quòd diaconorum erat ponere sacrum panẽ & vinum in altari. ergo isti deseruiebant altari, & non solùm mẽsis, vt Durandus & Caietanus autumant, seu censent. Probatur etiã ex Apostolo ad Ephe. c. 4 dicente, Christum redemptorem nostrum alios dedisse Apostolos, alios Euangelistas, alios Doctores. &c. Vbi per doctores Theophilatus itelligit Diaconos, qui purgare debebant. Nec est dicendum, quòd solùm fuerunt deputati ad ministrandum mensis, siquidem Paulus, 1. ad Tim. 3. præcipit, vt ad Diaconatus officium exercendum, examinentur Diaconi, vt sint bene morigerati: nã oportet eos pudicos esse, non bilingues, non vino deditos, non turpe lucrum sectantes, habentes mysterium fidei in conscientia pura, & sine macula. At verò certum est, ad ministerium mensarum nõ requiri huiusmodi egregijs virtutibus esse præditos: examinabantur ergo, quia ministri altaris constituebantur. Ait nanq; Dionisius in lib. 1. de Ecclesiasti. hierar. c. 1. immundis nefas esse tãgere symbola sacra. Idq; ꝓcipue Actuum. 6. confirmatur: nam Apostoli septem

Duran.

Dionisius

Epb. c. 4

1. Tim. 3

Dionisi. Actu. 6.

ſeptem illis Diaconibus in ſuo conſpectu conſtitutis orantes, manus impoſuerunt, quod erat ſacramenti ſignum. Et idem eſt dicendum de ordine Subdiaconatus, ſiquidem Eccleſia Subdiaconatum inter ordines ſacros connumerat, quos ad recitãda ſoluendaq; diuina officia compellit, qui ceu miniſtri adeò altari mancipantur, & à laicorum ſtatu ſeparantur, vt ſint matrimonio contrahendo prohibiti, & ideo dalmatica, & manipulo vtuntur. Poſtremò patet, quia concilium Floren. ponit propriam materiam, & formam Subdiaconatus, ergo eſt ſacramentum. *Con. flo.* Nec obſtat id quod obijcit Duran. quia quando plures actiones ordinantur ad vnum ſpiritualem effectũ, & vna attingit ipſum, aliæ verò ſolum diſponunt, illa ſola quæ principaliter attingit, eſt ſacramentum, cæteræ verò tantùm ſunt ſacramentalia: ſicut quia catechiſmus & exorziſmus ordinantur ad ablutionẽ originalis peccati, ſola ablutio attingit hunc effectum, & ideo ſola eſt ſacramentum. Non, inquàm, obſtat: nã & ſi illi Ordines ad Euchariſtiam conſecrandam referantur, quem quidem effectu n ſolus preſbyteratus attingit, non tamen inde ſubſequitur non eſſe ſacramenta, quia non ſunt ſicut exorziſmi, ſed conſecrationes, & dedicationes ad certa officia, ſicut in domo principis diuerſi inſtituuntur miniſtri ad diuerſa officia, ſeu miniſteria. Non obſtat ſimiliter id quod ſolet obijci, quia idem facere poterat Diaconus & Subdiaconus ante huiuſmodi Ordines ſuſceptos, quod poſſunt poſteà. nam quanuis illa officia legẽdi Euangelium vel Epiſtolam, ſi non ordinatus exequeretur, eſſent lectiones: ſed id facere non poterant ex officio. Requiritur nanq; ad eadem officia cum idoneitate exercenda, vt ſuſcipiant poteſtatem, & in dignitate per ſacramentum miniſtri conſtituantur. Quare non opùs eſt, vt per quodlibet ſacramentum accipiatur poteſtas ad ſimpliciter agendum, ſed ad dignè agendum. *Duran.*

¶ Loquendo verò de ordinibus qui collocantur in tertio gradu, ſit tertia concluſio. Quatuor minores ordines nõ ſunt ſacramentalia quædam [vt prædicti doctores, imo & Soto in prædicta diſt. q 1. ar. 4 cenſent] ſed ſacramenta. Concluſio hæc eſt eoꝝ oium Theologorum ſententia. Eſt enim D Thom. in. 4. diſt. citata. q 2 ar. 1. ql 3. Inquit enim illic, omnes ordines ſecundum ſe eſſe ſacros, quia omnia ſunt ſacramenta: ſed ſuperiores dici ſacros ratione materiæ ſacræ, circa quam exercentur. Eſt etiam Petri Palud. in eadem diſt. q. 1. ar. 2. Bonauentu. Alberti, & *3. concl. Soto. D. Tho. Palud. Bonauen. Alber.*

& Alexandri etiã eadẽ diſtinctione. Tandẽ eſt Iodoci Clitouei in quodã cõpendio veritatum contra Lutherum. Rationibus inſuper tribus oſtenditur. Prima, quia quilibet Ordo illorũ eſt ſacræ rei ſignum: ideſt, ſignum ſenſibile ſanctificatiuũ, ergo eſt ſacramẽtũ. Secunda, quia repetere ſacramentalia, ruliũ ſacrilegium eſt, at verò repetere minores Ordines, magnũ ſacrilegiũ cõmittitur, quod eſt ſignũ ipſos characterem imprimere. Non igitur ſacramentalia [vt illa opinio autumat] ſed vera ſacramẽta ſunt. Tertia ratio eſt, quia ſacramẽtalia ad ſolennitatẽ quandã, & ad recipienda ſacramenta referuntur: attamen Ordines minores non ad hanc ſolennitatẽ adhibentur, cùm in primitiua Eccleſia ordinarentur Diaconi, quanuis Sacerdotes eſſe nõ deberent. Omnes ergo ſeptẽ Ordines ſacramẽta eſſe fateri oportet, vt concluſio aſſerit. Item, quia Ignatius martyr in Epiſtola. 8. ad Antiochenos, cũ duceretur ad martyriũ, de omnibus Ordinibus meminit, inquiens, Saluto ſanctũ preſbyterũ, ſaluto Diaconos, acolytos ac exorciſtas. Præterea, quia concilia faciunt mẽtionẽ de oĩbus his Ordinibus. Cõc. enim Flo. dicit ſextũ ſacramentũ eſſe Ordinẽ, & ibi numerat omnes ſeptem Ordines, oẽs ergo intelligit eſſe ſacramenta. Conci. Laodicen. c. 23. 24. & 25. Cõci. Cartha. 3. c. 18. & 19. & cõciliũ Cartha. 4. c. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. & 10. In omnibus his locis approbantur minores Ordines tanquàm diſtincti. Quilibet enim ordinatur ad ſuũ finem particularẽ immediatũ, licet omnes ordinentur ad ſacerdotiũ tanq̃; ad vltimũ finẽ. Similiter referuntur ad diuerſas pſonas: at verò ſacramẽtalia nec propriè habẽt finẽ particularem, nec ordinantur ad diuerſas pſonas. Cũ ad eãdẽ perſonã referantur tanquàm diſpoſitiones ad ſacramentũ ſuſcipiendũ, vt apertè cõſtat de exorziſmis, qui ad Baptiſmi ſacramẽtũ ordinãtur. Non igitur minores Ordines dicẽdi ſunt ſacramẽtalia, ſed ſacramẽta. Et eadẽ argumẽta faciũt etiãad probãdã ſecundã concluſionẽ de Diaconatu & Subdiaconatu. Non obſtat id quod cõiter ſolet obijci, quia ſi omnes ſeptẽ Ordines eſſent ſacramẽta, ſequeretur, q̃ eſſent ſeptẽ ſacramenta Ordinũ, ac proinde eſſent. 13. ſacramẽta. Non, inquàm, obſtat, nã oẽs ſunt vnũ ſacramẽtũ, ita tenet Siluc. in verbo Ordo. 1. §. 2. Et ratione ꝓbatur, nã diuiſio Ordinis in ſeptẽ nõ eſt totius in partes integrales, ſicut homo diuiditur in caput, manus, & pedes, neq̃; totius vniuerſalis in partes ſubiectiuas: ſcilicet, generis in ſpecies, vt aĩalis in hoĩem

Ignatius

Con. flo.
Con. lao
Con. car

Siluest.

&

& equũ, sed est diuisio totius potestatiui in suas ptes, cuius plenitudo est tantùm in sacerdotio, vt est exẽplũ de anima, & eius potentijs diuisa p vegetatiuã, sensitiuã & intellectiuã, quæ quidem potentiæ dicuntur quodãmodò ptes animæ, quanuis sint eius accidentia ꝓpria: sicut enim tota virtus secundũ essentiam est in anima, cuius potentiæ sunt participes, eodem modo tota ratio sacramenti Ordinis est in sacerdotio, in reliquis verò Ordinibus est participatio quædam, quatenus ad ipsum omnes referuntur. Idẽ dicit. Pet. Palud. nempe, quòd Ordo est vnũ sacramẽtũ, non vnitate indiuisibilitatis, sicut pũctus, neq; continuitatis, sicut linea, aut pfectione vnius formę, sicut corpus animatũ, sed perfectione vnius finis, quia cùm ex diuersis Ordinibus specialibus constituatur, omnes ordinantur ad vnum actum, scilicet consecrationem Eucharistiæ. *Palude.*

¶ Sciendum tamen est hîc, ꝙ licèt Episcopatus, vt est distinctus à presbyteratu, sit Ordo accipiendo Ordinem largè ꝓ aliquo gradu & dignitate, vt p̃dictum est: non tamen est sacramẽtum, quia vt Ordo sit sacramentum, debet ꝓpriè accipi & ordinari ad aliquod Eucharistiæ speciale ministerium. At verò id non habet Episcopatus, sed solùm ordinatur ad cõstituendum ministros, & vasa consecranda. Et confirmatur, quia si consecratio in Episcopum esset sacramentũ supius sacerdotio: sequeretur, quòd nouum characterem imprimeret, quod tamẽ est falsum. quia si verum esset, sequeretur, quòd si quis ante alios Ordines, scilicet antequàm fieret Sacerdos consecraretur in Episcopum, eundem Episcopalem characterem cum gratia susciperet, & factum teneret: sicut tenet presbyteratus, si ante Diaconatum recipiatur, & potest fieri Diaconus, qui non erat Subdiaconus, quantùm ad hoc quòd factum teneat, eò quòd in susceptione sacramentorum, non est essentialis Ordo, vt superiùs ab inferioribus pẽdeat: id tñ minimè cõcedi potest, vt inferiùs ostendam, nam nisi sit Sacerdos, nullatenus consecratio in Episcopum est valida. Notabile istud probant argumenta facta suprà in. 5. difficultate, quibus ostẽdimus, Episcopatũ nõ esse propriè Ordinẽ. Nec me latet, Canonistas habere contrariam sententiam, imo & inter Theologos Durandum vbi supra. quæst. 6. sed verior est communis Theologorum sententia: scilicet, ꝙ Episcopatus nec est Ordo propriè nec sacramentum, ac proinde tenenda, *Nota*

De

De effectu huius sacramenti.

¶NONA DIFFICVLTAS.

Vtrùm in sacramento Ordinis conferatur gratia gratum faciens.

Con. vn.

HVIC DIFFICVLTATI VNICA CONcluſione affirmatiua reſpondetur: nempe, ꝙ hoc ſacramentum confert gratiam, imonon tantùm illam habet conferre, verùm etiam augmentum illius. Hanc cõcluſionem tenet expreſſè magiſter

Mag. ſen

D. Tho.

Con. flo.

ſen. in. 4. diſt. 24. & D. Thom. ibidem. q. 1. ar. 2. ql. 1. eã quoq; tenet concilium Florẽ. ✻ Et modò eam determinat ſacroſancta

Con. tri.

✻

œcumenica Tridentina ſynodus ſub Pio 4. celebrata ſeſſione 23. c. 3. ſub his verbis, Scripturæ teſtimonio, Apoſtolica traditione, & Patrum vnanimi conſenſu perſpicuum eſt, per ſacram Ordinationem quæ verbis, & ſignis exterioribus perficitur, gratiam conferri. Ait enim Apoſtolus. 2. ad Timo. c 1. Admoneo te, vt reſuſcites gratiam Dei, quæ eſt in te per impoſitionẽ manuum mearum. Non enim dedit nobis Deus ſpiritum timoris: ſed virtutis, & dilectionis, & ſobrietatis. Et infernis in eadẽ ſeſſione cano. 4. anathematizat eum, qui dixerit per ſacram Ordinationem, nõ dari ſpiritum ſanctum. Et ratione probatur,

2. tim. 1.

Deut. 32

nam vt habetur Deutero. c. 32. Dei perfecta ſunt opera: cuicunq; enim datur potentia aliqua diuinitus. dantur ea per quæ executio illius potentiæ poteſt congruè fieri, nam in naturalibus, quibus natura dat potentiam, dat & membra quæ ad eius vſum ſunt neceſſaria. Animalibus nanq; quibus potentias tribuit ſenſitiuas, dat & mẽbra, quibus ipſæ potentiæ animæ poſſint exire in actus ſuos, niſi ſit defectus ex parte materiæ. Cùm ergo hos miniſtros inſtituat ipſe Deus ad hæc publica miniſteria exercenda: omnia neceſſaria ad aptè idoneèq; adminiſtrandũ denegare non debet. Inter hæc autem omnia, gratia eſt, quæ maximè exigitur. Conferre ergo eam hoc ſacramentũ neceſſum eſt fateri. Itaq; ſicut per Baptiſmum confertur gratia ad digrè reliqua ſacramenta ſuſcipiendum, ita per ſacramentum Ordinis infunditur gratia gratum faciens, ad miniſtranda ſacramenta. Nec tantùm per preſbyteratus ordinem, verùm etiam per omnes ſeptem Ordines concedere hoc opùs eſt, ſiquidem, [vt in

in præcedenti difficultate docuimus] omnes sunt sacramenta. Episcopatus verò, cùm secundùm theologorum sententiã non sit propriè Ordo ac subinde nec sacramentũ, sit vt nec ex necessitate gratiam conferat, nec eam augeat: quia gratia non confertur ad illa officia exercenda, quæ expectant ad iurisdictionem & gubernationem: alioquin copiosior gratia daretur Archiepiscopo dum consecratur, quia maiorem habet iurisdictionem, sed confertur ad illa, quæ ad potestatem Ordinis attinent: hoc enim sonat gratia sacramenti Ordinis, vt bene dicit Soto. quæ quidem annexa est characteri, nisi ponatur obex. Et ideo licèt dum quis consecratur in Episcopum, sacerdotalis potestas seu character extendatur ad alia sacramenta tradenda: scilicet, Confirmationem & Ordinem, vt dictum est, non tamen indiget noua gratia sacramentali, tametsi per morum, meritorum q; augmentum debet cõmitti, vt cumulatiori prouehatur. Secus erit dicendum secundùm Canonistas, qui affirmant propriè esse Ordinẽ & sacramentũ, quia sic semper non ponenti obicem, conferret nouam gratiam sacramentalem. *Soto.*

¶DECIMA DIFFICVLTAS.

Vtrùm in sacramento Ordinis imprimatur character, & an quantùm ad omnes septem ordines.

IN hac difficultate, quoad primam partem est conclusio affirmatiua: nempe, q̃ ordo imprimit characterem. Conclusio ista secundùm fidem orthodoxam est tenenda. Est enim character potestas protestandi fidem per susceptionem vel collationem sacramentorum. Cùm ergo hoc sacramentum sit signaculũ potestatis supranaturalis conficiendi Eucharistiam, aliaq; sacramenta dispensandi: consequens fit, vt per ipsum character imprimatur, qui signum eiusdem potestatis est. Habetur etiam diffinita præsens conclusio in cõ. Florẽ. sub Euge. 4. vbi dicitur, quòd tria sunt sacramenta: scilicet, Baptismus, Confirmatio & Ordo, quæ characterem imprimunt in anima indelebilẽ: vnde, in eadem persona non reiterantur. ✻ Et nuper in sancto concilio Triden. sub Pio. 4. Pontifice maximo celebrato. sessio. 23. c 4. & infra cano. 4. damnatur, ac anathematizatur, qui dixerit, p sacram ordinationem non imprimi characterem, vel quia asseruerit, noui testamẽti Sacerdotes temporariam tantũmodo potestatẽ habere: ac semel ritè ordinatos, iterũ laicos effici posse. *Con. af.* *Con. flo.* *Con. tri.* ✻

Quoad secundam verò partem quæstionis, sit secunda conclusio, quòd omnes septem Ordines imprimunt characterem. Hãc conclusionem tenet D. Thom. in. 4. distin. 24. q. 1. ar. 2. ql. 2. & Ioan. Echius homilia. 63. & communis theologorum schola, sicut tenent, quòd omnes septem Ordines sunt sacramenta. Probatur insuper ex eodem concilio Floren. sub Euge. 4. qui non sacerdotium aut tres maiores Ordines in particulari characterem imprimere asseuerat, sed absolutè affirmat tria sacramenta: videlicet, Baptismum, Confirmationem & Ordinem characterem imprimere. Nullum igitur Ordinem excludit concilij. Præterea, quia huiusmodi Ordines perpetuò manent, & nunq; iterantur, ergo imprimunt characterem. Postremò, quia p quẽlibet Ordinem aliquis constituitur supra plebem in aliquo gradu potestatis ordinatæ ad sacramentorum dispensationẽ. Quilibet nanq; recipiens Ordinem, potest facere aliquid ex officio & iure, quod nõ potest ille, qui caret illo Ordine. Vnde, cũ character sit signũ distinctiuũ ab alijs: oportet, vt in oĩbus imprimatur

D. Tho. Ekius. Con. flo.

¶ Sed dubiũ est, quo actu in quolibet ordine imprimitur character? Cui dubio hac tertia conclusione in ordine respondetur, q in eo imprimitur, quo suscipitur exterius signum exp̃ssiùs significans principalem potestatem, quam recipit ille Ordo cum expressione verbi determinãtis significatum: id est, cũ certa forma verborum. Conclusionẽ hanc tenet Ricar. & D. Tho. in 4. dist. 24. q. 2. ar. 3. Et volunt dicere, q in actu principaliori imprimitur. Oportet nanq; q in actu, in quo imprimitur character in sacramento Ordinis, sint ista duo: scilicet, traditio alicuius instrumenti deputati ad executionem illius Ordinis, & prolatio aliquorũ verborum, quæ ad hoc sunt deputata. Imprimitur enim ostiario in traditione clauium Ecclesiæ. Lectori, in traditione libri lectionũ prophetarum. Exorcistæ, in traditione libri exorzismorum. Acolito autem, non in traditione candelabri, vt summa Angelica dicit: sed in traditione vrceoli vacui, vt dicit D. Thom. Et ratio est, quia vrceolus directiùs respicit Eucharistiam, quàm candelabrum. Nec nocet denominari abillo. Acolitus enim græcè, latinè dicitur ceroferarius. Non autẽ sic appellatur, eò q iste actus sit principalior, sed quia nomẽ est magis notũ, & ideò nõ nocet. Itaq; in traditione vrceoli, & nõ in traditione cãdelabri imprimitur character, si seorsum tradãtur. Si verò simul tradantur: imprimitur in vtriusq; traditione, quod

Dubium. 3. concl. D. Tho. Ricard.

D. Tho.

quod quidem fieri debet, vt habetur in. c. Acolitus. distin. 23. & in. c. Perlectis. dist. 25. Subdiacono non imprimitur character in traditione libri Epistolarum, sed in traditione calicis: tamē si ne pane & vino, per quod differt à Sacerdote, cui traditur cum pane & vino. Ratio huius est, quia principalior actus Subdiaconi est, præparare materiam in vasis sacris. Diacono autem quantus Scotus in. 4. dist. 24. & Duran. eadem dist. q. 3. dicant nō imprimi characterem in traditione libri Euangeliorum, sed cùm Episcopus manum ei imponens ait, Accipe spiritum sanctum ad robur. &c. quorum ratio est, quia non est in vsu vniuersalis Ecclesiæ tradere ei librum, imo ait Durandus, in Ecclesia Anicien. vbi fuit Pontifex, non fuisse in more tradere Diacono librum: tenendum tamen est oppositum: nempe, quòd Diacono imprimitur character in traditione libri Euangeliorum, cū verbis ad hoc deputatis secundùm D. Thom. vbi suprà. & Ricar. Palud. & Siluestrum in verbo, Ordo. 2. §. 4. Impositiō autē manuum non est de necessitate & substantia huius sacramenti, vt habetur extra de sacramentis non iterandis. c. vlti. Itē, quia cōci. Flo. qui fuit posteà affirmat, Diaconatus ordinē per libri Euāgeliorū dationem conferri, & ob id tunc infunditur gratia, & imprimitur character. In ordine verò sacerdotali imprimitur character secūdū D. Tho. & Silu. vbi supᵖ in traditione calicis & hostiæ cū platione verborū, quæ tūc profert Episcopus, scilicet, Accipite potestatē cōsecrādi, & tunc gra donatur. Rō est, quia per hoc propinquiùs accedit ad primariū, ac principaliorē actū Sacerdotis: videlicet, consecrare. Vnde, non imprimitur in impositione manuū, vt quidā dixerunt. Impositio nāq; illa manuū non erat sacramentū, sed sacramentale quoddam.

Duran. *D. Tho.* *Ricard.* *Palud.* *Siluester* *Con. flo.*

¶ Sed est dubiū, an character ordinis pʒsupponat characterē Baptismalē? Pro quo sit. 4. cōcl. In ordine. Quod characteres omnium ordinum præsupponūt characterē Baptismalē de necessitate sacramenti. Probatur, nā Baptismus ianua & fundamētum est omnium sacramentorū. Vnde, secundùm Apostolū, vbi fundamētū non est, superædificari non potest. Est nāq; Baptismus potentia receptiua, per quā homo capax efficitur ad cætera sacramēta recipiēda, & idcirco nullus nisi sit baptizatus, huius sacramēti capax esse potest. Ex quo infertur, ꝙ si cōstaret quēpiā iā promotū ad ordinē sacerdotalē, vel ad dignitatē Episcopalē, nō esse baptizatū: ꝙ deberet baptizari, ac iterato ordinari

Dubium, 4. concl.

Corollariũ iſtud habetur extrà. de preſbytero non baptizato, c. Si quis preſbyter. &. c. Veniens. vbi docemur, quòd abſq; Baptiſmo, qui ianua eſt ſacramentorum, nullius eſt homo ſacramenti capax, atq; adeò ſiquis ſic promotus in Epiſcopum, ante Baptiſmi ſuſceptionem ordinare alios attentauerit, verum ſacramentum non confert. Similiter ſi antequàm baptizetur, promotus fuerit ad Ordinem ſacerdotalem, nec conficere poteſt ſacramentum, nec abſoluere in foro pœnitentiali.

5. concl. ¶ Quinta concluſio. Licèt, vt dictum eſt, character Ordinis de neceſsitate ſacramenti præſupponat characterẽ Baptiſmalem: attamen Confirmationis characterem tantùm de congruitate præſupponit: ſimiliter primam tonſuram. Si enim non tonſuratus, vel non confirmatus ordinetur, verum Ordinem recipit, licèt nõ debeat ſic ordinari.

Dubium ¶ Sed nũquid character vnius ordinis p̃ſupponere debet characterẽ alterius: hoc eſt, an ille q̃ nõ eſt Subdiaconus, poſsit ordinari in Diaconũ, vel nõ Diaconus in p̃ſbyterũ? Cui dubio hac

6. concl. 6. cõclu. i ordine negatiua reſpõdetur. nẽpe, q̃ de neceſsitate ſacramẽti character vnius ordinis nõ p̃ſupponit alterius ordinis characterẽ. Quo fit, vt nõ Subdiaconus ordinari poſsit in Diaconũ, & nõ Diaconus in p̃ſbyterũ. Cõcluſio hæc habetur ex p̃ſſẽ, extrà. de clerico p̃ſaltũ q̃moto. c. vni & d. 52. c. Solicitudo. vbi determinatur, q̃ ſi hoc cõtingat, qui iſto modo eſt ordinatus, nõ debet iterũ ordinari de illo ordine iã ſuſcepto, ſed dãta xat de illis ordinibus omiſsis, & debet fieri ſine ſcãdalo quãtũ fuerit poſsibile, & nõ exequatur officiũ illius Ordinis, quouſq; quod defuit, ſupplеatur, vt habetur. c. 1. d ſacramẽtis nõ iterã.

Siluester Quòd ſi i illo ordine ſuperiori adminiſtrauerit, q̃quid alij dicãt, efficitur irregularis, vt bñ dicit Silue. verb. Irregulari. §. 11. Et qdẽ q̃ nõ p̃ſupponat character vnius ordinis characterẽ alterius, vt dicit cõcl. probatur ratione, quia ſunt poteſtates diſtinctæ, & vna quãtũ eſt de ratione ſui, nõ exigit aliã i eodẽ ſubiecto. In

D. Tho. primitiua nãq; Eccleſia, vt dicit D. Th. vbi ſupr. aliqui ordinabãtur in p̃ſbyteros, q̃ tũ priùs inferiores ordines non acceperant.

7. concl. ¶ Septima concluſio. Qui ſcienter ſic ordinatur per ſaltũ: mortaliter peccat, quia agit contra ius Eccleſiaſticum, & de rigore iuris debet deponi, etiam ſi non ex malitia, ſed ex ignorantia aut negligentia aliquem Ordinem prætermiſit, ſed ex diſpenſatione Epiſcopi ad ordinẽ prætermiſſum poterit promoueri &,

& interim ab executione superioris ordinis erit suspensus, vt patet. dist. 48. c. Sicut olim. & dist. 52. c. Solicitudo, vbi suprà. de clerico per saltum &c. & eodem modo poterit cum eo dispẽsari, si interim ministrauerit in illo ordine, credens quòd fuisset gradatim promotus, vt patet in. ca. vni. citato. Quod si talis, promotus sit scienter, & in ordine sic suscepto sine dispensatione ministrauerit: non potest dispensari quòd vlterùs ascendat, nisi per Papam, sed in ordine suscepto adhuc potest dispẽsari per Episcopum, sicut cum non ordinato ministrãte. Hæc ad literam supplementum, vnde desumpsit Siluester in verbo, Irregularitas. §. 11. ✻ Et id quod dicit supplemẽtum: nempe, quòd si in Ordine sic suscepto sine dispensatione ministrauerit. &c. videtur modo disponere sacrosancta œcumenica Tridentina synodus, sessione. 23. c. 14. Cùm dicit, Cùm promotis per saltum si non ministrauerint, Episcopus ex legitima causa possit dispensare. *Con. tri.* ✻

¶ Circa id quod diximus in sexta conclusione, quòd debet supleri quod defuit, oportet ãnotare, quòd si illud quod fuit omissum, sit vel dubitetur esse de substantia, totũ debet iterari, quia non dicitur iterari, quod dubitatur esse factum, vt habetur. c. Solennitates. de conse. dist. 1. Si autem est euidens, quòd nõ est de substantia: non debet iterari, sed statuto tempore cautè supleri, vt habetur. c. Presbyter. de sacramentis nõ iteran. & supleatur ab eo, qui ordinauerat, si possibile est. *Notabil.*

De ministro huius sacramenti.

¶ VNDECIMA DIFFICVLTAS.

Vtrùm minister huius sacramenti sit omnis solus q; Episcopus.

DIfficultati huic duabus conclusionibus respondetur, & earum prima sit. Minister ordinarius: idest, ex officio, huius sacramenti est solus Episcopus. Hæc conclusio habetur in concilio Flo. sub Eugenio. 4. & in concilio Constan. sessione. 8. & in concilio Tolletano. 8. c. 7. & in concilio Tridentino nuper celebrato sessione. 23. c. 3. & canone. 7. eam etiam tenet Dionisius. 5. c. de Ecclesiasti. hierar. Rationibus quoq; probatur. Prima, quia solus Episcopus potest consecrare templa, vasa & vestes quibus vtuntur, benedicere: instar secularis principis, qui publica officia, & magistratus inter ciues distribuit. Sed homo *1. concl.* *Con. flo.* *Cõ. cons.* *Con. tol.* *Con. tri.* *Dionisius*

per Ordines magis dedicatur, ac nobiliori modo applicatur ad diuinum cultum quàm per illa. Quare, multò magis solus Episcopus poterit ministros consecrare. Secunda, quia notũ est sacramentum Ordinis excellentius Confirmationis esse sacramento. Cùm ergo solus Episcopus habeat ex officio confirmare, à fortiori soli conueniet ex officio hoc Ordinis sacramentũ conferre. Ex quibus explodituꝛ hæresis Vuitcleff & Armacani asserentium, simplicem Sacerdotem, imo quemlibet de populo posse cõsecrare, ac ordinare: aduersus quos scripsit Thomas Vualden. in li. de sacramentalibus. ca. 60. &. 63. ✻ Ac demum condemnatur hæresis ista in sacrosancta Tridentina synodo sessione. 23. c. 4. sub Pio. 4. hac nostra tempestate celebrata, Inquit enim, quòd siquis omnes Christianos promiscuè noui testamenti Sacerdotes esse, aut omnes pari inter se potestate spirituali præditos affirmet, nihil aliud facere videtur, quàm Ecclesiasticam hierarchiam, quæ est vt castrorum acies ordinata, confundere, perinde ac si contra beati Pauli doctrinam ad Ephe. c. 2. Omnes Apostoli, omnes Prophetæ, omnes Euangelistæ, omnes Pastores, omnes sint Doctores. Tenenda est igitur conclusio secundùm fidem catholicam: nempe, quòd solus Episcopus, vt ordinarius minister potest ordinare.

Th. vual
Con. tri. ✻
Epb. c. 2

2. concl. ¶ Secunda conclusio. Summum Pontificem cõmittere posse nõ Episcopo: scilicet, simplici Sacerdoti potestatem conferendi minores Ordines, notissimum est, quia iam de facto huiusmodi potestas collata est. Possunt nanq; eos conferre presbyteri cardinales, imo & aliquando collata est huiusmodi potestas Abbatibus sancti Benedicti, vt ex presse habetur di. 69. c. Quoniã. & in. c. Cùm contingat extra. de ætate, & qualitate ordinan. & in. c. Abbates. de priuilegijs in 6. ✻ Hodie tamen secundùm constitutionem œcumenicæ Tridentinæ synodi sessione. 23. c. 10. iam non licèt Abbatibus ac alijs quibuscunq; quantumuis exemptis, intra fines alicuius diœcesis consistentium, vel etiam nullius diœcesis cuiquàm, qui regularis subditus sibi non sit, tonsuram vel minores Ordines conferre, sed hoc facere ad Episcopos intra quorum diœcesis fines existant, pertineat, non obstantibus quibuscunquè priuilegijs, prescriptionibus, aut consuetudinibus etiam immemorabilibus. At verò, quòd summus Pontifex possit huiusmodi potestatem illis committere: scilicet, conferendi minores Ordines, vt asserit nostra secunda con

Con. tri. ✻

conclusio tenet expresse Diuus Thomas in.3. p.q.72. ar.11.ad 1.& in 4.distin.25.quæst.1.ar.1.Dicit enim illic,q̃ Papa qui habet plenitudinem potestatis Pontificeæ potest committere nõ Episcopo ea quæ ad Episcopalem dignitatem pertinent, dum modò illa non habeant immediatam relationem ad verum corpus CHRISTI.Vnde dicit primò,quòd ex commissione eius aliquis simplex Sacerdos potest conferre minores Ordines,& confirmare.Dicit secundò,quòd non potest Papa committere non Sacerdoti, vt hos Ordines conferat, nec alteri quàm Episcopo,vt conferat maiores Ordines:quia habent immediatam relationem ad corpus CHRISTI,supra quod cõsecrandum Papa non habet maiorem potestatem quàm simplex Sacerdos, vt dictum est.Item, quia simplex Sacerdos vt possit conferre maiores Ordines ex commissione Pontificis, non habetur in sacris literis,nec ex Ecclesiæ traditione. D.Tho.

¶DVODECIMA DIFFICVLTAS.

Vtrùm Episcopi hæretici,schismatici,& ab Ecclesia præcisi conferant veros Ordines,si id attentent.

QVÆSTIONI PRÆSENTI TRIBVS respõdetur cõclusionibus,quarũ prima,qua difficultati directè satisfit,sit affirmatiua:nẽpe,q̃ hæretici quicunq; etiam precisi verum Ordinis sacramentum,si id attentent,conferunt.Hæc conclusio habetur in concilio Florentino,vbi dicitur,quòd tria sacramenta imprimunt characterem,&ideo iterari nequeunt,posq̃; semel recepta fuerit,& in concilio Toletano. 7.&.8. dicitur, quòd Ordo semel receptus manet inconuulsus.Patet etiam ex D.Aug.2.li.contra Parmenianum.c.13. cuius verba referuntur.1.q.1.c.Quod quidam.vbi præcipitur,q̃ Baptismus,& Ordo ab hæreticis collati non iterentur,& docet illic nullam esse causam, vt qui Baptisma inter hæreticos retinent, ius dandi amisserit vel Baptismavel Ordinis sacramẽtũ:vtrũq; enĩ,inqt, tã Baptisma,q̃;sacer Ordo sacramẽtũ est,& ideo neutrũ quanuis ab hæreticis susc ipiatur,iterare licet in Ecclesia catholica. 1.concil. Con.flo. Cõ.tol. D.Aug.

D. Aug. Item idem Aug tract. 5 super Ioan. ait, sacramentorũ ministri non sua propria potestate, sed facultate Christi sacramenta cõferunt, iuxta illud Ioanni Baptistæ reuelatum, Super quem videris spiritum descendentem. &c. ipse est qui baptizat: ergo in ministro est essentialis qualitas ad sacramentum conferendum. Persistentia autem in fide, non est nisi accidẽtaria, quæ ideo virtutem principalis agentis impedire non valet, si suscipiens sit dispositus, quòd si defectus fidei non impedit quo minùs vera sacramenta conferant hæretici, multò id minùs impedit aliorũ quoruncunq; morum corruptio. Tandem probatur, nam Episcopus, qui in hæresim incidit, quando reconciliatur, non iterum consecratur, nec aliquis Sacerdos: signum ergo est eos retinere potestatem, quam in sua ordinatione receperunt, Ac ex consequẽti si veram formam & materiam & intentionem seruent: vera sacramenta conferent. Nec obstant iura & concilia, quæ aduersus hãc cõclusionẽ adduci possũt, vt cõci. Nicenũ. c. 17.

Conci. Nice. vbi dicitur, quòd erit irrita talis ordinatio, & in. c. 19. q. si quis confugerit ad Ecclesiam catholicã de Paulianistis & cataphrigis, rursus ordinentur ab Episcopo Ecclesiæ catholicæ. Non, inquàm, obstant, quia omnia intelliguntur, quòd irriti sunt huiusmodi Ordines quantùm ad vsum, vel dicatur, quòd loquuntur per exagerationem ad terrorem. Secus autem dicendũ est de sacramento Pœnitentiæ, vt alibi diximus: nam ad alia conferenda sacramenta, vt verè sint sacramenta, sufficit potestas Ordinis per indelebilem characterem, sed ad absoluendum requiritur præterea iurisdictio. Quocirca, qui iurisdictione priuatus est, aut ab eius vsu suspensus, neminem absoluere iure valet, neq; absolutio tenet.

¶ Secunda conclusio. Licèt ordinati ab huiusmodi Episcopis
2. concl. hæreticis & schismaticis, vt dictum est, veros Ordines recipiant. attamen tam ipsi recipientes, quàm Episcopi conferentes, mortalem culpam committunt, quia sunt prohibitione Ecclesiæ priuati huiusmodi Episcopi, & omnibus etiam inhibetur ab illis Ordines recipere. Quo fit, vt ab hæreticis ordinati, gratiã in sua ordinatione non suscipiant, quia cùm illis interdicta sit sacramentorum administratio fit, vt qui illis sese ordinãdos submittunt, eorum sint participes criminis, atq; adeò obicem gratiæ opponant. Cõprehenduntur nanq; hæretici, sub nominatim excommunicatis, & clericorũ manifestis percussoribus, à quibus

bus neutiquàm ſuſcipere licet ſacramenta, nam ſi ab aliis tole ratis,& non prohibitis quantuncunq; perditis moribus ſuſci perent ſacramenta, gratiam reciperent. Et pari ratione, quia nõ ſunt prohibiti baptizare in extrema neceſsitate, poſſunt con ferre plenitudinem Baptiſmi: ſcilicet gratiam. Et hoc eſt quod ait Papa, ſolùm Baptiſma illis concedi.

¶ Tertia concluſio. Si Epiſcopus per ſimoniacam venditionẽ contulerit Ordines, quanuis verum ſacramentum conferat: tamen, tam ſuſcipiens quàm conferens, peccant, fiuntq; irregula res, & à ſuo Ordinum vſu ſuſpenduntur. Concluſio iſta quoad primam partem, eſt nota: ſiquidem illic omnia quę ſunt de eſſen tia ſacramenti, conueniunt. ſcilicet, materia, forma & intentio. Quoad ſecũdã verò ptẽ, cauetur ĩ c. Gŕa. &. c. Quicũq;. &. c. Si quis Epiſcopus. 1. q. 1, & ſic ſunt intelligendi canones omnes, in ſinuantes ſimoniacè per pecuniã ordinatos, non eſſe Sacerdo tes, alienosq; eſſe à ſacerdotio, ac carere dignitate: nihil aliud enim volũt dicere, niſi quòd vſus Ordinum eſt eis interdictus: propter hoc nanq; canones de illis loquuntur, quãdoq; ac ſi nõ eſſent ordinati. 3. *concl.*

De qualitate & ætate ſuſcipientium Ordines.

¶ XIII. DIFFICVLTAS.

Vtrùm mulier ſacramenti ordinis ſit capax.

PRo ſolutione huius quæſtionis annotare oportet, in ſuſcipiente ſacramentum, quædam eſſe de neceſsitate ſacramenti requiſita, quædam autem de neceſsitate tantùm præcepti, itaq; ſi quis non ha beat priora, non recipit ſacramentum, etiam ſi at tentet recipere, ſi verò deſint ea quæ ſunt ſecundi generis, reci pitur ſacramentum, non tamen res ſacramenti. Quo ſuppoſito, vnica concluſione negatiua reſpondetur: ſcilicet, quòd mulier ordinari non poteſt, nec ſi de facto ordinaretur, reciperet ſacra mentum: ſcilicet, characterem alicuius Ordinis clericalis, itaq; de iure diuino & de neceſsitate ſacramenti requitur ſexus vi rilis ad Ordinum ſuſceptionem. Hanc concluſionem tenet Am bro. ſuper Epiſtolam ad Timothe. cuius verba habentur. 24. d. c. Mulier. Eandem tenet D. Tho. in. 4. diſt. 24. q. 2. ar. 1. ql. 1. & eſt omnium theologorum ſententia, & probatur triplici ratio ne. Prima, quia Chriſtus qui fuit huius ſacramenti inſtitutor, neutiquàm promouit mulierem aliquam ad aliquem Ordinem. *Notabil.* *Cõ. vn.* D. *Tho.* *Ambroſi*

Nam

Nam nec in cœna dum potestatem exhibuit consecrandi, neq; Ioan. vlti. dum facultatem cõtulit absoluendi, fœminam vllam, sed solos viros ordinauit. Licèt nanq; beatissima virgo Maria dignior ac excellentior fuerit vniuersis Apostolis, nõ tamẽ illi, sed ipsis claues regni cœlorum commisit, vt habetur extra. de pœni. & remissio. c. Noua quædam. Vnde, Christus absentem ipsam esse voluit in cœna, vbi Apostolos ordinauit. Secunda, quia ordinati debent præesse & dominari alijs: at verò iure naturæ subditus est sexus fœmineus virili. Statim enim quando virum & fœminam Deus condidit, subiunxit dicens, Sub viri potestate eris: & ipse dominabitur tui. Impedimenta ergo naturalia faciũt Ordinum fœmineum sexum incapacem, & similiter hermaphroditum in talem sexum inclinantem: & monstrum, quod sine legitimis membris ad exercenda Ordinum ministeria nasceretur. Hinc fit hermaphroditum non licere Ordinibus initiari, quousquè constiterit quisnam sexus in ipso prævaleat: tũ, quia monstrum est: tũ, quia anceps est, vt possit fœmineus sexus in eo prævalescere. Si autem prævaluerit virilis, tunc vir est censendus. I. Quæritur. ff. de statu hominum, & sic idoneus ad hoc sacramentum tunc erit. Tertia ratio est, quia prohibitum est mulieribus loqui in Ecclesia: ait nãquè Apostolus. 1. Corinth. 11. mulier in silentio discat cum omni subiectione: docere autem mulieri non permitto: at verò ordines Ecclesiastici inter alia officia ad docendum sunt instituti, non igitur ordinari possunt mulieres. Nec obstat, quia in aliquibus capitibus iuris inuenitur, quòd appellantur mulieres Diaconissæ & Presbyteræ, nam intelligitur, quòd illæ vocabantur Diaconissæ, supra quas fundabatur aliqua benedictio, ratione cuius consequebantur inter cætera aliquod beneficium vel speciale officium, sicut fortè legendi homiliarum lectiones, vel Euangelia in choro, quod alijs monialibus non licet: nam Diaconissa idem est quod ministra. Presbyteræ verò vocabantur, quia secundùm morem primitiuæ Ecclesiæ erant vxores p̃sbyterorũ, vel fortè aliquæ viduæ de rebus Ecclesiæ curã habentes [instar matris familias] vocabantur presbyteræ: & sic exponenda sunt omnia capitula, quæ de ista materia loquuntur.

1. cor. 11.

¶XIIII. DIFFICVLTAS

Vtrùm pueri vsu rationis caren

tes

tes Ordines ſuſcipere poſsint.

VT MELIVS PRÆSENTEM QVÆſtionem explicemus, annotare oportet, quædam eſſe ſacramenta, quæ requirunt actum ſuſcipientis, ſicut ſunt Pœnitentia, in qua contritio, & accuſatio requiritur, & matrimonium, vbi requiritur conſenſus. Quædam verò, in quibus actus ſuſcipientis non exigitur de neceſsitate ſacramenti, ſed tantùm de neceſsitate præcepti. Hac diſtinctione ſic præmiſſa, duabus reſpondetur concluſionibus. Prior ſit. In illis ſacramentis, vbi actus ſuſcipientis eſt neceſſarius, vſus rationis eſt de neceſsitate ſacramẽti, itaquè iſta ſacramenta ante vſum rationis minimè ſuſcipi poſſunt. *Nota* *1. concl.*

¶ Poſterior concluſio ſtatuitur de ſacramentis ſecundi generis: nempe, quòd in illis non requiritur vſus rationis de neceſsitate ſacramenti, ſicut ſunt illa quæ characterem imprimunt, vt Baptiſmus, Confirmatio & Ordo ſacer, vbi ſolùm ſpiritualis poteſtas datur, & non requiritur conſenſus vel formalis ſuſcipientis, vel interpretatiuus parentum, ſed quemadmodum ſi renuentibus parentibus, puer baptizaretur, ſacramentum teneret, quia ſufficit intẽtio Eccleſiæ: ita ſi poſtquàm baptizatus eſt, ordinaretur, verè eſſet ordinatus, vtrunquè tamen fieret iniuſtè, ſi parentes reclamarent. Quare, licèt pueris conferentes Ordines maiores, agerent contra præceptum: tamen verè ordinati manerẽt huiuſmodi pueri. Cõcluſio eſt Diui Thomæ in. 4. diſtinct. 25. ar. 1. ql. 2. & Ricardi eadem diſtinctione ar. 4. q. 2. & Bonauenturæ. Solùm enim de neceſsitate præcepti requiritur vſus rationis in promouendis ad maiores Ordines, propter votum continentiæ quod habent annexum, quia votum nemo ante vſum rationis emittere poteſt, imo nec ſic ordinatum ante vſum rationis eſt credendum teneri voto caſtitatis, ita tenet Palud. in præallegata diſtinctione. quæſt. 3. licèt verum ſacramentum ſuſcipit. Dicit tamen doctiſsimus Soto in eadem diſtinctione. q. 1. quòd niſi aduenięte vſu rationis iſte in votum caſtitatis conſenſerit, abvſu Ordinum debet manere ſuſpẽſus. Secus eſt de Baptiſmo: nã quia eſt ſacramẽtũ profeſsionis fidei iure diuino, paruulus baptizatus tenetur poſtmodũ ſeruare fidẽ. *2. concl.* *D. Tho.* *Ricard.* *Bonauen.* *Palude.* *Soto.*

In

In promouendis verò ad minores Ordines non exigitur vsus rationis de necessitate sacramẽti, sed neq; verò expresse de necessitate præcepti, sed de honestate solùm, quæ habet quandã præcepti rationem, ne sine necessitate id fiat. Habetur nanq; in titulo de clerico per saltum promoto, quòd ille qui minores ordines suscepit ante annos discretionis, non iterum eisdem est initiandus, sed ad Diaconatum promouendus. Et quidem quòd de honestate requiratur vsus rationis, patet: quia cũ per minores Ordines hõ ascribatur diuinis officijs, non decet ante vsum rationis illis quempiam insigniri. ✻ Nec in minoribus Ordinibus cõstitutus, ante decimũ quartũ annũ beneficiũ poterit obtinere, vt nunc determinat Tridẽ. cõ. se. 23. c. 6. Ad Epatũ verò requiritur vsus rationis de necessitate cõsecrationis. Quanq; si de facto ante vsum rationis consecraretur, extensionem characteris sacerdotalis modo exposito susciperet, non tamen curam animarum, donec consentiret, & eadem ratione nec presbytero potest ipsi poni cura animarũ, nisi post vsũ rationis cõsentiendi: quia ad huiusmodi curam suscipiendam necessarius est cõsensus. Itẽ, quia Eps sit sponsus Ecclesiæ, & ideo ad Epatũ requiritur cõsensus. Quod dictũ est de pueris carẽtibus vsu rationis, dicẽdũ quoq; est de amẽtibus: itaq; si quis mẽte captus ordinaretur, Ordinem susciperet, sicuti Baptismũ, si baptizaretur: cõmitteret tamen immane sacrilegium, qui eos ordinaret, siquidem quantùm ad vsum perpetuò amentes, sunt in perpetuum iure diuino incapaces. Fuerunt quidam inter quos fuit Durandus, qui affirmarunt ad omnes Ordines requiri vsum rationis de necessitate sacramenti, sed eorum dictum nulla authoritate aut ratione vrgente probatur, quapropter eadẽ facilitate qua asseritur, reijcitur.

Contri. ✻

¶ Annotare hîc oportet, quòd si quis coactus & omnino inuitus ordinetur, non manet ordinatus, quia non intendit facere, quod facit Ecclesia. Secus si per motum ordinetur, quia tũc nõ habet voluntatem absolutè contrariam, sed cõditionatè, quia nolet ordinari, tamen quia mandatur ei sub aliqua pœna, magis intendit ordinari quam talem pœnam incurrere, & contra obedientiam facere: tunc nanq; verum recipit Ordinem, quandoquidem huiusmodi metus, non tollit voluntarium. Et si metus non fuerit cadens in constantem virum, constat eiusmodi ordinatum voto castitatis ligari. Si verò metus cadat in constantẽ virum

Notabil.

virum quantumuis non desint iurisconsulti, qui aiunt votum in foro conscientiæ valere, non tamen in foro Ecclesiæ: attamen tenēdum est vt probabilius in nullo foro huiusmodi votū obligare, vt egregiè docet Soto, vbi suprà.

¶ De ætate autem est tertia conclusio in ordine. Quamuis iure diuino nulla sit certa ac determinata ætas ad Ordines recipiendos requisita, nec distincta pro distinctis Ordinibus: nihilominùs iure Pontificio est determinata, & pro diuersis Ordinibus diuersa requisita, vt patet distinctione. 77. &. 78. & licèt iure antiquo longiora tempora ætatis exigebantur, vt videre est in prædictis distinctionibus per plura capita, sed iam nūc post Vienense concilium sub Clemente quinto celebratum, breuiora requiruntur, vt patet in Clementi. Generalē. de ætate & qualitate. In ordinibus enim primæ tonsuræ & trium minorum Ordinum requiruntur septem anni completi, vt illic dicit glosa. Subdiaconatus verò Ordo suscipi potest post annum 17 completum, intrante scilicet. 18 Et Diaconatus post decimum nonum completum, & vigesimum inchoatum. Ad presbyteratum autem potest quis promoueri, dum attigerit vigesimum quintum. ✻ Quæ quidem locū habuerunt ac inuſu fuerunt vsq; ad œcumenicum & generale concilium Tridentinum, nunc autem præcipit prædictum concilium in sessio. 23. c. 12. vt in posterum nullus ad Subdiaconatus Ordinem ante vigesimū secundum, ad Diaconatus ante vigesimum tertium, ad presbyteratus ante vigesimum quintum ætatis suæ annum promoueatur. Regulares quoq;, nec in minori ætate, nec sine diligenti Episcopi examine ordinentur: priuilegijs quibuscūq; quoad hoc penitus exclusis. At verò ad Episcopatum requiritur trigesimus annus, vt patet. c. Episcopus. 77 distin. c. Sanctum est. &. c. Cùm in cunctis. de electio. li. 6. 3. concl. Con. tri. ✻

✻ Et in eadem sessione c. 13 præcipit eadem sancta synodus, quòd promoti ad sacrum Subdiaconatus Ordinem, si per annū saltem in eo non sint versati, ad altiorem gradum, nisi aliud Episcopo videatur, ascendere non permittantur. & in c. 14. eiusdē sessionis præcipit etiam, quòd ad presbyteratus Ordinem non assumantur, qui in Diaconatu ad minùs annum integrum nō ministrauerint, nisi ob Ecclesiæ vtilitatem ac necessitatem aliud Episcopo videatur.

¶ Sciendum tamen est in præsentiarū, huiusmodi ætatē requiri Notabil.

ri de neceſsitate præcepti: nõ autem de neceſsitate ſacramẽti. Quocircà, ſiquis ante præfatã ætatem ordinetur: ſuſcipit characterem, ſed non executionem Ordinis, vſq; ad completum tẽpus, vt notatur in dicta Clementina. Et quanuis ſecundùm Innocen. & Hoſtien. non ſint ipſo iure ſuſpenſi ab executione illi

Silueſter us ordinis, ſed debent ſuſpendi: hodie tamen ait Silueſter verbo, Irregularitas. §. 10. recipientes ordines ſacros extra tempora, vel ante ætatem, aut ſine literis dimiſſorijs, ſunt ipſo iure ſuſpenſi ab huiuſmodi executione, quouſq; legitimam ætatem attigerint, atq; adeò quoties quis vel Subdiaconus vel Diaconus ſolenniter fuerint priùs ſuis Ordinibus functi, mortaliter delinquunt, & fiunt irregulares à ſolo Papa abſoluendi. Et poſſunt ipſo iure beneficijs priuari per Extrauagan. Pij ſecundi, quæ incipit, Cùm ex ſacramento. & renouata per regulas chã-

Innocen cellariæ. Inno. 8. & Alexan. 6. quibus ſtandum eſt: quod quidẽ

Alexan, annotauit Silueſter, verbo. Irregularitas. quæſtio. 10. Epiſcopus ordinans etiam per annum à collatione clericalis tonſuræ

Silueſter propter hanc culpam ſuſpenditur, vt dicit doctiſsimus Soto,

Soto, vbi ſuprà. & debet compelli ad prouidendum totaliter ordinato in beneficio competenti, vt dicit Silueſter. verbo. Ordo. 3. §. 8.

Dubium, 4. concl. ¶ Sed vtrùm præter prædictos defectus impedientes ſuſceptionem Ordinum, ſint alij etiam obſtantes? dubiũ eſt. Cui hac quarta cõcluſione in ordine affirmatiua ſatisfacere poſſumus, videlicet q̃ ſunt alij quàm plurimi, qui impediunt ordinum ſuſceptionem. Non quidem, quòd ſi attenter, factũ non teneat, ſed quòd ſuſcipiendo mortale peccatum cõmittitur. Itaq; qui ordinandi ſunt, requiritur de neceſsitate præcepti, quòd ſint ſine huiuſmodi defectibus: non autem de neceſsitate ſacramenti. In primis impeditur ſeruus à ſuſceptione ordinum, quia tam Epiſcopus ordinans illum inuito domino, quàm ipſe ſeruus peccãt mortaliter, niſi ignorantia inuincibili excuſentur, quia maximã iniuriam inferunt domino: verũ tamen ordinem ſuſcipit. Cùm de iure naturali non ſit libertas neceſſaria neceſsitate ſacramenti, ſed præciſe neceſsitate præcepti Eccleſiaſtici. Eſt enim neceſſaria libertas ad ordinum miniſterium exercendum: quia ſeruus non eſt ſui iuris. De qua re agitur per totam diſtinctionem. 54. & extra per totum titulum. de ſeruis non ordinandis. Quod ſi ſciente domino neq; contradicente ordinatur ſeruus,

eò

eò ipso fit liber, vt habetur in. c. Si seruus. Vnde Episcopus illũ ordinans, sciens illum esse seruũ, tenetur soluere pretium serui dño, vt seruus libertate donetur. Et à fortiori si dñs contradixerit. Si verò tam domino quàm præsentante & Episcopo ordinante inscijs seruus se ingesserit, si habuerit peculium tenetur se redimere: sin minùs, à seruitute non eripitur, vt habetur c. Frequens. dist. 54.

¶ Secundo inhibetur, ne quis ordinetur sine licentia proprij p̃lati, nõ tamen sic ordinatus efficitur irregularis neq̃; suspẽsus: sed est suspendendus, neq̃; si celebret antequàm suspendatur, efficitur irregularis secundùm Hostien. licèt grauiter peccet celebrando, antequàm proprius prælatus ratam habeat talem ordinationem, vt habetur de tempori. ordinan. c. Eos. ordinans tamen illum scienter vel ignoratia affectata, per annum à collatione ordinum est suspensus. Et postquàm eius suspensio fuerit manifestata per euidentiam facti, vel quia est iure notorium: poterunt subditi sine eius licentia à vicinis Episcopis ordinari, vt habetur in loco prælegato. *Hostien.*

✻ Hodie tamen, per decretum œcumenici & generalis Tridentini concilij sessione. 23. cap. 8. etiam ordinatus, à non proprio ordinario, à susceptorum ordinum executione quandiu proprio ordinario videbitur expedire, est suspensus, etiam si cuiusuis generalis, aut specialis rescripti, vel priuilegij p̃textu, etiam statutis temporibus promoueatur, nisi eius probitas ac mores ordinarij sui testimonio cõmendentur. *Con tri.* ✻

✻ Et in eadem sessione. c. 16. disponit etiam eadem sancta synodus, q̃ nullus clericus peregrinus sine cõmendaticijs sui ordinarij literis ab vllo Episcopo ad diuina celebranda & sacramenta administranda admittatur.

¶ Tertio est impeditus à susceptione ordinis illegitimè natus, siue ex fornicatione simplici siue ex adulterio quomodocunquè fuerit genitus non ex legitimo matrimonio. Eodem enim modo tam ipse quàm Episcopus ordinans, peccant mortaliter, si sine præuia dispensatione id fiat, nisi, vt dictum est, ignorantia inuincibili excusentur. Potest tamen Episcopus cum huiusmodi personis dispensare quoad minores Ordines. Quantùm ad maiores autem non, nisi summus Pontifex, vt habetur in capi. Is qui. lib. 6. de ætate & qualita. ordinan. & tanto debet esse difficilior dispensatio, quanto turpior fuerit eorum origo.

¶ Et

Notabil. ¶ Et notato, quòd qui fiunt monachi, ipso facto quòd profitentur, possunt ordinari absq; dispensatione, vt patet in cap. Vt filij. de filijs presbyter. li. 6. Ratio est, quia mos iste in religionibus seruatur, siue iure communi, siue consuetudine, vel ex priuilegio fuerit obtentus, vt per professionem omnis irregularitas quantùm ad Ordinis susceptionem tollatur, exceptis his q̃ vel ex homicidio voluntario vel Bigamia contrahũtur, nontñ fieri possũt prælati sic illegitimè nati absq; præuia dispẽsatione, vt in eodem cap. Filij. subiungitur. ✠ Et quantùm ad regimen *Con. tri.* ✠ cathedralium Ecclesiarum nunc sancta synodus Tridẽtina sub Paulo. 3. celebrata sessio. 7. c. 1. expresse determinat, quòd nullus ad huiusmodi regimen assumatur, nisi ex legitimo matrimonio natus, & ætate matura, grauitate morum, literarumq; scientia sit præditus iuxta constitutionem Alexandri. 3. quæ incipit Cùm in cunctis. in concilio Lateranensi promulgatam. Idẽ decernit in sessione. 22. c. 2. & quantùm ad sciẽtiam determinat, quòd anteà in vniuersitate studiorum magister, siue doctor, aut licentiatus in sacra theologia, vel iure canonico meritò sit promotus, aut publico alicuius academiæ testimonio idoneus ad alios docendos, ostendatur: quòd si regularis fuerit, à superioribus suæ religionis similem fidem habeat.

¶ Quarto impediuntur corpore vitiati, vt si habeant nasum amputatum, vel insignem maculam in oculo, vel si digitis careat, vnde impeditur ne possit frangere hostiam, aut si adeò ei tremiscat manus, vt calicem absq; effusionis periculo minimè eleuare possit, ita q̃ si quis careat membris vsui sacramenti necessarijs, non est ordinandus: de quo impedimento agitur in titulo de corpore vitiatis.

¶ Quinto arcetur præcepto Ecclesiæ ab ordinibus omnis homicida voluntarius post Baptismũ, & omnis mutilator alterius vel sui ipsius, siue id licitè siue illicite fecerit. Quo fit, vt iudex & similiter mandans, consulens, aduocatus, custodiens, & breuiter omnes illi, qui taliter sunt causa mortis, quòd non sequeretur nisi ipsi seruarent eum, aut portarẽt scalas, vel funes pro aliquo suspendendo, incurrant irregularitatem impedientem promotionem ad ordines.

¶ Est tamen hoc intelligendum, dummodò subsequuta fuerit mors: nam licèt quis sagitta animo occidẽdi hominem, aut fuste ipsum aut gladio percusserit, si non sequatur mors, quia non

est

est homicida, non est irregularis. Signanter dixi homicida voluntarius, nam qui operam dat rei licitæ, prudentemq; adhibet diligentiã nè noceat: quanuis ex actione sua sequatur homicidium, non est reus homicidij, nec incurrit irregularitatẽ: quia non est volũtariũ, sed simpliciter casuale. De qua re sunt textus, extra de homici. vt. c. Lator. &. c. Dilectus. &. c. Significasti. &. c. Ex literis. Item, qui dentes alicuius pugno extraxit: non dicitur mutilare, & per consequens, nõ efficitur irregularis. Similiter per effusionem sanguinis citra mutilationem vel homicidiũ nõ inducitur irregularitas: quoniam pœnę non sunt ampliandæ, sed restringendæ, vt patet cap. Odia. &. c. In pœnis. De regulis iuris in. 6. & canones non loquuntur, nisi de homicidio vel membri mutilatione. Præterea, infirmorũ custodes, & infirmarij, dũ infirmũ in lecto mouẽt, vt vel aptiùs ei cibũ ministrẽt, vel quietiùs iaceat, etiã si ex hoc aliquantulũ mors acceleraretur, nullã irregularitatem incurrunt: cùm dent operam rei licitæ, & bona fide hoc faciant. Secus si tã immodica esset negligẽtia, & iactatio illius, vt iudicio prudentũ cẽseretur occisio, & mortalis temeritas, vel si hac intentione infirmum voluit. Postremò, qui se defendens alterũ occidit, licèt irregularis efficiebatur tẽpore D. Tho, vt patet ex ipso in. 4. dist. 24. q. 2. ar. 2. ql. 2. ad. 3. sed modò iam reuocatũ est hoc ius, per Clem. vni. de homicid. vbi dicitur, q; si se defendendo cũ moderamine inculpatæ tutelæ alterũ occidit, nõ est irregularis. Quod etiã verũ habet in illo, qui dabat operã rei illicitæ, vt si se defendendo interficiat virum vxoris, cum qua deprehensus est à viro. Tunc nanq; nõ efficitur irregularis, vt tenet expressè summa Armilla, verbo Irregularitas. §. 42. Nec me latet, aliquos doctores tenere cõtrariã sententiã, sed veriùs reputo, quod dicit Armilla cuius hac ratione moueor, quia quãuis daret operã rei illicitæ: tamẽ postq; deprehenditur à viro illius vxoris cũ qua rem habet, de iure naturali est ei licita defensa. Et re vera ille non dicitur homicida, cùm mortẽ non intendat, sed sui ipsius defensam: & sic licèt adulterium fuit voluntarium: non tamen per se fuit causa homicidij: sed vulneratio quæ non fuit voluntaria.

D. Tho.

Armilla

¶ Similiter incurrunt irregularitatem impedientẽ promotionẽ ad ordines, non defendentes hominem, qui occiditur, vt prælati & iudices, non liberãtes eũ à morte, cùm possunt, si ex officio suo, tenentur. Si verò sint aliæ personæ, quæ non tenebantur

Silvest. ex officio, non efficiuntur irregulares, vt egregiè ait Siluest. in verbo Homicidium, 3. §. 3. vbi multos adducit casus, in quibus irregularitas nō incurritur.

¶ Sexto, non possunt ordinari de iure, Illiterati, Criminosi, Infames, Bigami & omnes irregulares, & omnes excommunicati excōmunicatione maiori, & qui de facto ordines sacros susceperint, irregulares efficiuntur, vt patet ca. 1. de eo qui furtiuè Ordines suscepit, & cap. Cùm illorum. de sen. excom. li. 6. non autem efficiuntur irregulares, qui ordinantur in excōmunicatione maiori. De Ordinibus minoribus, quanuis quidam oppositi

Siluester dicant, vt est videre apud Siluestrū, verbo. Irregularitas. q. 13.

Nota. 1. ¶ Sciendum tamen, q̄ omnes hîc appositi & alij omnes, quos posuit Siluester in verbo, Ordo. 4. §. 2. si de facto ordinētur, Ordinem suscipiunt & characterem: peccant tamen grauiter contra Ecclesiæ præceptum. Quare gratiam non suscipiunt, manēt q̄; subinde suspēsi, atq̄; adeò quoties in Ordinibus administrāt, grauissimè peccant.

Nota. 2. ¶ Sciendum quoq̄; est, q̄ cùm omnes huiusmodi irregularitates & impedimenta iure Pontificio oriantur, super omnibus potest summus Pontifex dispensare, nisi quando ius diuinū attingerint. Cùm illo enim, qui truncus est manibus, aut mutus, dispensari minimè posset, vt presbyter fieret. Verba sunt exp̄ssa Dominici à Soto in. 4. dist. 25. q. 1. ar. 3.

Soto.

Nota. 3. ✻ Annotare tamen hîc oportet tertiò, quòd in posterū per de-

Con. tri. cretum œcumenici & generalis Tridentinæ synodi sess. 24. c. 6. licet Episcopis in irregularitatibus omnibus, & suspensionibus

✻ ex delicto occulto prouenientibus, excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, & exceptis alijs deductis ad forum contentiosum, dispensare: nam vt expressè cauetur in eadem synodo, sess. 14. c. 7. qui occiderit proximum suum per insidias vel industriam, etiam si crimen nec ordine iudiciario probatum, nec alia ratione publicum, sed occultum fuerit, nullo tempore ad sacros Ordines promoueri poterit.

¶ Septimò, vxoratus ordinari in sacris nō potest etiā ante copulæ cōsummationē, sine licētia vxoris, vt patet c. Vxoratus. de cōuer. cōiug. neq̄; ad Ep̄atum promoueri, vt cauetur ibidē c. Sanè. Nā cū p̄dicta ca. inter Matrimoniū nō distinguāt, siue ra-

Duran. tū sit, siue cōsummatū, veritatē cōtinēt etiā in nō cōsummato,

Palud. vt bene ait Dur. i. 4. d. 27. q. 2. & Palud. q 3. Et ratio huius est,

quia

quia per Ordinũ ſuſceptionẽ nõ moritur ſpiritualiter, nec emittitur votũ pauptatis aut obedientiæ, eo modo quo religioſi: & votũ cõtinẽtiæ annexũ nõ eſt de eſſentia ſacerdotij. Poteſt enĩ Papa diſpẽſare, vt Sacerdotes vxores habeãt, vt Græci. Imoveto, vt in p̃dictis. c. legitur, non ſufficit ſimplex cõſenſus vxoris, vt habetur. c. Ex parte. in. 1. de cõuer. coniug. ſed requiritur, vt cõtinẽtiã ipſam etiã voueat: quinimo ſi nõ ſit ętate prouecta: nẽpe, ſexagenaria, requiritur vt religionẽ profiteatur, ad hoc ꝙ matrimonium dirimatur: ſi verò fuerit ſexagenaria, ſatis eſt, vt ſimplex votũ cõtinẽtiæ faciat, per quod iuri ſuo petendi debitũ abrenunciat. Quòd ſi de facto Ordines ſacros ſuſceperit ſine licentia vxoris, & ſine hoc ꝙ ipſa ſi non eſt ſexaginaria profiteatur, vel ſi eſt ſexagenaria ſine hoc ꝙ ſimplex votũ continentię faciat, poteſt illum in conſortium coniugale repetere: ille autẽ manet ordinatus, quoniam Ordo eſt ſacramentũ, characterẽ imprimens, atq; adeò ſi eſt vera materia & forma & intentio, erit verus Ordo, ſed perpetuò erit ſuſpenſus, & mortua vxore non poterit in illo ordine miniſtrare, nec ad alios aſcendere, nec obtinere beneficium, vel officiũ Eccleſiaſticũ, niſi religionem approbatã fuerit ingreſſa, vel diuortiũ inter eos fuerit celebratum, & eſſet deferendus in iudiciũ tanquàm ſuſpectus de hæreſi. Si enim inter eos eſſet celebratum diuortium, remaneret ſolutus à vinculo reddendi debitum, niſi fornicariæ pepercerit: & ſic poterit ſine licentia vxoris promoueri ad ſacros Ordines extra religionem, etiam poſt conſummatam copulam, vt bene annotat Dominicus à Soto in. 4. diſt. 27. q. 1. ar. 4. & patet ex cap. Conſtitutus. &. cap. Veniens. de conuerſio. coniuga. *Soto.*

¶ QVINDECIMA DIFFICVLTAS.

Vtrùm ſint determinata tempora ab Eccleſia pro omnibus ordinibus conferendis.

QVæſtioni huic per aliquot concluſiones reſpondetur, & earum prima ſit affirmatiua, qua directè difficultati præſenti ſatisfit: nempe, ꝙ ſunt ſex tempora anni deputata ad conferendos Ordines, ſcilicet in ſabbatis quatuor tẽporũ, & in ſabbato medio hebdomadæ quadrageſimæ, ĩ quo cantatur, Sciẽtes. & in ſabbato paſchæ, vt habetur. d. 75. cap. fi. Poſſunt etiam conferri *Con. af.*

ordines sacri in die dominico mane sequenti: ita tamen, & ordinandus & ordinans, continuent ieiunium præcedentis sabbati: quia tunc mane dominici diei, trahitur ad sabbatum propter cõtinuationem ieiunij, vt habetur in prædicta distinctione. c. Quod à patribus. Sed hoc non faciat Episcopus sine necessitate, scilicet, quia in sabbato non potuerunt conferri, vt si fortè infirmaretur sabbato, posset differre in crastinum.

2. concl. ¶ Secunda conclusio. Papa potest Subdiaconatus ordinẽ conferre, omnibus diebus dominicis, & festis præcipuis, vt habetur in eadem dist. c. vl. Imo secundùm Hostien. quolibet tempore, quẽlibet ordinẽ conferre potest. Quod quidẽ, loquendo de potestate absoluta: indubitatum est, cũ ista sint de iure positiuo.

3. concl. ¶ Tertia conclusio. Episcopus potest conferre minores ordines, diebus dominicis, & alijs festis præcipuis vni vel duobus, vt habetur de tempo. ordinan. c. De eo. Imo secũdùm summam Pisanam, Archidia. Rosela, & supplemẽtũ ex causa rationabili, pluribus potest eos conferre, dũmodò nõ videatur Episcopus generalem ordinationem facere, & huic sententiæ inhæret Siluester, verbo. Ordo. 2. §. 6. Primam tamen tonsuram, omni die conferre potest secundùm Petrum à Palud. & ita habet generalis consuetudo.

Pisana.
Archi.
Rosela.
Supple.
Silueſt.
Palud.

4. concl ¶ Quarta conclusio. Omnes minores ordines, vni personæ cõferri possunt, vna & eadem die, nisi contrarium haberet consuetudo Ecclesiæ, quæ non seruata scandalum generaret.

5. concl. ¶ Quinta conclusio. Non possunt conferri vni personę eadem die, prima tonsura, & quatuor minores ordines. Conclusio hęc est Hostiẽ. & Panor in dicto. c. De eo, & est verisima vbi hoc non habet consuetudo. Secus vbi habet consuetudo.

Hoſtien.
Panor.

6. concl. ¶ Sexta concl. Nullus potest suscipe duos ordines sacros in eadẽ die, etiam si sit Regularis, priuilegijs, & indultis quibuscũq; illis concessis non obstantibus, vt expressè decernit sanctum Tridentinum concilium, nuper sub Pio. 4. celebratum, sessio. 23. c 13. nec etiam potest eadem die suscipere quatuor minores, & subdiaconatum, absq; dispensatione solius summi Pontificis, vt bene notant Innocentius, & Hostiensis in cap. Dilectus. de temporibus ordinan. Si enim suscepit minores, & Subdiaconatum, suspenditur nè in Ordine superiori, sed tantùm in minoribus administret. Si autem suscepit duos sacros, in nullo potest, & si præmonitus fuerat, sub anathematis nè

Con. tri.
Innocen.
Hoſtien.

illos

illos simul ordines susciperet, tunc cùm sic ordinato in vtroq; casu solus Papa potest dispensare. Si verò non fuerat sub tali sententia prohibitus, in vtroq; casu poterit Episcopus dispensare: & si ingrediatur religionē aliquam, poterit Abbas: & si sine dispēsatione administret, efficitur irregularis, & Episcopus oppositū faciēs, si sciēter faciat, debet deponi, vt habetur. dist. 51. c. Qui in aliquo. Si verò ex negligentia, debet priuari potestate conferendi talem ordinem, vt habetur distin. 36. c. Qui Ecclesiasticis. &. 1. q. 1. c. Si qui Episcopi.

¶ Annotare hìc oportet primò, quòd ordines conferendi sunt ante prandium, si tamen post prandium, & similiter extra prædicta tempora conferantur, verus character recipitur. Quod non solùm de minoribus, verùm etiam de maioribus ordinibus intelligendum est. Et ratio huius est, quia ista non sunt de substantia, sed tantùm de congruitate. Nam de substantia vel essentia ordinis, non potest esse nisi traditio alicuius signi cum expressione verbalis formæ. *Nota. 1.*

¶ Secundò oportet annotare impræsentiarū, q licèt locus vbi cōferendi erāt ordines anteà, nō erat determinatus, sed Epi de consuetudine, nō solùm minores, sed etiā maiores cōferebāt, vbi volebāt. ✻ Hodie tamē dispomit sacrosancta œcumenica Tridentina synodus sessione. 23. c. 8. vt ordinationes sacrorū ordinum, statutis à iure temporibus, ac in cathedrali Ecclesia, vocatis præsentibus ad id Ecclesiæ canonicis, publicè celebrētur. Si autem in alio diœcesis loco, præsente clero loci, dignior [quantùm fieri poterit] Ecclesia semper adeatur. *Nota. 2.* *Con tri.* ✻

¶XVI. DIFFICVLTAS.

Vtrùm in suscipientibus Ordinem requiratur bonitas vitæ, morum honestas & scientia.

PRæsenti difficultati per aliquot respondetur conclusiones: & quantùm attinet ad mores ordinandorum, est prima conclusio. Quamuis morum integritas non sit de essentia sacramenti: est tamen de præcepto diuino maximè necessaria. Conclusio hæc ostenditur tā ex veteri quàm ex nouo testamento. Præcipiebatur enim Leuitici. c. 21. quòd habentes maculas, non offerrent panem Deo, nec ad eius ministerium accederent, si ceeus *1. concl.* *Leui. 21.*

fuisset, si claudus. &c. At verò per istas maculas corporales: spi
rituales intelliguntur, quæ hominem sacris ordinibus indigni
D. Gre. reddunt, vt ait Grego. in prima parte pastoralis, cuius verba re
feruntur distin. 49. Item, quia ob id Christus non anteà Petrum
vicarium suum constituit, quàm tertio interrogaret, an se plùs
Ioan. vl. cæteris diligeret. Ioan. vlti. vt insinuaret charitatem in ordinan
Chrisost. dis exigi. Præterea à Chrisosto. in li. de sacerdotali dignitate do
cet, Sacerdotes tanto morum interuallo debere reliquo popu
lo antecellere, quanto brutis ouibus rationalem pastorem, i-
mo ceu cœlestes angelos debere inter homines viuere. Tra-
ctant enim sanctissimum corpus, & sanguinem CHRISTI,
quod angelis tangere, non est indultum. Nec solùm exigitur
hæc bonitas & honestas in Sacerdotibus: verùm etiam in omni
bus inferioribus ministris, vt dicit Hieronymus, cuius verba
Hieronym. habentur. 8. q. 1. c. Qualis. Ait nanq; quòd presbyteri & Diaco-
nes debent summa diligentia prouidere, vt cunctum populum,
cui præsident, conuersatione, scientia ac sermone præeant. I-
mo & qui sunt in minoribus ordinibus, qui domui Dei seruiu-
nt, id etiam debent curare. Vehementer enim, inquit, Eccle-
siam Dei destruit meliores esse laicos, quàm clericos. De hac bo
nitate & honestate requisita tractant quàm plurimi canones, vt
est videre à distinctione. 25. vsq; ad. 50. & 81. decreti, vbi des-
cribuntur mores omnium ordinandorum.

Con. tri. ❋ Et nunc sacrosancta œcumenica & generalis Tridentina sy
❋ nodus sessione. 22. c. 1. dicit, Nihil est quod alios magis ad pie-
tatem, & Dei cultum assiduè instruat, quàm eorum vita & exẽ-
plum, qui se diuino ministerio dedicarunt: cùm enim à rebus
sęculi in altiorem sublati locum conspiciantur in eos, tanquàm
speculum reliqui oculos conijciunt, ex ijsquè sumunt, quod
imitentur. Quapropter sic decet omnino clericos in sortem
Domini vocatos, vitam moresquè suos omnes componere, vt
habitu, gestu, incessu, sermone alijsquè omnibus rebus nil nisi
graue moderatum, ac religione plenum, præseferant, leuia eti
am delicta, quæ in ipsis maxima essent, effugiant.

❋ Et de promouendis ad minores Ordines decernit eadem
synodus Tridentina, sessione. 23. cap. 5. quòd bonum à Parro-
cho, & à magistro scholæ, in qua educantur, testimonium ha-
beant. De his verò, qui ad singulos maiores erunt assumen-
di, per mensem ante Ordinationem Episcopum adeant, qui

Parro

Parrocho, aut alteri, cui magis expedire videbitur, committat vt nominibus, ac desiderio eorum, qui volent promoueri, publice in Ecclesia propositis, de ipsorum ordinandorum natalibus, ætate, moribus & vita, à fide dignis diligenter inquirat, & literas testimoniales, ipsam inquisitionem factam continentes, ad ipsum Episcopum transmittat, & infrà. cap. 7. præcipit eadem sancta synodus examinatoribus ab Episcopo deputatis, vt ordinandorum genus, personam, ætatem, institutionem, mores, doctrinam & fidem diligenter inuestigent, & examinent.

¶ Secunda conclusio. Qui cum conscientia peccati mortalis siue occulti, siue manifesti ad quēcunq; ordinē accedit, siue minorem siue maiorem presumptuose: verum ordinem suscipit, peccat tamen mortaliter, & sacrilegium cōmittit. Hæc cōclusio quoad primā partē est cōtra Vuicleff, qui tenuit q̄ neq; malus homo, dum sacris initiatur suscipit sacramentū, nec Sacerdos dū est in peccato, sacramentū Eucharistiæ conficit, aut alia vere administrat. Dicebat enim sanctitatē requiri in ministris de essentia sacramēti. Quē errorē secutus est Armachanus. li. 11. c. 4. qui asserit per quodcūq; peccatum mortale amitti oēm potestatem, tam spiritualem, quàm ciuilem. Aduersus hunc errorem scripsit Thomas Vualden. in. 2. tomo. de sacramentis. c. 3. 4. & cap. 144. & 145. vbi plurimis tum sacræ scripturæ testimonijs, tum rationibus, eū reprobat: quas hīc adducere nimis operosum longumq; esset, maximè quia iam ego alibi istum errorem refutaui. Cùm enim Sacerdotes non operētur in sua virtute, sed Dei, absq; sanctitate verum conferunt sacramentum, modo in his, quæ sunt de sacramenti essentia, non deficiāt. Quo ad secundam verò partem, probatur conclusio, quia omnes ordines tam minores quàm maiores sunt sacramenta. Quo fit, vt suscipiendo in mortali ponatur obex gratiæ, ac subindè mortale crimen committatur.

2. concl.

Th. Vuald.

¶ Annotare hīc oportet eos, qui ad minores ordines suscipiendos accedunt: non teneri sub mortali confessionē præmittere, sicut nec ad Confirmationem recipiendā. Optimè tamen faceret, qui eam præmitteret. Probatur hoc notabile: tum, quia vniuersalis Ecclesiæ vsus, & doctorū sentētia ita tenet: tum etiam, quia non habetur præceptum de hac confessione præmittēda ante susceptionem horum ordinum.

Notabil.

¶ Quantùm ad scientiam autem requisitam in ordinandis, est
3. concl. tertia conclusio, quòd est necessaria scientia & prudentia ad illud officium, ad quod promouetur congruè exercendum. Cõ
D. Tho. clusio ista est D. Thom. in. 4 distin. 24. q. 1. ar. 5. ql. 2. Ex hac cõclusione colligitur, non æqualem scientiam & prudentiam exigi in omnibus promouendis, sed maior vel minor, secundùm quòd ad plura vel pauciora se se eius officium extendit. Infertur rursus, plus scientiæ ac prudentiæ requiri in promouendis ad sacros ordines, quã in promouendis ad minores, & inter hos plus in promouendo ad sacrum presbyteratum, & adhuc plus in promouendo ad regimen animarum, quàm in simplici Sacerdote. Ad minores nanq; ordines suscipiendos, satis est, vt ordinandus legere saltem sciat, & commodè pronunciare: quia eorum munus non est sacram scripturam intelligere. Ad sacros autem ordines exigitur, vt Diaconus & Subdiaconus latinè sciat: scilicet, vt quæ legit intelligat, quanuis mysteria theologicè non calleat.

Con. tri. ✻ Hodie tamen decernit sancta Tridentina synodus sessione. 23. c. 4. quòd etiam prima tonsura non initientur, qui fidei rudimenta edocti non fuerint, quiq; legere & scribere nesciant. Et in eadem sessio. c 11. disponit, quòd neq; ad minores ordines promoueantur, qui saltem latinam linguam non intelligant, & hoc per temporum interstitia, nisi aliud Episcopo expedire magis videretur, vt eo acuratius, quantùm sit huius disciplinæ pondus, possint edoceri: ac in vno quoq; munere, iuxta præscriptũ Episcopi se exerceant, idq; in ea, cui adscripti erunt, Ecclesia: nisi forte ex causa studiorum absint, atq; ita de gradu in gradũ ascendant: vt in eis cum ætate vitæ meritum, & doctrina maior accrescat, quod & bonorum morum exemplum & assiduum in Ecclesia ministerium, atq; maior erga presbyteros & superiores ordines reuerentia, & crebrior quàm anteà, corporis Christi communio maximè comprobabunt, cùmq; hinc ad altiores gradus, & sacratissima mysteria sit ingressus: nemo ijs initietur, quem non scientiæ spes maioribus Ordinibus, dignum ostendat. Hi verò non nisi post annum à susceptione postremi gradus minorum ordinum ad sacros ordines promoueantur: nisi necessitas, aut Ecclesiæ vtilitas, iudicio Epi aliud exposcat. In simplici verò Sacerdote requiritur peritia ad congruè celebrandum necessaria: nempe, rectè distinctèq; legere ea quæ in missæ

missæ officio continentur, etiam aptè pronunciare & accentuare, & adminùs gramaticaliter intelligere: imo & aliquanta scripturæ intelligentia in eo exigitur. Oportet insuper, quòd sciat sacramentorum numerum, & quæ sit debita materia, & debita forma vniuscuiusq; sacramenti. Ac deniq; defectus, qui in missa possunt contingere. At verò promouendus ad regimen animarum, tenetur scire omnia prædicta, & vltra hoc modum debitè sacramenta administrandi. Tenetur etiam tanta pollere scientia, vt sciat illa, quæ plebi sunt necessaria: nempe, ea quæ populus credere & obseruare debet, scilicet articulos fidei, & decalogum, & ordinaria peccata quæ ei per confessionem deteguntur, & vt pœnitentibus salutaria consilia præstare valeat. Non tamen tenentur eiusmodi presbyteri vsq; adeò esse theologi, aut iurisconsulti, vt omnes subtiles quæstiones legis, & arduas, vel sacræ scripturæ, vel sacrorum canonum penetrent. Cũ in his ad superiores Sacerdotes: scilicet, Episcopos recursus haberi debeatur. Ab illis nanq; est exigenda huiusmodi scientia, qui quidem parati esse debent ad satisfaciendum omni poscenti rationem de ea quæ in nobis est fides. 1. Petri. 3. Quanta autẽ scientia pollere debeant Sacerdotes, habetur in decretis dist. 36. 37. & 38. Ex omnibus dictis vltimò infertur manifestè, quòd Episcopus promouens ad ordines indignos, vel conferens curam animarum carentibus scientia & prudentia, moribus & vita: non dubium, quin mortaliter delinquat. Corollarium istud tenet D. Tho. in. 4. dist. 24. q. 1. ar. 3. ql. 4. Est nãq; huiusmodi Episcopus sic promouens indignos, infidelis seruus, quia exponit res spirituales, super quas est constitutus, periculo contemptus. Nam cuius vita despicitur, restat, ait Grego: vt eius prædicatio contemnatur. ✻ Quinimo etiãsi aliàs vita honesta & moribus polleant, si tamen careant scientia, determinat nũc sancta Tridentina synodus sess. 21. c. 6. ℣ Episcopi tanquàm Apostolicæ sedis delegati, possit parrochialium Ecclesiarũ rectoribus illiteratis & imperitis, coadiutores, aut vicarios pro tempore deputare, partemq; fructuum eisdem pro sufficienti victu assignare, vel aliter prouidere, quacunq; appellatione, & exemptione remota.

1. Pe. 3.

D. Tho.

D. Gre. Con. tri. ✻

¶ Solet impræsentiarum disputari à doctoribus, vtrùm Sacerdotes oporteat esse pauperes? Cui breuiter satisfit dicendo, ℣ Ecclesiæ decoris interest, ne vllus ordinetur absq; titulo beneficij

ficij, aut congrui patrimonij, ne ob paupertatem alia incõmodi non modica clericatui indigna accidant. scilicet, ne vendant sacramenta, & pro sacrificio missæ pretium statuant, cùm pro missa, non pretium, sed eleemosyna sit eroganda.

Con. tri. ✻ Hoc idem nunc decernit œcumenica & generalis Tridentina synodus, nuper sub Pio. 4. celebrata, sessi. 21. c. 2. sub his verbis, Cùm nõ deceat eos, qui diuino ministerio ascripti sunt, cũ ordinis dedecore mendicare, aut sordidum aliquem quæstum exercere: compertumq; sit, cõplures plerisq; in locis ad sacros ordines nullo ferè delectu admitti, qui variis artibus, ac fallacijs confingunt, se beneficium Ecclesiasticum, aut etiam idoneas facultates obtinere: statuit sancta synodus, nequis deinceps clericus sæcularis, quanuis aliàs sit idoneus moribus, sciẽtia &, ætate, ad sacros ordines promoueatur, nisi priùs legitimè cõstet, eum beneficium Ecclesiasticum, quod sibi ad victũ honestè sufficiat, pacificè possidere. Id verò beneficium resignare non possit, nisi facta mentione, quòd ad illius beneficij titulum sit promotus, neq; ea resignatio admittatur, nisi constito, quòd aliũde viuere commodè possit: & aliter facta resignatio nulla sit. Patrimonium verò, vel pensionem obtinentes, ordinari posthàc non possint, nisi illi quos Episcopus iudicauerit assumẽdos pro necessitate, vel commoditate Ecclesiarum suarum: eo quoq; priùs perspecto, patrimonium illud, vel pensionem verè ab eis obtineri, taliaq; esse, quæ eis ad vitam sustentandam satis sint: atq; illa deinceps sine licentia Epi alienari, aut extingui, vel remitti nullatenus possint: donec beneficiũ Ecclesiasticũ sufficiẽs sint adepti: vel aliunde habeant, vnde viuere possint: antiquorum canonũ pœnas: super his innouando. ¶ Solent quoq; superaddi multæ aliæ quæstiones circa hanc materiam ordinis: nempe, an debeant ordinati tonsuram deferre, & quibus debeant vestibus indui, & quæ sit coronæ & eiusmodi vestium significatio: tamẽ quia diffusè satis de his i multis locis ab ipsis doctoribus traditum est: horum solutiones vnusquisq; in illis videre poterit, & ideo hactenus de Ordine dicta sufficiant.

De

DE SACRAMENTO MATRIMONII

POSTEAQVAM DEI AVxilio de sacramẽtis, quæ generant, vegetant, nutriũt, promouẽt, ac reparant hominẽ in vita spirituali tractauimus: dicendum est nobis iam de sacramẽto, quod producit & generateũdẽ in esse & vita corporali: scilicet, de Matrimonio, de quo licet animus nobis nõ sit differere plenissimè, & circa omnia euagari, eò q̃ satis ea omnia dilucidèq̃; tum à sanctis patribus, tum etiam à doctoribus scholasticis, sunt descripta, quibus nole præbere fidem, extremæ stultitiæ esset argumentum: tamen omnia necessaria, scitnq̃; digniora, intacta non dimittam. Et cùm teste Aristo. in. 2. poste tex. com. 8. ca. 9. quæstio an est, naturaliter priùs sit, quàm quæstio quid est: frustra in q̃stionẽ verteretur, quid sit Matrimonium, nisi priùs an sit, pro comperto habuerimus. Quo circa inter omnes difficultates in hac materia disputandas, hæc erit prima. *Aristote.*

¶ PRIMA DIFFICVLTAS.

Vtrùm Matrimonium sit in rerum natura: à Deo institutum.

DIFFICVLTATI PRÆSENTI VNIca affirmatiua conclusione respondetur: nempe, Matrimonium à Deo ipso omnium creatore esse institutum. Inquit enim Hugo. li. 2. par. 11. cap. 1. Quum omnia sacramenta post peccatum & quidem propter peccatum ceperint, solum Matrimonium est institutum ante peccatum in statu innocentiæ, quod quidẽ institu it Deus in illo delitiarũ paradiso, quãdo datũ est Adæ adiutoriũ simile sibi. Eduxit nãq̃; Deus Æuã de Adæ costa, vt os ex ossibus, & caro ex carne, duo i carne vna essẽt. Inq tait Deus. Propter *Conclu.* *Hugo.*

ter hoc relinquet homo patrem & matrem,& adhærebit vxori
Gene. 2. suæ,& erunt duo in carne vna. Gene. 2. c. Ex latere, aiunt doctores, eã eduxit,& non de pedibus nec de capite, vt nec esset seruua mariti, nec domina, sed vt esset par naturæ consors: nempe, vt doceret quanta inter eos, non solùm corporum, verùm & animorum necessitudo esset necessaria, quantoq; subinde amore deberent coniungi: quem amorem inter virum & vxorem voluit Dominus commendare, cùm dixit, Propter hanc relinquet homo patrem & matrem. &c. Sed aduertendum est, quòd tunc fuit institutum in officium naturæ ad prolem procreandã, quod quidem officium & ante peccatum erat necessarium,& sub p̃cepto cadebat, quousq; sufficienter genus humanum multipli
Gene. 1. caretur. Præceputm nanq; erat illud Gene. c. 1. Crescite,& multiplicamini,& replete terram. Post peccatum autem hominis primi, ilico mansit idem matrimonium in remedium contra concupiscentiam. Ait enim magnus doctor gentium. 1. co. 7. Propter
1. cor. 7. fornicationem autem, vnusquisq; suam vxorem habeat, & vna quæq; suum virum. Quæ quidem verba non præceptũ, sed quædam minoris boni concessio sunt: vt apertè ex eodem Apostolo constat, cùm subdit, Hoc autem dico secundùm indulgentiam, non secundùm imperium. Secundùm vero quòd repræsentat mysterium desponsationis Christi cum Ecclesia: nempe, qua ratione matrimonium est sacramentũ, in noua lege à Christo institutum est. Ratio huius est illa quæ reliquis sacramentis communis est: quoniam omnia sacramenta, eò quòd instrumenta sunt passionis Christi, ab ipso fuerunt instituta.

Dubium. ¶ Sed quando illud instituit Christus, solet dubitari? Ad quod
Ioan. 2. aliqui dicunt, quòd quãdo interfuit nuptijs in Chana Galileæ. Ioan. c. 2. vbi non corporali præsentia tantùm, sed miraculi exhibitione, voluit nuptias cohonestare & approbare, ita vt illud quod antea solùm erat officium & remedium, per suam legem celebrãdum foret, vt sacramentum gratiam conferens. Alij di
Mat. 19 cunt quòd illud instituit Matth. 19. quando pharisæis interrogãtibus, an liceret hominibus quacunq; de causa vxorem dimittere? respondit, Quos Deus coniunxit, homo non separet. Sed nõ admodùm refert scire hoc, dummodò teneamus, vt tenendum est secundùm fidem, à Deo esse institutum.

¶ SECVNDA DIFFICVLTAS.

Vtrùm

Vtrùm matrimonium sit hominibus naturale.

ET si naturalis ordo hîc expoſcere videbatur, vt poſt determinationẽ quæſtionis, an eſt, ilico quæſtionem, quid eſt expediremus: attamen quia, vt dictũ é, coniugium, & eſt officiũ naturæ, & ſacramentum, ante omnia oportet hæc videre, ac explicare, vt ex iſtis expoſitis conditionibus, cõmodiùs quæſtionem, quid eſt: nempe, difinitionem elicere poſsimus, & ſicut in materia pœnitentiæ diſſeruimus, priùs de ipſa ſub ratione virtutis, & deinde ſub ratione ſacramenti: ita impræſentiarum, ſtatim de Matrimonio quatenus eſt in officium naturæ, deinde, quatenus eſt ſacramentum tractabimus. In hac ergo difficultate quæritur, vtrùm ſit Matrimonium à natura inditum. Pro cuius explicatione, duo annotare oportet. Primum, quòd naturale bifariam dicitur, vno modo, quod ex principijs naturæ intrinſicis ex neceſsitate cauſatur: ſicut neceſſum eſt, lapidem deſcẽdere propter ſuam grauitatem, & ignem aſcendere propter ſuam leuitatem, alio modo, dicitur id naturale, ad quod natura inclinat & inſtigat: tamen complementum accipit à libero arbitrio: ſicut dicuntur virtutes naturaliter ineſſe homini, & non q̃ inueniantur in nobis aliqui habitus perfecti per naturam, ſed ineſt nobis à natura, ſuſcipere illas per operationes noſtras, ſcilicet per aſſuefactionem ad operationes, vt dicit D. Tho. in. 1. 2 q. 51. ar. 1. *Nota 1.* *D. Tho.*

¶ Secundò oportet annotare, duplicem eſſe Matrimonij finẽ, primarium ſcilicet & præcipuum, qui eſt propagatio, ac educatio prolis, & ſecundarium, & minus principalem, qui eſt mutuum obſequium, ſibi à coniugibus in rebus domeſticis impenſum. His ſic præmiſsis, ſit prima concluſio. Accipiendo naturale primo modò, Matrimonium non eſt naturale, quia non ex neceſsitate cauſatur, ſed ex voluntate per liberum cõſenſum. Vnde, liberè aliqui mortalium Matrimonio copulantur, à quo alij abſtinent. *Nota 2.* *1. concl.*

¶ Secunda concluſio. Accipiendo naturale ſecũdo modò: Matrimonium eſt naturale, vt diſtinguitur contra ius humanum & gentiũ, non eſt enĩ quoddã inuentum hominum. Hæc concluſio probatur imprimis ex illo, quod habetur in principio. ff. vbi dicitur, Ius naturale eſſe maris & fœminæ coniunctionem, quam nos Matrimonium appellamus. Deinde probatur, nam ratio naturæ *2. concl.*

turalis ad ipsum Matrimonium inclinat, quantum ad vtrunq; finem prædictum. Et quantùm ad primarium. scilicet, bonũ prolis: non tantùm inclinat ad habitudinem viri & fœminæ, quam tùm esse oportet inter eos tẽpore cõmixtionis carnalis [vt in vago concubitu contingit] sed etiam ad fœtus educationẽ, vsq; ad ipsius fœtus perfectionem. Magis nanq; intendit natura educationem ac perfectionem genitorum, secundùm corpus & animam, quàm ipsorum generationem & vitam. Quoniam propter quod vnum quodq; tale, & illud magis, ait Aristo. 1. post. tex. com. 5. Vnde, non solùm proles à parentibus generari, sed educari ac instrui, ad perfectumq; hominis statum traduci oportet, cùm dans formam, & ea quæ ad ipsam formam consequuntur, dare debeat. Quod quidẽ nisi determinatos, certosq; parẽtes haberet proles, inter quos aliqua obligatio viri ad mulierẽ determinata esset, quę Matrimonium facit. minime fieri posset. Quod autem ratio naturalis inclinet ad secũdarium finem Matrimonij: nempe, mutuum obsequium, manifestè conuincitur, cùm eorum quibus ad humanam vitam indigemus, quædam opera sunt viris competentia, quædam verò fœminis. Viris enim prolem erudire competit, fœminis autem eam educare: quibus ideò si liberum esset societatem dissoluere, nequiret proli bene esse consultum, ac prouisum. Ad viros quoq; expectat exterioribus occupari: ad fœminas autem omnibus quæ sunt intus, dominari. Ob id ergo ratio naturalis dictat, vt homines simul cohabitent: quia vnus non sibi sufficit in omnibus necessarijs, in quo brutis animantibus præstant, quod illa tali consortio non egent, nisi solius procreationis causa: homines verò non solùm propter rationem illam, sed propter diuersa officia. Accediq; ratio naturalis ad Matrimonium homines inclinat, licèt perfectio ipsius Matrimonij ex libero arbitrio dependeat, & per consensum voluntatis compleatur. Constat igitur ex dictis, verissimam esse nostram secundam conclusionem. Nec obstat id, quod aduersus illam obijci potest: videlicet, quòd ius naturale est, quod natura omnia animalia docuit: in cuius exẽplum subditur, Maris & fœminæ cõiunctio, quæ fit generationis causa: in brutis autem animantibus non est coniunctio maris ad hanc fœminam determinatè, ad modum Matrimonij, sed promiscuus, temerariusq; concubitus: non ergo Matrimonium, quod est vinculum inter certas personas, indissolubile est

Aristote.

do

de iure naturæ. Non, inquàm, obſtat, quia brutis animantibus nulla eſt neceſſaria coniunctio, niſi cauſa generationis: & ideò ſimpliciter in omnibus requiritur vt coëant in actu generationis, & hæc ſola coitio ad generandum ſimpliciter eſt neceſſaria. At verò in hominibus, quia non ſolùm nutritio prolis quantùm ad corpus, verùm & educatio quantùm ad animam, & maris & fœminæ fauore & opera in longum tempus indiget, non ſolùm coitio ad gerandum, naturalis eſt: verùm & indiſſolubile conſortium, quæ eſt Matrimonium. Habent præterea homines cunctis animantibus ſecundam conditionem, quatenus ſunt animalia politica, quòd propter mutuas operas, quibus in re domeſtica & politica inuicem ſe mas & fœmina iuuant, perpetua egent ſocietate. Non obſtat etiam, quia quæ naturalia ſunt, eadem ſunt apud omnes homines. At verò Matrimonium non eodem modo eſſe apud omnes fateri oportet, cum ſecundùm diuerſas hominum conditiones, diuerſimodè contrahatur, diuerſiq; ſint ritus ac ceremoniæ in Matrimonio contrahendo. Non, inquàm, obſtat, nam Matrimonium quantùm ad contractum & mutuam obligationem, eſt inuariabile, atq; immutabile, cùm ſit quid eſſentiale in Matrimonio. Quia per Matrimonium omnes intelligunt illum contractum mutuò ſe obligandi, & ſi omnia eodem modo perſeuerarent ſicut in principio, non cõtingeret diſſolutio: quare, de per accidẽs cõtingit diſceſsio. Nãſi in pactum deducerent diſceſſum pro libito, vel repudium poſt Chriſti aduentum: non eſſet Matrimonium, vt patet extra de cõditio. appo. c. fi. Sed quantùm ad modum cõtrahendi, quod quidem accidentarium eſt: variatio poteſt contingere, & fieri alio & alio modo apud hos vel illos. Quia illa quæ fiunt per accidens, non cadunt ſub arte vel ſciẽtia, cùm ſint infinita, vt ait Ariſt. in. 2. phiſi. Et ſic in iſtis partibus, in vnaquaq; prouincia erat alius & alius modus cõtrahẽdi. *Ariſtote.*

¶ TERTIA DIFFICVLTAS.

Vtrùm matrimonium cadat ſub præcepto.

PRiuſquàm difficultati huic reſpondeamus diſtinctionem bimembrem præmittere oportet: nempe, præcepta eſſe in duplici differentia. Quædam, quæ ad ſingulorum hominum in particulari perfectionem expectant, ſicut ſunt præcepta de actibus virtutum: ſcilicet, ieiunare, eleemoſynam conferre.

&

& huiusmodi, q̃dã aũt, q̃ ad multitudinis pfectionẽ expectant,
D. Tho. Cuius distinctionis fundamentum est id, quod ponit D. Tho. in 4. dist. 26. q. 1. ar. 2. scilicet, quòd natura dupliciter inclinat ad aliquid, Vno modò, sicut ad id, quod est necessarium ad perfectionem vnius: Alio modò inclinat ad aliquid, quod est necessarium ad multitudinis perfectionẽ. Hac distinctione sic prahabita,
1. concl. est prima conclusio. Præcepta, primo modò accepta, obligant omnes in particulari. Probatur, nam naturales perfectiones omnibus sunt communes. Quo fit, vt vnusquisq; teneatur iure naturæ alimentis cibo, scilicet & potu necessarijs, ac abstinentia à nociuis, intendere conseruationi suæ.

¶ Secunda conclusio. Præcepta, secundo modò accepta, quan
2. concl. uis obligent communitatem: neminem tamen obligant determinatè. Ratio huius conclusionis secundùm D. Tho. vbi suprà
D. Tho. est, quia ad illud vnus obligatur determinatè, quod si ipse nõ fecerit: sequitur malum. Sed horum, quæ ad communitatem pertinent, si aliquid vnus non fecerit, per alium suppleri poterit, ita quòd non sequatur malum. Quare, ad nullum horum tenemur determinatè. Sicut esse agricolas, & cerdones, & huiusmodi, pertinet ad communitatis perfectionem: ad nullum tamen istorũ, tenetur quis determinatè. Non enim tenentur singuli esse agricultores, aut ædificatores, aut milites. &c. sed vnusquisq; suapte sponte vnam quamlibet sequitur artem.

¶ Tertia conclusio corollaria ex duabus præcedentibus est, q
3. concl. quanuis nunc de Matrimonio, non inueniatur præceptum naturale, nec diuinum, singulos homines obligans determinatè: nihilominùs inuenitur præceptum, communitatem obligans. Cõclusio ista apertè quod ad vtranq; partem ostenditur. Et in primis, quòd non teneatur in singulari homo aliquo naturali præcepto probatur, nam actus coniugalis ad indiuidui bonum, non est necessarius, sed ad multitudinis bonum: vt non desit continuatio speciei, ac politiæ status. Nemo igitur in particulari, necessariò tenetur ad Matrimonium: communitas tamen tenetur. Deinde probatur, nã natura ipsa inclinat ad aliquod bonũ toti cõmunitati necessarium, quod quidem per matrimonialem actũ impeditur. Ad bonum nanq; communitatis pertinet, viros sapientes habere, & viros vacantes Deo, medioq; inter Deum, ac cæterum populum. At verò hæc maximè per Matrimonium impe
D. Tho. diuntur, vt dicit D. Tho. in loco citato. Non ergo est præceptũ na tu

naturale ſingulos homines obligãs, nam aliàs natura ſibi ipſi re
pugnaret. Vnde, Theophraſtus philoſophus probauit, quòd ſa-
pienti non expediebat nubere. Quòd autem non teneatur quis
determinatè ad Matrimonium ex diuino præcepto, ſic manife
ſtè conuincitur, quia præceptum illud Gene. 1. & 9 Creſcite,
& multiplicamini longè aliter pertinet ad ſtatum gratiæ, quàm Gene. 1.
pertinebat ad ſtatum naturæ primitùs inſtitutæ. In principio
enim mundi neceſſaria erat omnibus procreatio filiorum pro-
pter multiplicationem & conſeruationem ſpeciei. Vnde, datũ
eſt tunc præceptum ad ſupplendam hominum paucitatẽ. Hac
enim ratione dedit Deus illud præceptum, vt ait D. Tho. in 4. D. Tho.
diſt 33. q. 3. ar. 2. ad. 2 in mundi conſtitutione, quando tantùm e-
rant Adam & Æua, & poſt diluuium, quando duntaxat octo ani
mæ remanſerunt: ſcilicet, quatuor viri, & quatuor fœminæ: &
idcirco temporalis erat eius vis obligans ſingulos homines.
Nunc autem cùm humana ſpecies ſit ſufficienter multiplicata,
nec deſint, imo innumeri ſint qui huic rei ſuigilẽt, nõ opus eſt,
vt hæc lex omnes conſtringat: imo iam ceſſauit vis illius præce
pti, ſiue in lege naturæ, ſiue in lege Moſayca, quia deficiente fi
ne legis, mirum non eſt ſi legis vis & obligatio expiret. Reperi
untur nanq; multi viri ſanctiſsimi in lege Moſayca, qui non ha
buerunt vxores, vt Elias, Hieremias & Ioannes Baptiſta, vt ex
preſſè annotat Hieronymus in primo libro aduerſus Iouinia- Hierony
num. Ex prædictis elicitur ſecundò, quòd iſtud præceptum ali
quando obligare ceſſabat, aliàs non opus eſſet illud denuo poſt
diluuium dare. Nec ex hoc continuo licet inferre, iam iſtud p̃-
ceptum expiraſſe, imo idem perſeuerat nunc præceptum in le
ge Euangelica, quod fuit in lege naturæ, durabitq; vſq; in fi-
nem ſub eodem tenore & vigore, vt dicit D. Tho. in 4. diſt. 26
q. 2. ar. 2. ad 1. Cùm lex Euangelica non abrogauerit præcepta D. Tho.
naturalia, & hoc præceptum, Creſcite, & multiplicamini, ſit na
turale: modò tamen non obligat, eò quòd non eſt neceſsitas, &
eſt affirmatiuum præceptũ, cuius natura eſt obligare ſemper,
ſed non pro ſemper, ſed pro loco & tempore. Ex quibus tan-
dem colligo, quòd ſi nunc eſſet nubendi neceſsitas, poſſet reſ-
publica cogere homines ad contrahendum, ſicut Adam coge-
re poterat filios ſuos, & poſt diluuium Noë filios & nepotes.
Si enim aliqua natio poſteà, vel alia calamitate adeò deuaſtare
tur, atquè ad eam hominum raritatem eſſet peruentum, vt peri

culum immineret, ne genus humanum deperiret, non solùm se culares homines, verùm etiam Sacerdotes, imo & religiosi, qui se voto castitatis obstrinxerant secundùm veriorem opinionem, inquit Soto. in. 4. distinct. 26. q. 1. ar. 2. ad matrimonium tenerentur, quia votum semper includit conditionem illam, nisi ius naturæ conseruandi humanum genus obstet. Extra tamen talem casum [qui non videtur possibilis moraliter loquendo] non tenentur singuli homines hoc præcepto nubendi, sed sola communitas.

Soto.

1. cor. 7. ¶ Hinc colligitur, præceptum hoc licèt semper duret in republica, nullatenus consilio illi Pauli. 1. Corin. 7. Volo autem vos omnes esse sicut meipsum. esse aduersum, siquidem consilium datur singulis hominibus in particulari, quibus, vt dictum est, non est præceptum nubendi. Vnde, exponendo hunc locum D. Thomas inquit, quòd Apostolus volebat omnes homines esse continentes, quia scilicet volebat hoc de singulis, non tamen volebat, quòd omnes simul continerent.

D. Tho.

¶ QVARTA DIFFICVLTAS

Vtrùm actus matrimonialis sit licitus, atq; adeò esse possit meritorius.

DIFFICVLTATI HVIC DVABVS respondetur conclusionibus iuxta duas partes quas in se claudit. Prior cõclusio sit. Complexus coniugalis est & fuit semper licitus, & necessarius etiam in statu naturæ integræ. Hæc conclusio est secundùm fidem catholicam tenenda. Et imprimis probatur ex verbo Domini Gene. 2. Non est bonum hominem esse solũ: Faciamus ei adiutorium simile sibi. & nõ video ad quod aliud adiutorium mulier facta sit viro, si generandi causa subtrahatur, inquit Augusti. li. 9. super Gene. ad literam. c. 7. Et propter hoc dimittet patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ. &c. Et clarum est verba illa ante peccatum fuisse prolata. Deinde ostenditur aperta ratione, quia cùm natura humana à Deo sit condita bona, & ad suam fœlicitatem apta, & medium ad eius multiplicationem ab ipso Deo esse necessum est. At medium necessarium est copula matrimonialis: quia postquàm creatus,

1. concl.

Gene. 2.

D. Aug.

uit Adã, nõ alias criaturas ãpliùs creat Deus ꝑteranimas rationales, quæ de materia per generationem educi nequeunt. Et dicere quòd alij essent creandi homines, est contra illud Eccle siastici. 8. Qui viuit in æternum, creauit omnia simul. Asserendum igitur est copulam ipsam esse à Deo, ac proinde bonam & sanctam. Habetur præterea conclusio expressè determinata in concilio Bracha. c. 11. contra Manicheos & in. 1. concilio Toletano in confessione fidei. Dicitur nanq; illic, Si quis dixerit, vel crediderit coniugia hominum, quæ secundùm legem diuinam licet habere, execrabilia esse, anathema sit. Habetur etiam in concilio Gangrensi contra Eustachium. & in. c. Firmiter. de sum. trini. & fi. catho. Præterea, Christus Dominus honorauit Matrimonium sua præsentia, cùm nuptijs interesse voluit. Præterea, Paulus. 1. Corinth. 7. Vxori, inquit, vir debitum reddat, & similiter vxor viro. Item virgo non peccat, si nubat. Postremò, quia nihil sub consilio cadit, nisi quod studiosè, ac sine peccato fieri potest: at sub consilio dicitur personis infirmis, quæ virginitatem seruare non possunt, quòd nubant, quia melius est nubere, quàm vri, vt ait Paulus, vbi suprà. &. 1. ad Thessalo 5. inquit, Volo autem iuniores nubere. Non ergo licet negare hanc sententiam. Nec obstat, quod ex Hieronymo sup Matthæum, cuius verba habentur. 32. q. 2. ca. Connubia. obijcitur: videlicet, quòd tempore concubitus non datur præsentia spiritus sancti, etiam si propheta videatur, qui officio generationis obsequitur, Non, inquàm, obstat, nã dictũ Hieronymi intelligendũ est, quando exuberantia sensualitatis illius actus tollit nõ solũ rationis vsum, verùm etiã rationis ordinẽ, non aũt quãdo tollit rationis vsum, non tamen ordinem. Prima nanq; est peccatũ, non autem secunda, vt egregiè ait doctissimus Soto. Sic etiam intelligendus est canõ ille, Vir cũ propria vxore. 33. q. 4 & alij vbi habetur nunq; opus cõiugale sine peccato posse exerceri, quod quidem, nisi secundùm expositionem datam intelligeretur, neutiquàm sustineri posset, nam aliàs quis teneretur peccare, quia teneretur reddere debitum, & sic exercendo opus iustitiæ peccaret. Parimodo est intelligendus Philosophus, qui in. 7. Ethico. ait, quòd aufert actus matrimonialis vsum rationis ad momentum, & q̃ homo adeò obducitur sensatione voluptatis, q̃ rationis vsus etiam sapiẽtis totus absorbetur, licet enim delectatio, quæ est in illo opere & contactu maritali in paruum

Eccle. 8.

Cõ. bra.

Con. tol.

Con. gã.

1. cor. 7.

1. the. 5.

Soto.

Philosop

tẽpus rationem eclipſet, ne altiori rei vacare poſsit, tamẽ non tollit rationis ordinem, ſicut tollit actus fornicationis, & ſic differunt in genere moris, licet ſint eiuſdem naturæ. Vnde, actus fornicationis eſt peccatum, non autem actus coniugalis. Ex miſericordia enim Deus reſpexit fragilitatem humanam, & Matrimonium hoc ordinauit in remedium excuſandi peccati. Nõ debet tamen in actu illo coniux nimiam fruitionem procurare, vt admonet Paulus loco citato dicens, Qui nubunt, ſint tanquàm non nubentes: hoc eſt, ſic illum actum exerceant, ac ſi nõ exercerent: ſicut ſubdit, Qui vtuntur hoc mundo, ſint tanquàm non vtentes.

¶ Quantùm ad ſecundam partem quæſtionis, eſt poſteriorẽ concluſio: quòd actus matrimonialis non ſolùm eſt licitus, vt affirmat prior concluſio, verùm etiam poteſt eſſe apud Deum meritorius gratiæ. Hæc concluſio manifeſta ratione probatur, nam omnis actus, quo impletur præceptum, eſt meritorius, ſi ex charitate procedat, cùm ſit actus virtutis obedientiæ, ſed actus matrimonialis eſt huiuſmodi. Præcipit enim Apoſtolus. 1 cor. 7. quòd vxori vir debitum reddat. Meritorius ergo erit talis actus, quando coniuges ſunt in charitate, & intentio illorum eſt recta: nempe, ad debitum reddendum, vel ad prolis generationem, & ſi coniuges exiſtant extra charitatem, erit moraliter bonus: ſcilicet, ſi coëant vbi & quando oportet, ſicut comedere, vbi & quando oportet ad conſeruandam vitam, eſt actus moraliter bonus: ſecus ſi aliqua praua circunſtantia vitietur. Ex his elicitur, quòd quando quis ad actum matrimonialem accedit cauſa tantùm explendæ libidinis, ſiſtendo intra fines Matrimonij: ſcilicet, quando cum altera muliere id non faceret: non eſt actus meritorius, quia eſt veniale peccatum, vt ait expreſſè D. Tho. in 4. diſt. 26. q 1. ar. 4. & in 22. q. 132. ar 3. ad. 1. Nullus enim peccando, ait ille, meretur vitam æternam. Vnde, opus ſtudioſum amittit vim merendi vitam æternam, ſi propter inanẽ gloriam fiat: etiam ſi illa inanis gloria non ſit peccatum mortale. Similiter, ſi huiuſmodi actus fieret ocioſe: hoc eſt, abſq; hoc quòd referant in finem formaliter vel virtualiter. Tertiò, quando habendo rem vir cum propria vxore, trãſgreditur fines Matrimonij, vt ſcilicet, ſi cum quacunq; muliere id facere proponeret, quia illud propoſitũ accedendi ad alienã, eſt mortale.

1. cor. 7.

D. Tho.

¶ QVINTA DIFFICVLTAS.

Vtrùm

Vtrùm Matrimonium sit sacramentum: & an gratiam conferat.

IAm quod de Matrimonio quatenus est in officiũ naturæ, disseruimus: superest, vt de eo quatenus est sacramẽtum, tractemus. De quare, iuxta duo difficultatis membra: nempe, vtrùm Matrimonium sit sacramentum, & an gratiam conferat, duæ erunt conclusiones, quarum prior sit. Matrimonium est sacramentum Ecclesiæ. Conclusio hæc, præter hoc quòd est communis omnium theologorum sententia: est secundum catholicam fidem tenenda contra Armenos & Lutheranos, negantes esse sacramentum. Habetur nanq; diffinita in c. Adaboleri. dam. extra de hæreticis. vbi dicitur, quòd qui de sacramẽto corporis & sanguinis domini nostri Iesu Christi, vel de baptismate, seu de confessione peccatorum, Matrimonio, vel reliquis Ecclesiasticis sacramentis, aliter sentire, aut docere non metuunt, quàm sacrosancta Romana Ecclesia prædicat, & obseruat: vinculo perpetui anathematis innodamus: sed Ecclesia Romana tenet Matrimonium esse sacramentum, ergo tenenda est conclusio. Fuit enim in concil. Constan. sessione. 15. de hoc errore inter alios cõdemnatus Ioannes Hus, quòd septem Ecclesiæ sacramenta inficiebatur. Et in concilio Florentino dicitur, Noua legis septẽ sunt sacramenta: scilicet, Baptismus, Confirmatio, Eucharistia, Pœnitentia, Extrema vnctio, Ordo & Matrimonium. Tandem probatur nostra conclusio ratione, quia Matrimonio competit generalis ratio sacramenti: nempe, quòd sacramentum est sacræ rei signũ. Significat enim aliquid exteriùs: scilicet, despõsationẽ Christi cũ Ecclesia, & aliquid interiùs, videlicet gratiam, quæ est res contenta. Vnde, Apostolus ad Ephe. 5. c. loquens de Matrimonio, inquit, Sacramentum hoc magnũ est: ego autem dico in Christo, & in Ecclesia. Coniunctio nanq; mulieris cum viro, qui sunt quasi membrum & caput, est signum coniunctionis Ecclesiæ cum Christo, sub quo, quasi sub capite suo viuit. Et quia ex hac coniunctione pullulat mutuus amor: ideò infert, Viri, diligite vxores vestras, sicut Christus dilexit Ecclesiam, & semetipsum tradidit pro ea. Quocircà, dilectio viri & vxoris signũ est etiã dilectionis Christi & Ecclesiæ. Nec obstat id quod obijcit Lutherus, quia Apostolus græcè scribens non dixit, Sacramẽtum, sed, Mysterium: non, inquàm, obstat, quoniam idem

1. concl.

Cõ. const.

Con. flo.

Ephe. 5.

est mysterium & sacramentum. Quare, interpretes vtroq; nomine promiscuè vtuntur, inquit Dominicus à Soto in.4. distin. 26.q.2.ar 2. Quocircà inquit, potuisset optimè Caietanus illã annotatiunculam excusare, quam adiecit in expositione huius Paulini loci: nempe, quòd ex illo verbo, Sacramentum hoc magnum est. non colligitur matrimonium esse sacramentum: quia non dixit, nisi Mysterium. Nam re vera idem est mysterium & sacramentum, si modò de collatione gratiæ non contendamus.

Soto. Gaieta.

Notabil. ¶ Annotare hîc oportet, quòd in hoc sacramento Matrimonij, sacramentum tantùm sunt actus, & consensus contrahentiũ ex teriùs significati. Res autem & sacramentum est vnio & nexus maritalis, qui ex illis actibus resultat. Sed res tantùm contenta est gratia.

¶ Quantùm ad secundum membrum difficultatis præsentis præter hæreticos, qui effectum gratiæ in sacramentis nõ agnoscũt, fuerũt etiam quidam ex catholicis, tam iurisperiti quàm theologi, tenentes partem negatiuam: videlicet, q̃ Matrimoniũ quãuis sit sacramentum: non tamen cõfert gratiam. Ex iurisperitis tenuit Hostien. in titu. de sacramentis non iterandis. & Bernar. in apparatu extrà de simonia super. c. Cùm in Ecclesiæ corpe. & glosa. 32.q.2.c. Honorantur. Ex theologis autem Magister sen in.4. dist. 2 circa principium. Duran. in.4 dist. 26.q 3. Imo tenentes cõmunem sententiam contrariam: nempe, q̃ Matrimonium, sicut cætera sacramenta Ecclesiæ gratiam confert, vt D. Tho. Bonauentura, Scotus, Ricardus & reliqui, solùm eam, aiunt, esse probabiliorem. His tamen non obstantibus, sit posterior conclusio secundo quæstionis membro respõsiua. Nõ solùm est temerarium hac nostra tempestate negare Matrimonium cõferre gratiam: verùm etiam erroneum, imo & hæreticũ. Conclusio hæc constat apertè ex. c. Ad abolendam. de hæreticis. vbi, vt dictũ est in præcedenti conclusione, anathematis vinculo innodantur, qui de septem sacramentis aliter quàm Ecclesia Romana senserint. Et ex concilio Florentino, vbi postquàm inter cætera sacramenta annumeratur Matrimonium, dicitur, Quæ sacramenta multùm à sacramentis antiquæ legis differũt. Illa nanq; non causabant gratiam, sed eã solùm per Christi passionẽ dandam figurabant. Hæc verò nostra, & continent gratiã, & ipsam dignè suscipientibus cõferunt. Item authores qui cõtra Lutherum scripserunt, vt Rofensis, & Ekius, & cõcilia Parisijs

Hostien. Bernar. Glosa. Magist. Duran. D. Tho. Bonaue. Scotus. Ricard.

Rofen. Ekius.

risijs & Coloniæ contra ipsum Lutherum congregata, tanquàm errorem eum vituperant. ✻ Accedit demum diffinitio œcumenicæ ac generalis synodi Tridentinæ sub Pio. 4. celebratæ sessio. 24, cano. 1. sub his verbis, Si quis dixerit Matrimonium non esse vere & propriè vnum ex septem legis Euangelicæ sacramentis à Christo Domino institutum, sed ab hominibus in Ecclesiam inuectum, neque gratiam conferre, anathema sit. Ostenditur insuper conclusio ratione, quia si non conferret gratiam, sed solùm esset signum significans vnionem Christi & Ecclesiæ, non esset sacramentum vniuocum cum alijs nouæ legis sacramentis, & nulla esset ratio, quare potius poneretur in numero sacramentorum nouæ legis, quàm aqua benedicta, quia nouæ legis sacramenta id efficiunt, quod significant. Vnde, re vera qui negat Matrimonium conferre gratiam: in virtute negat esse sacramentum nouæ legis, quod est hæreticum. *Con tri.* ✻

¶ Annotare impræsentiarũ oportet, me signãter dixisse in cõclusione, Hac nra tẽpestate, hoc est post conci. Triden. vbi diffinitur, vt dictũ est, Matrimoniũ conferre gratiã: nãtenentes opositã sententiã ante determinationem prædicti sacrosancti cõcilij Tridentini, post conci. tamen. Flo. ad minùs erãt de hæresi vehemẽter suspecti, sed qui nũc iã in posterũ tenuerint, tãq; hæretici dãnandi erũt, ac hæreticorũ pœnis subiacebũt. Qui verò conci. Flo. antecesserunt, nec tanq̃, hæretici erãt damnãndi, nec de hæresi suspecti. Et D. Tho. & reliqui antiqui patres, qui tenuerũt vt probabilius, Matrimoniũ cõferre gratiã, nõ solũ si hoc Trident. concilij ætate attigissent, verũ etiã Flo. non vt probabilius tantùm, verùm & catholicũ esse asseruissent. Nec obstat id quod aduersus secũdã cõclusionẽ Durã. & alij q̃ sunt cõtrariæ sentẽtiæ, obijciũt, quoniã pro matrimonio cõferũtur pecunia, & p̃cia interueniũt, vt patet. 32. q. 2. c. Honorantur. &. 30 q. 5. c. Aliter. & conditiones pecuniariæ apponuntur in Matrimonio contrahendo, vt patet extra de conditio. appo. quod nõ fieret, si per ipsum gratia cõferretur. Non, inquàm, obstat, quia in Matrimonio sunt duo: nẽpe, contractus naturalis & ciuilis, & vltra hoc est sacramẽtũ. & ideo nil vetat, vt in quantùm est contractus, interueniant munera inter contrahentes victus causa, sicut in emptione & venditione, & alijs contractibus. At verò in quantùm sacramentum est, minimè licet. Quo fit, vt non magis liceat Ecclesię ministris pecunias accipe pro huius sacramẽ

Notabil.

Con. flo.

D. Tho.

Duran.

ti administratione, quàm pro administratione Baptismi. Similiter non nocet id, quod obijciunt, quia si gratiam conferret maximè contra concupiscentiam: at per Matrimonium concupiscentia potius inflamatur, quàm extinguatur, sicut ignis alio apposito igne. Non, inquàm, nocet: quia quanuis concupiscentia absolute considerata, quo magis exercetur, eò ardentius feruescat, tamen dum eius necessarius vsus rationis ordini per Matrimonium subijcitur, illam reprimit: quatenus illæ actiones sunt licitæ ratione generationis, & generant habitus studiosos, quæ quidem actiones essent illicitæ, & generarent habitus vitiosos: si essent concubitus vagi. Item, coniugium quatenus est sacramentum, per gratiam quam confert, concupiscentiam in sua radice extinguit, & eneruat ad actus illicitos. Præterea, non obstat id quod rursus obijciunt, quia melius est castitatem seruare, quàm ducere vxorem vt ait Paulus, 1. Cor. 7. Et quòd per Matrimonium videtur homo cadere ab statu pfectionis, quod per susceptionem alicuius sacramenti haud fieri potest. Non obstat, inquàm, nam bene stant ista duo: scilicet, quod melius est non nubere, & perfectior status, quàm nubere. Quia vxoratus, non ita manet liber ad vacandum diuinis: vt innuptus manet liber. Hoc enim expressè ait Paulus vbi suprà. Inquit namq; Qui sine vxore est, solicitus est, quæ domini sunt, quomodo placeat Deo: qui autem cum vxore est, solicitus est, quæ sunt mundi, quomodo placeat vxori. & idem asserit de muliere. Bene, inquàm, stat hoc cum eo, quòd si nubat, conferatur illi gratia per Matrimonij sacramentum: siquidem actum licitum exercet nubendo, quia tantùm est consilium non nubendi, quod nõ omnes capere possunt, vt inquit redemptor noster Matthæi. 19. Necli cet affirmare, quòd homo cadit ab statu perfectionis per Matrimonium contractum nondum consummatũ. Videmus enim, beatam virginem veram Ioseph coniugem fuisse, & tamen ab statu perfectionis nõ cecidisse, quia aliàs imperfectiorem esse post Matrimonium contractum quàm anteà fateri oporteret, quod minimè licet concedere. Cadit tamen homo ab statu perfectionis per Matrimonium consummatum, cùm eum impediat à prædicta perfectione, vt dictum est. Postremò, non nocet nostræ secundæ conclusioni id quod obijcitur ex Innocen. in c. Gaudemus. de diuor. quòd sacramentum coniugij apud fideles & infideles existit: & tamen non baptizatis non confert

1. cor. 7.

Mat. 19

gra

gratiam. Non, inquàm nocet: quia solùm est sacramentum, accipiendo nomen sacramenti pro signo rei sacræ, quanuis gratiam non conferat: vt erant sacramenta veteris legis, & pro vinculo in officium propagationis humani generis, quo significatur vnio Christi & Ecclesiæ, secundùm quod fuit à principio in paradiso à Deo institutum. Sic enim intelligitur ca. Gaudemus. Si verò nomen sacramenti accipiatur pro sacramento nouæ legis cõferente gratiam, Matrimonium infidelium non est sacramentum: sicut neq; esset sacramentum, si non baptizatus ordinaretur, aut confiteretur. Quomodo autem sit sacramentũ Matrimonium, quod inter infideles contrahitur, infra cùm de disparitate cultus fuerit sermo, docebimus.

¶SEXTA DIFFICVLTAS.

Vtrùm materia sacramenti huius sint personæ contrahentes, & forma sint verba vtriusq; coniugis.

AD hanc difficultatem Adrianus. q. 1. de Matrimonio. & Petrus Palud. in 4. distin. 1. q. 4. vnica conclusione affirmatiua respondent: nempe, q̃ personæ contrahentes sunt materia, & verba forma in hoc sacramento. Et assignant pro ratione, quia in quolibet contractu res quæ transfertur, habet locum materiæ: cùm ergo in Matrimonio res quæ transferuntur, sint personæ ipsæ contrahentes, ipsos esse materiã fateri necessum est. Hæc tamen opinio non est rationi consentanea, propterea quòd materia debet esse pars sacramenti: at verò contrahentes nõ sunt pars eius, sed subiectum. Quare, hac sententia omissa, licèt probabili, sit conclusio de mente Capreoli. in. 4. distin. 26. in solutione ad. 2 Durandi, tenenda: nempe, contrahentium verba, aut nutus, qui eorum loco substituuntur, esse materiam & formam sibi mutuò. scilicet. verba coniugis primò proferentis, Ego duco te in vxorem, esse materiam, & verba alterius coniugis secundò proferentis, Ego duco te in virum. formam. Probatur apertè ista conclusio: nã sicut in numeris binarius est quid compositum, & prima vnitas dicitur tenere locum materiæ, secunda autem locum formæ, eò quòd perficit numerum: ita in Matrimonio posterior consensus expressus priorẽ informat. quia quemadmodum prima vnitas binario conficiendo non sufficit,

Adrian. Palud.

Conclu. Capreo.

sic consensus vnius coniugis Matrimonio conficiendo nonsuf
ficit,& in illo momento,quo posterior consensus accedit prio
ri,conficitur sacramentum. Neq; alia expectatur forma præter
verba exprimentia consensum,eò quòd directè faciunt nexum
qui est sacramentum Matrimonij, non quidem tanquàm meri
actus humani,vt aiebant Pelagiani, sed ex institutione Christi
confertur gratia per illos,dum amborum consensus coëunt.
Deinde probatur,quia concilium Florētinum cùm in reliquis
Con.flo. sacramentis explicuerit materiam & formam & ministrum
requiri: dum in specie ad Matrimonium descendit,solùm,ait,
mutuos consensus per verba de præsenti expressos regulari-
ter causam esse efficientem matrimonij. Fateri ergo oportet
hac ratione,materiã esse & formã,atq; adeò antecõci.Tri. non
esse aliũ necessariũ ministrũ pter ipsos cõtrahẽtes,qui materi
Hugo. am applicant & formam.Hæc est expressa sententia Hugonis.
li.2.de sacramentis par.11.c.5.nam dicit,quòd coniugium inci
pit esse ex quo consensus inter masculum & fœminam factus
fuerit.Ex qbus colligitur manifestè secũdũ.cõ. Flo. q̃ nec ver
ba prolata à Sacerdote,Ego vos cõiungo, nec bñdictio nupti
alis,quain Ecclesia spõsi solẽniter bñdicũtur,sunt forma,ac p̃
inde nec de essentia istius sacramenti, sed duntaxat de solenni
tate:cùm iam anteà per consensus de præsenti fuerit Matrimo-
nium confirmatum. Item,quia si esset forma necessaria, Eccle-
sia illam expressisset tanquàm necessariam :& tamen nullibi de
illa fecit mẽtionẽ. Et tandem probatur aptè, nã aliàs añ p̃dictũ
cõc. Tri. oĩa matrimonia clãdestina,quibus Sacerdos nõ inter
fuit,nõ fuisset sacramentũ,quod quidẽ quàm sit dictu falsum, li
quido constat. Signanter dixi ante conci. Tri. Nam licet vsq; ad
on.tri. eãdẽ p̃dictã sacrosanctã œcumenicã ac generalẽ synodũ Tri-
dentinam clãdestina Matrimonia rata,& vera fuerunt:hodie ta
men per determinationem prædictæ sanctæ synodi,sessio.24.
ca.1.huiusmodi contractus sunt irriti ac nulli,nec sufficit mu-
tuus consensus etiam per verba de præsenti expressus ad ma-
trimonium contrahendum,nisi præsente parrocho, vel alio Sa
cerdote de ipsius parrochi seu Ordinarij licentia,& duobus
vel tribus testibus fiat.

¶SEPTIMA DIFFICVLTAS

Vtrùm ad verum Matrimonium requiratur car

nalis

ualis ſexuum com
mixtio.

PRo huius difficultatis explicatione præmittenda eſt quædam diſtinctio: nempe, duplicem eſſe rei perfectionem. Vna quæ in hoc quòd res habeat omnes ſuas partes eſſentiales, conſiſtit, quæ dicitur perfectio prima. Altera verò eſt perfectio, quæ attenditur penes operationem, & illa eſt perfectio ſecunda, per quam res ſuum aſſequitur finem. Vnde, iuxta hanc diſtinctionẽ puer dicetur perfectus prima perfectione: non autem ſecunda. Hac diſtinctione ſic præhabita, ſit prior concluſio. Secluſa carnali commiſtione, Matrimonium eſt verum integrum & perfectum quoad primam perfectionem. Concluſio iſta de fide eſt tenenda. Oppoſitum enim fuit hæreſis Vuitcleff, qui quidem credebat non eſſe verum Matrimonium quouſq; commiſcerentur, vt videre eſt apud Thomam Vualdenſem in tomo. 2. de ſacramentis. ca. 130. & 131. Hæc veritas catholica oſtenditur aperte multorum teſtimonijs. Imprimis Chriſoſtomus ſup Mat thæum, inquit, Matrimonium non facit coitus, ſed voluntas. Verba eius habentur. 27. q. 2. c. Matrimonium. Ambro. quoq; li. 2. ſuper Lucam. c. 1. ait, Corruptio virginitatis non pertinet ad Matrimonium, ſed conſenſus: & habentur hæc verba 27. q. 2. c. Cùm initiatur. Idem Iſido. cuius verba habentur in eodem loco c. Coniuges. Coniuges appellantur à prima deſponſationis fide: quanuis adhuc ignoretur inter eos coniugalis concubitus. Diuus etiam Auguſtinus in li. de bono coniugali. ca. 18. In nuptijs, inquit, plùs valet ſanctitas ſacramenti, quàm fœcunditas vẽtris. Ecce quomodo ante copulam Matrimoniũ nominat. Poſtremò probatur exẽplo beatæ virginis & Ioſeph, inter quos verum ac legitimum fuit Matrimonium, & tamen nunq; habuerunt copulam: vtrunq; enim horũ eſt de fide. Quod enim fuerit legitimum Matrimonium inter eos, conſtat ex illo Matthæi. 1. Ioſeph fili Dauid, noli timere accipere Mariam coniugem tuam. verùm igitur fuit Matrimonium inter eos. Quod autem etiam ſit hæreticum de virginitate beatæ Mariæ dubitare, habetur apud Diuum Hieronymum contra Eluidium. Accedit ad hæc ratio naturalis: nam omnibus compertum eſt, operationẽ rei non eſſe de eſſentia ipſius rei, ſed ipſam cõſequi. Ratio eſt, qa opatio eſt finis rei, & finis rei nõ eſt de eius eſſẽtia.

1. concl.

Tb. vua.

Chriſoſt.

Ambro.

D. Aug.

Matt. 1.

Cùm

Cùm ergo carnalis cõmistio sit operatio, absq; huiusmodi carnali commistione, est verum sacramentum. Tandem probatur manifestè ex diffinitione Matrimonij, quæ talis est, Matrimonium est maris & fœminæ coniunctio, individuam vitæ consuetudinem retinens: at verò, hoc fit, dum amborum consensus de præsenti concurrunt: ergo tunc Matrimonium in sua substantia perficitur. Ille enim coniugalis consensus includit copulam implicitè: non tamen est id necessarium explicitè, & ideo nõ repugnat perfectæ virginitati nubere, repugnaret tamen voto emisso virginitatis, quia non potest alteri corpus suum in eum vsum tradere postquàm vouit, eò quòd tũc ponit in alterius voluntate id facere, quod voto repugnat. Quocircà, beata virgo ante contractum Matrimonium, non emisit absolutum votum virginitatis, sed post ambo coniuges communi consensu illud susceperunt. Quòd si quis obijciat aduersus nostram conclusionem canonem illum, 27. q. 2. ca. Institutum. vbi dicitur, Nõ dubium est, illam mulierem non pertinere ad Matrimonium, cum qua docetur non fuisse commistio sexus: respondendum est ei, quòd vel intelligitur, non esse perfectum perfectione accidentali secundùm operationem, vel intelligitur, quòd cõmistio nõ accipitur illic pro copula & congressu carnali, sed pro vinculo, quod per mutuum consensum innodatur, vt à ratione Matrimonij non excludatur Matrimonium non consummatũ: sed concubitus. Et hic etiã est legitimus sensus Leonis in ca. Cùm societas.

Notabil. ¶ Annotato tamen circa hanc conclusionẽ, quòd licèt copula non sit de essentia Matrimonij: tamen potestas, & obligatio copulæ est essentialis Matrimonio.

2. concl. ¶ Posterior conclusio. Quanquàm Matrimonium perfectũ sit quoad vinculum ante copulam, vt in priori conclusione dictũ est: attamen imperfectum est quoad significationem. Non enim illa omnia significat, quæ significaret carnali copula confirmatum. Nec perfectũ est secunda perfectione, q̃ in operatione consistit, vt annotat Magister sen. distin. 26. & 27. & ibidem scholastici doctores, & eleganter Couarruuias in suo tractatu de Matrimonio. p. 2. cap. 1.

Mag. sen. Couarr.

De sponsalibus.

¶ OCTAVA DIFFICVLTAS. Vtrum

Vtrùm ſponſalia ſint futurarum nuptiarum promiſsio.

QVemadmodum enim ſecundùm Philoſophum, diſpoſitio præcedit formam, ſic ſponſalia præcedunt Matrimonium: & idcirco primò de ſponſalibus eſt agendum. Sed vt certa ab incertis diſcernere poſsimus, priùs annotare oportet, q̃ nomen ſponſalia quandoq; accipitur pro muneribus quæ ab ſponſo ſponſæ dantur, vt habetur l. 1 C. ſi nupti. ex reſcrip. petan. & in l. vna. C. ſi rector prouintiæ. ſponſalia dederit arrhas. Accipitur etiam hoc nomen ſponſalia pro Matrimonio contracto etiam per verba de præſenti non conſummato, vnde, ſponſam eam ſecundùm hoc dicemus, quæ verè Matrimonio addicta eſt, quod ſacra ſcriptura atq; iura canonica paſsim obſeruãt, vt habetur, de præſcriptio. c. Tertio loco. & 27. q. 2. c. Coniuges & c. Qui deſponſatam. Et hinc noſtrates vxorem ab ſponſa quæ coniugalem conſenſum præſtitit, hoc ſolùm diſtinguunt, quia vxor poſt nuptialem benedictionem, & ſolennitatem ſeu carnis copulam dicitur. Qua ratione Origenes. c. Inuenta 27. q 2. noluit admittere, vt beata Maria diceretur vxor Ioſeph. Ante verò nuptialem benedictionem & ſolennitatem ſeu copulam carnalem ſponſa appellatur, vt patet ex cap. Ex publico. de conuer. coniuga. Quo pacto beata virgo fuit verè coniux Ioſeph, & idcirco ſunt multi canones, qui coniuges nomine ſponſi & ſponſæ appellant. Et ratio etiam ad hoc ſufragatur, nam ibi eſt implicitæ futuræ copulæ carnalis promiſsio, vt dicit D. Thom. in 4. diſt. 27. ar 1. ad. 6. & interuenit etiam ibi ſponſio quædam atq; pactum de futura fidelitate ſeruanda. Et quamuis ſint verè huiuſmodi acceptiones: ſed tamen proprior ac frequentior ſponſaliorum atq; ſponſarum ſignificatio eſt, qua ſponſas propriè intelligimus, quas de futuro appellamus, quod Abb. Anto. & Feli. in rubri. de ſponſa. fatentur. His ſic præhabitis, eſt concluſio affirmatiua, qua ad difficultatẽ reſpondetur: nempe, quòd ſponſalia ſunt futurarum nuptiarum promiſsiones mutuæ viri & fœminæ de contrahendo Matrimonio. Dicũtur nanq; ſponſalia, vt nomen ſponſum ſonat ab ſpondendo, ait enim Vlpianus eodem titu. l. 2. ſpõſalia dicta ſunt ab ſpondendo, vnde per verba de futuro fiunt, quia ſunt tales promiſsiones velut quædam ſacramẽtalia Matrimonij, ſicut exorziſmus

Notabil.

Origen.

D. Tho.

Con. af.

Vlpianus

D. Tho. zisimus Baptismi, vt dicit D. Tho. vbi suprà, & habetur hæc acceptio in. ca. Nostrates. 30. q. 5.

Nota. 1. ¶ Annotare oportet hîc primò, quòd signanter dixi in conclusione, Mutuæ promissiones. nam sicut matrimonium non perficitur nisi per mutuum vtriusquè consensum: ita nec sponsalia vim obtinent, nisi per mutuam vtriusq; partis promissionem: vnde, si vir aut fœmina tantùm promittat, non erunt sponsalia. Quamuis enim illa promissio sit obligatoria, sed non in vi sponsalium, sed in vi simplicis promissionis. Quocircà, quando interuenit ex vtraq; parte promissio oritur impedimentum publicæ honestatis: Quod tamen post Tridenti. concil. solum hêt verum, si seruetur forma, in illo apposita, quando verò tantùm alter promittat non oritur prædictum impedimentum.

Nota. 2. ¶ Annotare oportet secundò, quòd sponsalia non sufficiunt ad matrimonium contrahendum, nisi nouus consensus de præsenti accedat vel formalis vel virtualis per consummationem copulæ affectu maritali, quoniam matrimonium est vera & realis traditio, promissio autem non est traditio. Vnde, nisi postea aduenial consensus, non fiet matrimonium. Solùm enim sponsalia causant obligationem contrahendi in futuro tempore, imo nec si sint consensus interiores de præsenti, si illos non sibi inuicem per verba de præsenti explicent, sed tantùm per verba promissoria de futuro, fit matrimoniũ. ✻ Hoc notabile verum habuit secundùm ius antiquum, nunc aũt post decretum Tridentinæ synodi à nobis adductum in fine sextę difficultatis, quantuncunq; accedat nouus consensus expressus per verba de præsenti etiam per consummationem copulæ affectu maritali, non sufficit, vt sponsalia transeant in Matrimonium, nisi interuenant prærequisita in prædicto decreto. Imo sine istis neq; sunt sponsalia.

Con. tri. ✻

Nota. 3.

¶ Annotare oportet tertiò, quòd sponsalia possunt contrahere personæ legitimæ per se, per nuntium, per literas. per procuratorem inter absentes, & per patrem & matrem, ac per quemlibet. dummodò consentiant & se ratificent hi, quorũ nomine cõtrahuntur. quia non sunt sponsalia, donec ille vel illa sciuerit, ac ratum habuerit.

¶NONA DIFFICVLTAS.

Vtrùm sponsalia contrahantur pluribus modis.

Vtrùm

HVic quæſtioni per aliquot concluſiones reſponde
tur, & earum prima ſit: quòd omnibus his modis ac verbis quibus ad futurum matrimonium conſenſus promittitur, vera ſponſalia contrahuntur, vt patet. c. Ex literis. Pro cuius concluſionis probatione ſciendum eſt, quòd ſponſalia poſſunt contrahi abſolutè, & conditionaliter: & abſolutè multipliciter contrahuntur, vno modò ſimplici ac nuda promiſsione, ſicut quando dicitur, Accipiam te in vxorem, & accipiam te in virum. Secũdo modò, interueniente iuramento, vel fidei datione, vt habetur in. c. Inter virum. de ſponſa. Tertio modò, quando ambo ſunt impuberes, vel alter eorum [maiores tamen ſeptẽnio] & non propinqui pubertati, contrahunt per verba de præſenti: tunc nanq; licèt ſecundùm verba matrimonium cenſendum foret, tamen ex iuris interpretatione ac intellectu cenſentur ſponſalia de futuro impediẽte defectu ætatis, vt habetur in capitu. vni. de ſpõſ. li. 6. Quarto modò, per annuli ſubarrationẽ, vt habetur. in. c. Siquis deſpõſauerit. 27 q. 2. Quinto, dando arrhã. Et de arrha & anulo iudicabitur ſecundùm verba acta, quæ præceſſerunt, quia ſi fuerunt de futuro, erunt ſponſalia: ſi de præſenti, erit Matrimonium: & ſi nulla fuerunt, iuxta conſuetudinem iudicabitur. Quia ſi apud aliquas nationes fuerit conſuetudo ſine verbis præcedentibus per ſolam arrharum dationem: putà, iocalium aut pecuniarum, ſponſalia fieri aut matrimonium, ſicut apud quoſdam Mexicanos eſt ſolitum fieri: vera ſponſalia erunt, vel matrimonium. Si verò non ſit talis conſuetudo, vel ſola ipſa dona, non probant ſponſalia. De quibus videndus eſt Archi. Flore 3 p tit. 1. c. 18. §. 1. Si autem præceſſerunt verba vnius tantùm, & datio anuli: vel alter accipiat arras, verum Matrimonium iudicabitur, ſi verba ſint de præſenti: vel ſponſalia, ſi verba ſint de futuro. Sic enim notat Gloſa ſuper. c. penul. de ſponſa. Et ratio illud ſuadet, quia in hoc denotatur conſenſus alterius expreſſus. Sed ſi vir accipiat manum puellæ dicendo, Do tibi fidem, q̃ te accipiã: & illa nihil reſpondeat, vel nõ oſtendat ſe acceptare, nõ ſunt ſpõſalia: quia nõ debẽt claudicare ex altera pte. Quitñ promiſsit, tenetur fidẽ ſeruare ſecũdũ Ar. Fl.

¶ Sed nunquid iſtis verbis, Volo te accipere in meam. contrahuntur ſponſalia? dubium eſt. Pro hoc notato, quòd ſi conſtat de intentione, in foro animæ ſtandum eſt intentioni.

1. concl.

Notabil.

Archi.

Dubium.

Notabil.

Quo

1. concl. Quo suppositio, sit prima conclusio. Si per ista verba, de præsenti voluit illam accipere, erit Matrimonium: si in futurum, erūt sponsalia solum.

2. concl. ¶ Secunda conclusio. Si per illud verbum, Volo. solùm explicat appetitum ac desiderium quoddā, quod est velle inefficax: illis verbis, neq; contrahitur matrimonium, neq; contrahuntur sponsalia. Secus si idem valeat verbū, Volo quod, Consentio, & voluntatem: ideſt, assensum præbeo. nam tunc Matrimonium fit.

Notabil. ¶ Et sciendum, quòd licèt hæc verba, Volo tecum cōtrahere, & ille respondeat, Et ego tecum, secundùm se non explicēt cōsensum de præsenti, sed tantùm desiderium de futuro: ex præcedentibus tamen potest præsumi pro matrimonio, vel prospōsalibus. Nam si præcesserunt verba de matrimonio de præsenti, & ista fuerunt subsequuta, præsumi potest pro matrimonio. Si tamen verba desponsalibus, pro sponsalibus præsumerdū est. Idem iudicandum est de istis verbis, Volo te esse vxorem meam, & illa respondente. Volo te esse meum maritum. quod dictum est de verbis præcedentibus. Hanc sententiam tenet Petrus Palud. in. 4. dist. 27. q. 1. ar. 4. & Adria. in. 4. q. vlti. De spōsalibus.

Palud. Adrian.

Dubium. ¶ Sed dubium est, an istis verbis, Habebo te in vxorem. Habebo te in meam. aut, Tenebo te. vel, Reputabo te pro mea. &, Tractabo te sicut meam. aut quid simile: & muliere respondente, Habebo te in virum. fiat matrimonium, vel solùm sponsalia? Pro hoc sit prima conclusio. Quòd si istis verbis de futuro addatur ista particula, Ab isto tempore. vel, Ab isto instanti habebo te in vxorem. est verum matrimonium. Hæc conclusio habetur expresse determinata in. c. Ex parte. de spōsa. Cuius prima ratio est, quia qui talia verba profert cum intentione, explicat consensum de præsenti: verum igitur est matrimonium. Secunda: quia, quòd vir habeat fœminā pro sua, fieri legitimè nequit, nisi consensus antecedat: quare, si ex nunc, vel posthàc habiturus est eam pro sua, signum est iam nunc consentire de præsenti. Et idem erit si dicat, Eris posthàc seu exnunc meus. & eris meus: secus si dicat, Esto mea vxor, aut meus vir. quoniā hoc futurum est imperatiui, quasi rogantis aut petētis consensum, & ideo non denotat inchoationem ex illo articulo.

1. concl.

2. concl. ¶ Secunda conclusio. Si nihil addatur illis verbis, solùm cōtra-

hūtur

huntur ſponſalia. Et ſic iudicabuntur in foro iudiciali & conſcientię, quia denotant exequutionem matrimonij in futurum: & idem penitus ſignificant, ac ſi dicererur, Aliquo futuro tempore habebo te pro vxore.

¶ Sed adhuc eſt dubium, an iſtis verbis, Non accipiam aliã in vxorem niſi te. &, Non habebo aliam in vxorem niſi te. & iſtis, Non contraham cum aliqua alia muliere à te. cõtrahantur ſpõſalia? Pro hoc eſt vnica concluſio negatiua. Hæc concluſio probatur, nam ſicut propoſitio negatiua nihil ponit eſſe: ita promittens factum negatiuum non obligat ſe ad aliquid poſitiuè faciẽdũ. Vnde Petrus Palu. in. 4. d. 27. q. 1. ar. 1. dicit, q̃ ſpõſalia ſolũ cõtrahũtur p propoſitionẽ affirmatiuã, nõ aũt p negatiuã. Verum eſt tamen, q̃ facienti aliquam prædictarum promiſsionũ, nõ licet aliã ducere: quãuis ſi de facto duxerit, factũ tenebit. *Dubium.* *Con. nv.* *Palud.*

¶ Loquendo autem de ſponſalibus quæ contrahuntur ſub cõditione, adhuc eſt diſtinguendum. Quia, aut conditio eſt honeſta, vt cùm dicitur, Accipiam te in vxorem, ſi parentibus meis placuerit, vel vtilis, vt Si dederis mihi centum marcas. Tũc eſt prima concluſio. Quòd ſtãte conditione, ſtat promiſſum. Et tũc quando adimpletur conditio, fiunt ſponſalia: oriturq; publicæ honeſtatis iuſtitiæ impedimentũ, & non anteà: etiãſi in contrahẽdo ſponſalia, fuerit appoſitum iuramentum. Si verò cõditio ſit inhoneſta, adhuc eſt diſtinguendum: quia aut eſt contraria bonis matrimonij, vt ſi dicã, Accipiã te, ſi venena ſterilitatis procures. vel, Donec mueniã aliã pulchriorẽ te. & ſic eſt ſecũda cõcluſio, quòd tunc ſponſalia non contrahuntur. Aut non eſt cõtraria bonis matrimonij, vt ſi dicã, Accipiã te, ſi furtis meis conſentias. vel, Si hominẽ interfeceris. Et ſic eſt tertia cõclu. quòd ſtat promiſsio: tollenda tamen eſt conditio. *1. concl.* *2. concl.* *3. concl.*

¶ Annotare tamẽ hîc oportet primò, q̃ quando apponitur aliqua conditio pecuniæ per modum pœnæ, quia matrimonia debent eſſe libera: talis conditio non ſtat, nec poteſt exigi illa pœna à nolente contrahere matrimonium. Sed de huiuſmodi conditionibus ſpõſalium, diffuſiùs inferiùs agendum nobis erit: cũ de conditionibus, quæ in contrahendo matrimonio apponuntur, ſermonem fecerimus. *Nota. 1.*

¶ Annotare oportet ſecundò, quòd vbicunq; in hac difficultate diximus, fieri matrimoniũ p q̃cũq; verba cõſenſum de p̃ſenti explicãtia, vel fieri ſpõſalia p verba cõſenſũ de futuro ſignifi *Nota. 2.*

cantia, secundùm iura antiqua, vt iacet debet intelligi: hodie tamen post sacrosanctam œcumenicam Tridentinam synodum, nisi adhibeantur requisita in decreto prædicti cõcilij: nempe, quòd verba proferantur præsente parocho, vel alio sacerdote, de ipsius Parochi seu Ordinarij licentia, & duobus vel tribus testibus, non contrahitur matrimonium, nec fiunt sponsalia.

¶DECIMA DIFFICVLTAS.

Vtrùm sponsalia iureiurando per verba de futuro confirmata vim habeant matrimonii.

1. concl. AD hanc difficultatem est prima conclusio directè responsiua. Sponsalia de futuro quomodocunq; fuerint iureiurando asserta, vim non habent contracti matrimonij. Conclusio hæc est oĩum tã iurisconsultorum, quàm theologorum confessio. Cuius ratio est, quoniam iuratio non est nisi dictorum confirmatio: ergo si verbis de futuro apponatur, solùm confirmat promissionem. Promittere autem matrimonium, non est illud facere: qui ergo promittit, licèt id iurauerit, nondum facit. Item, qui iurat se matrimonium facturum: iurat se cõsẽ sũ posteà adhibiturum de præsenti, in quo, vt infra patebit, essentia matrimonij cõsistit: ergo ipso iuramẽto denotatur, verba illa iurata de futuro non sufficere. Vnde, optimè ait Papa in. c. De illis. quòd qui sponsalia de futuro, iuramento confirmarunt, si ad alias se nuptias transtulerunt, illæ sint validæ: recepta tamen de periurio pœnitentia, si per eum qui iurauit, steterit, quominùs matrimonium consummaretur. Secus tamen erit, si iuramentum cadat super verba de præsenti.

Dubium. ¶ Sed iam quòd per sponsalia de futuro iuramento asserta, nõ fit matrimonium, meritò consequenter dubitatur: vtrùm si post modùm mutant propositum, sint compellendi ad contrahendũ?

Notabil. Pro huius dubij elucidatione ãnotare operepretium est, quòd sponsalia de futuro, siue fuerint simpliciter, siue fide interposita, seu cum iuramento contracta, dissoluuntur per mutuum dissensum. Ratio est, quia talia sponsalia sunt contracta sub conditione tacita: scilicet, si res in eadem voluntate & consensu per

manserit,

manserit. Nam & si iuramentum principaliter in Deum diriga tur, id tamen fit tanquàm in testem promissionis, quæ alteri fit. Est enim Deus testis illius promissionis ad hominis vtilitatem. Vnde fit iniuria Deo propter illud testimonium, si homini illi cui ipso teste, est facta promissio, fides frangatur: at quando ipsum iuramẽtum respicit principaliter hominis commodum, si homo ille obligationem illam remittat, Deus item illam remittit, vt egregiè pro suo more docet D. Thom. 2. 2. quæ. 89. ar. 9. D. Tho. His sic præhabitis, sit secunda conclusio in ordine in hac difficultate ad istud dubium responsiua. Quòd si ambo mutant propositum, siue sponsalia fuerint contracta fide interposita, siue cũ iuramento hinc inde emisso, commonendi sunt ac modis omnibus inducendi, vt fidem seu iuramentum præstitum seruent. Si autem se adinuicem admittere noluerint, non sunt vt contrahant, compellendi. Conclusio hæc est expressa in. 2. ca. de sponsalibus. Cuius ratio assignatur in eodem canone: videlicet, ne fortè deteriùs inde cõtingat, quia inuitæ nuptię malos cõsueuerint habere exitus, vt patet. 30. q. 2. c. 1. Nec obstat. tex. i dicto. c. 2. dicẽs, ex pactione id tolerari debere, quasi dicat, nõ de iure, sed ex quadã permissione: nam id tex. expressit, propter vulgares, qui forsan scandalizari possent ex hac dissolutione sponsaliorũ, existimantes propter hoc incurri periurium: propter hoc enim ait de cretalis prædicta, monendos esse contrahentes sponsalia, ne illa dissoluant, si fieri possit: non tamen compellendos: quia, vt dictum est in notabili, mutuò iurantium dissensu possũt dissolui. 2. concl.

¶ Annotato, quòd signanter dixi in cõclusione, Siue fuerint cõtracta fide data, siue cum iuramento. nam canon ille. Præterea. non est restringendus, quando solùm interuenit præstatio fidei, sed est etiam ampliandus, quando iuramentum interuenit. Cũ præstatio fidei & iuramenti æquipolleant, vt constat ex. c. Peruenit. de fidei iusso. &. c. Ad aures. Nota.

¶ Tertia conclusio. Si alter duntaxat sponsorum mutat propositum altero volẽte eum ducere, si ex altera parte iustitia petatur, & sponsalia sint iuramento firmata, de rigore iuris huiusmodi qui iurauit se alteri nupturum, monendus est: quòd si monitus non acquieuerit, compellendus est ab Episcopo per excommunicationem, vt ipsum in coniugem recipiat, & maritali affectione pertractet, nisi rationabilis causa obstiterit 3. concl.

à iuramento resiliendi, vel timeantur ex coactione incommoda: nempe, vxoricidium, vel aliquod aliud maximũ malũ. Quod tamen videndum: scilicet, quando sequetur vel non, arbitrio iudicis relinquo. Pari modo cessabit coactio, si alter eorum iam contraxerit cum alia per verba de præsenti. Iam enim tunc impossibilitate se innoluit, ne possit prius iuramentum implere: iniungitur tamen illi per quem stetit, pœnitentia de periurio, vt dictum est in prima conclusione. Ita nanq; est intelligendum caput illud, Ex literis. de sponsalibus. vbi ponitur tertia hæc nostra conclusio, & si q̃ sunt alia. c. quæ dicãt quòd est cõpellẽdus.

Con. tri. ✻ ✻ Casus iste ante concilij Tridentini decretum [siue clam siue publicè cum alio per verba de præsenti contraxisset] verũ habuit: hodie tamen post prædictum decretum, quãtunuis per verba de præsenti contraxisset cum alia, nisi interuenirent ea quæ illic apponuntur tanquàm necessaria ad contrahendũ, non redditur inhabilis ad prius iuramentum implendum, & ideò cogendus est ad illud implẽdum, nisi aliquod ex prædictis obstet, per quod sponsalia dirimantur.

¶ VNDECIMA DIFFICVLTAS.

Vtrùm tempus requisitum ad contrahendum sponsalia sit septennium.

1. concl. D. Tho. Silvester Armilla. IAm nunc necessum est videre de tempore & ætate ad sponsalia contrahenda requisita. Cui difficultati per aliquot conclusiones arbitror me sufficiẽter posse satisfacere, & earũ prima qua directè q̃stioni respõdetur sit, q̃ rationabiliter à iure statutũ est tẽpus primi septẽnij cõpleti ad spõsalia cõtrahẽdũ. Hæc cõcl. est D. Tho. in. 4. d. 27. q. 2. ar. 2. & Silue. in verb. Spõsalia §. 2 & summæ Armillę, verb. Spõsalia. Accedũt quoq; iura canonica, q̃ hãc cõclusionẽ passim ꝓbãt, vt. c. Literis. c. Accesit. c. Ad dissoluẽdũ. de spõsa. impu. quia satis est ipsos sponsos quid agãt intelligere. In septẽnio aũt hõ vti ratione incipit, nam tũc finitur tẽpus ifãtiæ, q̃ vt nomẽ sonat, hõ ea q̃ rõis sũt, fari neqt.

2. concl. D. Tho. Philosop ¶ Secunda conclusio. Quanuis nondum complesset alter vel ambo septẽniũ, si multũ appropinquant ipsi contrahentes ad illud septẽnij tẽpus, & malitia suppleat ætatem: contractus spõsalitiũ habet robur, vt si hebdomada, vel fortè dies defuerit. Tenet ista cõcl. D. Th. vbi supꝛa. ad. 7. Et rõ est, quia quod parũ distat à re, nihil distare videtur inquit Philoso. in. 2. phisi. Illã etiã tenet Archi.

Archidia.& Archiepiſcopus Flo.& Silueſt.verbo, Sponſalia. §.2.& Armi.vbi ſuprà & omnes theologi,quos ego vidi.Eam præterea tenent plures canoniſtæ.Glo ſa.in c. Sponſam.de ſpõ ſa.Ioan.Andre.in.c.vno.de ſponſa.in.6.& Couarru.in ſuo libel lo de matrimonio,p.1.c.2.Et ratio ſuffragatur,nam ego non vi deo, cur ætas exactè expectanda ſit.Nam ea ratione ,qua ante ætatem matrimonio deſignatam, præmatura potentia ad gene randum ipſum ætatis defectum ſupplet,in ſponſalibus ipſe in tellectus idem efficiet:cum [vt dictum eſt ſecundùm D. Tho. in loco citato,& iuriſconſultos in.l.ſponſalibus.ff. de ſponſa.] ſatis ſit,ſponſos quid agant,intelligere:imo ratio maior videtur de ſponſalibus , quia magis ſunt ſolubilia.Hæc propinquitas à quibuſdam determinatur tempus ſex menſium, ſed melius eſt,vt determinetur ſecundùm conditionem cõtrahentium, cùm in quibuſdam celeriùs matureſcit vſus rationis quàm in alijs.Nec obſtat id quod aduerſus hanc concluſionem obijcitur à Panor.& alijs,quòd ſi impubes ante legitimam ætatem religionem profiteatur ſolenniter,profeſsio eſt nulla,etiam ſi malitia ſuppleat ætatem: ergo ſimiliter ſeptennio non adimpleto, non erũt valida ſponſalia. Non,inquàm,obſtat:quia illud ſic determinauit Eccleſia,non autem hoc. Et præterhoc ꝙ iuris determinationi ſtandum eſt,ratio id ſuadet:quia maior deliberatio requiritur ad religionis votum emittendum,quàm ad ſponſalia contrahendum. *Archi. Silueſter Armilla lo. and. Couarr. D. Tho.*

¶ Tertia concluſio.Si ambo vel alter ſint minores ſeptennio, &ipſi vel parentes eorum vice & nomine contrahant ſponſalia,nihil agunt niſi dum venerint ad ſeptennium,incipiat eis placere.Extunc enim valent,quando expreſſo,vel ſaltem conſenſu tacito conſentiunt,nam ſi ſcientes tacuerunt,ſilentiũ erit cõſenſus interpres:ſunt enim ſponſalia dependentia ex conſenſu filiorum,poſtquàm vſum habuerint rationis,vt.c.1.de ſponſa. impube.habetur.Quo fit,vt ſi aduenięte vſu rationis reclamauerint,nulla ſint ſponſalia:itaq; ſeptennium requiritur, vel ad contrahendum ſponſalia,vel ad illa confirmandum.Hæc cõcluſio habetur in.c.Literas.de ſponſa.Vnde,ſi quis deſponſat puellam ante ſeptem annos,ſi interim ipſe moritur, poteſt eam frater ſuus ducere.Similiter ſi moreretur illa puella ante ſeptennium annum,vir duceret eius ſororem aut matrẽ, vt dicit tex. prælegatus,Literas.de ſponſatione impub. Ratio eſt euidẽs. *3. concl.*

eò quòd ex huiusmodi sponsalibus nulla oritur affinitas, cùm nullæ sint quæ ante septennium fiunt, vt dictum est.

4. concl. ¶ Quarta cõclusio. Si maior septennio contraxit cum minore, licèt sponsalia non fuerint valida etiam ex parte maioris, quia non claudicant, tenetur nihilominùs maior expectare minorẽ, cui fidem dedit, si fortè manere velit in eodem proposito: alias peccat propter fidem mentitam, vt dicit Siluester, in verbo, Siluester Sponsalia. §. 2.

Notabil. ¶ Sciendum hîc, quòd licèt impuber: nempe, minor septennio possit contradicere, cùm peruenerit ad debitam ætatem secundùm Panor in. cap. De illis. de sponsa impub. attamen maior septennio nunquàm potest. Nec sufficit, quòd impuber consenti at cùm ætatem legitimam attigerit, nisi impubes consentiat etiam de nouo: quia requiritur, quòd nouus viriusq; consensus accedat tacitus vel expressus. In contractis verò sponsalibus à duobus impuberibus, is qui priùs ad ætatem perfectam peruenerit, non tenetur alium expectare, sed poterit statim contradicere atq; recedere ab sponsalibus.

Panor.

5. concl. ¶ Quinta conclusio. Idem tempus determinatur in masculo & in fœmina quoad sponsalia, non autem quoad matrimonium. Hæc conclusio est D. Tho. vbi suprà Et ratio illius est, quia in sponsalibus tantùm requiritur vsus rationis, qui quidem simul incipit in vtroq;: at verò in contractu matrimoniali non solùm requiritur dispositio ex parte vsus rationis, verùm etiã ex parte corporis, vt scilicet sit tempus generationi aptum, quòd in puella in. 12. anno, in masculo autem in fine. 14. est secundùm Philosophum. 11. De animalibus. Ita enim asserunt D. Thom. ad 5. & Siluester vbi suprà. Quo fit, vt quilibet valens contrahere marrimonium, possit etiam sponsalia: non tamen è contra, quilibet valens contrahere sponsalia, potest matrimonium contrahere.

D. Tho.

Philoso.

D. Tho.

Siluester

¶DVODECIMA DIFFICVLTAS.

Vtrùm carnalis copula post sponsalia de futuro aduenies Matrimonium perficiat.

Contri. ANIMADVERTE LECTOR, QVOD omnia quæ in præsenti difficultate apponuntur, tantùm tibi deseruient pro dignoscendis Matrimonijs ante sacrosanctum œcumenicum concilium Tridentinum celebratis, & vt nihil antiqui

qui iuris sit, quod ignores. Erant enim secundùm ius antiquum sequentes quatuor conclusiones quæstioni huic respondiuæ, & earum prima erat. Stãdo in foro conscientiæ, quantuncunq; ad uemat copula carnalis post sponsalia de futuro, nunquàm erit matrimonium, si desit consensus de præsenti, vel eam non cognouit affectu maritali: ideſt, non tanquàm vxorem, intendens scilicet, consummare matrimonium. Conclusio hæc est omniũ doctorum, tam canonistarum quàm theologorum, vt ait Silue. verbo, Matrimo. 2. § 15. Et ratione probatur, quia consensus adeò est necessarius ad perficiendum matrimonium, vt etiamsi interueniant verba de præsenti absq; consensu, neutiquàm fiat matrimonium: at copula cùm sit quid externum, maiorem vim nequit habere, quàm si essent verba de præsenti, non ergo sola copula sufficit. Ex quo colligitur, quòd si alter intus dissentiat, vel aliquo indicio alteri ostendat, non accedere vt coniux, vt si alter illorum sit conditionis longè superioris nobilitate vel dignitate aliqua, vel si dum vnus ait se accedere vt coniugem, alter non prorsus annuat, sed significet illud in posterum differendum, nullum fieri Matrimonium, vt docet eleganter Soto in. 4 distinct. 27. quæst. 2. ar. 4. Colligitur rursus, quòd si vir post spõsalia contracta de futuro cùm prima, habuisset accessum ad secundam cum affectu maritali, ac verbis de præsenti, vel de futuro, vel istam secundam duceret per verba de præsenti sine copula, in foro animæ stando, istud secundum esset matrimonium, si etiam illa pariter intentionem habuerit: imo hoc est verum etiam si copulam habuerit cum prima sine consensu legitimo, & sine affectu maritali, vt bene dicit Siluester, verbo Matrimonium 2. §. 15.

Siluest.

Soto.

Siluester 2. concl.

¶ Secunda conclusio. In foro contentioso, vbi post sponsalia de futuro copula interuenisse comprobatur, Matrimonium censetur, cogunturque sic copulati ab Ecclesia, vt coniuges habitare: quare licèt alter vel ambo ad alia sevota transferant, compelluntur ad primum redire, quod præsumptum fuit Matrimonium: nec secundùm Matrimonium censetur. Hæc conclusio habetur in capitu. Is qui fidem. de sponsalibus. & in capitu De illis. & in capitu. Per tuas de conditionibus appositis. Nec est contra hoc exceptio vlla admittenda, nisi signa dissensus alter ostenderat: nam tunc si allegat se reclamasse, & est paratus probare, audiendus est.

Et ratio est, quia Ecclesia non potest de occultis, nisi per extera iudicia iudicare, & nullum potest habere efficatius indicium quàm eiusmodi copulam. Pari ratione, si quis sponsalia contraxit per verba de futuro cum aliqua, cum qua non consummauit copulam, & postmodùm cum altera itidem per verba de futuro, cum qua copulam consummauit, non tamen maritali affectu sed fallaciter, etiam si secunda sponsalia fuerint iurata & nõ prima, licèt in foro exteriori si concubitus ille legitimè fuerit probatus, ex præsumptione iudicabitur fuisse tũc matrimonium consummatum, attamen in foro conscientiæ magis verũ est, quòd sit standum prioribus sponsalibus, & iniungenda est pœnitentia pro iuramento: quia iniuria quæ illata est secundæ, non aufert suum ius priori.

3. concl. ¶ Pro pleniori tamen harum conclusionum intelligentia, sit tertia conclusio in ordine. Ad hoc quòd vera sponsalia, quæ re & nomine de futuro appellamus, transeant in matrimonium præsumptum: non sufficit, quòd interueniant oscula, amplexus, tactus, imo verò nec nisus ad consummãdum sufficit, nisi re vera copula consummetur, vt habetur in c. fina. extra de sponsalib. sufficit nanq; & requiritur vera carnalis copula consummata. Quo fit, vt etiã si ipsam vir aperuerit, & interueniret effusio seminis extra vas, vel si mulier esset corrupta, & non interueniret effusio seminis intra vas, non censeretur matrimonium. Et hæc

Siluester est sententia communis, vt ait Siluest. verbo, Matrimo. §. 16. & ratio ẽ: quia in his nõ adest copula carnalis, de qua iura loquuntur. Vnde, inter potentem & impotentẽ, etiam si scienter cõtrahant, nõ fit matrimoniũ, eò quòd ibi non interuenit copula consummata, quandoquidem seminare nequeunt, & etiã si ille vir impotens claustrum aperiat. Verum est tamen, quòd potens scienter contrahens, est obligatus ad manendum cũ impotente, & ad eã tractandã vt sororẽ, vt patet. c. Consultationi. de sponsali. Seminatio verò quæcunq; intra vas sufficit ad copulam consummãdam etiã citra corruptionem virginei claustri, nam contingere potest, vt citra rupturam semen colletur.

4. concl. ¶ Quarta conclusio. Si sint sponsalia de futuro iuris interpretatione, verbis autem & mente de præsenti propter minorem vtriusq; vel alterius contrahentium ætatem: nempe, contracta inter impuberes, vel inter impuberem & puberem, si postquàm ad legitimam ætatem peruenerint, se se oculis & amplexibus, etiam

etiam citra copulam tractent, tũc in foro exteriori præsumitur matrimonium, in foro tamẽ conscientiæ nunquàm vim habẽt, si deficit consensus. Hanc cõclusionem tenet Hostien. & Anto. in.c. Attestationes. de sponsa. impub. & Siluest. vbi suprà, & est doctorum communis sententia. Intelligenda tamen est conclusio primò, si signa illa: nempe, oscula & amplexus post ætatem perfectam contingant. Existimo enim, nõ sat esse, si inter proximos pubertati cõtingãt, etiam si malitia suppleat ætatis defectum, vt in foro exteriori præsumatur matrimonium. Secundò est intelligenda, quando illa sponsalia, verbis de præsenti, iuris tamẽ interpretatione de futuro, contracta fuere inter maiores septẽnio, nam si contracta forent à minoribus septennio, aduenientе ætate nõ efficiuntur matrimoniũ, etiamsi oscula, amplexus & similes coniecturæ dentur præter nouum expressum cõsensum vel ex copula deductum, qui ad hoc sufficeret. Ita intelligit istã conclusionem Couarruuias in suo opusculo, de matrimonio. p. 1. cap. 4. ✻ Omnes prædictæ quatuor conclusiones in hac difficultate contentæ, vt in sui principio admonuimus, duntaxat locum habuerunt, vsq; ad sacrosanctam œcumenicam Tridentinam synodum, nunc autem post prædicti concilij decretũ, quãtuncunq; post verba de futuro consensus de præsenti, vel copula carnalis etiã cũ affectu maritali aduenіat, neq; si vir post spõsalia de futuro contracta cum prima, ducat secundam per verba de præsenti, efficitur Matrimonium in conscientia, nisi præsente Parrocho eos coniugente, & duobus vel tribus testibus, vt dictum est, celebretur. Pari ratione in foro contentioso, quãtunuis post sponsalia de futuro copula interueniſſe comprobetur, vel si sint sponsalia de futuro iuris interpretatione, sed verbis & mente de præsenti propter minorem vtriusq; vel alterius contrahentium ætatem, vt dicitur in quarta cõclusione, post quàm ad legitimam ætatem peruenerint, se se oculis & amplexibus tractent, nunquàm tamẽ erit Matrimonium præsumptũ, quoniam secundùm præfatũ decretum, nullatenus dari possunt illa matrimonia p̃sumpta, q̃ olim secũdñ iura antiqua dabãtur.

Hostien. *Anto.* *Siluest.*

Couarr.

Con. tri.

¶XIII. DIFFICVLTAS.

Vtrùm sponsalia valeant in aliquibus casibus dirimi.

Priusquàm

Notabil. PRIVSQVAM HVIC QVÆSTIONI respondeamus, annotare opus est, quòd ex quo sponsalia semel contracta sunt: semper ligant, nasciturquè ex illis obligatio ad contrahendum matrimonium, vel tempore præfixo, si præfinitum est, vel adueniente decente oportunitate, vt sponsi non sint in mora. Ita nanquè oritur huiusmodi obligatio, quod si contrahantur sponsalia postmodùm cum alia, & non sit processum ad carnalem copulam cum illa secunda, compellendus est redire ad primam. Si verò cognouerit carnaliter secundam, cùm iam matrimonium dicatur, debet cum secunda manere, & non redire ad primam, vt dictum est. ✻ Hoc notabile antiquitùs locum habuit, nunc verò secundùm sacrosanctæ Tridentinæ synodi determinationem, cùm post sponsalia aduenientе copula carnali, etiam cum affectu maritali, nisi contrahant iuxta formam in dicta synodo traditam non fiat Matrimonium, vt dictum est, non potest manere cum illa, cum qua secundò contraxit sponsalia, sed compellendus est semper redire ad primam, exceptis casibus, in quibus dirimuntur sponsalia. Hoc notabili sic præmisso, sit conclusio vnica ad difficultatem responsiua: nempe, quòd sunt quàmplurimi casus, in quibus soluuntur sponsalia, & eorum primus est. Si alter sponsorum post desponsationem transeat ad religionem, etiam ante professionem: nam cùm primùm habitum induit, alter potest ad alia vota euolare, ita tenet Siluester, verbo Sponsalia. §. 10. Ratio est, quia nondum est matrimonium perfectum, nam si esset perfectum, non dirimeretur vsq; ad professionem: nempe. si esset ratum non consummatum, & transiret vnus ad religionem altero inuito. Sed post professionem ille qui remanet in sæculo, statim remanet liber, & potest alteri nubere, quasi post mortem coniugis, quia religio quædam mors est ciuilis, vt inquit D. Thom. in. 4. distinct. 27. quæst. 3. & habetur casus iste extra. de conuersio. coniuga. capi. Ex publico. &. 22. quæst. 5. capi. Desponsatam. & in authen. de san. Epis. §. Sponsalibus quoq; col. 9. vbi dicitur, quòd vinculum illud rumpitur.

Con. tri. ✻

Con. ter.

Siluester

D. Tho.

¶ Secundus casus est, in quo dirimuntur sponsalia, quando superuenit sponsalibus votum simplex, de castitate seruãda, cuius est promissio de meliori bono. Sed iste casus intelligitur, si intendat religionem intrare, nam alias peccaret vouendo in alterius

rius præiudicium.

¶ Tertius casus est, si alter eorum post contracta sponsalia recipiat aliquem ordinem sacrum, quia ordini sacro est annexum votum castitatis solenne, per quod licèt non matrimonium, tamè sponsalia legitimè dirimuntur.

¶ Quartus, quando sponsus non inuenitur, quia se transtulit ad aliam regionem longinquam ante carnalem copulam, & conueniente tempore, spectatus non reuertitur, ac debito modo requisitus, non apparet. Tunc enim spõsa alteri potest nubere, extrà, de sponsa. ca. De illis.

¶ Quintus est, quando certus terminus matrimonio contrahẽdo fuerat præfixus, quia eo elapso, ille per quem non stetit, liber manet, & sine periurio nubit: quia promissio solùm facta est in tali tempore signato, vt habetur extrà, de sponsa. cap. Sicut ex literis.

¶ Sextus casus est, si alter sponsorum post contracta sponsalia incurrat grauem morbum: nempe, leprã, vel paralysim, quæ ipsum nimis debilitant, vel si naso aut visu orbatur, aut aliquã fœditatem contrahit. vt patet. cap. Quẽadmodum. de iureiu. §. Quod si. & ibi glosa, vbi innuitur, quòd etiam si iurasset ducere, non tenetur ducere. & capi. Literas. de coniug. leprof. Et ratio est, quia si tunc cùm sibi ipsi displicent sponsi, coniugari compellerentur, non posset res bonum exitum habere. Secus si id genus morbi sponsalibus antecesserit, & fuerit prænotus, vel superuenerit matrimonio iam contracto.

¶ Septimus, si alter sponsorum fuerit medio tempore [scilicet post sponsalia contracta] fornicatus carnaliter, & à fortiori si fuerit fornicatus spiritualiter, per hæresim vel infidelitatem. Et ratio huius casus est, quia tunc redditur alteri suspectus de fide posteà non seruanda, quæ quidem est vnum de tribus matrimonij bonis: & quia tunc iam ductam, propter fornicationem liceret dimittere quoad thorum, vt infra dicemus. à fortiori ergo, si nondum factum est, soluitur prorsus promissio, ac sponsolia non remanent in suo rigore, & si fuerint iureiurando stabilita. Casus iste habetur capi. Quemadmodum. de iureiuran. vbi dicitur, quòd non obstante iuramento, potest aliam ducere innocens, quoniam in illius potestate est sponsalia dissoluere, non autem in potestate rei: nam si innocens cõsentit, reus resilire nõ põt, cũ nõ debeat ei ꝓpriũ pcũm patrocinari.

Nec

Neq; refert puellam per vim aut sponte fuisse fornicatam. Qui verò si ante sponsalia credebatur virgo, & posteà ante consensum de præsenti inuenta est corrupta, potest sponsus à promisso recedere.

¶ Octauus est, quando sponsus de facto cum alia, vel sponsa cũ alio contraxerit per verba de præsenti, vel etiam de futuro, & sequatur carnalis copula, tunc nanq; dirimuntur sponsalia propter maius vinculum seu pactum superueniens: sed debet agere pœnitentiam de periurio vel fide mentita, vt dictũ ẽ. Peccat enim mortaliter, cùm inferat iniuriam & graue dammum alteri frangendo promissum, quod de iustitia adimplere tenebatur. Et tenetur de omni damno, quod ei subsecutum fuit per nõ ad impletionem promissi. Casus iste est expressus, extra, de sponsa. c. Si inter virum. ✻ Et in vsu fuit, vt iacet, ante sanctum con
Con. tri. ✻ cilium Tridentinum. At verò post ipsum concilium solùm habet locum, si post sponsalia de futuro cum vna, contrahat cum alia iuxta modum in dicto concilio præscriptum, vt dictum est.

¶ Nonus, si superueniat capitalis inimicitia inter spõsos, quia alter potest separationem petere, nam tunc ista spõsalia per mutuam ipsorum voluntatem disoluũtur, vt habetur extra de spõsa. cap. Præterea. Non enim peccant, quicquid alij dicant. Cuius ratio est manifesta, quia talia matrimonia solent habere, vt diximus, malos exitus, & in his respicere oportet ad finem.

¶ Decimus est, si sponsus promisit dare certam quantitatem
Ioa. An. pro dote, & dare non potest. Ita tenet Ioã Andre. in. c. De illis. de condi. appo. Idem quoq; est de qualibet conditione interueniente, si deficit, nam tunc dirimuntur sponsalia, nisi cum illa copulam consummaret, quia qui copulam consummauit, secũdũ ius antiquum iam videbatur discedere à conditione & Matri-
Con. tri. monium contrahere. ✻ Attamen post concilium Tridentinũ, ✻ nuper sub Pio. 4. celebratum, per solam talem consummationẽ copulæ non videtur recedere à conditione, neq; fit Matrimonium, vt dictum est.

¶ Vndecimus est, si superueniat affinitas: putà, si spõsus cognouit consanguineam sponsæ, velè conuerso. Talis enim non possunt de cætero coniũgi. Casus iste habetur extra. de consangui-
Notabil. & affi. c. Super eo. &. 27. q. 2. c. Si quis sponsam. & cap. Exlitteris. Sed nota, quòd secundùm iura ista antiqua dirimebãtur spõsalia, si cognouit consanguineam sponsæ in aliquo gradu vsq;

ad

ad 4. inclusiuè. ✻ Nunc verò post concilium Tridenti. sub Pio 4. celebratum, sessione. 24 c. 4. tantùm dirimuntur, si eam cognouit in. 1. & 2 gradu. Et idem est si supereueniat cognatio spiritualis vel legalis: scilicet, adoptio, vt habetur extrà, de cognatione spirituali. c. Veniens. Con. tri. ✻

¶ Duodecimus, si fama sit, quòd inter eos est aliquod impedimentum consanguinitatis vel affinitatis, etiamsi non sit certum tale impedimentum: sed aliquod est scandalum de huiusmodi coniunctione, quia tunc ad tollendum istud scandalum, etiamsi non constet de impedimento: dissoluuntur sponsalia, vt habetur extrà, de sponsa. c. Cùm tria. & de consangui. & affi. c. 2.

¶ 13. est, quando quis impubes contraxit sponsalia, & cùm venit ad ætatem adultam, petit absolui à vinculo sponsalium, & si bi dari licentiam nubendi, antequàm aliquem tacitum consensum impubertate habuerit, vt habetur in. c. De illis. & c. A nobis. extrà, de sponsa. impub. Secus est, si pubes contraxit cum impubere, quia resilire non potest, sicut nec impubes, antequã deueniat ad pubertatem, vt tenet Siluester, verbo, Spõsa. §. 10 Silvest.

¶ Nec solùm in his prædictis casibus dirimi possunt sponsalia: verùm etiam propter quancunq; causam rationabilem superuenientẽ. q̃ si à principio fuisset excogitata, impedimẽtũ pstasset.

¶ Annotare hîc oportet, q̃ in istis casibus: scilicet, cũ post spõsalia contracta cum vna, contrahit quis cum alia per verba de præsenti, iuxta modum concilij multoties à nobis repetitum, & cùm ingreditur religionem approbatam, & cùm alter fornicatur, si est notorium: & generaliter in omnibus, quando causa soluendi est notoria & legitima, atquè in iure expressa: possunt sine authoritate Ecclesiæ, dirimi spõsalia, & ipso facto soluuntur. Imo & quando ipsa sponsalia secreta erant valida: scilicet, ante concilium Tridentinum, poterat in conscientia esse remissio adinuicem sine iudicio Ecclesiæ, nec ex tali solutione oriri poterat scandalum, propter quod euitandum iudicium Ecclesiæ requireretur. In omnibus alijs prædictis casibus debent sponsalia authoritate Ecclesiæ dirimi. Notabil.

¶ XIIII. DIFFICVLTAS.

Vtrùm aliquando contingat peccatum inter sponsos.

PRæsenti difficultati vnica respondetur cõclusione: nẽpe, q̃ spõsorum peccata in triplici modo inueniuntur. Primo in ipso contractu, si ficte contrahant, non intẽtione Con. vn.

ne contrahendi, vel fidem seruandi, & est mortale, quia pernitiosum multùm, vel si clandestinè contrahant. Non enim solùm matrimonium: verùm etiam sponsalia de futuro, publicè debent contrahi secundùm dispositionem iuris, vt habetur in ca. *Con. tri.* Cùm inhibitio. de clandest. de sponsa. secundùm Panor. ibi, quia sponsalia ante concilium Tridē. in multis casibus cōstat, quòd transibant in matrimonium ipso facto, vt patet in. cap. Is qui. de sponsa. non autem post ipsum concilium. Nec est necesse seruare huius cap. solennitatem, vbi non est consuetudo, q̄ fiant tales denunciationes: sed sufficit publicè contrahere, vt nō dicatur clandestinus contractus. Ita asserit Armilla verbo, Spōsalia. & adducit pro hac sentētia glosam in verb. Clandestinus. *Armilla.* Vbi autem est consuetudo, propter pericula quæ communiter sequūtur, & ꝓpter ꝓhibitionē, mortale videtur omittere, sicut de contractu matrimonij, licèt minus. Secundò, cōmittitur peccatum in dissolutione ipsorum sponsalium, quando sine causa suffici enti dissoluuntur, quia ē peccatū pfidiæ & mortale, cū sit ꝓximo pnitiosum. Tertiò, in vsu, quādo vacāt actibus ipudicis *Notabil.* ¶ Sciendum tamen hìc est, quòd oscula, amplexus & huiusmodi ex beneuolentia, non sunt peccata. Si verò delectationis causa fiant, affectu maritali iam inchoante absq; impudicitia, tantū venialia sunt. Caueant tamen à consummatione antequàm cō trahant, quia mortale esset, vt expressè tenet Armilla vbi sup. & maximè nunc post præfatum cōciliū, quādoquidem nō trāseunt sponsalia in matrimonium per solius copulæ consummationē, etiā habitę affectu maritali. Et hęc de spōsalibus sint satis.

De *matrimonii diffinitione & causa.*

¶XV. DIFFICVLTAS.

Vtrùm hæc sit conueniens matrimonii diffinitio. Matrimonium est viri & mulieris legitima coniunctio, individuam vitæ consuetudinem retinens.

Nota. 1. EXpeditis iam in superioribus de cōditionibus matrimonij quatenus est in officium naturæ, & quatenus est sacramentum, ad quæstionem quid est: nempe, diffinitionem explicandam, superest accedere. Et pro huius difficultatis elucidatione, duo operepretium est annotare. Primum, q̄ dicitur matrimonium potiùs quàm patrimonium: quia licet adulta prole sequatur

nunc

munimentum patris, non solùm æducationis, sed prouisionis bonorum, in quibus proles succedat: sed tamen mater est, quæ prius munit, & sic dicitur matrimonium, quasi matris munimen: quia munitur à matre filius priùs in vtero, & deinde vberibus, & alia infantilia officia ab ea ei præstantur, & ideo tanq; à priori & magis necessariò dicitur matrimonium, & non patrimonium. Dicitur quoquè Matrimonium, & non patrimonium, quia maiora onera sunt in matre quàm in viro. Finis nanq; principalis matrimonij est bonum prolis, in cuius procreatione mater magis laborat, & ideo magis denominatur ab ipsa.

¶ Secundum quod annotare oportet, est, q̃ matrimoniũ includit multa. Includit enim consensum, quo vir & fœmina consentiunt ad mutuã ac perpetuã corporum traditionem. Deinde includit contractum exteriorẽ, quo consensus & traditio illa corporum exprimitur. Et hoc siue contractus ille verbis, siue nutibus fiat. Tertiò includit mutuam obligationem ad reddendum debitum. Quartò, includit facultatem quam vterq; coniugum habet vtendi corpore alterius. Vltimò, includit mutuam relationem, quæ ex illo contractu & vinculo sequitur inter virũ & vxorẽ, propter quod alter vir, alter verò vxor appellatur. His sic prælibatis, propositam quæstionẽ quinq; cõclusionibus breuissimè, nec nõ clarissime absoluemus: quarum prima sit. Matrimonium non est consensus interior. Probatur, nam consensus non est sensibilis, cùm tamen omne sacramentum sensibile esse debeat. Item, quia consensus, vt ex concilio. Florẽ. cõstat, causa efficiens est: at verò causa efficiens nunquàm est de essentia rei, quam efficit. Postremò, quia matrimonium est indissolubile, ac semper durat: sed cõsensus q̃ndoq; transit, vt quãdo ambo pœnitent de matrimonio.

Neta. 2.

1. concl.

Con. flo.

¶ Secũda cõclusio. Licèt matrimoniũ quatenus includit cõtractũ exteriorẽ, sit sacramẽtũ causans gratiã, quia quatenus illum includit, est quid sensibile, & sacramẽta Ecclesiæ cõsistũt in aliquibus signis exterioribus, & sensibilibus: nõ tñ matrimonium supponit pro ipso cõtractu externo scilicet, pro verbis quibus consensus exprimuntur. Tenet hanc cõclusionem Soto. in. 4. dis. 27 q. 1. ar. 1. & probatur, nã cũ contractus nihil aliud sit quã expressio quædam consensus, & consensus, vt dictum est, non est matrimonium, fit vt nec contractus ipse: scilicet, verba, quibus consensus exprimitur, sit matrimonium.

2. concl.

Soto.

¶ Tertia

3. concl. ¶ Tertia concluſio. Matrimonium non eſt ipſa mutua obligatio ad reddendum debitum: tum, quia ſi Deus facultatem faceret alicui licitè vtendi aliqua muliere, non ideo eſſet matrimonium. Tum etiam, quia poteſt manere matrimonium indiſſolubile, quãdo nõ maneat illa obligatio: vt ſi alter coniugũ fornicetur: alter abſoluitur ab illa obligatione debiti reddendi, vt infra docebimus, & tunc manet matrimonium indiſſolubile. Similiter ſi ambo per mutuum conſenſum poſt conſummatũ matrimonium ingrederentur religionem. Tum etiam, quia illa obligatio mutua, eſt effectus matrimonij: non ergo poterit eſſe ipſum matrimonium. Quemadmodum obligatio quam habet filius reddendi honorem parentibus, quia eſt effectus adfiliationem conſecutus, non eſt ipſa filiatio.

4. concl. ¶ Quarta concluſio. Matrimonium non eſt facultas, quã vterq; habet vtendi alterius corpore. Hæc concluſio eiſdem rationibus, quibus præcedens tertia concluſio, remanet probata.

¶ Reſtat ergo, vt matrimonium ſupponat pro vinculo & obligatione mutua, quæ ex mutuo conſenſu exteriùs expreſſo ad communem vitam enaſcitur: quod quidem vinculum eſt relatio rationis, quæ nihil aliud eſt, quàm mutuus reſpectus vnius ad alterum, qui conſurgit ex vtriuſq; voluntate. Quocirca, cũ matrimonium dicitur vinculum, non accipitur nomen cauſaliter, vt aiunt, pro re quæ coniuges copulat & vinculat, illi enim ſunt conſenſus, ſed formaliter pro nodo, qui per tales conſenſus fit. Nec nocet, quia illud vinculum non eſt quid ſenſibile, nã in ſacramento, ait D. Thom. non requiritur, quòd ſit ſenſibile illud quod eſt res & ſacramentũ, & ita ſe habet coniunctio in hoc ſacramento: ſed verba exprimentia conſenſum ſunt ſacramentum tantùm, & cauſa prædictæ coniunctionis. Ex quibus omnibus colligitur, iam concluſio directè ad difficultatem reſponſiua: nempe, quòd hæc eſt conueniens & legitima matrimonij diffinitio. Matrimonium eſt coniunctio maritalis viri & mulieris, inter legitimas perſonas, indiuiduam perpetuamq; vitæ conſuetudinem retinens. Hæc diffinitio habetur. 27. q. 2. c. 1. & extrà, de præſumptio. c. Illud.

Nota ¶ Et annotato, quòd in hac diffinitione, coniunctio eſt genus: differentia autem, quæ conſtituit ſpeciem, eſt, quòd ſit maritalis: nã ſi eſſet aliud genus contractus: quo ſe mutuò maſculus & fœmina obligarent, vt ſibi inuicem ſeruirent: ſcilicet, propter

prætium

pretium, vel ob aliam causam, non esset matrimonium.

¶ Est etiã sciendum, quòd hoc quod dicitur, Viri & mulieris. excluditur coniunctio viri cum viro, vel mulieris cum mulier, vel vnius viri cum multis mulieribus: quia talis coniunctio non efficit matrimonium, sed causat peccatum. Dicitur insuper indissolutione, Indiuiduam vitæ consuetudinem retinens. Quod est tantùm dicere, quòd neuter eorum absque alterius consensu potest continentiam profiteri post matrimonium consummatum, nec se alteri copulare etiam ante Matrimonium consummatum post ratum, sed sibi inuicem seruare fidem, & debiti redditionem mutuam. Explicat enim verbum, Retinens, perpetuum vinculum, & indissolubilem nexum. Ratio autem secũdùm Diuum Thomam quare coniunctio Matrimonij est inseparabilis vsquè ad mortem inter homines, & non inter alia animalia est hæc: quia aliorum animalium filij possunt sibi victum statim habere, vel saltem ad eorum sustentationem vnum sufficit, sicut est vacca, equa, asina & similia. Et ideo ibi non est certa coniunctio certi masculi ad certam fœminam: nec etiam necessaria diuturna coniunctio, eò quod fœmina in eis sufficit ad æducandum fœtum sine masculo. In his autem quorum filij indigent vtriusque scilicet, tam patris quàm matris sustentatione, aliud est. Similiter vbi inuenitur aliqua determinatio quantùm ad tempus sustentationis & æducationis, sicut in auibus. Vnde, passeres, turtures & columbæ habent determinatas fœminas, quia habent a ducare pullos, & alter eorum non sufficeret ad quærendum victum. Non autem sic est in hominibus, vbi filius indiget cura parentum ad magnum tempus. Quare, matrimonialis coniunctio inter solos homines dicitur indiuisibilis secundùm totam vitam alterius coniugis. Oportet enim filium generari, æducari, nutriri & doceri, ac sibi de necessarijs vitæ a parentibus prouideri: ideirco ergo indiuiduam vitam retinere debent ad hoc, inseparabilem, vt scilicet promoueant prolem vsq; perfectum statum virtutis, vt supra in septima difficultate docuimus.

Notabil.

D. Thom.

¶ XVI. DIFFICVLTAS.

Vtrùm ad substantiam matrimonii requiratur.

Rr inte

interior consensus, vel sufficiat pro tu lisse verba.

Notabil. SCIRE OPORTET, PRO HVIVS difficultatis elucidatione, quòd impresentiarum per consensum nihil aliud intelligimus, quàm applicationem appetitus ad aliquid agendum: ideſt applicatio voluntatis ad aliquid agendum ex rationis iudicio atquè sententia præsuppoſita. Ex quo manifestè elicitur primò, in brutis non posse esse propriè consensus, cùm in eis non reperiatur applicatio motus ad aliquid agendum, nec in potestate brutorum sit applicare & non applicare. Elicitur secundò ex hoc notabili, quòd amentes, furiosi, ebrij & pueri, omnesquè parentes vsu rationis, pro illo tempore quo carent illo, non possunt contrahere, vt habetur. c. Dilectus. de spõsa. Hæc omnia tenet Diuus Thom. 1. 2. quæst. 15. Notabili hoc sic præhibato, est prima concluſio. Ad matrimonium necessariò exigitur consensus, sic quòd astantibus omnibus alijs, hoc solo deficiente non est matrimonium. Concluſio ista probatur ex trà desponſa duorum capitu. fi. Dicunt nanquè illic, Consensus de præsenti legitimus inter personas habiles sufficit ad matrimonium secundùm canonicas sanctiones: & si solus defuerit, cætera etiam cum ipso coitu celebrata frustrantur. Habetur quoquè in concilio Florentino sub Eugenio quarto hæc concluſio diffinita, vbi dicitur, consensum de præsenti esse causam matrimonij. Et licèt hoc ante Sacroſanctam Tridentinam synodum verum fuerat: nunc autem post ipsum concilium, nisi interueniant prædicta requisita, etiam si cætera omnia adsint, nõ contrahitur matrimonium. Habetur insuper ff. de pactis. l. 1. quòd omnis contractus requirit consensum. Cùm ergo matrimonium sit contractus quidam: consensus exigitur. Postremò probatur ex fine matrimonij: nam procreatio & æducatio prolis nullo modo posset stare, nisi esset consensus. Parentibus nanquè inter se non bene conuenientibus, non possent filij optimè procreari, nequè etiam in operibus aliquomodo communicarent, si animo dissentirent. Quocirca deficeret in illis secun-

D. Tho. 1. concl.

Con. flo.

Con. tri.

dus

dus finis matrimonij: necessarius igitur est consensus. Nec obstat, quia sacramenta non sunt à voluntate humana, consensus autem emanat ab illa, ergo non sunt causa matrimonij. Non, inquam, obstat: quia licèt causa principalis sacramentorum sit diuina virtus quæ in eis operatur salutem, nihilominùs causæ instrumentales sunt nonnunquàm nostræ actiones per diuinam institutionem ad gratiam concurrentes, vt sunt contritiones pœnitentium, & contrahentium consensus.

¶ Secunda conclusio. Consensus ipsorum contrahentium sic est necessarius: vt ipse sufficiat [si tamẽ fiat secundùm formam à sacrosancta Tridentina synodo traditam, vt dictum est] & nullus alius sit necessariò requisitus, nec sufficiat. Hæc conclusio probatur, quia illorum quorum est corporum translatio, & ad commanendum perpetua obligatio: requiritur consensus. Tales autem sunt qui contrahunt: ergo conclusio nostra est verissima. 2. concl.

¶ Ex hac conclusione infertur, parentes minimè pro filijs posse contrahere sine ipsorum voluntate & proprio consensu, si verò ipsi filij puberes priùs intellexerunt de Matrimonio agi à parentibus: & iussu ipsorum parentum conuenerant, ac Matrimonium consummauerant, ipsis non contradicentibus interiùs vel exteriùs signo vel verbo, secundùm iura antiqua sacrosanctum concilium Tridentinum præcedentia, erat verum Matrimonium. Est enim expressa determinatio. de desponsa. impube. capitu. vnico, libro sexto. Similiter si filij puberes conuenerunt in vnum iussu parentum, quia præcesserat contractus, si tempore quo conuenerunt, ignorabant: postmodùm tamen habitantes simul cognouerunt Matrimonium esse à parentibus contractum, quando liberi manebant, & interiùs consentiebant, Matrimonium erat: & pro tali præsumendum in foro exteriori, nisi aliud obstaret. Idem credo verum fuisse, si prætore seu rectore loquente pro Matrimonio inter duos, & ipsi verbo non contradicentes nec signo, conueniebant in vnum. Et maximè hoc verum habebat apud Indos, qui quidem ita erant subditi suis Dominis, vt nec mouere possent pedem absquè præsidentis consensu, & sic eo adhibito fiebant tales Matrimonij coniunctiones. Et re vera si hoc non esset verum Matrimonium, maior pars illorum, qui modo coniuncti sunt, Matri-

monialiter: essent in statu damnationis æternæ. Cùm nõ aliunde, nisi quia rectore consulente conuenerunt in vnum. Scio tamen Petrum à Palud. tenere in. 4. distinct. 27. quæst. 2. ar. 3. contrarium: scilicet, non sufficere, quòd rector loquatur pro contrahentibus, sed requiri, vt aliquis parentum vel tutor pro ipsis respondeat. Quod verum asserit Soto in foro Ecclesiæ: in foro tamen conscientiæ si verus aderat contrahentium consensus, quicunquè alius pro sponso vel sponsa respondebat, ipsis tacentibus, & non contradicentibus, validum efficiebatur matrimonium: nunc autem nisi interueniant requisita in prædicto decreto concilij Tridentini, nec in foro conscientiæ erit verum matrimonium, nec in foro Ecclesiæ præsumptum, quantuncunquè ipsis tacentibus, & non contradicentibus, parentes, vel rector, vel quicunqnè alius pro ipsis respondeat.

Palud.

Soto.

Nota. 1. ¶ Est sciendum primò, quòd consensus parentum respectu filiorum non est requisitus tanquàm de essentia, sed solùm de honestate: vt patet in capitulo. Veniens. de sponsa. & cap. Sufficiat. 27 quæst. 2. & nunc sancta œcumenica Tridentina synodus sessione. 24. capi. 1. de reformatione, anathemate damnat eos, qui falsò affirmant, matrimonia à filijs familias sine consensu parentum contracta, irrita esse, & parentes ea rata, vel irrita facere posse, & ita intelligendæ sunt leges quæ dicunt, parentum consensum exigi: nempe, non tanquàm de essentia, sed solùm de honestate.

Con. tri. ✱

Nota. 2. ¶ Est etiam sciendum secundò, non esse in terra potestatem, vt fieri possit matrimonium sine vtriusquè cõsensu: itaquòd Papa, vel Princeps non potest aliquem ad matrimonium obligare, nequè Deus eiusmodi facultatem reipublicæ tribuit, vt possit absquè consensu contrahentium connubia firmare. Probatur, nam omne vinculum, quod potestas humana potest constituere, potest dissoluere, sed Ecclesia non potest dissoluere matrimonij vinculum legimè contracti: nec ergo poterit aliquomodò constituere. Quod autem non possit dissoluere: patet ex illo Matthæi. 18. quos Deus coniunxit, homo non separet. Hanc sententiam tenet communis omnium Theologorum sententia: & ratio est, quia per tale matrimonium non aptè copula carnalis potest constare, cùm incommodissimè fiat inter inuitos. Similiter, nutritio & æducatio prolis, ac mutua obsequia non commodè inter ipsos existere possent.

Mat. 18.

Cùm

Cùm igitur matrimonium ordinetur ad hos fines, vt dictũ eſt, conſequens erit, quòd ſi iſti fines deſtruantur, quòd Deus non reliquerit talem poteſtatem Eccleſiæ: nempe, vt poſsit aliquos ad contrahendum cogere. Nec eſt eadem ratio in alijs tranſlationibus rerum & in alijs contractibus: poteſt enim princeps ex cauſa tranſferre aliquam rem in alterum inuito domino. Ratio nanq; diſcriminis eſt, quia cæteræ res eandem vtilitatẽ habere conſtat: quando authoritate principis tranſferuntur, quã habent quando authoritate veri domini, quod in matrimonio minimè contingit, cùm, vt dictum eſt, ex matrimonio coacto non ſequatur finis ipſius, qui ſequitur, quando propria voluntate contrahunt. Item, quia alij contractus cùm non referãtur ad communem conuictum, licèt non ſint voluntarij, nihil periculi adferunt: at verò matrimonium coactum ſolet habere malos exitus. Poteſt quoq; imperator in perpetuam ſeruitutem hominem redigere, ſi adſit cauſa rationabilis: non tamen in vinculũ matrimonij. Cuius differentiæ ratio eſt, quia per pœnas, atquè flagella, obſequia ſerui commodè fieri poſſunt: non autem obſequia matrimonij. Similiter nõ poteſt Eccleſia facere monachũ abſq; illius conſenſu. Neq; huic ſententiæ aduerſatur id quod habetur, de regula. li. 6. c. 1. Quòd ſcilicet, gerens habitum per annum, tranſacto anno illo probationis compellendus eſt ab Eccleſia, vt ſeruet monachatũ. Non aduerſabitur, inquam, quia illud fit, eò quòd tunc præſumitur profeſsio tacita, & ſic cõſenſiſſe præſumitur: ſicut præſumebat Eccleſia ante determinationem Tridentini concilij, eos qui poſt ſponſalia de futuro copulabantur affectu maritali, fuiſſe complexos.

¶ Annotare tandem hîc oportet, quòd quanuis non ſit talis poteſtas in terra apud ſummum Pontificem & Imperatorem, poſſet tamen Deus de potentia abſoluta vtroq; renitente aliquos coniungere. Probatur primò, quia conſenſus ſunt matrimonij cauſa efficiens ante concilium Tridentinum, vt iacet, poſt ipſum verò, adhibitis prædictis requiſitis concilij. Deus autem vicem effectiuæ cauſæ ſe ſolo ſupplere poteſt, vt abſq; ſole illuminare: ergo poteſt abſq; illorum conſenſibus duos copulare, ſicut de Adam & Æua probabile putat Palud. in. 4. diſt. 26. q. 2. ar. 2. Quod verum eſſe patet, cùm Adam dicat, Mulier quã dediſti mihi. &c. Quod non videtur dixiſſe, ſi ipſe illam acceptiſſet. Secundò probatur, nam ambigere non licet, quin Deus

Notabil.

Palud.

maiorem habeat in hominẽ potestatem, quã homo in seipsum: homines autem suis proprijs voluntatibus se inuicem possunt matrimoniali pacto colligare, si cõtrahant iuxta formam in prędicto decreto præscriptam: ergo Deus, qui Dominus est naturæ atq; adeò voluntatis nostræ, id potest absq; humana voluntate efficere. Tertiò, quia cùm Deus sit absolutus dominus non solùm nostrorum bonorum, verùm & nostrorum etiam corporum, & vitæ, consequens est, vt sicut potest bona vnius ipso inuito alteri tradere: ita possit mulieris facultatem viro facere, & virum in potestatem mulieris traddere, ipsis etiam inuitis, & talis coniunctio haberet legitimam matrimonij rationẽ: & ita potuit tanquàm dominus corporum, meretricis facultatem facere Oseæ, vt illa vteretur etiam inuita. Tametsi cùm Deus omnia disponat suauiter, nec illic credẽdum est vsus fuisse absoluta potestate, sed quòd animos Oseæ & mulieris fornicariæ conciliauit, vt in matrimonium consentirent. Et in hoc sensu iussus est Oseas facere filios fornicationis, quòd iussus est illius prolem suscipere, quæ priusquàm ipsi Oseæ in matrimonium coniuncta esset, fornicaria erat: itaq; propter turpitudinem, qua priùs mater sordebat, dicti sunt filij fornicationis, quis ex legitimo matrimonio nati.

¶XVII. DIFFICVLTAS.

Vtrùm consensum verbis, vel signis, vel factis exprimi necessum sit.

Con. af. VNica conclusione affirmatiua difficultati præsenti respondetur: nempe, consensum per verba, vel facta, vel signa æquiualẽtia, exprimi necessum esse, itaq; interior solus non sufficiat. Hæc conclusio est contra Vuitcleff, qui, vt refert Vualdensis *Th. vua.* tomo. 2. de sacramentis, c. 32. & 33. asserebat, quòd ad matrimonium contrahendum solus interior consensus sufficit. Et præter hoc quòd conclusio nostra est omnium theologorum sen- *Con. flo.* tentia, habetur diffinita in concilio Florentino, vbi expressè appellatur causa efficiens Matrimonij consensus per verba de præsenti expressus, quod in posterum intelligendum est, si expri

primatur consensus iuxta modum constitutum in Tridentino concilio: videtur etiam haberi determinata in c. Cùm autem. extrà, de sponsa. Ratione quoquè probatur, nam in matrimonio confertur virtute talis contractus potestas viro petendi debitum ab vxore, & è conuerso vxori petendi à viro: at verò per interiorem actum vxoris minimè viro constare potest, q supra corpus ipsius potestatem habeat, quia homo non potest secreta cordis alterius cognoscere, imo nec angelus, vt dicit D. Thom. 1. p. quæst. 57. ar. 4. non ergo potest petere. Et idem dicendum est de vxore. Præterea, quia cùm matrimonium sit sacramentum, & ad omnia sacramenta requiratur, quòd interueniat aliquod signum sensibile: necesse est, vt consensus exprimatur saltem per nutus, qui quidem sufficiunt etiam in contrahentibus valentibus loqui. Nec solùm requiritur expressio exterior ad hoc quòd cognoscatur: verùm etiam vt sit matrimonium, postquàm Ecclesia diffiniuit, quòd debet esse consensus mutuus expressus de præsenti: & sicut hoc requiritur ad hoc quòd sit matrimonium secundùm concilium Florentinum, ita nunc modus exprimendi consensum diffinitus in sancta Tridẽtina synodo est necessarius, vt fiat matrimonium. Intelligere tamen oportet, quòd expressio exterior est necessaria, non tanquàm causa principalis matrimonij: sed tanquàm causa minùs principalis, & causa sine qua non, quia causa principalis est interior consensus. Ex quibus euidenter elicitur, quòd non sufficit traduxisse mulierem in domum suam, nisi adsit consensus expressus, nec sufficit talis consensus expressus post concilium Tridentinum, nisi exprimatur modo præfinito in concilio: atq; adeò nec sufficiunt prædicta omnia sine interno consensu. Ostenditur hoc corollarium ex Innocentio in capi. Tuæ fraternitati. Ait enim, in puero ante legitimam ætatem verba non sufficere, quia non potest habere legitimum consensum. Idẽ in capitulo. Tua nos. Et ex Euaristo Papa in decretis suis, capitulo secundo, & adducitur. 30. quæstio 5 capitu. Aliter. vbi dicitur, quòd nisi ab his qui super fœminam dominationem habere videntur, & à quibus custoditur, vxor petatur, & à parentibus ac propinquioribus sponsetur, atq; suo tempore sacerdotaliter [vt mos est] cum precibus, & oblationibus à Sacerdote benedicatur: adulterina, contubernia, vel stupra, aut fornicationes, potius quàm legitima coniungia esse, non est dubitandũ.

D. Tho. Con. flo. Con. tri. Innocen Euarist.

Hugo. Et propter hoc dictum Hugo de sancto victore.li.2 .de sacramentis p.11.c.6.putat,quòd huiusmodi cõsensus, qui in occulto fiunt,coniugium non faciunt:nisi idem ipsi qui sibi in occulto consenserunt,eundem consensum vtriusq; in manifesto profiteantur. Non est intelligendum illis verbis velle Hugonem negare posse esse coniugium,si adsit consensus expressus,sed insinuat,quàm necessarium sit exprimere cõsensum. ✻ Verùm nãq; matrimonium contrahebatur ante sacrosanctã synodũ Tridentinam per solum mutuum consensum expressum in occulto,sed nunc iam per talem consensum non contrahitur,nisi exprimatur præsente sacerdote & duobus vel tribus testibus. Quòd autem signa consensum exprimentia sufficiant, habetur in.c.Cùm apud sedem Apostolicam,de sponsa. Patet etiam ex Hugone vbi suprà,& ex D.Tho.in additio 3 p.q.45 ar.2.ad 2 Et etiam si pater loco puellæ dicat, Sic & illa propter verecũdiam taceat:sufficit. Sufficiens què signum est,quòd verba parentum sunt puellæ,ex quo non contradicit,vt ait D.Tho. vbi suprà ad.3. Quãdo autem verba,vel nutus,vel signa defuerũt, non tanquàm matrimonium,sed tanquàm stuprum habendum & fornicationem esse arbitror,etiam si adsit animus interior. Sequitur rursus,quòd si aliquando casus contingat, sicut apud Indos istos solet cõtingere,quòd mutuò habitent,ac communicent in mutuis operibus vir & fœmina,si signa defuerũt ad cõsensum exprimendum,quantuncunq; sit cohabitatio,nõ est matrimonium. Item, conueniant in filiorum procreatione, si tamẽ communicati fuerint absq; aliqua promissione, absq; aliquo signo exprimente consensum iuxta mores suos,sine hoc quòd ipsorum parentes tale tractauerint matrimonium,non est præsumẽdum pro matrimonio,neq; sunt tanquàm coniuges legitimi iudicandi:nisi de nouo ad inuicem promittant, etiam si in animo semper habuerint se tanquàm coniuges. Hoc corollarium manifestè probatur.quia si pro matrimonio esset præsumendum, ex eo esset,quia fortè talis esset vsus contrahendi matrimoniũ apud eos:sed non est talis,imo est modus spondendi & donandi ad inuicem inter sponsum & sponsam:non ergo apparet quare ante Tri.conc. cõtractus iste sine signo vel verbo p̃cedẽti p̃ matrimonio esset iudicãdus.& post conci adhuc ista non sufficiunt,nisi interueniat præfat. forma.

Con.tri. ✻

D.Tho.

Con.tri.

Dubium. ¶ Sed dubiũ se offert hîc nõ cõtẽnẽdũ,vtràm requiratur,q̃ cõsensus

sensus vtriusq; coniugis pro eodē tēpore cōcurrat & explicetur, an sufficiat pro diuersis tēporibus: vt si vnus consentiat hodie in alterum, & alter non statim consentiat, sed crastina die, vel ab hinc vnum annū? Cui dubio duabus respondetur cōclusionibus Prior sit. Quòd quomodocunq; vnus consentiat, & deinde alter, si simul moraliter, ita quòd verba vnius succedāt verbis alterius, quanuis non pro eodē tēpore ambo consentiāt: erit matrimonium. Satis nanq; est, si vnus hodie consentiat, & alter post aliquod tempus, dūmodo qui primò consensit, non reuocauerit consensum, antequàm alius consentiret, vt statim difficultate sequenti ostendemus. cùm probauerimus matrimoniū per procuratorē vel literas esse verum, idq; indissolubile. Conclusio hæc præter hoc quòd est theologorum & canonistarū communis sententia: habetur in c. Dilectus de sponsa. & in. cap. penul. eo. titu. & ibi Hostien. & Cardi. 1. concl. Hostien. Cardi.

¶ Posterior conclusio Quanuis altera pars non reuocauerit suum consensum, si fuerit tantum interuallum inter vnius & alterius consensum, vt habeatur ac si non fuisset, non erit matrimonium: vt si dicat nunc, Accipio te in meam vxorem. & mulier post annum respondeat. Similiter, si quis modò in matrimoniū per literas consentit, & pereuntibus posteà literis negotium intercipitur, & ferè obliuioni traditur, & post septennium vel decēnium alter cōsentit, certè nō esset matrimoniū tutū, nisi prioris consensu integrato: quia iam videtur eius virtus exoluisse. Par etiam ratione, si quis dicat, Accipio in vxorem filiam talis domini: ac mittit nuntiū, existimās illum negociaturum fore in spacio trium mensium, qui tamen demoratus est tribus. vel quatuor annis: tunc nanq;, licèt ipsa consentiat post huiusmodi tēpus, nō erit matrimonium, nisi ipsius viri consensus ad illud vsq; tempus in quo ipsa consentit, perseuerauerit. 2. concl.

¶ Sed animaduertēdū est impresentiarū primò, q̄ quādo matrimoniū in facie Ecclesiæ celebratū est, quod tū inveritate nullū fuit, ex eò q̄ vnus illorū nō cōsensit interiùs, sed tātū exteriùs ad alterū decipiēdū, quātūcunq; exterior cōtractus factus fuerit nō est mātimoniū, cū ex altera parte defuerit cōsensus. Imo etiā si posteà illi nō cōsensisse pœniteat, nōq; erit matrimoniū, quousq; exp̄sse de p̄senti cōsentiat, altero coniuge de nouo simul cōsentiēte, vel in priori cōsēsu p̄seuerāte. Nā canō cois est, q̄ si tpe cōtractus nō fuit matrimoniū ex quocunq; impedimē Nota 1.

to-

to illud proueniat, nũquàm posteà fit matrimonium: nisi omnia fiant de nouo, quæ ad matrimonium contrahendum requiruntur: vt sicut sæpe accidit, q̃ contrahentes sunt affines, eò quòd illorum aliquis accessum habuit ad consanguineum alterius in aliquo gradu prohibito, postmodũ contrahunt illud impedimẽtum ignorantes, & in confessione deprehendit confessor illud non fuisse matrimonium propter occultũ impedimentũ: tũc ob
Con. tri. tenta dispẽsatione ante cõci. Tri. non debebat matrimoniũ iterũ publicitùs contrahi, ne oriretur scandalũ, sed secretò debebãt coniuges iterum mutuò consentire. Imo si alter tantũ impedimẽtũ nouerat, nõ oportebat id alteri reuelare, sed dissimulãter p̃suadere, vt se haberet pro cõiuge dicẽdo, Oẽs nubũt, nubamus nos etiã iterũ. vel dicẽdo sic, Tu nõ es vxor mea? & ipsa respõdẽte, q̃ sic: dicat ipse, Et ego maritus tuus. Hodie verò post p̃fatũ cõcilũ, adepta dispẽsatione adhuc nõ sufficit iterũ mutuò cõsẽtire, nisi seruata forma statuta in dict. cõc. cõtraxerint: quòd si seq̃tur scãdalũ ita contrahendo propter occultum impedimentum, debent recurrere ad superiorem, vtipse etiã circa modum dispenset.

Nota. 2. ¶ Secundò est animaduertendũ, quòd ex omnibus dictis elicitur, nõ sufficere consensum per verba de futuro exp̃ssum, quia vt diximus suprà, requiritur consensus per verba de præsenti
Con. flo. expressus, vt habetur diffinitũ in conc. Flo. & in c. Licet. de spõ
D. Tho. sa. duorum. & in. c. Si inter virũ, & vxorẽ, de spõsa. & D. Tho.
Th. vua. tenet idẽ in additio. 3. p. q. 45. ar. 3. & Tho Vual. li. de sacramẽtis. c. 132. vbi refellit Vuitcleff oppositũ tenentẽ, nec sufficere existimo, q̃ verba habeãt formã p̃sentis tẽporis, si sensum faciant de futuro. Ad hoc enim vt matrimoniũ fiat, necessaria sunt verba sensum de p̃senti importãtia, ita quòd nullo modo p̃deat effectus à futuro. Cætera enim oĩa sacramenta irrita sunt, si aliquid apponatur pro futuro, vt si quis diceret, Ego te baptizo pro crastino. Quo fit, vt per hæc verba, Accipio te in vxorem, si pater tuus cõsenserit, minimè fieri posse matrimoniũ: cũ sensũ de futuro faciant. Breuiter, vt omnes casus occurrentes includamus, dicimus, quòd quotiescunq; effectus à futuro tempore dependeat: nunquàm erit matrimonium, sed duntaxat sponsalia, Vnde per hæc verba, Habebo te deinceps in vxorem. verũ contrahitur matrimoniũ, quia quoad sensum & effectum sunt *præsentis* temporis. De qua re habetur expressus casus in cap.

Ex

Ex parte. extrà de sponsa. imo, vt dictum est, nec sufficit consensus per verba de præsenti expressus, post concilium Tridentinum, nisi exprimatur præsente Sacerdote & duobus vel tribus testibus.

¶ Tandem sciendum est hîc, quòd legitimus consensus potest etiam exprimi per alia verba inter homines vsitata, vt dicendo, Consentio in te tanquàm in vxorẽ. Similiter si vir diceret, Volo, quòd tu sis mea vxor. & illa, Et ego habebo te pro viro. in omnibus enim talibus contrahitur matrimonium: sed si vir diceret, Volo te accipere in vxorem. vel, Volo in te consentire tanquàm in vxorem, non esset matrimonium: nisi per istaverba, voluit de præsenti illam accipere, quia tunc esset matrimonium, vt dictum est suprà difficultate nona. *Notabil.*

¶ XVIII. DIFFICVLTAS.

Vtrùm matrimonium contractum per procuratorem vel literas sit verum & indissolubile: & vtrùm verè sit sacramentum.

QVæstioni huic duabus conclusionibus respondetur iuxta duo illius membra, & earum prior sit affirmatiua: nempe, quòd est verum & legitimum matrimonium, si seruetur forma in Trident in a sy nodo statuta. Conclusionem hanc tenet Siluester verbo, Matrimo 9. §. 9. & Caie. in additio. 3. p. q. 1. de matrimonio. ar. 1. & sumitur euidens exemplum ex sacra scriptura. Isaac enim contraxit cum Rebecca per nuntium. 32. q. 1. c. Non omnis mulier. sed non est idoneus procurator, nisi super hoc habeat speciale mandatum, & exprimatur persona cum qua debeat contrahi matrimonium, vt in. c. fi. de procu. in. 6. & l. generali. ff. de ritu nuptiarum, cauetur. Nec talis potest alium substituere, nisi de hoc habeat speciale mãdatũ. Sed aduertere opus est, q; si interim dum vadit procurator exequi mandatum, ipso procuratore ignorante & persona cum qua fit contractus, ante quàm procurator contrahat, qui misit eum ductus pœnitentia reuocat mandatum & authoritatem quam dederat ipsi procuratori, nõ tenet matrimoniũ. Sic enim habetur diffinitum in. d. c. fi. Cuiusrõ est: quia matrimoniũ, vt dictũ est, essẽtialiter depẽdet ex vtriusq; legitimo cõsensu: & nunc post cõci. ex illo cõsẽsu, & ex hoc q; pẽsente Sacerdote & duobus vel tribus testibus celebretur, & i casu iã defuit ex pte illius q; misit procuratorẽ. *1. concl.* *Siluest.* *Caieta.*

Quo

Quo fit, vt si priusq̃; illa consentiat, veniat consensus reuocatio ad procuratorem, quantuncũq̃; contrahat cum illa pro domino qui illum misit, nihil actum est etiam in foro exteriori. Sed si superuenit reuocatio postq̃; iam illa cõsenserat, si hoc Ecclesię constare potest, ꝙ scilicet ille prius dissentit: similiter non tenet matrimonium, quia nec verè nec interpretatiuè cõcurrũt consensus: sed si non cõstaret de dissensu priuato, cogeretur vir propter probationis defectum eam ducere: quia Ecclesia nõ iudicat de occultis.

Notabil. ¶ Annotato tamen, quòd ad tollendos scrupulos ne fortè fuerint consensus interrupti, laudabile est, vt in præsentia postea illi qui per procuratorem contraxerunt, eosdem contractus ratificent. Licèt enim quãdo quis primò consentit & nuntium misit, etiam si distrahatur poste à ad alia, & non aduertat, alio cõsentiẽte in foro conscientię, & Ecclesię sit verum & legitimum matrimonium, siquidem nunq̃; ampliùs reperitur dissensus postquàm consentit, & in foro Ecclesię stãdum est pro matrimonio in fauorem illius, vt habetur extrà, de re iudi. c. Duobus. nihilo minùs optimũ consilium est, posteà in prẹsentia, priores consensus ratificare.

2. concl. ¶ Quoad secundùm difficultatis membrũ est posterior cõclusio responsiua etiam affirmatiua: nempe, ꝙ matrimonium contractum per procuratorẽ vel p literas, est verum sacramentũ conferens gratiam. Hæc cõclusio est cõmunis tam iurisperitorum q̃; theologorum sententia, atq̃; adeò eam probabilissimã reputo, vt crediderim eam omnino amplectẽdam, q̃; uis Durã. in. 4. dis. 26. q. 3. & post ipsum Caie. in quęstione speciali. ad. 3. p. adiecta oppositum teneant, scilicet huiusmodi matrimoniũ non esse sacramentũ. Et probatur cõclusio tribus rationibus nõ leuibus. Prima, quia Christus dominus voluit, vt i noua lege vinculum matrimonij esse sacramentum, quod in veteri lege tantũ erat vinculum. Cùm ergo in matrimonio contracto per procuratorem sit vinculum, & ꝙ sit sacramentũ, fateri necessum est. Secunda, quoniam simpliciter Christus instituit matrimonium esse sacramentum, nullam faciendo matrimonij per procuratorem vel literas contracti exceptionem. Tertia ratio est, quia cùm matrimonium sit indissolubile, & esse sacramantum neutiq̃; licet ambigere. Quòd si est sacramentum & gratiam confert, sic per procuratorem contrahentibus nõ ponentibus obicem.

Duran.

Caieta.

Nec

Nec nocent argumenta, quæ facit Caie. pro contraria sententia. Illud enim, quòd nullum sacramentum suscipitur per procu rarorem, quia cùm sit passio personalis, requirit actionem personæ præsentis, cuius ministerio gratia conferatur, vt liquido patet in cæteris sacramentis, facilè diluitur: tum, quia hoc est peculiare huic sacramento: nam cùm sit contractus naturalis, & materia eius & forma non sint nisi actus contrahentium, vt dictum est, potest perfici in eorum absentia: tum etiam, quia in matrimonio sic contracto est vera actio vel passio sensibilis, explicans voluntates contrahentium per procuratores. Non obstat illud quod obijcit, quia si sacramentum esset, sequeretur, vt sæpe dormientibus, nullaq; eis tunc applicata actione, gratia conferretur: quod non apparet intelligibile. Non, inquam, obstat, nam sicut pueris ante vsum rationis infunditur gratia baptismalis: & quèadmodum non est inconueniens, quòd detur gratia dormiẽtibus virtute præcedentis actus, si priùs erant in gratia: ita, si qui misit procuratorem, est in gratia, vel cum sufficiẽti attritione, quando alius consentit in matrimonium, dabitur ei gra etiã dormiẽti, & similiter quando procuratores vtrinq; missi cõueniũt. Coëũt nãq; tũc cõtrahẽtiũ cõsensus p procuratores, q se habẽt vt materia & forma. & ideo dabitur eis tũc gra etiã dormiẽtibus. Vnde non est absurdum, inquit Soto, concedere, quòd nouum committunt peccatum, si dum verisimiliter coniectantur conuenturos mutuos consensus, obicem culpæ, gratiæ opponunt. *Caieta.* *Soto.*

¶ Sciendum est hîc vltimatẽ, quòd vt matrimonium fiat per literas, requiritur vt ille cui literæ mittuntur, exprimat consensum suum, vel illi à quo missæ sunt, vel alteri nũtio. scilicet procuratori, alioquin nullum fit matrimonium, quia requiritur consensus expressus, itaq; si non expressit nuntio deferenti literas: tunc demum erit matrimonium, quando exprimet consensum illi à quo missæ sunt. Facit pro hoc capitu. Honoratur. 32 qui est 2. & idem tenet Hostien. & Siluester vbi suprà. §. 12. *Notabil.* *Hostien.* *Siluest.*

✻ Circa istud notabile annotare opus est, quòd post sacrosanctam Tridentinam synodum non sufficit, vt illæ cui literæ mittuntur, explicet suum consensum illi à quo missæ sunt vel nuntio. scilicet, procuratori, vt contrahatur matrimonium, nisi illũ explicet seruata forma illic statuta. *Con. trid.* ✻

¶ XIX. DIFFICVLTAS.

Vtrùm

SVMMARIVM

Vtrùm quando quis dolosè & verbis fallacibus de præsenti contraxit cum aliqua, asserens se habere consensum quem verè non habet, teneatur in conscientia eam ducere.

PRO PRÆSENTIS DIFFICVLTAtis decisione, distinctio bimembris præmittenda erat ante œcumenicum Tridentinum concilium: nempe, quòd aut illa erat eiusdem conditionis & status, aut diuersi. Et siquidem erat sibi æqualis, vel quasi æqualis, tunc erat prima conclusio, quòd si nondum se ad alias nuptias transtulerat ille, qui sic puellam deceperat, eam accipere in coniugem tenebatur sub mortalis peccati reatu, nec erat absoluendus quousquè illam duceret. Hæc conclusio præter hoc quòd habetur in iure. extrà de adulterijs c. 1. & 2. est omnium Theologorum sententia. Illam nanq; tenet D. Thomas in distinct. 28. ar. 2. ad. 4. Scotus in. 4. distinct. 30. q. 1. Adrianus in. q. 2. de matrimonio. Siluester in verbo Matrimonium. 4. §. 8. Rationibus quoq; probatur. Prima, quia ille intulerat puellæ grauissimam iniuriam, quam resarcire non poterat aliavia, quàm eam in vxorẽ accipiendo: tenebatur ergo eã ducere: Secunda, quia quemadmodum siquis modo post sacrũ Tridentinum concilium contrahat sponsalia per verba de futuro seruata forma illic statuta, tenetur eam ducere: ita si ante cõcilium contraxerat præfata sponsalia de futuro, tenebatur sub pœna grauis peccati mortalis eam in coniugem accipere, & à fortiori tenebatur si per verba de præsenti cum aliqua contraxisset, & habuisset rem cum illa carendo interiori consensu. Nec solùm est intelligenda conclusio ista, quando illa quam deceperat, aut vi oppresserat erat virgo, verùm etiam si non esset virgo: nam quantis quando virginem defloraverat, maiori obligatione eam ducere tenebatur: nihilominùs & si non esset

1. concl.

D. Tho. Scotus. Adrian. Siluester

virgo

virgo teneretur ipse verba sua solida facere, veluti in quibuscunq; aliis contractibus & promissis, in quibus interuenit, Do vt des, vt egregiè docet Dominicus à Soto in. 4. di. 27. q. 1. ar. 3. *Soto.*

¶ Annotare oportet, me signanter dixisse, Ante sacrum œcumenicum Tridẽtinum cõcilũ, quando clandestina Matrimonia erant valida, nam hodie post ipsum concilium, si verbis illis fallacibus de præsenti clàm cùm illa contrahat, asserens se habere consensum quem verè non habet, non videtur quòd teneatur eam accipere in coniugem, cum iam matrimonia & spõsalia quæ illo modo contrahuntur, non sint valida: nec præsumi potest, eam deceptam fuisse, cum certa forma contrahendi in prædicto sacro sancto concilio sit statuta & apposita, quæ in huiusmodi clandestino contracto non fuit seruata. videtur tamen mihi, quòd eam dotare teneatur ratione nocumenti. Quid autẽ sit dicendum, si prædicto modo: scilicet, dolosè contrahat, seruata tamen forma concilij, statim docebimus. *Notabil. Con. tri.* ✻

¶ Secunda conclusio. Si erat magna disparitas inter illos, ita quòd erat multò melioris conditionis ac status vir, aut aliquod fraudis signum euidens fuerat ex parte ipsius mulieris, vel ex verbis viri & honis coniecturis facilè poterat deprehendi fallacia non eam ducere tenebatur. Probatur, nam tunc probabiliter poterat præsumi eam deceptam non fuisse, sed se deceptam finxisse, quia videbatur apparens ipsam consensisse. Tenebatur tamen tũc illam dotare iuxta modum dotis, quam virgines suæ conditionis & status accipere consueuerant: quòd si fuerat nimis leuis in credendo, fortè neque in integrum eam dotare tenebatur, etiam si eam virginem inuenisset, sed ad arbitrium prudentium compensare illi, pensato ex vna parte dãno, & ex altera, quòd ipsa censebatur sua sponte voluisse decipi. Et eadem ratione quando erant eiusdem conditionis ac status vir ipse & puella, si ipse iam esset impeditus ratione Matrimonij sequentis legitimi, in quo consenserat, tunc non tenebatur eam ducere, imo non poterat secunda viuente: attamen eã dotare tenebatur, & ista secũda mortua eam quam deceperat, tenebatur in coniugem accipere. Hæc tamen sic dicta intelligẽda erant, quantùm ad conscientiæ forum, quia quantùm ad forum iudiciale misto casu, si mulier poterat probare contractum de præsenti, vel de futuro, & copulam sequentem, cogebatur vir illam ducere in vxorem, nec admittebatur 2. *cõcl.*

p[illegible]

probatio in contrarium, vt notatur in c. Isqui de spõsa. Nonta men debebat etiam præcipiente Ecclesia redire ad primã illã decepta, alia viuente, sed potiùs humiliter excõmunicationẽ pati debuisset: attamẽ taliter cum secunda habitare debebat, q̃ inde scandalum non generaretur. Nam si secus contingeret, ire ad aliam patriam tenebatur cum secunda. Et si clariùs scire cupis, quamobrem illum compellebat Ecclesia habitare cum prima, tibi respondetur, quòd quia erat præsumptum matrimonium cum illa. Quæ omnia secundùm iura antiqua vera & in vsu fuerunt. ✻ Nunc autem secundũ ius nouũ sacri Tridentini cõcilij, si vir cuiuscunq; conditionis sit, siue publicè siue occultè, siue veris verbis, siue dolosis contrahat cũ aliqua, siue inferioris cõditionis & status, siue æqualis nõ seruata forma in pdicta synodo statuta & apposita, nec erit verum matrimonium in foro interiori, nec præsumptum in exteriori, vt ex antedictis liqdò patet, atq; adeò nec sponsalia, nam prohibito matrimonio, prohibẽtur etiã spõsalia, vt patet. l. Ofo ff de sponsa. Sed licèt hoc verũ sit: nẽpe, quòd ita contrahendo per verba de præsenti non fit matrimonium, nec si per verba de futuro fiunt sponsalia, atq; adeò nec ex hoc capite teneatur puellam ducere: attamen si ei promisit etiam verbis fallacibus cauendo interiori cõsensu, se posteà illam in coniugem accepturum iusta formã ab Ecclesia traditam, & ipsa illi tanquàm viro probo & studioso adhibens fidem, permisserit se ab illo cognosci: si verè & realiter fuit decepta, & non potiùs deceptam fuisse se finxit, crediderim [sub peritorũ censura] quòd tunc teneretur in conscientia eam ducere, vel saltem dotare, pensato modo & quantitate dotis, quam virgines tuæ conditionis & status accipere consueuere, secundùm arbitrium sapientum atq; etiam existimarem, quòd posset ac deberet à confessario ad id persuaderi, quamuis ab Ecclesia non possit compelli. Hæc sententia videtur multis suaderi posse triplici ratione. Prima, quia huiusmodi vir iure naturali tenetur resarcire & recompensare nocumentũ & grauissimam iniuriam, quam puellæ intulit. Secunda, quia ex hoc quòd sic maneat obligatus, non sequuntur mala, quæ ex matrimonio & ex sponsalibus clandestinis, ex quo erant valida, seq̃bãtur, quibus volens sancta synodus succurrere, annullauit huiusmodi contractus. Tertia quia maximum discrimen est inter cõtractum per verba de p̃senti, vel de futuro celebratũ absq; forma

Contri. ✻

forma concilij ex vna parte,& istam promissionē ex alia,nam illic cùm non fiat secundùm formam statutam & appositam ab Ecclesia:non debet præsumi eam deceptam fuisse,sed se decepta finxisse, vt in calce primæ conclusionis docuimus: in nostro verò casu bene præsumitur deceptio, imo vt supponitur, verè & realiter fuit decepta. At verò si forma prædicta seruata contrahat cū illa,quantuncunq; verbis dolosis & fallacibus, fingens se habere consensum,quem verè non habet,sive ambo sint eiusdem conditionis & status,vt dicitur in prima conclusione,sive longè diuersi,vt dicitur in secunda, nihilominùs talis vir in foro iudiciali cogeretur habitare cum illa, & in foro animæ teneretur adhibere cōsensum,& cùm iterum in facie Ecclesiæ contrahere non valeant citra scandalum, & fieri Matrimonium non possit quousq; de nouo mutuus vtriusq; consensus simul concurrat,ante cōci.Tri.necessū erat,vt ille qui sciebat impedimentū,subtraheret ab altero coniuge illud ignorāte suū consensum cum maxima cautela:quod hodie post concilium intelligendum est,ad modum quē in.17.difficultate docuimus.Si verò priusq; de nouo consentiat alibi, vbi matrimonium primum ignoratur,verè cum alia contrahat & iuxta formā præscriptā in concilio,& cum illa diu illic manere nō possit,quin notitia primi matrimonij ad aures in loco illo habitantium perueniat:ad patriam longinquam & maximè remotā atq; distantem cum illa secunda ire tenetur,& cum illa illic manere,vbi talis notitia haberi non possit.

¶ Animaduertendum est hîc, quòd quatuor sequentes casus tantùm locum habuerunt ante prædictum concilium:decreui tamen illos lectori proponere,tum pro Matrimonijs ante illud celebratis dignoscendis:tum etiam,vt nihil iuris antiqui ignoret.Primus casus erat,quòd aliquādo nō admittebatur probatio in Matrimonijs præsumptis. Erat enim casus expressus in cap.Continebatur,de desponsa.impube.vbi habetur, quòd si vir dicat,se cognouisse suam sponsam cum qua in eadem domo habitabat,ei credatur,si hoc iuret,nisi mulier vellet se virginem probare per aspectum sui corporis.Nam si inuenta fuisset virgo,elidebatur præsumptio prior,quæ erat pro viro,ca. Proposuisti.& ad hoc verificandum tradenda erat ipsa mulier septem probis matronis,quæ omni seruata honestate, eam visitarent,vt dicitur in dicto,c.Proposuisti.Aliquando autem non

Notabil.

admittebatur probatio. Erat enim casus de conditio. apposi. c. De illis & capitulo. Per tuas. vbi habetur, quòd qui contraxit sponsalia sub conditione, si ante conditionis euentum cognoscat ipsam mulierem, præsumitur eam affectu maritali cognouisse, & per hoc præsumebatur recedere à conditione.

¶ Secūdus casus erat & cōis in. c. Is qui. de spōsa. vbi habetur, quis qui spōsam de futuro cognouit post sponsalia, præsumitur eam affectu maritali cognouisse, ac proinde Matrimonium esse præsumptū. Secus tamen erat, quando eā priùs cognouerat, & posteà eam desponsauerat per verba de futuro, & eam amplius non cognouerat, quia tunc non dicebatur Matrimonium præsumptū, licet aliqui neoterici iuristæ cōtrarium tenuerint.

¶ Tertius casus erat, in quo Ecclesia ante præfatum sacrosanctum concilium Tridentinum iudicabat esse Matrimonium: quando contraxerat cum impubere, & in qua malitia non supplebat ætatem, per verba de præsenti: quia solùm erant sponsalia de futuro iuris interpretatione, vt dictum est, verùm si post quàm puella effecta erat adulta, recipiebat à suo spōso iocalia vel vocando se coniuges, vel se amplexando, aut osculādo vt coniuges: ex his præsumebat Ecclesia, quòd de nouo consentiebat: & sic erat Matrimonium præsumptum. Casus iste habetur in capitulo vnico. §. secundo. de desponsa. impuber. libro sexto.

¶ Quartus casus habetur in capitulo, Proposuit. de coniug. seruo. vbi dicitur, quòd si liber homo ignoranter contraxit cum ancilla, nullum est Matrimonium: tamen si postquàm sciuit eam esse ancillam, carnaliter eam cognouit: præsumitur, quòd affectu maritali, ac ex consequenti ante concilium erat Matrimonium præsumptum, & quod dictum est de muliere in his casibus intelligebatur etiam e conuerso de viro. Concludendo igitur dicimus, quòd in omnibus his casibus & in aliis si qui alijs pertantur in iure, erat Matrimonium præsumptum præsumptione iuris, & pro tali iudicabatur in foro exteriori, nec admittebatur probatio in contrarium etiam cum iuran ēto, & qui hęc Matrimonia non volebat seruare, detrudendus erat in carcerem, donec etiam inuitus ea seruaret, vel ad hoc compellēdus erat per censuram Ecclesiasticam si iudici visum foret capitulo. Ex literis. & capitulo Ex parte. extrà de sponsa & matrimonijs. Ex dictis constat iam quo pacto ante sacrosanctum concilium

lium, quando quis negabat, se consensisse in Matrimonium, quod verbis contraxit: si verba legitimè probabantur, Ecclesia in fauorem Matrimonij sententiam proferebat, illud habens pro rato, licèt nonnunquàm in foro conscientiæ nullum fuerit. Signanter dixi, casus istos locum habuisse in Matrimonijs ante prædictum sacrosanctum concilium celebratis, quia nunc post eius promulgationem, neutiquàm per consummationem copulæ, nec ex eò quòd puella cùm venerit ad ætatem adultam, recipiat iocalia à sponso suo. &c. datur Matrimonium præsumptũ, atquè adeò nec si liber homo verbis de præsenti etiam publicè contrahat cum quacunquè muliere siue libera siue ancilla, etiãsi eã postquàm scit esse ancillam, carnaliter affectu maritali cognouerit, in foro interiori verum Matrimonium censebitur, nec in exteriori præsumptum iudicabitur, nisi secundùm formam in prædicta synodo statutam & appositam, fuerit celebratum.

¶ Sed adhuc in foro conscientiæ ante prædictam sacrosanctam Tridentinam synodum oriebatur dubium idquè grauissimum, quod etiam [vt videbimus] in aliquo casu nunc locum habet. Dubium, inquam, erat, vtrùm quando alter coniugum negabat se consensisse, alius posset ad secunda vota commigrare. Primum exemplum erat ex parte viri, vt si secretò & sine testibus acceperat Mariam in vxorem, verbis fallacibus exprimens consensum, vt suam libidinem expleret, & taliter illam seduxerat, vt ipsa existimaret verum fuisse Matrimonium, postmodùm verò se consensisse negabat, & sic eam relinquebat perplexam. Secundum exemplum erat ex parte fœminæ, vt si ipsa postquàm consenserat metu parentum, dicta retractabat, ac dicebat se non consensisse: & idcirco virum ancipitem relinquebat. Dubium, inquam, erat, vtrùm in istis casibus posset coniux, qui sic anceps manebat, citra mortale crimen ad alias transire nuptias, vel an teneretur expectare alterum coniugem quousquè resipisceret. Et subiungebatur aliud dubium, vtrùm persona docta licitè posset, ei cui constat de promissione facta, & consensu verbis de præsenti expresso, quem alter negabat, consulere, vt aliam duceret vxorem, vt in casu præmisso. Quoad primum dubium ante sacrum Tridentinum concilium, hac prima conclusione satisfiebat, vt vir qui consenserat in aliquam, & ipsa similiter cõsenserat ne-

Dubium. Con. tri.

expreſſam promiſsionem: ſi ſimul in vnum per multum tempus permanſerant, poſteà verò ipſa dicente, ſe non conſenſiſſe, & diuertente à viro propria authoritate, non poterat aliam licitè ducere. Cõcluſio hæc oſtendebatur manifeſtè ex eò quòd qui facit contra conſcientiam, ædificat ad gehennam, ſed qui ſtatim, vt vxor negat, aliam ducit, facit contra conſcientiam, ergo peccat. Agit enim contra conſcientiam, quam habet de conſenſu explicito verbis vel ſignis. Item in dubijs tutior pars eſt eligenda: ſed dubium eſt, vtrùm talis verum dicat, vel mentiatur, & probabilius eſt, ipſam mentiri, cùm non reuocauerit conſenſum ſtatim, ſed per longum tempus ſimul habitauerunt, tutior ergo pars eſt non ducere aliam. Quare, non licebat viro aliam ducere ſolùm quia vxor dicebat ſe non conſenſiſſe. Tenet iſtam ſententiam Hugo de ſancto victore, in libro de ſacramentis. p. 11. capitulo ſexto vbi dicit neque Eccleſiam dare licentiam, vt aliam ducat, ſed debet expectare ipſam, ſi non poteſt teſtibus conuinci, & ipſi in pœnam [quia clandeſtinè contraxit] non dare licentia, vt contrahat cum alia. Idem quoque tenet Ricardus in quarto diſtinctione. 19. ar. 1. quæſt. 3. nam dicit, quòd vir non tenetur ei credere: ſi poſteà neget ſe conſenſiſſe, quoniam præſumitur, eam mentiri, vt eſt determinatum in capitulo. Pertuas. de probatio. Ex hac concluſione eliciebatur à fortiori nullo modo tali viro licere aliam ducere, quando illi conſtabat de conſenſus mulieris expreſsione, & ipſa poſteà omnino negabat ſe conſenſiſſe expreſſè. Non, inquam, licebat aliam ducere vſquè ad mortem primæ, cum qua expreſſerat conſenſum: maior nanquè ratio erat, quòd poſſet tranſire ad aliud Matrimonium quando alter negabat ſe conſenſiſſe in corde, quàm quando negabat conſenſum expreſsiſſe, ac verba protuliſſe, quia cordis arcana nulli poſſunt eſſe nota, niſi ſoli Deo, verba autem ſic.

Ricard

¶ Quoad ſecundum verò dubium erat hæc ſecunda concluſio in ordine reſponſiua. Sicut viro ſeu fœminæ certo ſcienti certitudine morali alium conſenſiſſe, qui tamen negabat ſe conſenſiſſe, ac promiſiſſe, nullo modo licebat commigrare ad alias nuptias citra mortale crimen: ita nec licebat ſapienti ei conſulere, vt aliam duceret. Probatur, nam qui conſulit peccatum, vel mouet ad illud, peccat: at verò

quis

qui consulebat huiusmodi homini sic perplexo circa consensum vxoris, aliam ducere, consulebat peccatum, cùm ipse peccaret aliam ducendo, quia agebat contra conscientiam habendo propriam coniugem viuam, ergo qui consulebat peccabat. Digni enim sunt morte [ait Paulus Roma. 1.] nõ solùm qui mala faciunt: sed & qui consentiunt facientibus. Multò ergo magis digni erunt morte consulentes. Faciebat enim pro hac sententia tex. in. c. Mulieri. de iure iurando. vbi innuebatur, quòd mulieri asserenti, quòd aliquis sibi promisserat quod ille negat, & alias probationes non haberet, iudex non deberet dare licentiam contrahendi matrimonium cum alio, ne autor periurij videretur, neq; deberet prohibere, quòd cum alio contraheret, ne si fortè falsum iurauerit, matrimonium legitimum impediret, sed suæ conscientiæ esset relinquendum. Præterea, quilibet tenetur non scandalizare proximum, sed in casu isto, qui consulebat aliam ducere, scandalizabat proximum, quia dabat occasionem ruinæ, vt dictum est, non igitur licebat ei consulere, vt aliam duceret, neq; Episcopo licebat absoluere alterum affirmantem consensisse, neq; poterat illi dare licentiam, aut consulere, vt aliam duceret, alias peccatum consuleret. Solùm nanq; tunc Episcopus declarabat, quòd non erant compellendi ad cohabitandum, cum vno negãte, nullam probationem alter adduceret. Ro. ca. 1.

¶ Tertia conclusio erat. Viro seu fœminæ, quæ persuaderi poterat ex probabilibus & verosimilibus coniecturis ad arbitriũ prudentis viri in altero coniuge cõiugalem consensum defuisse, licitum erat, transire ad secunda vota, & similiter licitum erat viro sapienti habenti huiusmodi coniecturas consulere hoc. Ita Couarruuias. 2. p. captulo secundo in suo de matrimonio, & Silvester in verbo, Matrimo. 4. §. 9. asserunt. Iudici verò stando in foro iudiciali minimè hoc licebat consulere. Eiusmodi autem coniecturæ erant sequentes: nempe, si ille qui negabat se consensisse quando præcesserant verba expressa vel signa inter illos de matrimonio, vel quando præcesserant verba à parentibus vel consanguineis, etiam de matrimonio ilico reuocasset, & patefecisset, quòd non consenserat, vel monstrabat hoc factis fugiens à consortio, vel quia inter eos erat magna disparitas generis, vel diuitiarum, status vel conditionis, ita quòd erat tam impar, quòd non erat verisimile, illum istam 3. concl. Couarr. Silvester

in vxorem accepisse,& præcipuè,si aliquod aliud signum fraudis apparebat,per quod poterat probabiliter præsumi q ipsa non fuerat decepta,sed se decipi finxerat,& vir erat probatæ vitæ,putà,quia omni anno confitebatur,& communicabat, & conuersabatur cum viris bonæ vitæ,& inde ad secunda vota iam transierat. Nam viro non contrahente non erat tutum,q ipsa contraheret. Eodem modo si puella,quæ consentire se dixerat,consensisse negabat verisimilibus coniecturis metum patris probans,si erat fœmina aliàs bonis moribus imbuta,& alteri viro iam copulata, tunc tutò poterat vir prior alteram sibi matrimonio sociare. Si tamen coniecturæ præteriti consensus essent vehementes:quia scilicet non erant forte adeò dispares, neq; erat verisimilis metus,& talibus verbis & modo vir consenserat,vt ipsa arbitrio sapientum non posset non credere illum consensisse,præsertim si post notabile tempus, vt dictũ est in prima huius dubij conclusione,id negauerat, quia tunc vera vxor quanuis adiurando ipse negaret,& ad alias transiret nuptias,non deberet illi fidem adhibere:nam vt habetur.c. Pertuas.de probatio. Nimis indignum est, vt quod sua quisq; voce dilucidè protestatus est,in eundem casum proprio valeat testimonio infirmare. Quocirca, nec poterat ipse alteri nubere: quòd si de facto nupsisset,matrimonium nullum esset,sed prorsus deserendum,quanuis pluribus esset iam liberis fœcundũ: non obstantibus quacunq; seditione & scandalo. Deserendum, inquam,quoad thorum:quoniam neq; poterat illa debitum petere,neq; viro reddere,sed mortem deberet potius sustinere, quàm reddere :imo licèt coniecturæ non essent tã vehemẽtes, sed essent tam certæ,q ad arbitrium sapiẽtum essent virinq; pares,ita quòd facerent rem dubiam,nec quiret ad secundas migrare nuptias ,aliàs tunc etiam ageret contra conscientiam.

Notabil. Con.tri. ¶ Annotare hîc oportet,me signãter dixisse ,Ante sacrosanctã Tridentinam synodum,nam hodie post ipsam synodum, quan tũuis per magnum temporis interuallum simul habitent, si nõ contraxerũt seruata illa forma quam concilium ordinauit:scilicet,in præsentia Parochi,& duorum vel trium testium, non habent locum huius difficultatis conclusiones,vterq; nanq; illorum potest tunc propria authoritate cum alio contrahere, & cuicunq; etiam licet ei illud consulere. At verò si seruata forma prædicta contraxerunt,locum habent omnes tres præfatæ

conclu

concluſiones, nam non ſolùm ſi ipſa dicat, quòd aliquo metu le ui ſibi à parentibus illato, conſenſit, ſed etiam ſi conſtet viro me tum huiuſmodi fuiſſe in virum conſtantem cadentem, & pari ratione ſi conſtet fœminæ virum voluiſſe illam decipere: nihilo minus, non licet illi in eodem loco & patria, vbi ſciri poteſt primum matrimonium illam relinquere propria authoritate, & aliam ducere, nec viro ſapiẽti illud conſulere. Ratio eſt euidẽs, quia ſemper ſcandalum oriretur, & tenemur non ſcandalizare proximos, imo nec Eccleſia illud permitteret, quouſq; ordine iudiciario talis metus vel deceptio conſtaret, & primum matrimonium pro non rato ab Eccleſiaſtico iudice daretur. Secus tamen eſſet dicendum, ſi tunc ſe ad aliam prouintiam remotam ac valde diſtantem tranſferret, vbi neutiquàm matrimoniũ primum innoteſci poſſet: nam tunc illic non tantùm ſi ei de diſſenſu alterius coniugis conſtaret, verùm etiam ſi de hoc ex prædictis probabilibus & veroſimilibus coniecturis perſuaſus eſſet, ad ſecunda vota ei tranſire liceret, & viro ſapienti huiuſmodi coniecturas habenti hoc ipſum conſulere.

¶XX. DIFFICVLTAS.

Vtrùm poſtquàm coniuges habent ad inuicem in ſe poſſeſſionem, & incipiunt dubitare de matrimonio, liceat petere debitum coniugale.

IN hac quæſtione, vt certa ab incertis ſeparemus, annotare oportet, quòd quæſtio hæc non habet locum, quando alter coniugum habet coniecturas certas, quòd alter habuit conſenſum, vt in caſu poſito in præcedenti difficultate: nam tunc non tantùm poterit reddere, verùm etiam petere, quantuncunq; alter neget ſe conſenſiſſe: deberet tamen illi ſic neganti, petenti denegare debitum, atq; ei obijcere, quare ab illo petat debitum, cùm fateatur ſe non habuiſſe conſenſum, & idcirco quòd ſi vult vt illi reddat: quòd conſentiat tunc: quod quidem non ſolùm ante concilium, ſed nunc poſt ipſum videtur poſſe verificari, vt in caſu quo verbis fallacibus ſed ſeruata forma contraxit, & poſtea negat ſe conſenſiſſe. Nec etiam habet locum quando certò quis cognouit non eſſe verum Matrimonium, ſiue bona fide ſiue mala à principio contraxerit matrimoniũ cũ ſecunda. *Notabil.*

Quia cum tali certitudine nec exigere nec reddere potest debitum, etiam aduenientе præcepto Ecclesiæ. Habetur nãq; hoc expressè in c. Inquisitioni extrà. de sen. excom. & in c. Dominus, de secundis nuptijs. vbi determinatum est, quòd si quis cõiugum sit certus de vita prioris coniugis, nullo modo liceat ei petere, nec reddere. Quilibet enim tenetur sub mortali peccato non accedere ad alienam, & si sit fœmina non accedere ad alienum, siue sit exigendo siue reddẽdo. Dixi, Etiam si adsit Ecclesiæ præceptum, quia Ecclesia non potest id quod illicitũ est, ac iure diuino & naturali prohibitum, licitum facere. Non igitur poterit facere quòd sit licitum accedere ad alienam, cùm sit fornicatio, quæ iure diuino & naturali est prohibita. Quocirca, quando pro certo scit impedimentum coniugij, debet potiùs excommunicationis sententiam humiliter sustinere, quàm per carnale commertium peccatum mortale perpetrare. Ex his iam euidẽter colligitur, sententiam Magist. sen. in distinct. 38 in 4. & Hugonis. li. 2. de sacramentis. p. 11. c. 6. esse falsam, q dicunt, quòd in casu quo est certa de alio coniuge, licet ob Ecclesiæ præceptum non suo commisceri. Nec etiam habet locũ quæstio, quando habet suspicionem ex leuibus coniecturis. Nã tunc ad pastoris consilium illam deponere debet, & sic reddere & petere, vt habetur in dicto cap. Inquisitioni. Restat ergo iam propositam difficultatem solùm habere locum, quando est dubium formatum: nempe, quando sunt æquæ rationes pro vtra q; parte, vt si vxor bona fide credens primum matrimoniũ non esse legitimum, quia vir dixit se non consensisse, aut esse cõsanguineos, ad secundas nuptias se trãstulit, quibus celebratis ambigere probabiliter incipit, primum matrimonium legitimum fuisse, atq; adeò secũdum nõ esse solidum, aut dubitare incipit, secundum maritum esse sibi consanguineum. Similiter, contraxit vir cum aliqua muliere, & post coniugium occurrit ei dubium, an sit matrimonium, eò quòd antequàm cum illa contraxisset, accessum habuerit ad consanguineam illius in. 4. gradu ante concilium vel post concilium in. 1. vel. 2. Aliud exemplũ. Quædam mulier cõtraxit matrimonium bona fide putans priorem maritum mortuum esse propter dictum cuiusdã viri magnæ authoritatis: posteà autem ad dictum alterius tantæ authoritatis asserentis illum adhuc viuere, formauit æquale dubium pro vtraq; sui parte, an viuat, vel non, ac proinde an sit matrimonium

Mag. sen. Hugo.

monium cum isto secundo, an non. In hoc ergo casu quæritur, an possit non tantùm reddere, sed exigere debitum coniugale ab eo, quem secundo loco duxit. Et pro huius difficultatis pleniori intelligentia, præiacenda sunt à nobis quædam fundamenta, quorum primum est. Quòd quando necesse est in alterũ duorum extremorum incidere: licitum sanctumq; est, vt euitetur magis periculosum, eligere minus, vt quando occurrunt duo præcepta, naturale scilicet & positiuum, quorũ alterum necesse est frangere: potius frangendum est positiuum, quàm naturale, & sic in alijs. Hoc fundamentum habetur in. c. Duo mala. 13. dist. ex concilio. Toletano. 8. *Con. tol.*

¶ Secundum fundamentum est. Si aliquid faciendo quis exponit se periculo peccandi, non illud faciẽdo nulli se periculo cõmittit, vt si dubitat, an hodiè sit præceptum de ieiunando: si comedit, exponit se periculo peccandi mortaliter, siquidem qui amat periculum, peribit in illo. Ecclesiasti. 3. Si verò nõ cenat, nulli se periculo committit. *Eccle. 3.*

¶ Tertium fundamentum est. Quòd dubium potest esse practicum, vel speculatiuum. Est enim speculatiuum, quando mulier dubitat, si est vir suus an non, vel quando milites dubitãt, si est bellum iustum vel iniustum. Practicum verò est ipsa operatio, vt dubitare, an reddere debitum huic sit bonum vel malum.

¶ His fundamẽtis sic prælibatis sit prima conclusio. Coniux in dubio practico pari ex vtraq; parte constitutus, si illud a mouere non potest, siue à principio bona fide contraxisset, siue mala, & siue alter coniux tantùm sciat impedimẽtum, & sit dubius, siue ambo, semper tenetur in cõscientia alteri coniugi petenti debitum reddere, imo etiam si qui petit faciat contra propriam conscientiam petendo, vt si mulier priùs votum castitatis emisit, posteà autem aliqua carnis tentatione agitata petat à suo viro debitum, quãuis vir sciat illud: nempe, quòd propter illud impedimentum peccat vxor petendo, nihilominùs ei reddere tenetur. Imo non solùm hoc, verùm etiam si de eius cõsensu fecit votum, tenetur petẽti debitum reddere, licèt petere nequeat. Poterit tamen ille facultatem quam illi fecit, reuocare, vt ait Augustin. c. Manifestum. 33. q. 5. Hanc conclusionem tenent grauissimi doctores. Illam nanq; tenet Petrus Paludanus in. 4. dist. 36. q. 2. ar. 3. Siluest. verbo, Matrimo. 8. §. 3. & verbo, Matrimo. 6. §. 8. & Soto in. 4. dis. 41. q. 1. ar. 5. ad. 3 Habetur quoq; hæc *Augustin. Palud. Siluester Soto.*

hæc ſententia in.c.Dominus.de ſecundis nuptijs.& in. c. Inquiſitioni. Et probatur apertè ex primo fundamento, quia non reddendo exponit ſe periculo maiori, quàm reddendo: quãdoquidem negando debitum exponit ſe periculo committendi iniuſtitiam,& reddendo tantùm exponit ſe periculo fornicandi. At fornicatio culpa minùs grauis eſt, illicitum igitur erit debitum negare cum tali dubio. Præterea, in re ambigua ſemper ſtandũ eſt determinationi Eccleſiæ, vt ex.c. Maiores. extrà de Baptiſmo patet, vt quando milites dubitant an bellum ſit iuſtum an in iuſtum, dicit Auguſt. cuius verba habentur 23.q.1.c. Quid culpatur. ꝙ ſi princeps præcipiat, tenetur obedire ſuppoſito, quòd habet princeps verum dominium ac legitimam poſſeſsionem ſuper ipſos milites: quia ſi non haberet, non tenerentur obedire. Cæteris enim paribus, ſemper melior eſt conditio poſſidentis, vt habetur de regu. iuris in. 6. regu. 65. Cùm igitur alter cõiux habet poſſeſsionem ſuper corpus alterius in dubio conſtituti reddere debet exactus, iſte qui ſic eſt dubius, quia ẽ hoc ſaltẽ obedire Deo præcipienti reddere vnicuiq; quod ſuum eſt: quia in dubijs parendum eſt. Ex hac concluſione & eius probatione euellitur Adriani opinio in. 4. q. 2. de matrimonio & quolibeto. 2. ar. 3. & Scoti diſt. 30. q. 1. & Ricardi diſt. 27. ar. 10. q. 4. q omnes vnanimiter conſentiunt in hoc, quòd ſic dubius nec poteſt petere nec reddere. Nec opus eſt impreſentiarum adducere argumenta, quæ faciunt pro hac ſententia: cùm ex dictis facili negocio ſolui poſsint. Omnia enim habent locum quãdo qui petit, non habet legitimam poſſeſsionem,& quãdo non ſe exponit maiori periculo non reddendo: tunc nanq; non tenetur reddere petenti, qui ſic dubius eſt. Vnde, qui probabiliter dubitaret an vxor ſua ſit ſerua, quando bona fide credẽs eſſe liberam duxerat, non tenetur orto tali dubio ei reddere petẽti, quia magnum damnum incurrit reddendo: nam ſi in tali dubio reddat: remanebit per totam vitam cum illa: quod quidem in hac noſtra cõcluſione minimè locum habet, quippe cùm legitimã poſſeſsionem habeat petens, ac iuſtitiam ad petendum, atq; ex cõſequenti alter non reddens iniuſtitiam committat. Quare non reddendo maiori ſe exponit periculo.

Auguſti.

Adrian. Scotus, Ricard.

2. concl. ¶ Secunda concluſio. Coniux in dubio practico æquali conſtitutus, ſiue à principio bona fide, ſiue mala contraxerit, ſi ſua ſpõte petat ab altero coniuge debitum coniugale, peccat mortali

ter

ter Hæc cõc. cõstat ex nostro secũdo fundamẽto, quia si nõ petat, nulli se exponit periculo. petendo autem periculo fornicationis se exponit, non ergo est licet petere. Et præter hoc quòd conclusionem istam tenent omnes doctores adducti pro priori conclusione, scilicet Palud. Silue. D. Tho. habetur quoq; diffinita in. d. c. Inquisitioni. vbi expressè præcipitur, ꝙ qui probabiliter dubitat: nõ potest manẽre dubio exigere, ne agat cõtra cõscientiam: cùm cuilibet sit præceptum de non agendo cõtra cõscientiam, vt patet ex Paulo loco citato. Et nihil interest, ꝙ à principio bona fide vel mala contraxerit, nã rationibus probabilibus adueniẽtibus non minus põt formare dubiũ, qui bona fide cõtraxit, q̃; qui mala. Nec tex. citatus reddit pro ratione, quia à principio habuit malã fidẽ: sed ne agat cõtra conscientiã, quia qui agit contra conscientiam, ædificat ad gehẽnã. Vndè, nõ credo satis tutã fore illorum opinionẽ, qui asserũt, quòd si quis bona fide contraxit matrimonium putans priorẽ coniugẽ mortuum, si facta diligẽtia non potest veritatẽ inuenire, quòd quãtumcunq; maneat in dubio. potest nõ solùm reddere, sed petere absq; peccato aliquo, quia si bona fide siue mala contraxerit, & siue adhibuerit diligẽtiam in indaganda veritate siue nõ, imo ad uemẽte Ecclesiæ præcepto, quòd maneant simul, si adhuc cum his omnibus maneat dubius: semper agit contra conscientiam, quod neutiquàm licet. Si tamẽ dubiũ deponat ad Ecclesiæ præceptũ, quia cùm desistere nõ possit à matrimonio, nõ dubitat, ꝙ licet ei petere: bñ potest tũc petere. Quod maximè verũ habere apud istos huius noui orbis neophitos existimo, q quidẽ nõ solũ Epi p̃ceptũ: verũ etiã cuiuslibet ministri, siue in cõfessione, siue extrà, vt oraculũ habẽt, ac venerantur Quare sufficiẽs erit, vt nullum remaneat in eis dubium ad reddendũ petenti, & ad exigendum. Sed si non deponant dubiũ, nullatenus licet eis petere. Scio tamen quosdam doctissimos viros tenere non solùm sic dubitantem posse reddere, verùm etiam petere, quorũ sentẽtiã nunquàm mihi persuadere potui. Verum est tamẽ, quòd si timet mulier i cõtinẽtiã, poterit reddere & etiã petere, sed si nõ timet, solũ poterit reddere. Similiter quãdo ẽ vir habens dubiũ istud, & scit vxorẽ suã esse nimis verecundã, ne ipsa detrimentũ patiatur. poterit vir ipse optimè petere: nã tũc licèt formaliter sit petere, virtualiter tñ est reddere. Nec ego nisi in hoc casu auderẽ cõsulere existẽti in huiusmodi pplexo dubio, ꝙ peteret.

Palud. Siluester D. Tho.

3.concl. ¶ 3.cõcl. Qui dubitat de vero cõiuge q̃ntũ ad ſpeculatiuũ iudi
cũ, nõ tamẽ dubitat quantũ ad praxim exigendo & reddendo
põt licitè nõ ſolũ reddere, ſed petere. Stat enim vxorẽ habere
dubiũ iſtius ꝓpoſitionis, Hic ẽ vir meus ſpeculatiuè, & nõ habe
re de iſta. Ad hũc eſt accedendum, quę eſt practica. Sic nãq; ait
Caietanus in quibuſdã reſponſionibus & Medina, de reſtitutio
Caieta. ne q.17. & Nauarro, de pœnitentia. diſtin.7.c.Si quis autẽ. Do
Medina. ctiſsimus etiam Soto tenet idem in ſua relectione, de ratione te
Nauarro gendi & detegendi ſecretum membro.3.q.2.
Soto. ¶ Ex dictis omnibus in hac difficultate quatuor regulæ poſſũt
colligi ſemper ob oculos habẽdæ ad diffiniẽdum in moralibus,
& earum prima ſit. Quando primum matrimonium eſt certum:
non licet ad ſecundas nuptias tranſire propter quodcunq; dam
num emergens, quòd ſi de facto quis ad eas tranſierit: ſunt diri
Innocen. mendæ, quicquid inde ſequatur. Patet ex determinatione Inno
centij in. d.c. Inquiſitioni, de ſententia excom.
¶ Secunda regula. Quando primum matrimonium non eſt cer
tum, ſed eſt dubium: non licet tranſire ad ſecundas nuptias. Si ta
men quis de facto ſecundas nuptias celebrauerit: poterit red
dere, imo etiam tenetur, minimè verò exigere. Et annotato hic
cum Soto, quòd ſi quis mala fide dubitans probabili dubio pri
ores nuptias fuiſſe legitimas, ſe tranſfert ad ſecundas, ꝙ proba
bilius eſt, ſecundas eſſe irritandas: nã cùm mala fides nemini ſuf
fragetur, illud ſecundum matrimonium ex altera parte claudi
cat, & ideo ex neutra eſt firmum.
¶ Tertia regula. Si primum matrimonium non eſt certum nec
probabile, ſed tantùm ſunt pro illo quædam leues coniecturæ:
tunc abſq; conſcientiæ ſcrupulo, qui illas habet coniecturas, po
Silueſt. terit tranſire ad ſecundas nuptias, vt ſi vir ſtatim reuocauit, &
patefecit, quòd non conſenſit, & inde ad ſecunda tranſierit vo
ta, vt dicit Silueſter verbo, Matrimonium. 5 §.9. vel ſi fœmina
ignobilis contraxit cũ aliquo nobili viro, quia eſt magna cõiec
tura, quòd illam decipere voluit: poterit tranſire ad ſecundas
nuptias.
¶ Quarta regula. In his omnibus ad veritatem diffiniendam, &
librandas penſandaſq; rationes ex vtraq; parte magno conſilio
opus eſt. Vnde ire oportet ad virum magni conſilij & vitæ &
ſcientiæ.

De clandeſtino matrimonio.

¶ XXI.

¶XXI. DIFFICVLTAS.

Vtrùm clandestinum matrimonium sit validum.

QVoniam clandestinum Matrimoninm vsq; ad promulgationem œcumenicæ Tridētinæ synodi nostra hac tempestate celebratæ validum fuerat, & de illo quàm plures canones à Romanis Pontificibus extabant compositi, & à doctoribus nō paucæ vel minimæ quæstiones tractabantur, vt nihil antiquitatis ignoretur, referam hîc nonnulla generaliora, quæ de ipso clandestino matrimonio scripta & tradita fuere, adducturus in vna quaq; conclusione huius difficultatis determinationem prædicti concilij obseruandam & tenendam deinceps. Pro cuius elucidatione præannotabo, quid clandestinum matrimoniū olim dicebatur. Et licèt canonum professores sex modos clandestini matrimonij distinguant, quos nōnulli theologorum ab illis mutuantur, vt Petrus à Palud. in. 4. dist. 28. ego tamen dūtaxat duos hîc apponere decreui, ad quos, ni fallor, omnes reducuntur. Primus isq; maximè proprius erat, quando fiebat sine testibus legitimis, per quos in foro exteriori posset comprobari. Secūdus verò modus [tametsi non tam proprius] erat quando licèt fiebat testibus adhibitis, sed sine solennitatibus fieri assuetis, videlicet non præmissis denunciationibus & bannis. Tunc enim erant legitimi testes, quibus valebat Ecclesiæ matrimoniū innotescere. Et vtroq; modo prohibitum erat fieri ab Ecclesia, vt patet extrà. de clandestina desponsa. Hoc fundamento sic præhabito, quantùm ad primum modum erat prima conclusio. Matrimonium clandestinum si per verba de præsenti [semotis etiā omnibus arbitris] fieret, firmum ac validum erat. Assertio hæc præter hoc quod ante sacrum concilium Tridentinum erat cōcors Theologorum sentētia, habetur expressè in iure. c. Quod nobis extrà de clandestina desponsa. &. c. Tua nos. de sponsalibus. &. 30. q. 5. c. Nec illud. vbi ad hoc probandum subiūgitur sum mus Pontifex pro documento, quòd multa fieri prohibentur, q̄ tamen si fiant, facta tenent. Habebatur præterea in. c. Sufficiat. vbi dicitur, solùm contrahentium consensum sufficere, & sic omnes doctores fatebantur, cōsensum per verba de præsenti ex pressum inter legitimas personas sufficere. Nihil enim magis naturale est, quàm vt posset per suam quisq; voluntatem alteri se coniugem tradere. Licèt enim obedire filij parentibus te-

Palud.

tur

tur: attamen non sic sunt sub eorum potestate, vt sine consensu ipsorum, propria filiorum voluntas ad celebrandum verum matrimonium non sufficiat. Nec nocebat, inquiunt doctores, sicut nec hodie nocere potest, huic sententiæ id quod Euaristus
Euarist. Papa in Epistola. 1. ad Episcopos Africa. dicit, cuius verba referuntur in causa citata. 30. q. 5. c. Aliter. vbi dicitur, ꝙ nisi ab his qui super ipsam fœminam dominationem habere videtur, petatur vxor, non coniungia, sed adulteria vel fornicationes esse non dubitatur, nisi voluntas propria suffragauerit, & vota succurrerint legitima. Ex quibus verbis videbatur colligi, quòd non erat matrimonium, siquidem illud Pontifex appellat contubernium fornicarium. Non, inquam, nocebat, nam illud dixerat Pontifex, ex eò quòd matrimonia illa, quæ non fiebant solèniter secundùm tenorem legis in iudicio exteriori, ex præsumptione iuris reputabantur ab Ecclesia stupra & fornicationes, quanuis in foro conscientiæ essent vera matrimonia. vel dic, ꝙ Pontifex appellabat huiusmodi matrimonia fornicationes & stupra gratia exagerandi peccatum, quod cõmittebatur in clandestino matrimonio, & non quòd voluisset asserere, non esse matrimonium secundùm conscientiam, quinimo hoc insinuauit cũ dixit, Nisi voluntas propria suffragauerit. &c. quasi dixisset, ꝙ si proprij consensus interuenirent, quanuis occulti: matrimonium verum ac ratum esset in conscientia. Vnde, non eodem modo, quo matrimonium prohibebatur ab Ecclesia inter consanguineos in quarto gradu, & matrimonium clandestinum prohibebatur, nam cognati censebantur sicut & modo ab Ecclesia illegitima materia matrimonij. sed tamen prohibitio clandestini coniugij non tangebat materiam, aut formam, sed modum, si quidem rata & vera erant clandestina Matrimonia libero contrahentium consensu facta: at verò hodie prohibitio clandestini Matrimonij in sacrosancto Tridentino concilio, nuper sub Pio quarto celebrato, sessione. 24. in decreto. de reformatione Matrimonij. c. 1. tangit illum modum tanquàm necessarium ad efficiendum matrimonium ratum & firmum, sub his verbis, Qui aliter, quàm præsente Parocho, vel alio Sacerdote de ipsius Parochi, seu Ordinarij licentia, & duobus vel tribus testibus Matrimonium contrahere attentabunt: eos sancta synodus ad sic contrahendum omnino inhabiles reddit, & huiusmodi cõtractus irritos, & nullos esse decernit, prout eos præsente decreto

creto irritos facit,& annullat,& in fine eiusdem capitis determinat tempus,quando lex ista incepit obligare,cùm dicit, Decernit insuper,vt huiusmodi decretum in vnaquaq; Parochia suũ robur post triginta dies habere incipiat à die primæ publicationis,in eadem Parochia factæ.numerãdos. Hæc sancta synodus. Quo fit,vt matrimonia clandestina post sufficientem promulgationem prædicti decreti,post triginta dies à die publicationis [intra quos præsumit sancta synodus fieri posse] sint iam irrita ac nulla,non tantùm si absq; testibus,sed etiam si testibus adhibitis celebrata fuerint, nisi seruata fuerit præfata forma. Et vt id quod dixerat, scilicet præsente Parocho,vel alio Sacerdote de ipsius Parochi,seu Ordinarij licentia,fideles intelligerent inuiolabiliter esse obseruandum,subiungit infra in eodem cap.quòd si quis Parochus,vel alius Sacerdos siue regularis siue secularis sit,etiam si id sibi ex priuilegio vel immemorabili consuetudine licere contendat,alterius Parochiæ sponsos sine illorum Parochi licentia matrimonio coniungere ausus fuerit,ipso iure tandiu suspensus maneat,quandiu ab Ordinario eius Parochi,qui matrimonio interesse debebat,absoluatur. Hæc sancta syno.& non est validum matrimonium.

¶ Sed iam quòd erat validum matrimonium clandestinum, meritò consequenter in dubium vertebatur,vtrùm esset licitum? & ratio dubitandi erat,quia multa facta tenent,quæ tamen non licent. Pro quo dubio erat secunda conclusio in ordine. Quòd matrimonium clandestinum ab his nudatum incommodis,quę accidere solebãt,& Ecclesiæ prohibitione,nullũ erat peccatũ: nam quẽadmodum potest quisq; sua bona alteri absq; testibus & arbitris tradere,ita & se poterat alteri coniungere, vt dicit Caie.in additionibus.3.p.adiectis.

Dubium.

2.concl.

¶ Erat 3.conclusio. Quòd matrimonium,cui duo saltẽ vel tres testes non intererant,quorum testimonio in foro Ecclesiæ probari posset,ratione incõmodorũ subsequutiũ & phibitionis Ecclesiæ,nisi aliqua esset legitima excusatio,erat peccatũ mortale. In primis hæc conclusio constabat ex. c.Cũ inhibitio. extrà, de clandest. desponsa.& ex.c.Aliter 30.q.5.& ex concilio Arela c 6 in quibus locis phibebatur contrahere clãdestinè:at verò non obedire Ecclesiæ peccatum mortale est,nisi ex materiæ leuitate excusetur:hoc autẽ Ecclesiæ p̃ceptum erat de re grui,quia magni referebat, tum ad tranquilitatem Reipublicæ, tum

Caieta.

3.concl.

Con. Ar.

tum etiam ad sacramenti firmitatem,& ad falsas cauendas nuptias:ergo huiusmodi præcepto non obtemperare peccatum mortale erat.Conclusio ista verum habebat,etiam si nullum esset matrimonium propter impedimentũ dirimens,vt si consanguinei clãculo contraherent,qui quidẽ tunc peccabant,tũ etiã excommunicationis sententiam incurrebãt. Quocircà,in Clemen.vnica.de consangui.& affini.contrahentes in gradibus,p hibitis sententiæ excommunicationis subijciebãtur ipso facto, cui etiam hodie post sacrum Tridentinum concilium subijciũtur sic contrahentes,cùm præfata Clementina non sit abrogata. Probatur deinde nostra conclusio ex vtroq; matrimonij fine.Ordinatur nanq; ad prolem tãquàm ad principalem finem, non solùm vt procreetur,sed vt commodè æducatur, atq; religiosè instituatur. Ordinatur secundariò ad operum communicationem viri & fœminæ:& ad vtrunq; finem mutua vtriusque requiritur cohabitatio.At verò ex tali clandestina coniunctione liquidò cõstat,quòd vterq; finis impediebatur: siquidem ex hoc quòd non interfuerãt testes quibus probaretur primũ matrimonium,in statu damnationis permanebãt,dum priore vxore cum qua clàm contraxerant,relicta,transibant ad alia matrimonia cum alia palàm contrahendo,& cum ea in perpetuo adulterio viuendo,& sic verum matrimonium primum diriniebatur secundùm Ecclesiæ iudicium, licèt non secundùm rei veritatem,quo diruto,non paruum proli inferebatur nocumẽtũ: ergo mortale peccatum erat clãdestinè contrahere.Præterea, quia qui sic clam contrahebant,alijs scandalum generabant,nã eos tanquàm concubinarios reputabant,vt dicit Caie. loco citato,& vt dicitur in dict. c.Aliter. Postremò patet,nam cùm p istius modi clandestina coniunctione grauissima excommunicationis pœna infligebatur communiter ab Episcopis,fit,vt esset mortale peccatum sic contrahere, quandoquidem excõmunicationis vinculum nõ nisi pro peccato mortali infligitur.Nec à peccato excusabantur neophiti clandestinè contrahentes absq; testibus,quibus sufficienter iam hoc præceptum erat promulgatum,cùm lex Ecclesiastica iusta & sancta omnes Christianos obliget,transgressoresq; non ignorantes inuincibiliter culpareos faciat. Secus si nondum præcepti huius plenam haberent notitiam:tunc nanq; non mortaliter delinquebant clandestinè contrahẽdo. Vnde,à fortiori ratione,fateri oportebat,non peccare

Caieta.

care infideles sic contrahentes: sicut nec modò peccant, dum in sua infidelitate perseuerant: tum, quia non sunt legibus Ecclesiæ subiecti, tum etiam, quia ex nullo iure naturali ad hoc astringebantur, sicut nec modo astringuntur: cùm mala quę ex clandestino matrimonio sequebantur, non ex natura rei & ipsius actus, sed tantùm ex hominum malitia inferrentur. Quo fit, vt nullatenùs esset in hac parte fides adhibenda cuidam viro de literis certè & religione bene merito, ac mihi perinde colendissimo, qui nuper in quodam suo opere asseruit, quòd secluſa Ecclesiæ prohibitione, iure naturali infideles tenerentur non contrahere clandestinè. Hęc tertia conclusio: scilicet, quòd erat peccatum mortale clàm contrahere, hodie etiam locum habet post præfatum concilium, non solùm si testibus deficientibus attentent clàndestinè contrahere, verùm etiam si testibus pręsentibus & data quacunquè excusatione contrahant non seruata forma in prædicto concilio statuta. Quod quidem apertè probatur ex eisdem rationibus, quibus ante concilium probabatur, nam cùm non obedire Ecclesiæ præcepto mortale peccatum esse constet [nisi materiæ leuitate quis excusetur] & quòd celebrentur matrimonia secundùm prædictam formam sit prœceptum Ecclesiæ & de re graui, fit, vt eam non seruare sit mortale. Et hoc idem: nempe, quòd sit mortale contrahere non seruata forma præfata. ✻ Innuit sancta synodus Tridentina, cùm dicit, Insuper Parochum vel alium Sacerdotem, quicum minore testium numero, & testes qui sine Parocho vel Sacerdote huiusmodi contractui interfuerunt, nec non ipsos contrahentes grauiter arbitrio ordinarij puniri prœcipit. Hæc sancta synodus. At verò grauis pœna non nisi pro mortali peccato infligi solet, qui igitur contrahunt conseruata forma prædicta concilij, mortaliter delinquunt, & matrimonium est nullum. *Conc. tri* ✻

¶ Quarta conclusio erat. Quòd plures casus poterant contingere in quibus dispensare licebat & decebat, idquè fieri poterat per Episcopum: imò in quibus si copia Episcopi haberi non posset, vel si ipse iniustè dispensare renueret, valerent sponsi priuata authoritate citra culpam contrahere. Primò, vt ait Caietanus, q. 2. de matrimo. super. 3. p. si repentinus casus rationem offerret contrahendi, & testes haberi non possent, vt si virgo esset sub tutela iniqui tutoris constituta, & vellet eam viro ignobili ac indigno traddere in vxorem, posset absquè aliqua culpa clàm nubere honesto ac sibi grato iuueni, vbi tuta esset quòd ipse postmodùm matrimonio non negaret. Et idem dico, si parentes vel tutores nolent puellam nuptui traddere, vt patrimonium suum consummarent. Secundò, si ipsi priùs in facie Ecclesiæ bona fide *4. concl.* *Caietan.*

contraxerant, & in veritate propter occultum impedimentum nullum fuerat matrimonium, postmodùm autem deprehenso seu cognito impedimento occultè obtenta dispensatione poterant secretè contrahere absquè vllo peccato præstito mutuo consensu, cùm non deberet iterum matrimonium publicè contrahi, ne oriretur scandalum: imò si altertantùm impedimentum nosset, non oportebat id alterire uelare, sed dissimulanter persuadere, vt se haberet pro coniuge, iuxta modum & formam à nobis suprà difficultate. 17. assignatam. Tertiò, si concubinarij iter agerent, & ob concubinatum in periculum inciderent subitò, tunc potuissent matrimonium occultè contrahere, vel si deprehenderentur in concubinatu, poterant etiam illico contrahere, vt affirmare possent se esse coniuges. Quartò, potuisset absquè peccato clàm fieri matrimonium, quando post excidium ac ciuitatis destructionem euaderent duæ legitimæ personæ. Quin verò si aliqui fuissent soli, quibus maximè interesset coniugari, & valde timerent, quòd illo elapso tempore prohiberentur ne contrahere possent: tunc si occultè in matrimonium consensissent animo postmodùm publicandi, dicebat Dominicus à Soto, quòd non peccabant saltem mortaliter.

Soto. Hodie ista quarta conclusio post sacram Tridentinam synodum, non potest habere locum in aliquo prædictorum casuum: quia modus & forma contrahèndi in p̃fato concilio statuta, est necessaria ad efficiendũ matrimoniũ ratũ & firmum. Quòd si in .2. casu ex hoc quòd contrahant seruata forma, oriatur scandalum, adire debẽt superiorem, vt dispenset non solùm in impedimẽto, sed etiam in forma prædicta.

¶ De secundo verò modo contrahendi clandestinè: scilicet, quando licèt fiebat testibus adhibitis, sed sine solẽnitatibus & bannis, subiungebatur, & nunc etiam subiũgitur. 5. conclusio in ordine. Quòd etiam sic cõtrahere est mortale peccatũ, vbi hęc bãna seruari cõsueuerunt, nisi aliqua adsit rationabilis causa. Signãter dixi, Et nunc etiã subiungitur. nã etiam hodie post œcumenicam ac generalem Tridentinam synodum, verum habet nostra conclusio, & eisdem rationibus, quibus ante concilium à doctoribus probabatur, & post ipsum ostenditur, & imprimis ex. c. citato, Cùm inhibitio. vbi clandestina matrimonia penitus inhibentur, & quòd hoc nõ intelligatur solùm de cõiugijs quibus nõ intersunt testes, liquidò cõstat: tũ, quia vniuersaliter loquitur Pontifex: tum etiã, quia phibetur illic, ne quis Sacerdos talibus interesse p̃sumat, & p̃cipitur, vt cùm matrimonia fuerint cõtrahenda, in Ecclesijs per presbyteros publicè proponantur edicta cõpetenti termino p̃finito: vt intra illum, qui voluerit & valuerit, legitimũ impedimentũ opponat, & ipsi p̃sbyteri nihilominùs inuestigent, vtrùm aliquod

quod obsistat impedimentũ, q̃ omnia etiã de matrimonio cõtracto sine bannis intelliguntur. Et hoc idem nunc sacrosancta Triden. synodus vbi suprà prohibet: nẽpe, matrimonia fieri absq; bannis sub his verbis. ✠ Sancta synodus Lateranensis concilij sub Innocen. 3. celebrati vestigijs inhærendo præcipit, vt in posterũ, antequàm matrimonium contrahatur, ter à proprio contrahentium Parocho tribus continuis diebus festiuis in Ecclesia inter missarum solẽnia publicè denuncietur, inter quos matrimonium sit contrahendum: quibus denunciationibus factis, si nullum legitimum opponatur impedimentum, ad celebrationem matrimonij in facie Ecclesiæ procedatur, vbi Parochus, viro & muliere interrogatis, & eorum mutuo consensu intellecto, vel dicat, Ego vos in matrimonium coniungo in nomine patris & filij & spiritus sancti. vel alijs vtatur verbis iuxta receptum vniuscuiusq; prouinciæ ritum. Hæc sancta synodus. Cũ ergo anteà in canone citato esset, & nũc etiam in concilio Tridentino sit præceptum Ecclesiæ de non contrahendo sine bãnis, & materia sit grauis, consequens fit, vt sit mortale peccatum absquè huiusmodi solennitatibus & bannis contrahere. Item, quia in eodem capi. Cùm inhibitio. dicitur, quòd si parochialis Sacerdos tales coniunctiones prohibere contempserit, aut quilibet etiam regularis, qui eis præsumpserit interesse, per triennium ab officio suspẽ datur, grauiùs puniendus, si culpæ qualitas postulauerit, & ijs qui taliter copulari præsumpserit etiam in gradu concesso, pœnitentia condigna imponatur. Hæc textus dicti. ca. At verò tam grauis pœna, non nisi pro mortali crimine solet iniungi. Præterea, quia quamuis in iure communi nulla sit decreta, vel excõmunicationis vel alius censuræ pœna contrahentibus absq; bannis & clanculũ, communiter tamen à prælatis in suis diœcesibus grauissima excommunicationis pœna clandestinè contrahentibus infligitur: excommunicationis autem censura non nisi pro mortali infligitur, ergo sic contrahere, est mortale. *Con. tri.* ✠

¶ Et annotato, quòd præter peccatum mortale, quod committeba tur contrahendo clandestinè, erat cautum in iure in illo citato. ca. fi. prolem illegitimam fore ex clandestino matrimonio susceptam in gradu prohibito contracto, siue parentes bona fide siue mala cõtraxissent, ideſt, siue impedimentũ matrimonij ignorassent, siue sciuissent. At verò filios ex matrimonio clãdestino cõtracto in gradu cõcesso, siue bãna defuissẽt, siue etiã testes: nõ cẽsebat illic Põtifex esse illegitimos. Hæc est sñia Dñici à Soto. in. 4. di. 28. q. 1. ar. 2. per quam explosit sententiam glosæ, quam Palud. & Archidi[illegible]putur *Notabil.* *Soto.*

affirmantem, filios esse illegitimos ob solam bannorum omissionē
Panor. vbi eorum consuetudo vigebat, & etiam sententiam Panor. & alio
Siluester rum iuristarum, quam Siluester verb. Matrimo. 2. §. vlti. approbat, asserentem eandem illegitimationis pœnā incurri si celebretur matrimonium sine testibus, non autem si celebretur coram testibus & sine bannis. Nunc autem post prædictum sacrum concilium, licèt quando contraxerunt non seruata forma ipsius concilij, filij sint illegitimi, eò quòd matrimonium sic contractum est nullum: attamen, quando contraxerunt seruata forma, & duntaxat defuerunt bāna, non sunt filij ex huiusmodi matrimonio geniti censendi illegitimi, cùm matrimonium sit validum, & semper mihi placuit sententia illa Dominici à Soto, quòd filij habiti ex matrimonio valido nō sunt illegitimi.

Nota. 1. ¶ Annotare oportet circa hanc quintam conclusionem, primò, q̄ iura puniētia cōtrahētes clandestinè, non habebāt locū in contrahē tibus sponsalia de futuro, quādo nulla sequebatur copula carnalis, per quam in extero iudicio esset matrimonium præsumptum, vt dictum est. Ratio huius notabilis est, quia cum illa cōstitutio esset pœnalis, non extendi sed restringi debebat. c. Odia. de re. iuris. in. 6. Ita tenet glosa recepta communiter in Clementi. vnica de consangui. & affini. verbo Contrahere. Intelligendum tamen erat hoc notabile, nisi Episcopus in sententia sua sic diceret, Excōmunico eos qui clandestinè contrahunt siue sponsalia per verba de futuro siue matrimonium, nam tunc qui sola contraherent sponsalia, etiā si postea nulla sequeretur copula carnalis, erant excommunicati. Si verò Episcopus solùm dixisset, Excommunico eos qui clādestinè cō trahunt, nihil aliud exprimendo, duntaxat intelligendum erat, huiusmodi censuram ligare eos, qui matrimoniū cōtrahebant. Quod etiam hodie post sacrum Tridentinum concilium arbitror esse verum, ac proinde tenendum.

Nota. 2. ¶ Annotare opus est secundò, cùm dicebatur in cap. citato. suspēdendum esse per triennium parochialem Sacerdotem tales coniū ctiones prohibere contemnentem, & similiter quemlibet regularē præsumentem eis interesse, quòd si de facto suspenderetur, imo & si nunc post concilium suspendatur quis propter tale delictū, poterit absolui ab huiusmodi suspensione per Episcopū, cū nec ante concilium nec post sit summo Pontifici reseruata. Non tamen intelligo hoc de Sacerdote celebrante matrimonium eorum qui nō sunt de sua Parochia, quia, vt dictum est suprà, ex sacro concilio debet absolui à suspensione, quam sic incurrit, ab Ordinario Parochi illorū,

quorum

quorum matrimonium celebrauit.

¶ Annotato tertio, q signanter dixi in ista. 5. conclusione, Sine cau sa rationabili. quia nō pauci sunt casus in quibus, vt doctorū habet consensus, dispēsare licebat ante concilij ne fierent huiusmodi bā na, vt annotat Antoninus. 3. p. titu. 1. c. 16. §. 5. Quod quidem nunc post præfatum concilium magis adhuc licere videtur, cùm dicat, ✱ Quòd si aliquando probabilis fuerit suspicio, Matrimonium malicioſè impediri posse, si tot præcesserint denunciationes: tūc, in quit, vel vna tantùm denunciatio fiat, vel saltē Parocho & duobus vel tribus testibus præsentibus matrimonium celebretur: deinde ante illius consummationem denunciationes in Ecclesia fiant, vt si aliqua subsunt impedimēta, facilius detegantur, nisi Ordinarius ipse expedire iudicauerit, vt prædictæ denunciationes remittātur: quod illius prudentiæ & iudicio sancta synodus relinquit. Hæc con cilium. Imprimis, licet dispensare secundùm doctores cum magnatibus, qui magna cum deliberatione solent matrimonia tractare. Deinde, dum nullus subest impedimenti timor, vel si timeretur scā dalum propter aliquam factionem. Ad hæc & propter cōtrahētiū verecundiam, vt si egregiè nobilis ignobilē ducat, aut ditissimus pauperem, aut senex puellā, aut quia timetur, ne aliquis iniustè obijciat aliquod impedimentum. In quibus omnibus euētibus Episco pus ex consuetudine per Papā dissimulata, vt bene ait Petrus à Pa lud. ante concilij dispensare valebat, & nunc per decretum citatū eiusdem sacri Tridentini concilij valet dispensare ne banna fiant, cū dicat, Nisi Ordinarius ipse aliter expedire iudicauerit. &c.

Nota. 3.

Anto.

Con. tri.

Palud.

¶ Annotato quartò, q hi quorū bāna fiūt, interim debent Christia nam doctrinam addiscere, si illam ignorāt: scilicet salutationem An gelicam, Orationem dominicam, Symbolum fidei, & decem præ cepta decalogi, ac mandata Ecclesiæ, & quot sunt peccata mortalia: nec cōtrahere pmittēdi sunt, nisi prædicta memoriter sciuerint, nisi fortè aliqui fuerint incapaces propter senectutem, aut propter ingenij tarditatem & ruditatem.

Nota. 4.

¶ Quinto, annotare oportet circa illud quod dicit cōcilium, quòd fiant banna tribus diebus festiuis, quod quando visum fuerit Epis copo expedire, poterit dare licentiam vt proponantur in aliquo a lio die, maximè si instat dies feriarum, in quibus fieri nuptiæ prohi bentur, quia etiam sine ipsis posset dare licentiam, vt contrahatur Matrimonium authoritate concilij, vt suprà dictum est, quia cui li cet quod maius est, licet quod minus secundùm regulam iuris. ca. Cuilicet. de re. iuris. in. 6.

Nota. 5.

Dubium ¶ Sed dubium se offert in presentiarũ, vtrùm si aliquis quãdo fiunt banna, obstaculũ obijciat, ne fiat matrimonium: nempe, si opponat, ꝙ dormiuit cum ea, quam desponsauit suus consanguineus, sit ei credendum? Pro hoc dubio, sit prima conclusio. Quòd debet hoc

1. concl. suo consanguineo denunciare in occulto, aliàs peccat, & si ꝓmittat fieri matrimonium ei non denunciando, & hoc posteà veniat ad Ecclesiæ notitiam, talis per septem annos pœniteat, & mulier pœniteat vsq; ad mortẽ, & nunq; nubat, vt expressè habetur. 35 q. 3. c. Si homo. Sacerdos tamen si viderit expedire, aliã pœnitentiã vtrisq; imponat, & qui habet authoritatem, cum eo dispenset. Quod si talis nõ audet dicere suo cõsanguineo, vel quia eũ timet, aut parẽtes mulieris, tunc dicat Sacerdoti in occulto, & Sacerdos occultò vocet ipsam mulierẽ, & moneat eam, vt veritatem dicat, ꝙ si ipsa neget, & asserat esse falsum, ei credat. Si autem dicat esse verum, tunc ostendat ei, quòd non potest nubere suo sponso propter contractam affinitatem, & idcirco inducat, vt publicè renunciet sponsalibus, quòd dicat se non velle suo sponso nubere, & dicat ipse Sacerdos spõso quòd ipsa non vult illi nubere, atq; illi persuadeat, vt ipse etiam renuntiet. Quòd si ipse sponsus noluerit, & ipsa dicit, quòd nõ audet contradicere sponsalibus timore parentum, vel si ipsa dicat, quòd non vult contradicere sponsalibus, tunc postquàm ei ostenderit in occulto, quòd non erit matrimonium inter eos, si publicè veniant ad contrahendum, matrimonium permittat fieri: quia non potest publicè eam impedire, cùm sciat eius peccatum in occulto. Si verò fortè esset filia alicuius viri potentis, quæ sine magno suæ famæ detrimento non posset resilire à sponsalibus, vel si esset aliqua rationabilis causa dispensandi iudicio Sacerdotis, deberet fieri dispensatio cum ea in occulto ab eo qui habet authoritatem, & sic cõ-

Siluester traheret. Ita Siluester in verbo. de sponsa. §. 9. videtur sentire esse faciendum. Si verò ille denuntiator publicè hoc dicat, ac confitetur, ei in hoc non est credendum, quia vox vnius, vox nullius infacto alieno, vt patet in cap Licèt ex quadam. de testibus. Hoc tamẽ intellige, si mulier negat nam si ipsa sponte confiteretur, ei contra se dicenti esset credendum, vt habetur in. c. Ex literis. extra, de diuor. & cap. Attestationes, de desponsa impube.

¶ Quòd si est vnus solus testis ille qui denuntiat impedimentũ esse inter eos quorum banna fiunt, & sit grauis persona, cui meritò fides

2. concl. adhiberi debeat, est secunda cõclusio. Quòd si probat de hoc quod dicit esse famam, quam quidem famam per duos testes probat, talis fama impedit matrimonium contrahendum, vt exꝑsse habetur.

4.q.3.c.Si teſtes.§.vbi numerus.ſi probet, quòd ex tali Matrimonio oriretur ſcandalum:tunc ſoluantur ſponſalia, & non credatur iuramento parentum oppoſitum aſſerentium, & ſi ad admonitionē noluerint deſiſtere ab ſponſalibus,ad hoc compellantur,vel contra formam huiuſmodi adducāt teſtimonium ſuorum propinquorum iurantium eos non eſſe conſanguineos.Hæc omnia habentur in.c. Cum tua. deſponſa.

¶ Quòd ſi talis teſtis,qui prædicto modo denuntiat,non eſt grauis perſona,cui meritò credi debeat,vel ſi ſit grauis perſona,tamē nō probat de fama,quòd ſunt conſanguinei,nec etiam docet quòd ex tali Matrimonio oriretur ſcandalum,tunc eſt tertia concluſio,quòd ſunt monendi,qui ſic volunt contrahere,ne contrahant:non tamen prohibendi,vt patet.c.Cùm tua.de ſponſa. 3.*concl.*

¶ Quando autem ſunt duo vel plures teſtes,tunc eſt quarta cōcluſio,quòd ſunt examinandi magna cum diligentia, de omnibus circunſtantijs:ſcilicet de perſonis,quæ contrahere volūt,ſi eas cognouerunt,item de verbis quibus contraxerunt ſponſalia,de loco,de tempore,de anno,de menſe,de die,de hora,ac demū; de multis alijs circunſtantijs,vt ex eorum dictis poſſet conſtare, cuius illa ſit vxor.Quòd ſi omnes teſtes adinuicem non cōcordant,niſi duo ad minùs in omnibus circūſtātijs cōuenīāt,tunc habeātur,ac ſi nihil dixiſſent,non adhibendo fidem eorum verbis,quia vel tunc ſunt ſingulares,vel ſūt mēdaces,& ideo nihil probāt.Quod dictū ē de impedimēto affinitatis:exēpli gratia,eſt etiam dicendū de alio quocunq; impedimēto,& ſimiliter,quæ dicta ſunt de proponēdo impedimento quādo fiunt bāna,intelliguntur etiam ſi impedimentum opponatur alio quocunq; tempore,quando non fiunt banna:ſed de his hæc ſint ſatis dicta,ne videamur in meſſem alienā falcē mittere. Et exēplum quod poſui de affinitate per copulam fornicariam contracta, intelligitur nunc poſt concilium in primo & ſecundo gradu. 4.*concl.*

¶ Annotato hīc,ꝙ quādo illi qui vagātur, voluerint cotrahere,maius examē,eſt faciēdū circa eos,vt exp̄ſſē admonet ſancta ſynodus ſub his verbis,Multi ſunt qui vagātur,& incertas habēt ſedes,& vt improbi ſunt ingenij,prima vxore relicta,aliā,& plerunq; plures,illa viuēte,diuerſis in locis ducunt,cui morbo cupiēs ſancta ſynodus occurrere,oēs ad quos ſpectat,paternè monet,ne hoc genus hominū vagātiū ad matrimoniū facilè recipiāt: magiſtratus etiā ſeculares hortatur,vt eos ſeuerè coērceāt:Parochis aūt p̄cipit, ne illorū matrimonijs interſint,niſi priùs diligentē inquiſitionem fecerint,& re ad Ordinarium delata,ab eo licentiam id faciendi obtinuerint. *Notabil. Con.tri.* ✻

¶XXII. DIFFICVLTAS.

Vtrùm vsus clandestini coniugii sit peccatum mortale.

SVppositâ bimembri distinctione in præcedẽti difficultate appositâ: nempe, quòd matrimonium contrahebatur clandestinè sine testibus, aut cum illis, sed sine bannis ante concilium Tridentinum, duabus conclusionibus respondebatur, & earum prior erat. Loquendo de matrimonio clandestino sine testibus, vsus illius erat peccatum mortale. Conclusio hæc erat expressa sententia Caieta. q. 2. de Matrimoni. ar. 2. in additionibus ad tertiam partem adiectis. Et rationibus probabatur. Prima, quia regulariter, & vt in plurimũ extra li vsu oriebatur scandalum, eò quòd ab omnibus habebantur pro concubinarijs, & ita appellabantur. c. Aliter. 30. q. 5. Secunda, quia poterat alter coniugum noua inire connubia, dum ignorabatur q̃ erat ligatus alteri coniugio, & nullo modo probari poterat quòd priùs duxerat alteram. Addebatq; ibidem Caie. quòd non solùm vsus qui frequentiam actuum importat, sed etiam actus vnus, erat mortale, etiam cum sterili seu vetula quæ nõ potest cõcipere, quã tuncunq; occultus, erat mortale peccatum, sicut & ipse contractus clandestinus, propter damnationem Ecclesiæ damnãtis omnem cõtractum & concubitum clandestinum in sua specie, & ibidem Caie. monebat confessores viduarum nobilium ne consulerent fornicatiæ, vt contraheret clandestinum matrimonium, quasi licitè deinceps satisfacturæ voluptati suæ cum clãdestino coniuge: tum, quia non sunt faciẽda mala, vt veniãt bona [teste Paulo Rom. 3.] tũ etiã, quia per hoc non euadebatur peccatum mortale in vsu dicti coniugij: tum, quia adiungebatur periculum homicidij vtriusq; aut alterius coniugis: vt pluries contingere vidimus. Consanguinei enim multò magis vindicabant talia coniugia: quam si sola fuisset fornicatio. Hæc Caietanus illic. Et cùm constet ex dictis huiusmodi vsum ante sacrosanctum Tridentinum concilium, quando matrimonium clandestinum erat validum, fuisse mortale, à fortiori nunc post ipsum cõcilium id fateri necessum est, quando nõ est validum, & ideo est accessus ad alienam: ac proinde fornicatio.

1. concl. Caieta. Caieta. Ro. ca. 3

¶Loquendo de matrimonio clandestinè contracto testibus adhibitis, sed bannis & publicis denũciationibus prætermissis, erat posterior conclusio Caietani, quòd huiusmodi vsus non erat mortale, quanuis non deerãt qui oppositum defenderent tanquàm probabile, ante vero & ante sacrosanctum Tridentinũ concilium, & nunc

post ipsum semper credidi huiusmodi vsum non esse mortale, dum tamen sit matrimonium celebratum seruata forma in præfato concilio statuta & apposita.

De consensu coacto.

¶ XXIII. DIFFICVLTAS.

Vtrùm consensus extortus per metum cadentem in constantem virum sufficiat ad matrimonium.

PRo huius quæstionis elucidatione p̃iacenda sunt quinq; fundamenta. Primum est, quòd duplex est metus vel coactio, quidam qui cadere potest in virum constantem, quidam autem in constantem virum non cadit, sed bene in inconstantem. Virum constantem appellamus, qui secundùm rationem iudicat, qui scilicet semper eligit ex duobus bonis quod melius est, & propositis duobus malis vitat quod maius est, ac eligit quod minus. Quocirca, non diceretur vir constãs, qui ob euitãdã mortẽ eligeret peccare, siue venialiter siue mortaliter, siquidẽ nullũ maius malũ, quàm peccatũ, vt inquit Aristo. 3. Ethico. ca. 1. Similiter non diceretur vir constans, qui timore aliquo ne iacturam pecuniæ faceret, detrimẽtum honoris eligeret. Pari ratione diceretur vir constans, qui potius vult consentire in istam, quàm perdere paruam pecuniam: quam quidem seclusso hoc timore nullo modo acciperet in vxorem. Item virum constantem appellamus, qui non nisi ex probabili, & vehementi æstimatione periculi, quod est præsẽtaneũ, & iã iã impẽdens, mouetur. In cõstantẽ verò, q mouetur ex leui & remotiori, iuxta illud Prouerb. 27. Fugit impius nemine persequẽte: debet enim vir strenuus muscam imitari, quæ non nisi instante flagello euolat: quo transeunte protinus eôdẽ reuolat. Vnde, iuriscõsultus. l. Metũ. 3. ff. quod metus causa. Metum, ait, præsentem accipere debemus, non suspicionem inferendi eius. Præsentem scilicet, ideſt iam illatũ. Quo fit, vt siquis dum solicitat puellã, domi strepitũ sentiret aliquẽ, metuq; illo cõsentiret in matrimoniũ, valeret illud quidẽ ante sacrũ concilũi Tridentinum: quia metus nondum erat illatus, atq; adeò neq; præsens. Hodie tamen non valeret, cùm clandestina matrimonia per conciliũ sint irrita, vt dictum est. Secus si cum tali metu contraheret seruata forma concilij.

Aristote.

Pro. 27.

¶ Secundum accipe fundamentum, quòd coactio & violentia, quæ in idem coincidunt, est duplex. Vna scilicet, quæ absolutam infert

nece ſsitatem, & hæc cenſetur ſimpliciter violentia, vt dum quis alterũ renitentem loco depellit, quia illic nullus eſt voluntatis conſenſus. Altera eſt violentia ſeu coactio miſta, & ea quæ fiunt per huiuſmodi violentiam & coactionem, quanuis ſecundùm quid ſint involuntaria, abſolutè tamen ac ſimpliciter ſunt voluntaria, vt quando tempeſtatis tempore quis proijcit merces in mare, ſimpliciter vult proijcere: quanuis ſi periculum poſſet euitare, nullatenus eas proijceret. Hoc fundamentum ponitur ab Ariſtotele, tertio Ethicorum, capitulo tertio, & à Diuo Thoma. 1.2. q.6. articulo.6.&. 7.

Ariſtote.
D. Tho.

¶ Tertium fundamentum ſit Quòd mala quæ poſſunt mouere virum conſtantem, ſunt metus mortis & enormis cruciatus, vt patet in ca. Cùm dilectus. de his quæ vi metusue cau. fiunt. Item, metus ſtupri in virgine, & metus ſeruitutis, vt habetur in l. Ego puto. & l. Iſti quidem. ff. quod metus cauſa. Similiter, vinculorum atrocium timor, & longeui carceris, vt l. Nec timorem. &. l. Qui in carcerem. ff. eodem tit. Metus quoq; amiſſionis omnium bonorum, ac totius ſtatus, vt in eodem ca. de his quæ vi &c. & ibi gloſa. Nec tantùm hoc eſt verum de timore amittendi bona ſine quibus homo minimè viuere poteſt: verùm etiam de timore amittendi bona, ſine quibus grauem iacturam patitur. Cuius ratio eſt euidens: nam patrimonium vita hominis exiſtimatur, vt eſt in prouerbio ex Heſiodi carmine. Item metus infamiæ cadit in virum conſtantem, quando eſt infamia, cui non facilè ſubueniri poteſt. Deprehenſus enim in aliquo delicto, iuſto metu facit quicquid facit, ne prodatur: quia proditus poteſt pati mortem vel cruciatum, cùm ſit infamia iuris. Secus eſt de infamia, quæ fundatur in falſo, cui facilè ſubueniri poteſt, nam timor huius infamiæ non cadit in virum conſtantem. Item metus excommunicationis cadit in virum conſtantem, etiam quãdo eſt excommunicatio iniuſta, quia timenda eſt, vt patet capitulo primo. 11. quæſtio. 3. & tenet Ioan. Andre. & Panor. in capitu. Cùm dilectus. de his, quæ vi. &c & Silueſter in verbo Metus. Sed quoniam certa regula non poſſunt omnes metus in virum conſtantem cadentes comprehendi: boni viri arbitrio in foro conſcientiæ, & iudicis in foro iudiciali relinquendum eſt, vt ipſe examinet, quis metus in virum conſtantem cadat, quis verò non, vt notat gloſa in capitulo citato. Cùm dilectus. Cùm enim quædam ſint, quæ mouerent virum vnum conſtantem, quæ alium non mouerent, & determinare, quæ ſint illa, non pendeat ex re ipſa, ſequitur, quòd pendet ex boni viri arbitrio atq; prudentia Quod magna cum diligentia annotatu opus eſt, propter huius noui orbis incolas, qui eò quòd me ticu

Ioa. An. Panor. Silueſter

meticulosi sunt, & ex leui metu mouẽtur. Pari ratione minor metus cogit fœminas, quã viros: qa à natura ineſt eis minor animi vigor corporisq; fortitudo, itaq; sunt magis meticulosæ. Aliquid enim cogeret fœminam etiam constantem ad eligendum id quod vir constans neutiquàm eligeret, vt dicit glosa in capitulo. Cùm locũ, & hanc sententiam tenet Couarruuias. in. 2. p. ca. 3. in suo tractatu de matrimonio, vbi quàm plures doctores adducit, p hac sentẽtia. Couarr.

¶ Quartum fundamentum sit, quòd cùm quædam sint intrinseca ratione peccata, quæ sunt prohibita, quia mala: alia verò sint mala, eò solùm quòd iure sunt humano prohibita, qui metu mortis quantunuis atrocissimæ illa, quæ sunt prioris generis committeret, peccaret: & sic desineret esse vir constans, quia cùm sint natura sua mala, nequeunt non esse mala. Qui verò metu mortis committeret alia posterioris generis: nempe, frangeret ieiunium vel festum, non peccaret, atquè adeò nequè desineret esse constans. Nam cùm non sint intrinsecùs mala, possunt quidem bona fieri, quando sunt media cauẽdi grauiora mala. Sed si ei incuteretur huiusmodi metus à tyranno in contemptum & odium fidei & legis Ecclesiasticæ, si ob illũ metũ frãgeret ieiuniũ, iam desineret esse cõstans, quia tunc potius deberet pati mortem quàm ieiunium frãgere. De qua re diffusè satis in materia de Excommunicatione, à nobis dissertum est.

¶ Quintum fundamentum sit, Metus vt Matrimonium impediat, debet esse ab extrinseco illatus, & quòd ad hoc peculiariter incutiatur, vt Matrimonium contrahatur, alioquin si suapte natura vel fortuna vel alio fine sit illatus, non impedit vim promissionis. Est enim metus ab extrinseco, dum quis propter vitandam infirmitatem vxorem duceret, quem quidem metum nemo incutit, sed ex rei natura nascitur. Imo licet incutiatur à rebus in animis extrinsecùs vel à feris animalibus, proprie dicitur ab intrinseco. Quo fit, vt si quis metu tempestatis existens in mari, aut metu incendij, quo circunspicitur, vel ferarum, à quibus obsidetur, aut metu mortis in bello votũ emitteret, illud teneret: quia metus ille nõ cẽsetur ab extrinseco illatus. eò q; fit per modũ naturæ, sed quando offertur ab hominibus, ita tenet Siluester, verbo. Votum. 2. §. 12. Rursus quanuis inferatur ab hominibus extrinsecùs, non illo fine vt Matrimonium contrahatur, sed alio, Matrimonium tenet, etiam si iniustè inferatur, & etiam si aliàs minimè contraheretur, vt si in obsidione verbis metu captionis obsessus Princeps vel alius primatus ciuis offerret hosti matrimonio

sibi

sibi copulare filiam eius, matrimonium teneret: quia ille non est metus ad illum finem oblatus, sed sua sponte voluit, qui illum patiebatur ea se conditione liberare. Secus si hostis illo fine vrbem obsideret, vt Principem ad Matrimonium cogeret. Et eodem modo, si infirmus metu mortis polliceatur medico se eius filiam ducturum, si eum sanaret. Imo quanuis medicus hanc conditionem offerret, aliàs eum non curaturus, matrimonium teneret, quia tunc medicus non infert metum, sed morbus: Matrimonium est sicut pretium pro medela constitutum. Eadem ratione si latroni ob sua crimina in carceres coniecto puella conditionem offerret se illum liberaturam, si se velit in vxorem ducere: certè matrimonium teneret, quia metus ille non est illatus ab illa, sed est oblata conditio, si vult à metu in quo est, liberari. Si tamen quis deprehendit aliquem in crimine, & incutit ei metum, quòd eum accusabit, nisi puellam ducat, si eam ducit, Matrimonium non tenet. Similiter si quis alium in carcerem detrudat, vt consensum Matrimonij extorqueat: non tenet Matrimonium, vt patet. l. Qui in carcerem. ff. eodem titulo. Pariter si pater iuueni, quem cum filia sua deprehēdit, comminetur, quòd eum accusabit, nisi eam duxerit, Matrimonium non tenet, licèt iustè eum possit accusare. Ratio horum est, quia in his casibus metus est illatus ab extrinseco. Et eadem ratione in casu quo Princeps reo quem iustè potest interficere, diceret, Occidam te, nisi hanc duxeris, non tenet, quia metus est illatus abextrinseco & illo fine nisi ille vt metum euadat, conditionem illam sponte eligat, & nisi sit lex præcipiens, quòd qui virginem violauerit, eam ducat, vt capi. primo. de adulter. nam quanuis tunc iudex etiam metu mortis compellat eum, ille consensus solidus est & firmus. Et quantuncunquè ille qui ad supplicium ducitur, nullo modo istam meretricem esset acceptarus in vxorem, si alio modo posset euadere mortem: attamen si ipsa illum petente ducat eam, vt vitam seruet, vt fieri solet ex laudabili consuetudine apud aliquas prouincias, Matrimonium tenet. Ratio est, quia non solùm nulla tunc ei fit iniuria, verùm etiam adhuc condonatur, & pœna remittitur, ita tenet Siluester, verb. Metus. §. 6. Quando dicimus, quòd in casibus hîc appositis Matrimonium est validum, nunc post sacrum Tridētinum cōcilium solum habet locum, si celebratum fuerit iuxta formam concilij.

1. concl. ¶ His sic præiactis fundamentis, per aliquot conclusiones difficultati respondetur, & earum prima sit. Consensus coactus per metum cadentem in constantem virum, non est ad Matrimonium

per

perficiendum validus. Hæc conclusio habetur in. c. Veniens. &. ca. Cùm locum. & cap. Consultationi tuæ, de sponsalibus. Et ca. De nuptijs. & cap. Si verum. 31. q. 2. Et ratione probatur, nam sine plena libertate nullatenus natura vinculi coniugalis finisq; matrimonij seruari posset, quia facilè ad inuicem discederent, & sic non esset hoc sacramentum indissolubile, neq; esset prolis æducatio, neq; operũ communicatio, qui sunt fines matrimonij.

¶ Secunda conclusio. Consensus coactus metu cadente in virũ in constantem non irritat matrimonium. Hæc conclusio licèt non reperiatur expressa in iure: eam tamen colligunt doctores à contrario sensu ex eisdem locis pro prima conclusione adductis. Cùm enim illic sola matrimonia irritentur, quæ metu cadente in cõstantẽ virum contrahuntur, consequitur, per metum cadentem in virũ in constantem: scilicet, leuem non irritari. v. g. si iocosè aliqui commi nentur mortem alicui, & propter talem metum, ille cui incutitur, a liquã duxerit, legitimũ erit matrimoniũ, si celebratũ fuerit seruata forma cõcilij: quia talis metus nõ est cadens in virũ constantem. 2. concl.

¶ Annotare oportet hîc, quòd istæ duæ conclusiones locum habẽt non solùm in foro Ecclesiæ, sed etiam in conscientia, vt patet ex. c. Significauit. de eo qui duxit eam, quam polluit per adulterium. Dicit enim rex, quòd si tanta vis illata fuerit, quòd non sponte in primam consenserit, nec post præstitum iuramentum ipsam carnaliter cognouerit: propter hoc non dimittas, quin ad aliam, quam posteà in vxorem accepit reuertẽdi liberam tribuas facultatẽ, igitur primum matrimonium nullum fuit. Quod vsu eiusdem Ecclesiæ præsertim confirmatur, quæ licèt in suo tribunali coactus ille confitea tur se habuisse cõsensum, nihilominùs absoluit eum à matrimonio. Quæ hodie in vtroq; foro vera sunt si forma concilij seruetur. Notabil.

¶ Sed vtrùm matrimonium metu cõtractum sit iure diuino nullũ, an solo iure humano: meritò cõsequẽter dubitatur? Cui dubio hac tertia cõclusione in ordine respõdetur, quòd ẽ nullum iure diuino & naturali, & non tantùm ex Ecclesiæ constitutione. Hæc conclusio est cõtra Cardinalem in. c. Abbas. de his quæ vi metusue cau fiunt, asserentem validum esse consensum coactum iure diuino, re cindendum tamen posteà matrimonium per Ecclesiam. Nostrã tamen conclusionem tenet Scotus in. 4. dist. 29 q. 1. ar. 2. & Gabriel in. 3. dist. 39. q. 1. con. 8. Eandem tenet D. Tho. in. 3. sen. dist. eadem. Inquit enim, non sufficere ad matrimonium simplicem consensum: sed liberum esse necessarium, ad iuramentum verò simplicem consensum sufficere, atq; ob id etiam metu factum interim ... absolutio Dubium. Cardi. Scotus. 3. concl. D. Tho.

lutio non præſtatur, obligare iurantem, & qui non impetrata abſolutione à iuramenti vinculo, aliam invxorem acciperet, mortaliter peccaret, quia qui ex metu illo iurat, ſimplicè conſenſum exhibet, quem ſi non exhiberet: mortaliter peccaret, cùm adducat falſo Deum in teſtem, vt Caietanus egregiè pro ſuo more annotat in Commentarijs. 2.2. quæſtio. 89. articulo ſeptimo, dubio ſecundo: non tamen propter iuramentum Matrimonium confirmatur: confirmatur verò, ſi priùs per metum eſſet factum, & abſente metu ille iuramentum ducendi aliquam confirmauerit. Vnde, Diuus Auguſtinus, cuius verba referuntur, capitulo Inter cætera. 22. quęſtione. 4 Cùm dixit, Vualdum metu mortis iuraſſe ſe cõcubinam ducturum, licèt non fuit Matrimonium, ſi tamen ante impetratam abſolutionem à iuramento, aliam duxiſſet, mortaliter peccaret. Sciotamen Ricardum in quarto, eadem diſtinctione, cui ſubſcribit Paludanus, tenere contrariam ſententiam: nempe, non peccare, quia dicunt, quòd neque in conſcientia illud iuramentum eſt obligatorium, ſiue verbis de futuro ſiue de præſenti ſit appoſitum, ſed licèt hoc ſit probabile: tamen probabilius mihi apparet, quòd peccat ducendo aliam ſine abſolutione iuramenti. Sed opus eſt, vt illuc reuertamur, vnde fecimus digreſſum: ſcilicet, ad probandam concluſionem tertiam, quam tribus non leuibus rationibus oſtendam. Prima. Cõſenſus iuſto metu coactus omnes alios contractus iure naturali eneruat atq; inualidat, quia talis conſenſus per iniuriam extorquetur, & ideo debet qui cogitur, in ſuam libertatem reſtitui, ergo à fortiori in Matrimonio vbi maior exigitur libertas, idipſum eadem natura ſecundùm Deum conſtituit. Secunda, Si ſolo iure Eccleſiaſtico conſenſus coactus infirmaretur, conſequens fieret, vt ſi inter infideles tale Matrimonium contraheretur, eſſet validum etiam ſi ad Eccleſiam poſt tranſmigrarent: quia Eccleſia erga infideles nihil poteſt diſponere: conſequens tamen eſt falſum, imo illud etiam cenſetur irritum & inualidum, ſicut inter Chriſtianos. Tertia ratio ſit, quia cùm Matrimonium ſit ſacramentum, de cuius eſſentia eſt conſenſus, & Eccleſia ea mutare nequeat, quæ ſacramentorum eſſentiam attingunt: conſequens eſt, vt ſi iure diuino coactus conſenſus non eſſet irritus, quòd eum Eccleſia irritare nequiret. Nec me latet Petrum à Palude in quarto, diſtinctione 29. quæſtione. 1. & Ricardum eadem diſtinctione, quæſtione ſecunda, articulo primo, & Maiorem ibidem. quæſtione. 1. & Durandũ, quæſtione ſecunda tenere contrariã opinionem huius noſtræ tertiæ concluſionis: ſcilicet, quòd ſolo iure Pontificio conſenſus coactus

Caieta. *D. Aug.* *Ricard.* *Palud.* *Ricard.* *Duran.*

ctus irritatur, non quòd per talem consensum fiat Matrimonium iure diuino & naturali, venit autem recindendum per ius Pontificium, vt dixit Cardinalis, sed quòd nunquàm fuit Matrimonium iure Pontificio vetante. Vnde, ad vltimam rationem nostram, quæ potissimum argumentum est Scoti, respondent, quòd cùm matrimonium non solùm sit sacramentum: verùm etiam contractus ciuilis, quamuis Ecclesia quatenus sacramentum est, eius essentiam mutare nequeat: tamen quatenus est contractus ciuilis, potuit Ecclesia per potestatem ei diuinitus commissam administrandi Christianam Rempublicam, consensum coactum metu cadente in constantem virum inualidare, infirmare & cassare, ad obuiandum incommodis maximis, quæ illo admisso oborirentur, & tanquàm iniurium & fini Matrimonij nociuum. In reliquis verò sacramentis quia sunt merè sacramenta, nihil Ecclesia mutare potuit circa eorum essentias quæ sunt de iure diuino: scilicet, forma & materia extrinsecùs admota cum intentione faciendi quod Christus instituit, & multò minùs in his quæ per characteres imprimuntur. Et quamuis hæc opinio sit valde probabilis, probabiliorem tamen reputo opinionem Scoti, cui proinde libenter adhæreo. *Cardina.*

¶ Quarta conclusio. Si quis duxerit vxorem metu in virum constantem cadente, nunquàm posteà etiam per cohabitationem diuturnam inconscientia erit validum Matrimonium, quod à principio fuit inualidum. Probatur, nam à principio propter metum interuenientem fuit matrimonium nullum ex defectu consensus, ergo si non adueniat de nouo consensus, nullo modo fiet ratum & validum, quod ante fuit nullum. *Scotus. 4. concl.*

¶ Sed dubitabatur consequenter ante sacrosanctum œcumenicum Tridentinum concilium, si quis metu mortis compelleretur matrimonium consummare, vtrùm tunc esset matrimonium? Ad hoc dubium hac quinta conclusione in ordine respondebatur, quòd in conscientia inconstanter egisset, qui sic coactus metu mortis copulam habuisset, quia potiùs debuisset pati mortem, quàm matrimonium cõsummare ad peccatum fugiendum, vel debuisset ad eandem copulam affectu maritali accedere consummando & perficiendo matrimonium: & quòd si consensus in matrimonium fuerat iusto metu coactus, & consensus in copulam non fuerat vt accessisset affectu maritali, sed vt fornicario, non erat matrimonium in conscientia, secùs si fuerat cum maritali affectu. In foro tamen Ecclesiæ præsumebatur matrimonium esse validum, saltem si viro illata esset coactio, quia ille nõ poterat, nisi cõsentiens coire. Quare, licèt consensus fuisset *Dubium. 5. Conc.*

metu

metu extortus, tamen ille metus non iudicabatur viri cõstantis, si eum in delictũ coniecisset. Ob idq; quanuis diceret, se non consensisse in matrimonium, non esset ei fides adhibenda. Et idem esset de puella si metu consensisset in copulam, atq; adeò Ecclesia debebat illos constringere, vt in matrimonio perseuerarent. Hæc erat sententia Petri Palud. in 4. distinct. 29. q 1 ar. 4. Signanter dixi, Ante concilij. nam nunc post ipsum nullum est matrimonium præsumptum per consummationem copulæ in foro Ecclesiæ, nec verum in foro conscientiæ, etiam si se cognouerint affectu maritali, nisi contraxerint iuxta formam in præfato concilio statutam.

Palud.

Notabil. ¶ Annotato tamen, quòd poterat puella non solùm allegare metum sed vim, ita vt fuisset tenta vel ligata dissentiens, atquè adeò citra suam culpam turpitudinem passa, & tunc nequè in foro Ecclesiæ nec in foro conscientiæ matrimonium erat validum, nisi ipsa in copulam consensisset.

¶ XXIIII. DIFFICVLTAS.

Vtrùm vel princeps subditum, vel pater filium possit ad matrimonium cogere.

1. concl. AD hanc difficultatem tribus conclusionibus respondetur, & earum prima sit. Matrimonium contractum imperio vel precibus Regis vel cuiuscunquè domini, qui tyrannicè tractare solet subditos suos non obtemperantes, ipso iure est nullum, & dicitur timor cadens in constantem virum. Hæc conclusio est expressa sententia Panor. in capit. vltimo. qui clerici. vel vouen. & Siluestri verbo. Metus. §. 2. Et eam iam suprà satis lucidè ostendimus, cum probauimus Deum hanc facultatem nulli hominum reliquisse, vt inuitum quempiam in matrimonium obtruderet: quippe quòd cùm natura ipsius quod perpetuum esse debet, è diametro pugnet. Ex hac conclusione elicitur, quòd cùm apud istos neophitos domini essent sic sæui & impetuosi, qui imperio ipsorum vel precibus matrimonium contrahe-rent, non remanerent ligati in tali matrimonio. Hanc conclusionem decernit sancta synodus Tridenti. sub his verbis, Ita plerumquè temporalium dominorum ac magistratuum mentis oculos terreni affectus atquè cupiditates excæcant, vt viros & mulieres sub eorum iurisdictione degentes, maximè diuites, vel spem magnæ haereditatis habentes, minis & pœnis adigant cum ijs matrimonium inuitos contrahare, quos ipsi Domini vel Magistratus illis præscripserint. Quare, cùm maximè nefarium sit matrimonij libertatem violare, &

Panor
Siluester

Con. tr. ✻

& ab eis iniurias nasci, à quibus iura expectantur: præcipit sancta synodus omnibus cuiuscunq; gradus, dignitatis & conditionis existant sub anathematis pœna, quam ipso facto incurrant, ne quouis modo directè vel indirectè subditos suos, vel quoscunq; alios cogant, quo minùs liberè matrimonium contrahant. Nec nocet huic conclusioni .l. continet. §. Sed vim. ff. quod met. cau. vis quam magistratus intulit iure licito, non vitiat contractum. Non, inquam, nocet, cùm dicat iure licito, & vis iusta principis matrimonium nō viciat. Iusta autem vis est, quando ex lege procedit, vt dum qui virginem deflorauit, compellitur eam sibi matrimonio copulare, nisi eam dotare voluerit.

¶ Secunda conclusio. Pater non potest simpliciter ad matrimonium filios compellere, hoc est, per consensum patris sine consensu filij non firmatur matrimonium. Hanc conclusionem probat D. Th. hoc pacto. Cùm in matrimonio sit quędam quasi seruitus perpetua, nequit pater filium qui liberæ conditionis est, aut metu mortis aut alio cadente in constantem virum, ad consensum cogere. Licèt enim teneatur filius patri obedire in licitis & honestis, sed tanquàm liber homo. Quare, non cogitur omnimodè in hijs obtemperare, in quibus est tā liber, quàm ipse pater: putà in matrimonio cōtrahēdo, per quod filius futurus est pater. Vnde, licèt pater possit sponsalia filij iurare, tamen iuramentum eius non habet arctiorem vim, quàm quòd quantùm in se erit operam dabit matrimonio filij conciliādo: quod quidem ius non aufert eidem filio reclamandi: & ideo conditio illa, nisi filius renuerit, semper in iuramento includitur. Vnde, si contrahat sine volūtate patris, verum est matrimoniū. 2. concl. D. Tho.

¶ Tertia conclusio. Matrimonium contractum blanditijs vel persuasionibus, validum est, quia plena libertas stat cum huiusmodi blanditijs, persuasionibus, vel importunitatibus, cùm per huiusmodi importunitates non tollatur voluntarium, supposito quòd solùm sunt persuasiones & importunitates, & non comminationes. Quantus nanq; aliquo modo mouent voluntatem, sed non vt aliquid voluntarij adimant. 3. concl.

¶ Circa secundam conclusionem est dubium: vtrùm sit aliqua pœna statuta in iure contra filios matrimonium contrahentes sine consensu parentum? Cui dubio duabus conclusionibus respondetur. Prior sit. In iure coī ītādo, añ concl. nō habebatur ꝙ hæreditate priuaretur filia, quæ contra voluntatem parentū clam nupserat, sed solùm ponebatur hæc pœna in auth. vt cū de appel. cogn. §. Causas autem. colla. 8. ꝙ si ante. 26. ānos, vel filia in proprium corpus peccaset, 1. concl.

set,vel seruo nupsisset ingratitudinis rea sit. Si autem à vigesimo quinto anno parentes distulissent eam marito copulare,& forsan contigisset in suum corpus peccare,aut sine consensu parentum marito [libero tamen] se coniungere,hoc ad ingratitudinem filiæ non imputabatur.

2. concl. ¶ Posterior conclusio sit. In Hispania extabat lex inter Taurinas. 49. quæ iam hodie post sacrum Tridentinum concilium nō potest habere locum: scilicet,quòd quando matrimonium clàm contrahebatur,hæc erat iusta causa,vt parentes possent filiam exhæredare, licèt ipso facto non esset hæreditate abdicata. Quin verò alia lex erat condita Vallisoleti,quòd quamuis filia. 25. annorum ætatem excessisset,eidem subderetur legi,& Couarruuias in. 2. p. de matrimo-

Couarr. nio. c. 6. credebat legem istam etiam filiam viduam, quæ habitabat simul cum parentibus,& sub eorum cura degebat, comprehendere. Hæc conclusio probabatur,nam quamuis à principibus abdicata sit potestas statuendi leges circa sacramentum matrimonij. quia nō possunt mutare ea quæ sunt de substantia matrimonij, vt patet ca. Tuam. de ordi cogni.& cap. Causamq; in. 2. qui filij sint legitimi, quandoq; illic dicitur, causam matrimonialem, atque adeò legitimationes liberorum ad examen Ecclesiæ pertinere,sanè incūbit iudicare,an matrimonium fuerit validum an inualidum: poterant tamen sicut& hodie possent,prohibitioni Romani Pontificis hac in re pœnas addere,ad coadiuuandum,vt patet per glosam in Clemen. Ne Romani,in verbo. Tolli. de electio communiter receptam & in diuersis partibus nimis commendatam,& patet, nam & si matrimonia facta in consultis parentibus iure canonico naturali & diuino sint firma: non tamen semper contrahentes excipiuntur à delicto, quod Princeps punire potest.

Notabil. Couarr. ¶ Et annotato hîc, quòd huiusmodi leges non habebant locum in masculis absq; voluntate parentum contrahentibus, vt annotabat Couarruuias vbi suprà,sed in fœminis,quæ cùm non tanto ingenio & prudentia vigeant,debēt in nuptijs contrahendis parentibus obstrictiùs esse subiectæ,ne leuiter de se disponant. Nec erat huiusmodi rigor obseruandus,nam pensanda erat causa nubendi,vt si fortè filia erat iniuria parentum oppressa,quam ne dotarent, vel ex alia causa nuptui tradere recusabant. Tunc enim si clàm nupsisset suo æquali,non fuisset vtēdum rigore legis cum illa,nec cum personis inferioris sortis debebat ille rigor obseruari,vt cum illustribus,qa non tantū detrimentū causabatur per matrimonia inferioris gētis.

¶XXV. DIFFICVLTAS.

Vtrùm consensus conditionatus sit ad matrimonium per se sufficiens

IN primis aduerte lector, vt sequentia de cõsensu cõditionato legas tanquàm ea quæ antiquitus, quando clandestina matrimonia erant valida, contingere potuerunt, nam quid tunc post sacram œcumenicam Tridentinam synodum [quando sunt irrita] dicendum sit de matrimonio sub conditione celebrato, in fine præsentis difficultatis tibi à nobis apponetur. Deinde annota, quòd præsens quæstio non habet locum, cùm conditiones sunt generales, & tales quæ licèt non apponantur, intelliguntur: vt, Contraham tecum, si Deus voluerit, aut si nos viuos seruauerit. Nec enim sũt particulares, sed tamẽ cõtractui matrimonij necessariæ, vt si vir diceret hermaphrodito, Contraham tecum, si sexum elegeris fœmineũ, aut si mihi nõ fueris consanguinea. aut si diceret Sarracenæ, Contraham tecum, si fidem Christi profiteri decreueris. Ratio huius notabilis est: quia nihil refert, q̃ vel apponantur, vel taceantur, quandoquidem ex natura rei appositæ censentur. Habet igitur locum hæc difficultas in alijs conditionibus particularibus, de quibus sunt plures distinctiones: nam quædam sunt necessariæ, quædam possibiles, quædã autem impossibiles, Atq; possibiles sunt rursus bipartitæ, nã aliæ sunt cõditiones honestæ, aliæ autem turpes & inhonestæ. Istarũ verò q̃dam sunt contra substantiam matrimonij, aut eius finem, aut fidẽ: q̃dam autem, quę non aduersantur matrimonio. Tandem impossibiliũ, ali quæ sunt impossibiles simpliciter & ex natura rei, aliæ verò ex cõditione personæ: & omnes istæ conditiones apponi possunt, aut verbo de præsenti, Contraho, duco, nubo: aut de futuro, Contrahã &c. His ergo sic p̃habitis, ad q̃stionem per aliquot cõclusiones respõdetur, & earũ prima sit. Si cõditio sit necessaria de futuro, & addatur verbis de p̃senti: vt si quis dicat, Cõtraho tecũ, aut duco te, si cras oriatur sol, vel si sũ moriturus, vel si pater meus sit moriturus. verũ ac legitimũ matrimoniũ statim p̃ficitur, nisi sic cõtrahẽtes suspẽdãt cõsẽsũ, vsq; cras quãdo sol oriatur. Rõ istius cõclusionis est manifesta: quia, talia futura iã sũt p̃sẽtia in suis causis. Quocirca habetur cõditio ista p̃nõ adiecta, ac p̃inde solidũ est matrimoniũ, ac si cõditio esset de p̃senti. Assertio ista est D. Tho in. 4. d. 29. ar. 3. ql. 3. q̃; huius glosa nuper super. c. Pertuas. de condi. appo. contrariũ sentiat, dicens q̃ etiã talis conditio necessaria suspendit contractũ, & idcirco si iste antequàm sol oriatur cras, aliud matrimoniũ contraxerit de præsenti, illud, inquit, est valdum. Sed tamen glosa hæc nulli

Nota. 1.

Nota. 2.

1. concl.

D. Tho.

consentanea est rationi, nam cùm illa conditio sit iam in suis causis naturalibus necessaria, impleta censetur. Si verò talis conditio necessaria addatur verbis de futuro: vt, Contraham tecum, si sol oriatur cras, valebit prosponsalibus, ac si nulla esset adiecta cõditio. Si tamen quis diceret, Contraham tecum, si pater meus moriatur, non tenetur eam ducere, quousq; pater moriatur.

2. concl. ¶ Secũda cõclusio. Si conditio sit possibilis de præsenti, & adhibeatur verbo de præsenti, si illa tunc vel impleta, est vel adimpletur, vt si Petrus dicat Mariæ secum consentienti, Contraho tecum, si patri meo placuerit, id est, si iam modò placet, verum perficitur matrimoniũ absq; alio consensu. Hæc conclusio nemini potest esse dubia, cùm in isto contractu intercedat consensus mutuus de p̃senti, nullatenùs ex futuro pendens, qui ideo eodem momẽto quo exprimitur, vim suam obtinet, si modò personæ sint legitimæ: & patet, nã & in alijs contractibus ciuilibus, ita res habet. l. institutio talis. ff. de condi. institu. & l. Cùm ad præsens. ff. si cert. pet. vbi habetur, q̃ si conditio est de p̃senti aut de p̃terito, non suspendit contractum.

Notabil. ¶ Et annotato, q̃ signanter dixi in conclusione, Si illa conditio, tũc est adimpleta quia si non esset adimpleta, aut esset matrimonio cõtraria, non teneret matrimonium. Signanter etiã dixi in conclusione, Si iam modo patri meo placet. nam si tunc patri displicebat, quãuis postmodùm scienti placeat, matrimonium nullum est absq; nouo consensu: quia conditio ad illud momentum referanda est, quo consensus de præsenti exprimitur.

3. concl. ¶ 3. concl. Si conditio possibilis honesta de futuro, q̃ non est cõtra substãtiã matrimonij, adijciatur verbis de p̃senti: suspẽdit contractũ: hoc est, facit illũ obligatoriũ sub illa conditione, & nõ aliter, vt si quis contrahat in hũc modũ, Contraho tecũ, si pater tuus consenserit, vel si pater tuus dederit mihi decẽ milia talẽta. Conclusio hæc habetur in. c. De illis. & c. Super eo. & c. Per tuas. de condi. app. Et ratio est, quia consensus non aliter est iudicãdus, quàm exprimitur: cùm ergo sub conditione exprimatur, non obligat nisi sub illa, quod etiam commune est omnibus contractibus ciuilibus, itaq; contractus nunquàm erit nisi sponsaliorum. Pari modo, si quis hac honesta conditione contrahat cũ aliqua, quã non vidit, si non fuerit cæca aut muta, aut cocles, aut leprosa, vel aliqua insigni turpitudine deformata, etiam si per verbum de præsenti illud dicat: vt, Contraho cum Maria, si non fuerit cæca. & c. matrimoniũ non tenet, nisi conditione stante: scilicet, quòd ipsa non sit cæca. Et par ius est de sponsa respectu sponsi. Eodem modo si dixerit, Nubo tali si hanc aut

sut illam doctus est artem ad alendam vitam. Nam conditiones eiusmodi sunt, tum honestæ, tum & multùm ad perpetuitatem cohabitationis, & generandi conducentes, & ideo nulla est causa cur non approbentur tanquàm necessariò adimplendæ. Secus si minus ad finem matrimonij conducerent, vt si quis contraheret cum aliqua absente, si esset pulchra aut bene morigerata, quia cùm istæ qualitates recipiant magis & minus, non sunt in foro Ecclesiæ admittendæ tanquàm matrimonium inualidantes.

¶ Quarta conclusio. Si conditio sit possibilis honesta, contraria tamen matrimonij substantiæ, nullum est matrimonium, vt si quis dicat, Ego accipio te in vxorẽ, si vixerimus in perpetua castitate [scilicet vt neuter alteri debitum vnquam reddat] neq; nos carnaliter cognoscamus. vel si dicat vterq; alteri, Contraho tecũ, si priùs voto castitatis te sic obstringeris, vt nũquàm à me petas, neq; mihi debitum reddas. Conclusio ista est communis doctorum sententia & vera, licèt Paludanus aliter sentiat. Eam enim tenet D. Tho. in. 4. dist. 28. ar. 4. ad. 3. & Adria. in tractatu. de sponsalibus. q. 9. & Ric. in. 4. eadem di. ar. 2. q 4. Ratione quoq; probatur, nam cùm ad substantiam matrimonij expectet qnædam obligatio, quæ vterq; facit potestatem sui corporis alteri ad vsum, ad inuicem carnaliter commiscendi: & in hoc casu nullus illorum possit vti alterius corpore, quæ quidem conditio est contraria fini & fidei matrimonij, fini scilicet generationis, & fidei sibi inuicem debitum persoluendi, fit vt nullum sit matrimonium. Item, videtur expressa sententia ca. fi. de condi appos. vbi tantùm dicitur, quòd conditiones quæ sunt cõtra substantiam matrimonij, illud tollunt absq; restrictione ad turpes, ergo etiam honestæ si sint contra substantiam matrimonij, ipsum impediunt. *4. concl.* *D. Tho.* *Adrian.* *Ricard.*

¶ Annotare tamen impresentiarum oportet, quòd si intentionẽ interiorem haberent nunquàm conueniendi, si tamen eam verbis nõ explicauerint, matrimonium teneret: quia quanuis habeant intentionem castitatem seruandi, si alius petat, tenetur ei reddere debitum, ita tenet Siluest. verbo, Matrimonium. 4. §. 5. Si tamen verbis exterioribus in conditione apposuere, nullus illorum potest petere: nec si petat, alius tenetur reddere, & ideo non est matrimonium. Imo si tantùm ex parte vnius contrahentis apponatur conditio, q̃ nunquàm ab illo alter coniux petat debitum, non fit matrimonium: quia tunc non habet vterq; æqualem potestatem super corpus alterius: contractus autem matrimoniales claudicare ex aliqua parte non debet sicuti nec alij contractus. Ex his euidenter colligitur, in *Notabil.* *Siluester*

ter beatã virginẽ & Ioseph fuisse legitimũ matrimoniũ: quia absolutè ac sine cõditione seruãdi castitatẽ cõtraxerũt. Si tamen beata virgo illã conditionẽ expressisset, non esset verũ matrimoniũ: nec ante nuptias desideriũ quod virginitatis habebat, ausa est absoluto voto firmare, sed sub cõditione, si Deo placeret, eò q̃ tẽpore legis veteris oportebat generationi insistere tam mulieres q̃; viros. Postmodũ verò accepto sponso, secũdũ q̃ mores illius tẽporis exigebãt, simul cũ eo votũ virginitatis emisit, vt ait D. Tho. 3. p. q. 28 ar. 4. Desideriũ dixi, quia votũ virginis ante nuptias non tã votum dicendũ est q̃; desideriũ vouendi. Vnde Aug. non dicit, q̃ tũc vouit, sed quod ꝓposuit se ꝑmãsurã virginẽ, nisi Deus aliter reuelauerit.

D. Tho.

Dubium.

¶ Sed circa. 3. cõcl. insurgit graue dubiũ: scilicet, vtrũ adimpleta cõditione, sine nouo cõsensu fiat matrimoniũ, an requiratur nouus cõsensus? Cui dubio hac. 5. cõcl. in ordine respõdetur, q̃ ante sacrum Trid. cõci. nõ fiebat matrimoniũ quousq̃; de nouo adinuicẽ cõsentirẽt de ꝑsenti, aut maritalis accederet copula, quod hodie post ipsum cõciliũ adhuc nõ sufficit, sed requiritur q̃ simul cũ illo nouo cõsensu interueniat forma in p̃dicto cõcilio statuta. Hæc cõclusio est cõtra Panor. & aliquos alios ex canonistis tenẽtes in. c. Sup eo. &. c. De illis. de cõdi. ap. quòd adimpleta cõditione, absq̃; nouo cõsensu matrimoniũ est validũ: ita vt si ad alia vota ille transierit, nulla sint prorsus, quibus subscribit Palud. in. d. 29. q. 2. ar. 5. Sed cõclusio nr̃a est exp̃ssa sentẽtia D. Tho. in. 4. d. 29. ar. 3. & Ioã. Maio. eadẽ d. q. 4. Adria. q. 3. de spõs. & habetur in locis citatis, vbi dicitur illũ talẽ esse cõpellẽdũ ad contrahendũ: signũ ergo est, quòd fuit aliqua obligatio illa cõditione adueniente, & nõ fuit matrimoniũ: quia si eo ipso quòd cõditio adimpletur, esset matrimoniũ, nõ opus esset Ecclesiæ coactione, vt qui sic pepigerũt contraherẽt: cõpellit autẽ eos vt cõtrahãt, ergo nõ erant nisi spõsalia sub cõditione obligãtia. Ea ratione cuidẽti probatur, nã vt ex cõci. Flo. cõstat, cõsensus p verba de ꝑsenti explicatus est causa efficiẽs matrimonij, quod nũc eti am post cõci. Tri. est verũ: dũmodò huiusmodi cõsensus sit p̃stitus seruata p̃fata forma cõcilij, vt sup̃ dictũ est. Cùm ergo à principio, quando illã conditionẽ apposuerunt, non adfuerit talis consensus, nec ipsa cõditione adimpleta: fateri necessum est, nullatenus talẽ cõtractũ habendũ esse pro matrimonio, nisi de nouo adsit mutuus cõsensus. Cõfirmatur etiã maximè, quatenùs matrimoniũ est sacramẽtũ, exẽplo aliorũ sacramentorũ. Nullũ enim sub cõditione quidq̃; valet, vt si quis diceret, Ego te baptizo, aut cõfirmo, aut absoluo, si ieiunaueris, vel psalmos recitaueris. Nec incipit valere, dũ cõditio imple

5. concl.

D. Tho.

Io. maio.

Adrian.

Con. flo.

impletur: nã in ſacramentis locum non habet ratihabitio. Pari igi-
tur ratione, ſi quis diceret, Cõtraho tecũ, ſi cras dederit pater tuus
eleemoſynã: quòd ſi pater audiat & faciat, in fauorẽ matrimonij iu-
dicandũ eſt. Ita tenet Hoſtiẽ. & Cardi. in dict. c. Sup eo. Et ratione p
batur, nã vbi in cõditione non interuenit ſpecificatio de conſenſu
verbis expreſſo, ſufficere videtur pro cõditionis impletione taci-
tus conſenſus. Ex hac cõclu. ante Tri. cõci. apte colligebatur, quòd
ſiue ante cõpletã cõditionẽ ſiue poſt alter illorũ qui in illã conditio
nẽ cõſenſerãt, voluiſſet à cõtractu reſilire & aliã vel aliũ ducere, ille
contractus ſecũdus erat verũ matrimoniũ, niſi iã adinuicẽ poſt ad-
impletã conditionẽ cõſenſiſſent de p̃ſenti, aut maritalis acceſsiſſet
copula. Hodie verò poſt ſacrũ Tri. cõci nec ille cõtractus ſecũdus
erit matrimoniũ verũ, nec primus, quãtunuis poſt adimpletã condi
tionẽ adinuicẽ cõſentiant de p̃ſenti, aut maritali affectu ſe cogno-
ſcãt, niſi tunc contrahãt ſeruata p̃fata forma ſacri Tridẽti. concilij.
¶ Et annotare hîc oportet, quòd cõcluſio iſta. 5. multò magis verũ
habet, cũ conditio de futuro fertur ſup illegitimã materiã, q̃; cum
fertur ſup legitimã: vt ſi quis cognato ſuo intra 4. gradũ ꝓhibitum
dicat, Cõtraho tecũ, ſi Papa diſpẽſauerit. non enim erat ante ſacrũ
cõci. validũ matrimoniũ diſpenſatione cõceſſa, quouſq; accederet
nouus cõſenſus: quod hodie adhuc nũ ſufficit niſi ſimul cũ conſen
ſu nouo interueniãt req̃ſita in ipſo cõcilio. Et q cõcl. iſta magis ha
beat locũ quãdo fertur ſuper illegitimã materiã, probatur, nam Pa
nor. & Inno. in. c. Sup eo. & in. c. De illis. licèt vbi eſt legitima mate
ria cẽſeãt matrimoniũ abſq; nouo cõſẽſu fieri: tamẽ vbi eſt illegiti
ma, id negãt. Quo fit, vt minimè ſit adhibẽda fides Calderino & alijs
quos Silu. verb. Matrim. 3. §. 9. inducit, aſſerẽtibus poſt adeptã diſ-
penſationẽ abſq; nouo cõſenſu fieri matrimoniũ. Et probatur nr̃a
cõclu. manifeſta ratione, nã cũ Papa ſuper matrimoniũ diſpẽſat in
gradu ꝓhibito, ſolũ intelligit facultatẽ illis facere cõtrahẽdi: non
aũt ratũ habere quod factũ eſt, quia cõſẽſus ille iter illegitimas pſo
nas nullus fuit, ergo ſi poſtq̃; ſunt factæ legitimæ pſonæ p ſũmi Põ
tificis diſpẽſationẽ, cõtrahere volũt, req̃ritur, quòd de nouo cõſen
tiãt de p̃ſenti, vt fiat matrimoniũ. Ex q̃bus liq̃dò cõſtat, q q̃; uis ãte
diſpẽſationẽ cognati ſpõſi p verba de p̃ſenti, & p copulã carnalem
affectu maritali matrimoniũ cõſũmauerint, & ꝓles ſuſcepint, nullũ
tñ eſt matrimoniũ, ſed oẽs cõcubitus inter illos ſunt fornicationes
quouſq; poſt diſpenſationem denuo de præſenti conſenſerint. Se-
cus tamẽ ẽ de alijs cõtractibus ciuilibus, q q̃dẽ cũ ex nouo cõſẽſu
nõ pẽdeãt, iure p̃ſumitur cõſenſũ ſemp in virtute durare, quouſq;

Hoſtien. Cardi

Con. tri.

Notabil.

Panor. Innocen.

Siluester

conditio supertueniat,& ideo adimpleta conditione sunt validi.

Dubium ¶ Sed iam quòd non est matrimonium dispensatione cõcessa, vtr⁹ saltem habeat talis contractus vim sponsaliorum, ita vt adepta dispensatione contrahere teneantur, meritò consequenter dubitatur. Cui dubio [omissa sententia Adriani affirmatiua licèt probabili, quã tenet in materia de matrimonio. q. 10.] hac negatiua conclusione

6. concl. sexta in ordine respondetur: nempe, quòd nulla nascitur sponsalio rum obligatio. Hæc conclusio est communis doctorum sententia in cap. Super eo. & colligitur apertè ex l. Si stipuler. ff. de verb. obliga. vbi habetur, quòd si quis stipulatur, vt id fiat quod natura fieri non concedit, obligatio non consistit. Et subditur ad propositum, quòd si quis stipuletur de eo quòd leges fieri prohibent, cessat obli gatio, veluti si quis nupturam sororẽ sibi stipuletur: & ratio est quia ex facto iure improbato nulla nascitur obligatio, nec tantùm inter legitur matrimonium improbari inter cognatos: verùm etiam spon salia, cùm sponsalia sint vinculum & obligatio ad matrimoniũ cõtrahendum, & cognati tam ad sponsalia quàm ad matrimoniũ sint indebita ac illegitima materia. Quin verò & in l. Oratio. ff. de spon salibus habetur, quòd lex quæ prohibet matrimonium, subin de prohibet sponsalia. Vnde, non solùm ante dispensationem obten tam: verùm & post vterq; potest à pacto illo recedere altero etiam inuito & reclamante, secundùm hanc sententiam. Imo quanuis con tractus ille iuratus esset, quia in tali casu iuramentum nõ ligat, nec dispensatione indiget, eò q̃ super illegitimam materiam latum est. Et si sic paciscentes sint cognati, & intendant facere sponsalia pec cant, & grauiùs si id iurant, quia fertur iuramentum in materiã ve titam, quanquàm excommunicationem non incurrant: quoniã pœ næ sunt restringendæ, & excommunicatio in iure non fertur nisi in eos qui in gradu prohibito matrimonium de facto cõtrahunt, vt pa tet in cap. De muliere. de matrimonio contra interdi. Ecclesiæ & in Clemen. vnica. de consangui. & affini. vbi nulla fit mentio sponsa liorum. Si verò non cogitent sponsalia facere, sed obligare se ex honestate ne expensæ in vanũ fiant, vel alia bona de causa: tũc nul lum peccatum erit etiam id iurare, vt dum matrimonium illum in ter cognatos propter aliquem bonum finem est expediens, & dum expensæ in expeditione dispensationis amplæ factæ sunt: maximè si sponsa se se permisserit spe illa deflorari, licèt peccauerit non so lùm in tali concubitu, verùm etiam & in osculis & tactibus, quia o mnia feruntur super indebitam materiam.

7. concl. ¶ Est septima conclusio in hac difficultate, quòd si conditio sit im-

posi

posſibilis,ex natura rei,& ratione obiecti,vt ſi quis dicat, Contraho tecũ,ſi Deus nõ eſt.vel,Si cras ſol de cœlo ceciderit.aut,Si digito cœlum tetigeris,in conſcientia ad conſenſum intrinſecum expectandum eſt :nã ſi fuerit verè conſenſus de præſenti matrimoniũ facit,ſi verò de futuro ſponſalia:ſint minùs neutrũ.At verò in foro iudiciali hoc maximè notandum eſt, quòd Eccleſia ex conditione impoſsibili non cõtendit ſufficiens ſumere præſumptionis iudicium, ſed aliunde. Vnde,ſi confiteatur ſe dixiſſe, Contraho tecum, ſi cœlum digito tetigeris. per alia verba aut facta conijciendum erit,verum nè habuerit conſenſum vel de præſenti vel de futuro : & tunc præſumetur ioco conditionem adieciſſe, ac perinde pronunciabitur illud fuiſſe matrimonium aut ſponſalia, ac ſi nulla fuiſſet adiecta cõditio. Hoc enim ſonat ,Habeatur cõditio impoſsibilis pro nõ adiecta. quod dicit Grego. 9. in cap. fin. de condi. appoſi. Et eadem ratione ſi conijciatur adieciſſe conditionem per fraudem,vt ſi pollicebatur quis puellæ matrimonium,ſi ſecum in rem veneream cõſentiret,ſed vt illam deciperet adieciſſe,Si cœlum digito tetigeris, tunc nanq; tenetur ille iniuriam per fraudem illatam recompenſare. & meritò cõpelletur eam ducere,ſi tamen ex coniecturis intelligatur,aut ioco diviſſe,Contraho tecum,ſi cœlum tetigeris. aut tã quàm vnum impoſsibile. & conſtat,quòd animus vtriuſq; vel alterius contrahentium non fuit contrahere: non eſſet in foro contentioſo,nec in foro conſcientiæ,nec in iure naturali ſtando pro matrimonio iudicandum,nec pro ſponſalibus. Et præſertim ex hac coniectura poterit percipi virũ non habuiſſe animũ ducẽdi illam,ſed fallẽdi: ſcilicet,ſi erat lata diſparitas,quia ipſe erat illuſtris & fœmina paup.

¶ Octaua concluſio. Si quis contrahat vel ſponſalia vel matrimonium cum conditione impoſsibili non ex natura rei, ſed ex conditione perſonæ,& ex aliquo facto,vt ſi quis dicat,Cõtraho tecum,ſi dederis mihi regnum. vel,Si feceris mihi donari illuſtre caſtrũ,aut marchionatum. ſtante conditione in foro animæ ,& in iure naturali ſtando : tenet Matrimonium : & non ſtante conditione, non tenet Matrimonium. Hæc concluſio oſtenditur aperta ratione:quia eiuſmodi conditiones non ſunt habendæ pro non adiectis, imo faciunt conſenſum pendere ex aduentu ipſarum : & ideo ſi non adimplentur,non cenſetur matrimonium. Quin verò nec Eccleſia præſumeret eſſe matrimonium,quandocunq; cõſtaret cõtrahentium animos vel ſaltem alterius fuiſſe non contrahere, niſi ſub conditionis euentu,& aliter non:quia ſi hoc non conſtet ,iudiciale forum reputat ac præſumit verum eſſe matrimonium,etiam

8. concl.

ſine

ſine conditionis euentu, nam reputat pro nõ adiecta in fauorẽ ma
Caieta. trimonij. Ita nanq; Caie. in opuſcu. intelligit præfatum textum.
9. concl. ¶ Nona concluſio. Spõſalia, vel matrimonium contractum ſub cõ
ditione turpi, vel impertinenti, quæ non eſt contra ſubſtantiam ma
trimonij, tenet ante euentum conditionis, vt ſi aliquis dicat, Con
traham tecum, ſi furtum cõmittas ſunt ſponſalia ante adimpletionẽ
conditionis: & ſi dicat, Contraho tecum, ſi furtum commiſeris.
eſt matrimoniũ. Ratio huius cõcluſionis eſt: quia, cùm nemo ad id
quod turpe eſt, obligetur, imo multò minùs quàm ad ipoſsibile, vbi
conditio turpis conſenſum matrimonialem non aufert, contractus
ille relinquitur ſolidus, & ipſa fit vana & futilis nullam vim habens
obligandi. Intelligenda tamen eſt hæc concluſio in publico Eccle
ſiæ foro, vbi ex præſumptione proceditur: quia in iſto foro habe
tur pro non adiecta. At verò in foro conſcientiæ ſemper reſpicien
dum eſt ad interiorem conſenſum: nam ſi quis dixit, Contraho te
cum, ſi mihi ad furandum fueris ſocia. & nullum alium habuit con
ſenſum niſi ſub tali conditione, neq; intellexit ſe aliter obligare, re
vera non fecit matrimoniũ, licèt id præſumatur feciſſe. Quare, an
te conciliũ, vel debebat planè poſteà conſentire, vel in alium locũ
fugere, vbi non compelleretur permanere cum illa. Si verò affectu
maritali poſteà copulam conſummaſſet, tunc fieret matrimonium.
10. conc. ¶ Decima concluſio. Sponſaliorum vel matrimonij cõtractus ſub
conditione turpi contra ſubſtantiã matrimonij eſt nullus: vt ſi quis
contrahat in hunc modum, Contraho tecum, ſi venena ſterilitatis
procures. vel, Si generationem prolis euitabis. quod eſt contra ma
trimonij finem. aut, Si aliquem admiſeris, qui tecum adulteretur.
quod eſt contra eius fidem. vel ſi dicat, Contraho tecum, vſquè
dum te aliam pulchriorem vel ditiorem inueniam. quod eſt cõtra
eius perpetuitatem. Hic nanq; concubitus potius eſſet, vt. ca. So
Auguſti. let. 32. q. 2. ait Auguſti. quàm matrimonium. Concluſio iſta habe
tur in. c. vlti. de cond. appoſi. Eſt tamen primò intelligenda, ſi condi
tio ſit appoſita per modum obligationis ad illud obligãtis, nã ſi per
modum aſſertionis apponatur, valebit matrimoniũ, quia tunc habe
tur pro non adiecta. Secundò eſt intelligenda cõcluſio, ſi vterq; cõ
trahentium in illam conditionem conſentiat, ſecus quando alter il
lorum contradicit. Idem quoq; eſt, ſi alius taceat, quia præſumitur
Dubium. quòd contradicat in fauorem matrimonij.
¶ Sed quid dicẽdũ eſt, ſi quis cõtraxerit ſpõſalia cũ puella ſub hac
cõditione, Si fueris virgo? Reſpondetur, q; iſta conditio bifariã po
teſt apponi: ſcilicet, turpiter & honeſtè, turpiter dicendo, Cõtraho

tecum

tecũ,ſi tecũ congreſſus,te inuenero virginẽ: & tunc in foro cõtentioſo ſtando, etiã poſt conci. eſſent ſponſalia abſoluta nõ pẽdẽtia à futuro:at verò ante conci.ſi iterueniſſet copula,haberetur ꝑ matrimonio: quia ꝑſumebatur ꝙ iã ille à cõditione receſſerat,vt patet. c Pertuas. Si autẽ conditio honeſta apponeretur,vt dicendo, Capio te in vxorem,ſi modo fueris virgo.quod poteſt explorari per matronas: & iſto ſecũdo modo crediderim,cõditionẽ eſſe obligatoriam:ita vt niſi ſit adimpleta,nec tenet matrimonium,nec ſunt ſponſalia obligatoria: & ratio eſt,quia conditio eſt honeſtiſsima. At verò in foro conſcientiæ,ſi ille non habuit intentionem vllam faciendi matrimonialem contractũ,contractus ipſe nullus eſt. Et pari ratione ſi quis dicat, Cõtraho tecum,ſi mecum concubueris.ſi non habuit animum ſe obligandi niſi ſub illa conditione, in conſcientia ſi illa nõ implet conditionem,ille non manet obligatus.

¶ Adhuc reſtat in hac materia parũ dubium :vtrũm ſcilicet, vno dicente,Ego accipiã te in vxorẽ.& alio reſpõdẽte.Fortè ego accipiã te in virũ.ſint ſpõſalia,vel parẽtibus loqntibus ſic filio, Accipe iſtam in vxorem.ipſo reſpõdente,Fortè accipiam? Huic dubio tribus concluſionibus reſpõdetur. Prima,per iſta verba dubitatiua ſe cũdũ ſenſũ quẽ facere vñr, nõ erat ꝑſumẽdũ matrimoniũ nec ſpõſalia:quia ad matrimoniũ requiritur conſenſus de ꝑſenti, & ad ſponſalia exigitur promiſsio certa de futuro. At verò in his verbis non inuenitur talis conſenſus nec promiſsio. *Dubium.* *1.concl.*

¶ 2. concl. Si poſt iſta verba ſtatim traduxiſſet illã in domũ ſecuta copula,niſi aliud obſtaret:verũ fieret mrimoniũ,hęc cõcl.liqbat,nã videbatur mutuus cõſẽſus verbis vel ſignis exꝑſsis,& ſi cõſummaſſẽt copulã poſt hmõi cõditionales cõtractus, videbantur à conditione diſceſiſſe:quia talis cõtractus erãt ſpõſalia,& ſic erat ꝑſumptũ matrimoniũ in foro Eccleſiæ.In foro tñ cõſciẽtiæ,ſi qui ſub cõditione cõtraxerat,interiùs careret intẽtione matrimoniũ cõſũmãdi,& nõ accederet affectu maritali ſed fornicario,minimè à conditione diſceſiſſe iudicabatur,ac proinde nec eſſet cenſendum matrimonium *2.concl.*

¶ Tertia concluſio. Si tamen traductio illa in domum,ac copulæ conſummatio,non fieret ſtatim poſt illa verba exꝑſſa vnius & dubitatiua alterius,ſed poſt longũ tempus vel ſaltẽ poſt menſẽ vel annũ non præſumendũ erat pro matrimonio nec in foro conſciẽtiæ nec in exteriori virtute illorũ verborũ quæ præceſſerant:ſecus ſi de nouo tũc iteriùs cõſenſerãt,quia tũc iudicari poterat pro vero matrimonio. Quod maximè memorię cõmẽdãdũ eſſe cẽſebã, ꝓpter incolas huius noui orbis,iter quos cõtigebat poſt plationẽ vnius [nẽpe *3.concl.*

Ego

Ego accipiam te in vxorem. & alio respondente, fortè accipiãte] statim iungi & consummare matrimonium.

Dubium. ¶ Sed quid dicendum est, si quis dicat, Nõ aliam nisi te ducam. vel si dicat, Nunquàm aliam à te vxorem ducam. vtrùm cõtrahãtur spõsalia? Dubitationi huic suprà difficultate nona negatiuè respondimus: nempe, nullam obligationem ducendi hanc ex talibus verbis oriri. quoniam est mera negatio, & nunquàm per puram negationẽ contractus matrimonij vel sponsaliorum vim obtinet. sed per affirmationem: secus est de ista oratione, Non aliam sed te ducam. nam tunc fit contractus spõsaliorum: quia, Sed te. exceptio est affirmatiua ducẽdi illam. Eadem ratione si quis dicat, Nullam mulierem ducam præter te. nam sensus est, Non aliam ducam, & ducam te. Quando verò ponũtur huiusmodi dictiones, Nisi, quàm. vt si quis dicat, Nullam mulierem ducam, *nisi* te. vel, nullam quàm te ducã. aut Nõ contraham cum alia quàm tecum. in foro conscientiæ consulenda est intentio contrahentis, quem sensum prætenderit. Potest enim facere sensum exceptiuum, vt idem sit quod, Præter te. & sic obligationem parit contrahendi. Et potest etiam facere conditionalẽ, vt idem sit quod, Si non duxero te, nullam ducam. & sic est negatiua: & idcirco nullam parit obligationem. Hæc dicta sint secundùm ius antiquum, nam vt in principio huius difficultatis admonuimus, solùm potuerunt habere locum quando erant valida clãdestina matrimonia: cùm igitur nunc post sacrosanctam Tridentinam synodũ sint irrita, consequens fit, vt iam non contingere valeant huiusmodi matrimonia, sub conditione facta. & si aliquis plebanus adeò esset insipiens, quòd aliquod matrimonium sub conditione celebraret, iu dicandum esset de illo matrimonio secundùm ius antiquum, dũmodò seruaretur forma in pfato concilio statuta & apposita: esset tamen huiusmodi minister grauiter increpandus ab Ordinario. Sponsalia verò fieri possunt modò post concilium sub conditione sicut & ante illud, interuenientibus requisitis in ipso concilio.

De bonis matrimonium excusantibus.

¶ XXV. DIFFICVLTAS.

Vtrùm sint aliqua bona quibus matrimonium excusetur & honestetur.

Nota. 1. Timo. 4. PRo huius difficultatis elucidatione primò annotare oportet, negotium istud excusandi matrimonium introductum fuisse in scholas causa cauendi vetustam eorum hæresim, qui nuptias negabant esse licitas, de quibus Paulus. 1. Timo. c. 4. meminit.

¶ Anno

¶ Annotare opùs eſt ſecũdò, actus eſſe in triplici differẽtia, quoſdã qui ex natura ſua ſunt boni, & nullam includunt ſpeciẽ mali: vt ſunt actus virtutum, quoſdam qui ex natura ſua ſunt mali: vt occidere authoritate priuata, furari & adulterari, quoſdam autem qui licèt in ſua ratione bonitatem & honeſtatem includant, ſed tamen videtur præ ſe ferre quandam deformitatem & ſpeciem mali: & huius generis ſunt actus matrimoniales. Quo fit, vt non omnis & ſolus actus indifferens indigeat excuſatione, vt vult Durã. in. 4. diſt. 31. q. 1. Non, inquam, omnis: ſi quidem comedere & bibire quæ ſunt opera indifferentia, ea non indigent, nec ſolus: quia matrimonium de ſe eſt bonum, & tamen eget excuſari. His ſic præhabitis, duabus concluſionibus reſpondetur ad quæſtionem. Prior concluſio ſit. Actus primi & ſecundi generis nulla indigent excuſatione. Concluſio iſta adeò euidens eſt, vt neutiquàm opùs habeat explicatione. *Nota. 2.* *1. concl.*

¶ Eſt poſterior concluſio, qua directè quæſtioni reſpondetur. Actus tertij generis vt matrimonium, indigent excuſari per aliqua bona. Concluſio hæc eſt expreſſa ſententia Ariſto. 7. Ethico. vbi dicit quòd in actu carnali priuatur homo maximo bono: ſcilicet, vſu rationis, debet igitur eſſe aliquod bonum recompenſans iſtud damnum. Probatur etiam ratione, nam matrimonium plurimas moleſtias ac tribulationes & grauiſsima onera ſecum importat. Imprimis nanq; adfert vinculum indiſſolubile, quod genus quodammodò ſeruitutis eſt: nempe, quia tenentur alterutrum reddere debita, ne poſsit coniux pro ſuo arbitrio ab altero recedere. Deinde, quia vxor tenetur eſſe ſub viri poteſtate, & cum pudore concipit, cũ moleſtia vteri grauitatem geſtat, cum dolore parit. Item, tribulationẽ carnis patiuntur, vt inquit Paulus. 1. cor. 7. quo loco, Ambro. multas commemorat maritorum vxorumq; moleſtias. Itẽ, ſoliciti ſunt quæ ſunt mundi, quomodo ſibi inuicem placeant, ait idem Paulus. Et denique maximum onus ſentitur in ferendis & mariti & vxoris peruerſis moribus, in æducandis filijs, & in augenda re domeſtica. Quare, niſi per alia bona fieret iſtorum compenſatio, neutiquàm in ſtatu naturæ corruptæ eſſet matrimonium eligibile bonum: neceſſarium ergo eſt aliqua bona ei aſsignare, per quæ excuſetur, & quatenus eſt in officium, & quatenus in remediũ eſt inſtitutũ: quia vtraq; ratione afferret moleſtias citatas. Secus in ſtatu naturæ integræ, quia tunc nullæ potuiſſent eſſe moleſtiæ, cùm omnes præfatæ ex originali peccato ortum habuerint. *Ariſtote.* *1. cor. 7* *Ambroſi*

¶ Sed dubitatur conſequenter, quot ſunt iſta bona, quibus excuſatur & honeſtatur matrimonium? Cui dubio vnica hac concluſio-

ne

ne reſpondetur. Tria tantùm ſunt bona matrimonium excuſantia. Primum eſt bonum prolis, cuius procreandæ gratia inſtitutum eſt, vnde oportet, vt proles intendatur, ametur, ſuſpiciatur ac religioſè educetur, & ex hac parte eſt primum bonum excuſans. Secundum bonum eſt fides, quæ quidem non accipitur hîc prout eſt virtus theologica. Sed prout eſt pars iuſtitiæ, quæ eſt promiſſorum firmamentum. Debent enim contrahentes, mente proponere, ſibi mutuam ſeruare fidem: ſcilicet, ne poſt vinculum coniugale maritus ad aliam quam ad ſuam propriam coniugem accedat, nec vxor ad alium quam ad ſuum proprium: hoc enim honeſtat generationis actum. Tertium bonum eſt ſacramentum, ideſt, indiſſolubilitas coniunctionis. Vnde ſacramentum, vt ponitur inter bona excuſantia matrimonium, non accipitur pro ſubſtantia matrimonij, ſed pro inſeparabilitate, quæ eſt conditio adiacens contractui: & ideo matrimonium quatenus eſt vinculum ex contractu reſultans, excuſatur, & quatenus eſt ſacramentum, eſt bonum excuſans. Concluſio hæc eſt diui Aug. 9. ſuper Gene. ad literam. c. 7. & li. de bono coniugali. & li. de nuptijs & concup. c. 11 de quibus bonis. Hugo li 2. de ſacra. par. 11. ca 7. & ſequentibus, elegãter edidit. Eſt deniq; in theologorum ſcholis receptiſsima ſententia.

Auguſti. *Hugo.*

Notabil. ¶ Circa hanc concluſionem notandũ eſt, maximam eſſe differentiam inter hæc tria bona, nam duo prima ſunt bona extrinſeca matrimonij. Quo fit, vt quandoq; ſint in matrimonio, quandoq; non: & nõ requiritur quòd ſeruetur in re, ſed ſufficit in intentione. Fides nanq; ab adulteris violata, vinculum matrimonij non rumpit. Quæ enim adultera eſt, non ideo coniux non eſt, nec etiam ſteriles quæ fructu prolis carent, coniuges eſſe deſinunt. Ratio eſt, quia fides & proles in re non ſunt matrimonio eſſentiales: quemadmodum eſt indiuiſibilitas, bene tamen ſi conſiderentur in intentione, quia niſi in contractu includantur, ſaltem ſi contrariæ conditiones apponerentur: ſcilicet, quòd nunquàm tenerentur ſibi debitum reddere, aut quòd ſterilitatem procurarent, non eſſet matrimonium. At verò tertium bonum intrinſecùs & inſeparabiliter adnæret matrimonio. Quia enim per pactionem coniugalem ſui poteſtatem ſibi inuicem in perpetuum coniuges tradunt: ſeparari minimè poſſunt. Quocircà, non tantùm actus ipſe matrimonialis eſt bonus, verùm etiam ſanctus, quam quidem ſanctitatem habet ex indiuiſibilitate coniunctionis, ſecundum quam ſignificat coniunctionem Chriſti & Eccleſiæ, vt egregiè ait D. Thomas in. 4. diſtinctione. 31. quæſt. 2. Ex quibus facilè vnuſquiſq; colligere poterit, quòd non licet aſ-

D. Tho.

ſerere

ſerere, vſum matrimonij abſq; peccato ſaltem veniali minimè poſ
ſe impleri, vt opinatus eſt ex iure conſultis Hugo, ſuper cap. Vir cũ *Hugo.*
propria. 33. quæſtio. 4. propter verbum quod illic ait Grego. quòd
vir cum propria vxore dormiẽs, niſi lotus aqua, Eccleſiam intrare
non debet. nam illud non dixit Gregorius propter culpam coitus,
quaſi aliqua inde excommunicationis imago oriatur, vt Hugo & *Gregor,*
alij arbitratiſunt: aliàs non abſtergeretur aqua, ſed illud dixit pro-
pter inde cẽtiam: quia vſus ille videtur inhabilem hominem redde
re ad ſpiritualia, qua vtiq; de cauſa conſulit Paulus coniugibus, vt
orationis cauſa tantiſper abſtineant. Illa verò lotio quæ [vt ait ibi-
dem Gregorius] Romanis erat olim in more, iam non extat in v-
ſu. Aliam ſolutionem dedimus ſuperiùs difficultate quinta, vbi dif
fuſiùs hanc concluſionem [nempe actum matrimonialem eſſe bo-
num & ſanctum] probauimus. Nec obſtat id quod dicit Paulus. 1.
Corinth ſeptimo. Hoc autem dico ſecundùm indulgentiam, quia
ibi non inſinuat congreſſum coniugalem eſſe rem minùs malam, ſed *1. cor. 7*
minùs bonam quàm caſtitatem. Non nocet etiam quòd dicit Regi-
us Propheta, In iniquitatibus conceptus ſum, quia non dicitur ſic *Pſal, 50.*
conceptus propter eà quòd ſemper parentes iniquè coëant, ſed pro
ter originale, quod puer conceptus contrahit, quòd quia culpa eſt,
inquit Soto, multorum actualium, pluraliter dicitur iniquitates, vt
ſit ſenſus, in iniquitatum ſeminario conceptus ſum.

¶XXVII. DIFFICVLTAS.

Vtrùm cauſa voluptatis & delectationis quis coniugalem vſum licite adimplere poſsit.

QVÆSTIONI HVIC [OMMISSA OPI-
nione quorundam dicentium, quòd quandocunq; ad
actum coniugalem libido principaliter mouet, eſt
mortale pecatum] tribus concluſionibus reſponde-
tur. Prima. Concubitus coniugalis ſolius voluptatis
gratia, ita vt illa ſit electa & principaliter intenta, non eſt deſe pec- *1. concl.*
catum mortale, niſi alia fortè adſit mortalis circunſtantia. Hæc cõ
cluſio eſt expreſſa ſententia Philoſophi, in. 10. Ethicorũ. vbi dicit, *Ariſtote.*
delectationem de ſe nec bonam nec malam eſſe, niſi ratione opera
tionis ad quam conſequitur. Itaquè delectatio operationis bonæ
eſt bona, operationis verò malæ eſt mala. At verò concubitus

coniu

coniugalis de se non est operatio mala: ergo neq; delectatio illi ad iuncta: quare nec electio istius delectationis ex genere suo est mor
Augusti. talis. Est etiam doctrina Augustini de bono coniugali, c. 6. videlicet quòd accedere ad vxorem fatiandæ concupiscentiæ causa, venialis culpa est: alioquin si mortalis esset, tunc steriles & senes nequirent debitum citra mortalem culpam exigere, quod concedere absurdissimum esset.

¶ Intelligenda tamen est præsens conclusio sistendo intra fines matrimonij. Sistere autē intra fines & limites matrimonij dicitur quis, quando sic cognoscit vxorem propriam propter delectationem, q si non esset propria vxor, non eam cognosceret. Exire autem limites matrimonij dicitur quis, quando vxorem cognoscit propter solam delectationem, & propter hoc cognosceret eam etiam si non esset vxor sua. Si enim talem habeat affectum & actum voluntatis quādo accedit, quòd cognosceret illam si adesset, tūc mortalis culpa contrahitur. Ille nanq; est ardentior amator vxoris, quem diuus
Hieronym Hieronymus condemnat, appellando illum adulterū, ex mente Sixti Pytagorici, & referuntur eius verba canone, Origo. 32. q. 4. Si tamen quando accedit, nihil de hoc cogitat, sed solùm accedit ad vxorem causa delectationis, non exit limites motrimonij ac proinde non erit mortale. Propterea enim, quòd si meretrix adesset, iste illam cognosceret, si quando accedit ad vxorem hoc non cogitat, nulla est culpa mortalis.

2. concl. ¶ Secunda cōclusio est. Accedere ad vxorē voluptatis gratia, est
Augusti. venialis culpa. Hanc conclusionem tenet Augu. vbi suprà & li. 1 de
Beda. nuptijs & concupiscentia. c. 4. & in Enchiridion. ca. 78. & Beda. 1.
D. Tho. cor. 7. D. Thom. in. 4. dist. 31. q. 2. ar. 3. & Altisiodorensis & Ricard.
Altisiod. breuiter omnes theologi tenent, quòd accedere ad propriam vxo-
Ricar. rem, solùm ad obsequendum libidini, est veniale, vno excepto Icā
Ekius. ne Maio. dist. citata, conclusione. 7. cui Ekius hom. 1. de matrimonio subscripsit, qui tenent nullam esse culpam, quibus adhærēdum in hoc non est: cùm enim complexus maritalis non sit bonus nisi in bonum prolis relatus, aut propter fidem reddendi debitum, aut forte in remedium concupiscentiæ, quæ sunt bona eum excusantia, fit vt voluptas nisi his associetur bonis, non sit bona. Nec nocet argumentum quod pro se facit Maioris: quia sicut licet edere quencunq; sapidum cibum absq; culpa aliqua, ita vti licet propria vxore ad delectationem sumēdam. Non, inquam, nocet, imo facit pro nobis: tum, quia comedere & bibere nisi vel nutritionis causa vel alio honesto fine fiat, non caret veniali culpa, cùm saltem sit actus ociosus;

tum

tum etiam, quia in esu & potu non inest tanta vis ad perturbandam rationem, quanta in coitu.

¶ Tertia conclusio. Accedere ad coniugem generationis causa cum delectatione & voluptate adhęrente & placente, nullum est peccatū, nisi nimius voluptatis excessus procuretur. Cōclusio ista adeò est euidens, vt probatione non egeat. Cùm enim vsus coniugalis à natura instigetur, fit, vt & ab illa illi actui sit adiuncta delectatio propter necessitatem conseruandi speciem, quemadmodum ab eadem natura adiuncta est delectatio sumptioni cibi & potus ob necessitatem conseruandi individuum, nulla ergo est culpa ad coniugem cum delectatione causa generationis accedere, sicut nec sumere cibum & potum cum delectatione. *Concl. 3.*

¶ XXVIII. DIFFICVLTAS.

Vtrùm liceat coniugibus ad vitandam fornicationem debitum exigere.

DIFFICVLTATI PRÆSENTI DVABVS conclusionibus respondetur. Prior sit. Qui debitum ab vxore exigit causa fornicationis vitandæ in illa similiter & quòd ipsa petat à marito causa vitandi in illo, nullo modo peccat, imo meretur. Hæc conclusio est Augusti. li de bono coniuga. c. 7. & 10. vbi ait, quòd huius causa debitū reddere licet, ne alter coniugum fornicando damnabiliter peccet. Est etiam Bedæ super 1. corinth. 7. & Magistri senten. & D Thomę atq; omnium sententiarum expositorum. Et ratio est, quia est opùs iustitiæ, id est fidei coniugij, cùm secundùm Apostolum, mulier sui corporis potestatem non habeat, sed vir, neq; vir sui, sed mulier: & de hoc non est dubium. *1. concl.* *D. augu* *Beda.* *Ma. sen* *D. Tho.*

¶ Est tamen maxima difficultas, vtrùm ad vitandam fornicationem in se ipso liceat ei à coniuge debitum exigere. Sunt nanq; quàm plurimi doctores grauissimi tenentes partem negatiuam, scilicet, quòd ad vitandam fornicationem in se, non licet accedere ad propriā vxorem citra venialem culpam, vt Augusti. in li de bono coniuga. c. 6. 7. 10. & in Inchiridione c 43. & Hieronymus in Epistola pro libris ad Gregor. uersus Iouenianos, Gregor. 22. li. moralium. c. 20. & Beda in loco citato, & Magister senten. & Diuus Thom. distinct. 31. q 2. ar. 2. Bona uen. & Ricard & licèt hæc pars negatiua satis sit probabilis, nihilominùs pro parte affirmatiua sit posterior conclusio tanquàm mitior & *Dubium* *Augusti.* *Hierony* *Gregor.* *Beda.* *D. Tho.* *Bonauen* *Ricard.*

fortè probabilior tenenda, quòd si adhibitis omnibus remedijs quæ humano modo adhiberi possunt, non potest per illa vitare fornicationem, vel saltem magna cum difficultate, licitè tũc potest accedere ad propriam vxorem causa vitandæ incontinentiæ. Conclusionem istã videtur tenere Hugo super Ecclesiastem, in verbo illo, Tempus amplexandi &c. & in hanc sententiam videtur inclinare Scotus distinct. 26. Eandemq; tanquàm certam sustinuit Durand. distinct. 31. q. 4. & Caietanus in summa cap. De vsu matrimonij, vbi ait, quòd exercendus est vel causa generandi vel in remedium concupiscentiæ. Et idem ait Silvester, verbo Debitum coniugale. §. 6. in fine. Sunt etiam duæ rationes non leues ad illam probandum. Prima, quia matrimonium non solùm factum est in officium naturæ, quando institutum est à Deo in paradiso in statu innocentiæ propter prolem, verùm etiam post peccatum institutum est in remedium concupiscentię illorum, qui matrimonium contrahunt. At verò vti matrimonio ad sum finem, licèt ille non sit principalis, sed officium generandi, non est iuis coniugale transgredi, sed vti remedio incontinentibus concesso ad cauendum peccatum. Quocirca Paulus hoc remedium continere non valentibus proposuit, inquiens, Melius est nubere quàm vri. quasi per nuptias homo liberetur ab igne inferni, quia cùm sit à natura incontinens, exercendo actum venereum extra matrimonium, dãnaretur. Qui ergo ob vitandam fornicationem in se accedit ad vxorem, nullum peccatum committit. Est secũda ratio, quia quilibet ex ordine charitatis tenetur diligere se quoad spiritualia plusquàm proximum, sed potest accedere ad propriam vxorem ad vitandam fornicationem in illa, ergo ad vitandam in se ipso. Nec enim aliud Paulum dicere voluisse videtur cùm dixit, loquendo de illis, qui se continere non valent, Propter fornicationem vnusquisq; propriam vxorem habeat, & vnaquæq; proprium virum. Signanter dixi in conclusione, Adhibitis omnibus remedijs, ita nanq; concludionem nostram intelligunt Paludanus, q. 52. & Capreo. Secus quando habet alia remedia, vt quando fugiendo occasiones potest fornicationem vitare, quia tunc accedere venialis culpa esset, eò quòd non tam causa fornicationis vitandæ facere videtur, quàm voluptate illa potiundi.

Hugo. Scotus Duran. Caieta. Silvester. Palud. Capreo. Dubium. Dicitur.

Sed solet moueri dubium hîc, vtrùm liceat sanitatis gratia accedere ad propriam vxorem. Cui dubio diuus Thom. vbi suprà ad quartum tenet partem negatiuam: facit enim argumentum, id quod genere suo est bonum, non nisi mala intentione vitiatur: vsus coniugalis ge

genere suo est bonus, ergo si fiat bono fine, qualis est sanitas corporis, non est culpandus. Et respondet, quòd quanuis intentio sanitatis per se sit bona, tamen si per medium ordinetur, quod non est per se ad illam ordinatum, intentio tunc efficitur mala, velut si quis sacramentum Baptismi tantùm ad salutem corporalem quæreret. Cùm igitur matrimonium non ad istum finem, sed ad prolem generandum, & in remedium concupiscentiæ sit institutum, fit, vt gratia sanitatis accedere sit veniale: quam sententiam veram reputo, si sunt aliqua remedia facilia ad consequendam sanitatem: si verò non sint alia remedia, itaquè constat illud esse remedium necessarium, & non excludit fines matrimonij, nec illos excedit, quia scilicet illum actum nõ vellet habere cum alia muliere ad consequendam salutem, quanuis moueatur à sanitate, crediderim nullum esse peccatũ, nec ex eò quòd à sanitate mouetur, continuò secludit fines matrimonij: sicut qui accedit ad celebrandum propter sanitatem, non inde sequitur, quòd excludat intentionem Ecclesiæ. Hanc sententiam: nempe, quòd nullum peccatum committat qui causa sanitatis accedit, tenet Alber. Mag. in. 4. distinct. 31. & Maioris ibidem. *Al. Mag. Maio.*

¶ Solet vltimatè impræsentiarum moueri dubium de vsu matrimonij, vtrùm si non seruent coniuges debitum modum in actu carnali, mortaliter peccent? Pro hoc sit prima conclusio. Quòd abusus vxoris si sit extra vas fœmineum, semper est mortale crimen. Effusio etiam feminis extra vas legitimum est itidem mortale. Ait tamen Soto, intelligendum esse si huiusmodi effusio sit notabilis, nam distilatio non semper tantæ culpæ tribuenda est. Item, si dum vult ad propriam vxorem accedere, fortassè festinantiùs seminat extra vas, non est vitio dãdum: quia illud festinationi naturæ adscribendum est. *Dubium. 1. Concl. Soto.*

¶ Secunda conclusio. Si vir cognoscat vxorem sedendo vel stando, vel retrorsum ad modum brutorum accedendo, vel fœmina supergrediendo viro, intra vas tamen, licèt semper sit peccatum, nisi adsit causa rationabilis, mortale nihilominùs non est, si per aliquem istorum modorum non impediatur generatio ex parte viri, nequè conceptio ex parte fœminæ. Hanc conclusionem sic intellectam tenet dominus Caietanus in summa verbo, Matrimonũ. Et quidem quòd propter hoc non impediatur generatio, probatur, nam vt dicit Albertus Magnus & ex medicis multi, matrix non solùm est receptiua seminis, verùm etiam virtutem habet attractiuam, quæ semen exorbet, quapropter non est peccatum mortale, ita namquè existimat Siluester in verbo, Debitum coniugale. §. 4. *2. concl. Caietan Alb. mag Siluester*

Dicit tamen, quòd huiusmodi sunt grauiter reprehendendi à confessoribus Si autem per istos modos generatio impediatur, dicit Caietanus, quòd est mortale. Quod verum esse arbitror, nam tunc impeditur finis principalis à natura intentus, per tales modos coëundi. Dixi, Nisi ex causa rationabili per aliquem istorum modorum accedãt, vt si fœmina aliter cognosci non potest, vel propter timorem aborsus, vel debilitatem, aut pinguedinem vẽtris, vel periculum suffocationis: tunc enim nullum peccatum esset, cùm illa declinatio à modo consueto naturali, fiat propter bonum finem. Quia non intelligitur declinatio à recta ratione, quæ indicat minus malum sustinẽdum ad euitãdum maius.

Caieta.

¶ Annotare etiam hîc oportet, q̃ impuditicia consistens in actibus venereis, si tales actus non fiant propter coniugalem actum, quando scilicet nihil aliud intendunt, quàm sistere in huiusmodi tactibus, tũc prorsùs est impudicitia, & sic si sine periculo pollutionis in vtroq; coniuge fiant, peccata venialia tantùm sunt, vt dicit Caietanus. Si verò fiãt sine periculo pollutionis in ipsorum altero, dicendum est sicut de multum bibentibus cum periculo ebrietatis, & peius hîc, quia non est in potestate personæ continere pollutionem sicut continere decimam potationem, ne inebrietur. Vnde, si experta persona est pollui ex similibus tactibus tot & talibus, & aduertit periculum, & non obuiat, ne scio excusare à mortali, etiam si non sequatur pollutio. Sed si horum aliquid sic fiat à non coniugibus, peccatum est mortale: dicente Apostolo ad Gala 5. quòd impudicitiam agentes regnum Dei non consequentur. Et ratio est: quia huiusmodi actus impudici eiusdem sunt moris, cuius esset coitus consummatus inter illos: quia quatenus sunt delectabiles naturaliter sunt ordinati ad actum consummatum, multò vicinius, quàm delectatio morosa in sola mente consistens, quantò exterior tactus propinquior est consummationi venereæ. Et huiusmodi tactus spectat ad easdem species peccatorum: ad quas pertinent ipsi actus consummati.

Nota.

De impedimentis matrimonii.

¶XXIX. DIFFICVLTAS.

Vtrum aliqua sint matrimonii impedimenta.

1. concl.

AD HANC QVÆSTIONEM DVABVS conclusionibus respondetur, prima. Multa sunt impedimẽta matrimonij, non solùm quę vel ex defectu cõsensus, vel lege naturę obueniũt, verùm quę Ecclesiasticis institutis decreta sunt. Hæc cõclu. est veritas catholica,

habe

habetur enim diffinita in ſacra œcumenica Tridentina ſynodo ſeſſio ne.24.cano.4.ſub his verbis, ✻ Si quis dixerit, Eccleſiam non potuiſ ſe conſtituere impedimenta matrimonium dirimentia, vel in ijs conſtituendis erraſſe, anathema ſit. Per hanc diffinitionem exploditur hęreſis Lutheranorum, qui facultatem Eccleſiæ circa ſacramentorum ſubſtantiam & ornatum adimunt. Negant enim poſſe Eccleſiam condere leges impedimentorum matrimonij præter illa quæ ſunt de lege naturæ, vt quòd filia non contrahat cum patre, vel fortè cum fratre, vel quæ iure diuino ſunt in Leuiti. vnde dicunt & clericos & religioſos poſſe matrimonium contrahere, cuius contrarium nunc determinatur in eodem ſacro concilio Tridentino, & in eadem ſeſſione. cano.9.ſub his verbis, ✻ Si quis dixerit, Clericos in ſacris ordinibus conſtitutos, vel regulares caſtitatem ſolenniter profeſſos, poſſe matrimonium contrahere, contractumq; validum eſſe non obſtante lege Eccleſiaſtica vel voto, & oppoſitum nil aliud eſſe, quàm damnare matrimonium, poſſeq; omnes contrahere matrimonium, qui non ſentiunt ſe caſtitatis, etiam ſi eam nouerint, habere donum, anathema ſit: cùm Deus id rectè petentibus non deneget, nec patiatur nos ſupra id quod poſſumus, tentari. ✻ Con.tri. ✻ Con.tri.

¶ Secunda concluſio. Impedimentorum matrimonij duo ſunt genera, quædam ſunt, quæ impediunt contrahendum, & dirimunt contractum, alia verò ſunt, quę impediunt contrahendũ, ſed nõ dirimunt cõtractum. Diuiſio hæc naſcitur ex alia partitione eorum quæ ad matrimonium pertinent, quædam enim ſunt de eſſentia matrimonij, & quædam quę ad eius ſolennitatem tantùm attinent. Cùm enim notum ſit, quòd remotis illis quæ ſunt de eſſentia rei, vt forma & materia, non manet res, fit, vt ſi adſunt impedimenta, quæ cõtrariantur his quæ ſunt de eſſentia matrimonij, non ſit verum matrimonium, & dicuntur non ſolùm impedire contrahendum, ſed dirimere iam cõtractum. Nõ intelligas, quòd dirimat coniugium illud, quod ſemel fuit validum, ſed quòd ſi ſit de facto attentatum, erit irritum, vt ſi cognati intra quartum gradum contrahant: & peccant attentando, & nihil faciunt. Quo circa hæc impedimenta non propriè dirimunt, quia nullum vnquam fuit matrimonium. Cùm verò remotis his quæ ſunt de ſolennitate ſacramenti, adhuc ſacramentum permaneat, vt ſine exorciſmis & catechiſmis, ſi fiat baptizatio in aqua cum vera forma, erit verus baptiſmus, fit, vt ſi interueniant impedimenta quæ contrariantur his quæ ſunt de ſolennitate matrimonij, licèt ſit peccatum illis impedimentis exiſtentibus, nihilominùs verum erit matrimonium, & iſta ante Concl.2

ſacrum concilium Tridentinum erant duo, ſcilicet prohibitio Eccleſiæ, ne clandeſtinè matrimonium fieret, & tempus feriarum. Vnde verſus, Eccleſię vetitum, nec non tempus feriarum impediunt fieri, permittunt facta teneri. Sed nunc poſt prędictum concilium, non ſolùm extat huiuſmodi prohibitio, cùm nullum fieri poſsit clãdeſtinum matrimoniũ, ſed nec ſi fiat, erit validũ, vt ſuprà dictum eſt: De alio verò impedimento feriarum: nempe, de temporibus, quibus fieri nuptię ſolenniter prohibentur, dicemus inferiùs. Impedimenta autem primi generis, ſcilicet dirimentia, ſunt duodecim, & continentur his verſibus, Error, Cõditio, Votum, Cognatio, Crimen, Cultus. Diſparitas, Vis, Ordo, Ligãmen, Honeſtas: Si ſis affinis, ſi fortè coire nequibis. Hęc ſocianda vetant connubia, facta retractant: De quibus omnibus exactè atq; ſigillatim deinceps agendum nobis erit, prętерquàm de impedimento violentię, de quo ſuprà difficultate. 22. diſertum eſt.

Notabil. ¶ Sed priuſquàm ad tractandum de vnoquoq; in particulari deſcendamus, annotare opùs eſt, quòd ſi ſuperuenirent huiuſmodi impedimenta vero matrimonio, non dirimerent, quia verum matrimonium non ſeparatur. Scitote tamen, quòd ſi iſta impedimenta prędcdãt matrimonium, conſenſum coniugalem excludunt: Si verò ſequatur matrimonium, nullum pręſtant impedimentum. V. g. furioſus nõ poteſt contrahere matrimonium: ſi tamen poſtquàm contraxerit, efficiatur furioſus, non propter hoc ſoluitur matrimonium. Item, qui habet vtrumq; teſticulum ſectum, ideſt auulſum, non poteſt contrahere matrimonium de iure: ſi verò poſtquàm contraxerit, ſcinderetur, non idcircò ſoluitur matrimonium. Similiter, ſi poſt matrimonium contractum, in bello caperetur & iuſtè efficeretur ſeruus vir, imo & ſi ſe alteri tradat in ſeruum inuita vxore, non ideo ſoluitur matrimonium: itaq; ſicut ſeruus nolente domino poteſt ſe in matrimoniũ tradere, vt inferiùs dicemus, ita & liber nolente vxore in ſeruitutem mancipare. Ratio eſt, quia vir non eſt vxoris niſi quantum ad thorùm, vbi opera procreandis liberis datur: quantùm autem ad reliquas actiones ſui dominus eſt, vt ait Soto diſt. 35. q. vnica. ar. 3. Et ita eſt intelligendum de alijs impedimentis matrimonij.

Soto.

¶XXX. DIFFICVLTAS.

Vtrùm error perſonæ impediat

Pro

matrimonium.

PRo huius difficultatis elucidatione annotare oportet primò, hunc errorem duplicem esse posse, alterum circa personam, alterum verò circa cõditionem personę. Rursus circa conditionem triplex potest esse error, quidam circa fortunam, quia putauit cõtrahens, quòd erat diues illa cum qua contrahit, & est pauper. Quidam autem est circa genus, quia existimauit, quòd erat ingenua & nobilis, & est ignobilis, aut rustica. Quidam verò circa libertatem, quia putauit, quòd erat libera, & est serua: de quo errore fiet sermo diffusè in difficultate sequenti. *Nota. 1.*

¶ Annotare oportet secundò, quòd iste error adhuc est duplex, alter ãs, quia scilicet præcedit contractum, alter verò concomitans: nempe, quia licèt sciret quòd erat Ioanna, quam ipse ducere non intendebat, vel sciret quòd erat pauper, illam nihilominùs duceret. His sic præhabitis sit prima conclusio. Error personæ antecedens impedit matrimonium iure naturali, ac proinde diuino: vt si quis putans se contrahere cum Maria, cõtrahat cum Anna: & idem est in alijs cõtractibus. Si enim credens se emere mancipium masculum, emat fœminam, cõtractus non tenet. Conclusio hæc habetur 39. q. 1. & est omnium doctorum concors sententia. Et ratio huius conclusionis est, quia non est matrimonium, vbi deficit consensus debitus, sed vbi est talis error personæ, deficit consensus, cùm error tollat consensum: quia consensus ex errore profectus non equidem est liber, ergo non est matrimonium. Et patet, nam teste Aristote, 3. de anima comen. 39. Nihil est volitum quin præcognitum, sed vbi est error, persona non est cognita, ergo nec volita: & sic nec est consensus sufficiens ad matrimonium. Quo fit, vt per concubitum, quo Iacob cognouit Liam putans esse Rachelem, non fuerit matrimonium contractum, quia error personæ præcessit, sed contraxit cum illa per consensum, quem postmodùm habuit nouum in illam. Nec nocet conclusioni id quod obijci solet, quia si quis putans se baptizare vel confirmare Petrum, baptizaret vel confirmaret Paulum, esset verum sacramentum, ergo pariter si quis putans contrahere cum Maria, contraheret cum Anna. Non, inquam, nocet, quia non est eadem ratio de matrimonio, & de alteris sacramentis, quandoquidem in alijs intentio ministri non est proxima causa effectus sacramentalis: nempe, characteris & gratiæ, sed materia ipsa elementalis, & verbum quod est forma. *1. concl. Nota. Aristo.*

Intentio enim nõ est nisi applicans materiam & formam ad suum proprium effectum, consensus autem est causa proxima vinculi matrimonij, & ille qui fertur in Petrum, non fertur in Paulum, & ideo non est simile.

2. Concl ¶ Secunda conclusio. Error personæ concomitans impedit matrimonium, vt si aliqua consentiat in Ioannem, & apponitur Petrus, sed tamen etiam si eum cognosceret esse Petrum, consentiret in eum. Conclusio est manifesta, quia licèt non sit simpliciter inuoluntarium, non tamen est voluntarium, quod requiritur ad matrimonium. Nam nihil volitum, quin præcognitum, sed non est ibi cognitio, ergo nec volitio.

3. Concl ¶ Tertia conclusio. Error qualitatis personæ non euacuat matrimonium, vt si quis contrahit cum hac quam putat esse virginem, vel diuitem, vel admodum nobilem, sed tamen nec est virgo, nec diues, nec nobilis. Hæc conclusio est etiam omnium Theologorum sententia in 4. d. 31. &. 36. & probatur: tum, quia error qualitatis non variat aliquid quod est de essentia matrimonij: tum etiam, quia qui errat circa prædictas qualitates, absolutè consentit in illam personam, quãuis si sciret esse corruptam vel pauperem &c. non consentiret. Quare, validum est matrimonium, nisi contraheret cum ea sub conditione, si est nobilis, vel virgo, quia tunc penderet contractus ex impletione conditionis, & idcirco non existente conditione, non valeret.

Nota. D. Tho. ¶ Circa istam tertiam conclusionem annotare opùs est cum D. Th. in. 4. dist. 30. q. 1. ar. 2. in solutione ad. 5. quòd error nobilitatis aut fortunæ per se matrimonium non euacuat, eadem ratione qua nec error qualitatis, quod tunc fit, cùm consensus mulieris fertur in istam personam directè, licèt id fecerit quia credebat esse filium regis, vel primogenitum, aut diuitem, cui aliâs non nupsisset: sed si error nobilitatis vel dignitatis redundat in errorem personæ, tunc impedit matrimonium: quod tunc fit, cùm puella non intendebat cõtrahere nisi cum illo, cui illa conditio aut dignitas adest, vt si directè intendebat consentire in filium regis, quicunq; sit ille, vel in filium primogenitum alicuius certi hominis, quem cognoscit plures habere filios, ratione maioratus: tunc enim si alius præsentetur ei, quàm filius regis, vel quàm primogenitus, est error personæ, & impeditur matrimonium. Ex quo

Soto. colligit primò Soto in. 4. dist. 30. q 1. ar. 1. quòd quanuis Petrus ille primogenitus, cui illa volebat nubere, iam esset defunctus, quando nupsit Ioanni fratri eius, qui ideo Ioannes iam erat primogenituræ hæres, matrimonium non esset validum, quia deest consensus circa

Ioan

Ioannem. Rursus colligit, quòd si per verba de præsenti intendens nubere absenti Petro, nupsit Ioanni præsenti, quem putabat esse Petrum, licèt posteà magis sibi placeat matrimonium cum Ioanne quàm cum Petro, non potest viuente Petro nubere Ioanni, etiam si in illo errore permanens, multos iam ex eodem Ioanne habuerit filios, quia illud non fuit matrimonium, quanuisper ignorantiam fuerit à culpa immunis.

¶XXXI. DIFFICVLTAS.

Vtrùm seruitutis conditio matrimonium impediat.

DIfficultati huic per aliquot cõclusiones respondetur, & earum prima sit. Error seruitutis [vt si liber ancillam ducat, quam credit esse liberam, vel si libera seruo nubat, quem credit esse liberum] ante concilium Tridentinum matrimonium erat nullum in perpetuum, nisi postmodùm quando sciret esse seruam, consentiret per verba vel copulam habitam cum ea affectu maritali, quod hodie post præfatum concilium adhuc non sufficit, sed requiritur, quòd contrahat iuxta formam in ipso concilio appositam. Hæc conclusio habetur cap. Proposuit. de coniugio seruorum, &. 29. q. 2 c. Si quis. 1. & 3. & ca. Si fœmina. Est quoq; D. Tho. in 4. dist. 30 q. 1. ar. 2. & dist. 36. q. 1 ar. 1. & Siluestri in verbo, Matrimo. 8 §. 2. Ac deniq; ratione iure naturæ fulcita probatur, nam coniuges mutuò se obligant: tum, ad debitum sibi inuicem reddendum: tum verò, ad in eadem domo commanendum, & proles æducandum, gubernandumq; familiam: at seruus non potest ista officia liberè adimplere, ergo ignorata seruitus matrimonium impedit. Intelligendam tamen esse hanc conclusionem triplici limitatione arbitror. Primò de ignorantia, quę vsu & more reputatur ignorantia. Secus si ignorantia sit leuissima, quæ facilè poterat tolli, nam seruitus tali ignorantia incognita nõ aufert matrimonium. Qui enim cum nigra muliere & vili contraxit, quam videbat malè ab hero tractari, non censetur ab Ecclesia eius seruitutem ignorasse, imo tam crassa posset esse ignorantia, vt in conscientia ille censeretur non ignoranter, sed scienter cum ancilla contraxisse. Secundò intelligitur nisi in animo teneret, quòd etiam cum illa contraheret, licèt esset ancilla, & id voce expressisset dicendo, Duco te in vxorem quanuis sis ancilla. nam tunc estò credat esse liberam, tenet matrimonium, quia cõ

1. *concl.*

D. *Tho.* *Siluester*

sensus

ſenſus practicus fertur in ãcillam,& ideo ignorantia ſpeculatiua nõ obſtat,ſed ſi ſe orſum apud ſe habeat illum conſenſum, Quanuis hæc eſſet ancilla,illam ducerem. ſed nec mente nec voce illam conditionem explicat,ſed abſolutè contrahit cum hac quam credit eſſe liberam,matrimonium non tenet. Tertiò oportet,vt qui ducebat ſeruã, ſit liber,quia ſi ipſe ſit ſeruus,putauitquè mulierem quam ducebat, eſſe liberam, quam tamẽ poſteà ſeruam eſſe inuenit, verum ac legitimum eſt matrimonium,Ita tenet Diuus Thomas in.4. diſtinctio 36. queſtio.1.ar.1.ad. 1. Cuius ratio eſt, quia non poteſt quis maiorem obligationem requirere ex parte alterius,quam ipſe poſsit facere,& eſt æqualis vtriuſq; ſtatus.

D,tbo.

Notabil ¶ Et annotato hîc,quòd ſi tempore infidelitatis liber contraxit cum ancilla etiam conditione ignorata, verum eſſet matrimonium, cùm tales non aſtringantur legibus Eccleſiaſticis: & hoc impedimentum ex ſolo iure Eccleſiaſtico vim habet,vt ait Paludanus diſtinctio.35. quæſtio.1.quia hic non eſt niſi error qualitatis,& ideo ſi ſtatutum Eccleſiæ non obſtaret,matrimonium teneret.

Palud.

¶ Sciendum eſt etiam impræſentiarum,quòd quando liber cognouerit coniugem ſuam eſſe ancillam,ſi de hoc certus factus fuerit,ſtatim poterit propria authoritate ſeparare ſe quoad thorum, imo ſecundùm ius antiquum,ſi matrimonium fuerat clandeſtinum, poterat etiam quantùm ad cohabitationem. Si verò fuerat in facie Eccleſiæ celebratum,& ipſa reclamaſſet,neceſſarium erat,ſicut & modo poſt ſacrum œcumenicum & generale Tridẽtinum concilium neceſſarium eſt, vt in foro iudiciali cognita cauſa pronuncietur eſſe ſeruam,iuxta cap. Porro. de diuortijs,& quod de libero reſpectu ancillę dictum eſt,de libera reſpectu ſerui intelligatur.

2,concl. ¶ Secunda concluſio. Quando inter ſeruum & liberam, aut inter liberum & ancillam conditione ſeruitutis cognita matrimonium contrahitur,validum eſt matrimonium. Concluſio hæc habetur in eiſdem locis citatis. Ratio eſt,quia cùm ſeruitus non ſit contra ſubſtantiam matrimonij, & ſcienti & volenti nulla fiat iniuria,conſequens fit,vt conſenſus,quem liber ille habet in ancillam,liber reputetur,ac proinde legitimum fiat matrimonium.

3,concl. ¶ Tertia concluſio. Si liber contraxit cum ancilla ignoranter,poſteà adepta libertate manet cum ea,& habet acceſſum ad ipſam ſicut ante,imo quantuncunq; ante ſacrum Tridentinum concilium ſe poſteà tractaſſent tanquàm coniuges,niſi adeſſet nouus conſenſus, vel eam affectu maritali cognoſceret,in foro conſcientię non erat verum

rum matrimonium. Quare, si tunc nuberet, & modò etiam post concilium alteri nubat, antequàm cum ista contrahat iuxta formam præfati concilij, secundum matrimonium est validum: attamen propter honestatem promissę fidei deberet induci tunc & modò, vt cõsentiret, & contraheret cum illa. Assertio ista est Adriani in 4. in q. de sponsalibus & Glosę in c. Ad nostram. extrà de coniugio seruorum, & Ricar. dist. 36 q. 2 ar. 2. Et probatur ratione, nam ą principio non fuit cõsensus inter personas legitimas, nec post adeptam libertatem, nec copula sufficiebat, non ergo erat matrimonium. Signanter dixi, In foro conscientiæ. nam stando in foro Ecclesię, non poterat eam dimittere, eò quòd ante concilium præsumebatur simpliciter consensisse, ac affectu maritali accessisse: at verò modò post concilium non standum est in tali præsumptione: nunquàm enim Ecclesia præsumet fuisse matrimonium inter illos, quousquè forma dicti concilij seruata contrahant. *Adrian. Ricard.*

¶ Quarta conclusio. Seruitutem non adimere seruis ius contrahendi matrimonium, quominus si etiam inuitis dominis illud cõtrahant, solidum sit ac legitimum, indubitanter tenendum est: tametsi debita & consueta seruitia eisdem dominis nihilominùs exhiberi debeant. Hęc conclusio habetur in cap. primo, de coniugio seruorum, & cap. Omnibus 29. q. 2. Et quidem quoad secundam partem liquida est, quandoquidem per hoc quod seruus contrahat, non priuatur ipse dominus debito seruitio. Ad sciendum cui potius seruire teneatur, domino an vxori, dum domino aliquid præcipiente tenetur vxori reddere debitum, perpendenda est vtriusq; necessitas, vt maiori succurratur. In re nanq; magni momenti domino obtẽperare tenetur, in re verò dubia vtra necessitas prępõderet, potius in fauorem matrimonij est inclinandum, maximè dum periculum carnis in coniuge timetur, vt ex cap. Licet de cõiugio seruorum, colligitur. Quoad primam autem partem manifesta ratione ostenditur, nam seruus quantùm ad contrahendum vel non contrahendum liber est, & potest seruus, domino ignorante, vel sciente, volente, vel inuito, matrimonium contrahere. Cùm enim matrimonium sit de iure naturę, in quantùm maris & fœminę coniunctio ordinatur ad conseruationem speciei, & seruitus pertineat ad ius gentium, quod est positiuum, vt apertè constat ex D. Tho. 1. 2. q. 95. ar. 4. vbi ius positiuũ diuidit in ius gentium & ciuile, fit vt domini eos arcere non possint à matrimonio. quin si cõtrahant, validum sit matrimonium. Non enim seruus est domini in his quę sunt naturalia, sed in alijs seruitijs. Et intelligitur, siue serui inter 4. *Concl.* *D. Tho.*

se

se contrahant, siue cum ancilla liber, aut cum libera seruus. Ex his infertur, quòd cùm frustra seruus haberet huiusmodi libertatem, si exercere non posset actum matrimonialem, nõ potest dominus eos vendere in regionem longinquam, quia esset in perniciem naturalis iuris matrimonij, nisi bona fide compulsus dominus necessitate id faceret, vt si peregrè proficiscens ad bellum, illic egestate coactus illũ venderet, & tunc teneretur illa cum sequi si posset sine magno detrimento, quòd si non posset, teneretur castè viuere.

5. concl. ¶ Quinta conclusio. Si dominus seruo facultatem faciat matrimonium contrahendi cum ancilla, quanuis iure cogitur eum permittere cum vxore habitare, saltem quantùm ad honestam solutionem debiti, non obstante detrimento quod sibi inde sequitur, non tamen eò ipso seruus liber efficitur. Probatur cõclusio quoad primam partem, nam eò ipso, quòd dominus consentit eum ducere vxorem, licentiam dedisse videtur alteri vtendi seruo suo quoties voluerit ad illum actum. Ita tenet Ricardus vbi suprà. Quoad secundam verò partẽ est sententia omnium doctorũ, atq; ob id tenenda. Secus tamen est si seruus ordinetur, vel religionem profiteatur domino volente & non cõtradicente, quia tunc cùm ipse possit impedire ne suus seruus ordinetur, vel profiteatur, eò ipso consentire videtur, atq; eum manu mittere. Assertionem hanc tenet Petrus à Palud. in. 4. distinctio. 36. q. 2. con. 2.

Palud.

6. concl. ¶ Sexta conclusio. Si quis dominus tradiderit seruam suam homini libero ignoranti eius seruitutem, si adest legitimus consensus eorum contrahentium, & seruatur forma concilij, legitimum est matrimonium, & eò ipso ea libera efficitur, imo & si scienter dominus tacuit, quia in tali casu qui tacet, consentire videtur. Hanc conclusionem tenet Siluester in verbo, Matrimo. 8. §. 2. Panor. etiam & Glosa in ca. Ad nostram. de coniugio seruorum. Habetur insuper in iure ciuili in authẽ. de nupt. §. Si verò. col. 4. Et hoc statutũ est in pœnã illius fraudis, & idem est si fuerit seruus, & dominus tradit alicui liberæ in maritum: Secus quando dominus tradit seruum vel ancillam matrimonialiter libero, & ei manifestat seruitutem, nam tunc non ob id eam liberam facit, vt suprà dictum est, & eleganter probat Couarruuias in. 2. p. c. 3. §. 7. sui tractatus de matrimonio.

Siluester. Panor. Couarr.

7. concl. ¶ Septima conclusio. Quanuis absq; peccato possit seruus matrimonium contrahere sine facultate domini, vt constat ex quarta conclu. attamen non potest religionem profiteri, vel ad clericatum promoueri. Hęc conclusio probatur ex differentijs inter statum religionis &

ma

matrimonij Primum omnium ſeruus contrahens matrimonium inuito domino, non omnino à ſeruitute ſubducitur, eò quòd ad horam rei vxoriæ vacare poteſt, & protinus ad ſeruitia redire, ſed per profeſsionem à ſeruitijs domini omnino ſubtrahitur, cùm teneatur ſemper obedire prælato. Secunda differentia eſt, quòd per matrimoniũ non obligatur vxori, niſi in illo officio naturali, per profeſsionem autem obligatur religioni in omnibus operibus, non ergo poteſt ſeruus religionem profiteri: votum tamen ſimplex caſtitatis poteſt emittere inuito domino, quia per hoc non ſubtrahitur à ſeruitute illius. Quod autem non poſsit ordinari inuito domino, & quòd ſi ordinetur, veros ordines ſuſcipiat, non tamen ſubducitur à ſeruitute, & manet ſuſpenſus, ſatis ſuperq; in materia de ordine difficultate 14. docuimus.

De impedimento voti ſimplicis.

¶XXXII. DIFFICVLTAS.

Vtrùm votum ſimplex ſit matrimonii impedimentum ipſum dirimens.

Sciendum eſt pro huius difficultatis elucidatione, quòd votum ſimplex appellamus, quod non eſt ſolennizatum profeſsione expreſſa vel tacita alicuius religionis approbatæ, aut ſacri ordinis ſuſceptione. Quo fundamento ſic præhabito, ad quæſtionem hac vnica concluſione affirmatiua reſpondetur: nempe, quòd quanuis votum ſimplex impediat matrimonium contrahendum, non tamen dirimit contractum. Hæc concluſio præter hoc quòd eſt omnium tã theologorum quàm iuriſperitorũ cõcors ſententia, habetur expreſſè. 27. q. 1. per multa c. & oſtenditur apertè ex differentia quam aſsignant D. Thom. 22. q. 88 ar. 7. & in. 4. diſtin. 38. q. 1. ar. 3. ql. 2. & Ricar. eadem diſtin. ar. 7. q. 2. & Bonauen. Alexand. atq; omnes antiqui doctores Theologi, quia votum ſolenne eſt traditio in poſſeſsionem alterius, ſcilicet Dei, vt liquebit difficultate ſequenti. Simplex verò votum non aliud eſt quàm promiſsio quædam alicuius rei, quæ non trasfert eam in dominium eius cui promittitur, ſed remanet adhuc promittentis ſui corporis dominus. Quo fit, vt ſi poſt ſimplex votũ emiſſum, de facto ipſum alteri, ſcilicet vxori tradat [in qua traditione matrimonij ſacramentum conſiſtit, quod eſt indiſſolubile] matrimonium firmum ac validum ſit, peccabit tamen mortaliter ſic cõtrahens poſt votum ſimplex contentiæ religionis aut ſacri ordinis, quoniam fidem frãgit Deo, &

D. Thom. Ricard. Bonaue Alexan.

& non seruat promissum. Sic nanq; intelligendus est Celestinus cùm dicit in cap. Rursus. qui clerici vel vouentes, quòd simplex votum apud Deum non minùs obligat, quàm solenne, & non vult dicere, q perinde simplex votum matrimonium dirimat ac solenne, sed quòd sit etiam peccatum mortale simplex votum frangere, minus tamen, quia non oritur scandalum ex tali fractione, nisi publicum sit votum illud sicuti ex fractione solennis voti, vt egregiè annotat Dominicus
Soto, à Soto in 4. dist. 38. q. 2. ar. 1. Scio tamen Caietanum in comment. 22. q. & ar. citatis aliter constituere differentiam inter votum solenne & simplex quàm prædicti doctores: nempe, quòd votum solenne non aliter à simplici quàm solo Ecclesiæ statuto differt, quæ vtiq; statuit, vt votum solenne non dicatur nisi cum tali ceremonia, tenenda tamè est prima differentia assignata, quia quanuis illam ceremoniam & modum quo Ecclesia Dei nomine recipit personam in professione, inuè tam esse ab Ecclesia fateamur, itaq; si Ecclesia non reciperet, non esset votum solenne: attamen substantia solennis voti in traditione & translatione dominij consistit. Solet autem fieri argumentum contra nostram conclusionem, quo probari intèditur votum simplex matrimonium dirimere, quia fortius vinculum præiudicat debiliori, sed vinculum voti est fortius quàm vinculū matrimonij, ex eo quòd hoc facit homini, illud autem Deo, ergo vinculum voti præiudicat matrimonij vinculo. Hoc tamen argumentum facilè diluitur, nam licèt fortius sit votum simplex quantùm ad eum cui fit, scilicet Deo, quàm matrimonium per quod astringitur homo vxori ad redditionem debiti, sed tamen quantùm ad modum ligādi, matrimonium est fortius vinculum quàm votum simplex, quia per matrimonium traditur actualiter vir in potestatem vxoris, non autem per votum simplex, & potior semper est conditio possidentis.

¶ Sed iam quòd matrimonium post votum simplex contractum est validum, meritò consequenter dubitatur, vtrùm ei qui sic contraxit, liceat petere debitum ab vxore. Cui dubio duabus conclusionibus
1. concl. plenè satisfaciemus. Prima. Quanuis qui post votum simplex solius castitatis matrimonij se vinculo innodauit, debitum reddere teneatur alteri coniugi petenti etiam ad consummandum, itaq; consummādo non peccat, si id faciat reddendo: attamen petere nequit vnquàm, non solùm ante matrimonij consummationem, verùm nec postea. 2. conclusio quoad primam partem non indiget probatione, nam
1. cor. 7. cùm illud sit verum matrimonium, iam non est dominus sui corporis secundùm Pauli sententiam. 1. corinth. 7. Quoad secundam partem

tem, est communis Theologorum ac iurisperitorum, summistarũq; sententia. Est enim diui Thomæ. 22. q. 88. ar. 3. & Siluestri verbo, Votum. 2. §. 1. Non enim solùm non potest illud matrimonium sine mortali consummari petendo, quia adhuc potest implere illud per ingressum religionis, & non aliter [& ob id dicit Siluester verbo, Matrimo. 7. teneri ad ingressum religionis ante consummationem] verùm etiam postquàm consummauit, non potest petere debitum sine peccato, reddere tamen potest & tenetur exigenti, vt dicit conclusio, & si moriatur eius vxor, non potest aliam accipere. Et ratio istius sententiæ est aperta, quia postquàm consummauit, adhuc est sui iuris quantùm ad debiti exactionem, eò quòd non cogitur petere: potest ergo, & tenetur seruare quod promisit. Item, quia videtur haberi hæc sententia in cap. Placet, & in cap. Quidam, de conuersio. coniuga. verum est tamen, quòd si sit vir, qui habet votum illud, quòd potest petere, imo credo quòd teneretur quando credit mulierem velle, sed propter verecundiam non petere. Nam hoc interpretatiuè est reddere, vt dictum est suprà, difficultate. 19. & similiter est dicendum quotiescunq; vxor interpretatiuè p signa petit. Nec clã me est aliquos ex canonistis, vt Hostien. & Cardi. super cap. Rursus. atq; alios quos citat Glosa in cap. Si quis post votum. 27. q. 1. tenere contrariam sententiam huius secundæ partis conclusionis, videlicet, quòd licèt prima vice consummando matrimonium peccet mortaliter, quia constituit se in statu in quo nunimè de incepso votum implere potest, sed postquàm consummauit absq; peccato aliquo potest petere, est tamen hæc opinio omni probabilitate destituta, ac proinde non tenenda, nam vt diximus, votum perpetuę castitatis ad sui obseruationem obligat, quandiu in facultate vouentis fuerit non exigere. Includit enim negationem, scilicet, quòd nunquàm vouens se polluet. Et ideo nulla est apparẽs ratio, ꝙ in illa prima trãsgressione voti obligatio extinguatur. Põt tã Eps iusta de causa, vt si nõ pateat accessus ad summũ Põtificẽ vel alia vrgẽti ratione super illa petitione debiti dispẽsare, imo debet ad cauendum periculum, quãuis non potest dispensare simpliciter super voto castitatis nisi solus Papa, idq; iusta de causa: nam si sine causa dispensetur, dispensatus non manet tutus in conscientia, ita enim tenent communiter moderni in cap. Rursus. & Archiepiscopus Florent. in. 3. p. titulo 1. c. 22.

D. Thom

Siluester

Arc. flo.

¶ Secunda conclusio. Si quis nupsit tantùm habeat votum de non mi[illegible] bendo, vel simplex votum religionis non explicando castitatẽ, non solũ debet reddere debitũ, verũ & valet absq; vlla dispẽsatione exigere.

Hanc

Soto. Hanc concluſionem affirmat Dominicus à Soto li. 7. de iuſtitia & iure. Et aſsignat pro ratione, quia tantùm obligatur ad illum ſtatum religionis ſuſcipiendum, non autem ad ceremonias religionis: ſcilicet, ieiunia & abſtinentias ordinis & clauſuram, nec ad obedientiam & caſtitatem ſeruandam. Quare, dum fornicatur huiuſmodi homo, nihil contra votum committit, ſed tamen peccat peccato fornicationis. Vnde ſatis ei erit delicti quod contrahendo cõmiſsit pœnitere, & propoſitum ſeruare firmum, quòd mortuo coniuge religionem intrabit.

Nota. Et annotato hîc, quòd in voto de non nubendo præciſſè, cùm non ſit votum caſtitatis, Epiſcopus poteſt diſpenſare.

De *impedimento voti ſolennis.*

¶XXXIII. DIFFICVLTAS.

Vtrùm votum ſolenne ſicut matrimonium contrahendum impedit, ita dirimat contractum.

1. conel. TRibus concluſionibus difficultati præſenti reſpondetur, & earum prima qua directè quæſtioni ſatisfit, ſit affirmatiua: nempe, quòd votum ſolenne religionis approbatæ, ſiue fuerit profeſsio expreſsè ſiue tacitè facta, impedit matrimonium contrahendum, & dirimit contractum, itaq; poſt votum ſolenne nemo poteſt contrahere, & ſi contrahat, eſt nullum matrimonium. Hæc concluſio habetur diffuſa in cap. Preſbyteris. 27. diſtinct. & in c. Rurſus. & ca. Meminimus &c. Inſinuante. extrà, qui clerici vel vouent. & 27. q 1. ca. Nuptiarum. & ca. vni. de voto in. 6. plurimiſq; alijs decretis Eccleſiæ cõſtabilita eſt. Et non ſolùm omnes doctores vno animo eam concedunt: verùm etiam habenda eſt tanquàm fides orthodoxa. Ratione inſuper ſumpta ex diſcrimine voti ſimplicis & ſolennis in præcedenti difficultate deſignato, manifeſtè oſtenditur: videlicet, quia per votum ſolenne homo amittit proprij corporis poteſtatem, cùm ſit realis traditio. Qui enim caſtitatem per religionis ingreſſum vouit, iã ſe ſe dedit, Deoq; ſe ad illam obedientiam caſtitatem & paupertatem ſeruandam mancipauit. Quocirca, deinceps non eſt ſui iuris, vt poſsit ſe in coniugiũ alteri dare. Item, quia licèt per ſuſceptionem Baptiſmi omnes fideles ſponſent ſe Chriſto: ſed tamen per huiuſmodi profeſsionem ac traditionem ſolennem celebratur ſingulare coniugium cum Deo, & peculiariter cum Chriſto, in cuius teſtimonium virgines, cùm ſolenni voto religionis conſecrãtur, eodem velãtur modo quo nuptæ, dum

dum ſuis traduntur viris: nec opùs eſt alias impręſentiarum cumulare rationes, quandoquidem nemo ex catholicis eſt qui huic cõcluſioni contradicat.

¶ Sed, an ex natura ſua iure diuino votum ſolenne dirimat matrimonium, an ſolùm ex Eccleſiæ ſtatuto, non minima controuerſia eſt inter doctores, quam exactè elucidare neceſſum eſt, eò quòd ex eius deciſione pendet alterius quęſtionis grauiſsimæ ſolutio: ſcilicet, vtrùm ſuper votum ſolenne Papa valeat diſpenſare. Et vt certa ab incertis ſeparemus diſtinguendum eſt inter votum ſolenne ſacrorum ordinum, & ſolenne religionis: quia votum continentiæ non eſt de intrinſeca ratione ſacrorum ordinum: eſt tamen de intrinſeca ratione religionis, itaq; ſublato voto non eſſet religio: & quidem de voto ſolenni ſacrorum ordinum in ſequenti difficultate diſſeremus. Loquendo igitur hîc de voto ſolenni religionis, omiſſa ſententia Henrici Gãdenſis quolib. 5. q. 25. & 26. Ricardi. diſt. 38. ar. 9. & Duran. q. 2. & Paludа. q. 4. & Scoti in. 4. diſt. prędicta. q. vnica. & Caietani. 22. q. 38. ar. 7 aſſerentium ſolùm ex ſtatuto Eccleſiaſtico votum ſolenne dirimere matrimonium: ſit nihilominùs concluſio ſecunda tanquàm certa & probabilior amplectenda, quòd votum ſolenne ex natura ſua iure diuino dirimere habet matrimonium. Hæc concluſio eſt expreſſè diui Thomæ. 22. q. citata, & fuit ſemper indubitata antiquorũ, vt Altiſiodorenſis, & Alex Alẽ. 3. p. & Bonauẽ. in. 4. di. citata, & inter iuniores Iodoci Clithouei in propugnaculo Eccleſiæ aduerſus Lutherum, & Silueſtri verbo, Votum. 4. q. 5. & Innocentij Pontificis. cap. Cùm ad monaſterium. de ſtatu monacho. & nuperrimè Soto in ſuo præclaro opere de iuſtitia, & iure. li. 7. q. 4. & eſt Theologorum communis ſentẽtia indicta diſtinctione. Et probatur tripliciratione. Prima, quia nõ habetur memoria poſt Chriſti & Apoſtolorum tempora, quãdo hęc inſtitutio inceperit: ſemper enim ab illo tempore obſeruata fuit. Quare, quòd ex iure diuino dirimere habeat matrimoniũ, fateri oportet. Hanc nanq; regulam ſępe ſępius in ſuperioribus adduximus ex diuo Auguſtino ad oſtendendum, quæ ſunt ea quæ de iure diuino obligãt. Secunda ratio eſt, quia in voto ſolemni eſt traditio, vt dictum eſt: & licèt ſolennitas ipſa ſit iuris poſitiui, ratione tamen traditionis factæ, fit, vt non poſsit matrimoniũ contrahere. Tertia eſt, quia quod ſemel Deo ſanctificatum eſt, non poteſt in alios vſus conuerti, ſed homo per ſtatum religionis ſæculo prorſus abrenuntiat, & totum ſe Dei ſeruitio mancipat [cuius mancipationis ſunt ſigna, conſecratio, & benedictio, & non quòd in illis conſiſtat ſubſtantia ſolennis voti,] ſed in traditione ipſa, & translatione dominij, qua homo ponitur ſub

2. Concl

D. Thom
Altiſio.
Alexan.
Bonaue.
Clitoue.
Silueſter

alterius potestate. In ordine enī nostro post emissum solenne votū, fit illa benedictio sicut in matrimonio postquàm contractum est, solennes fiunt benedictiones, non ergo potest matrimonium contrahere, qui fecit votum solenne, cùm per matrimonium maximè à Dei seruitio distrahatur: nam qui cum vxore est, solicitus est quæ sunt mundi,
1. Cor. 7. quo modo placeat vxori, & diuisus est, ait Paulus. 1. Corinth. 7. Ex huius dubij solutione facilè colligitur, quid sit dicendum ad aliam quæstionem de dispensatione. Doctores nanq; citati tenentes quòd votum solenne ex Ecclesiæ statuto precisè dirimit matrimonium, subsequenter affirmant Ecclesiam posse in vtroq; voto: scilicet, religionis & ordinis sacri dispensare pro aliqua maxima necessitate. Nec aliter probant, quàm ex facto, quia iam summus Pontifex [vt Petrus de palud. refert] dispensauit cum Rege Aragoniæ vt vxorem duceret: & Cælestinus. 3. fertur dispensasse cum sanctimoniali Constantia Rogerij filia. Quòd si summus Pontifex, inquiunt, dispenset absq; vlla rationabili causa, vt contrahat matrimonium habens votum solenne, licèt malè faciat, factum tamen tenet, quandoquidem in omnibus quæ sunt iuris humani, Ecclesia potestatis plenitudinem habet, vt pul
D. Tho. chrè ait Diuus Thomas quolib. 4. At verò doctores citati, vt diuus Thomas & alij, tenentes votum solenne ex natura sua iure diuino dirimere matrimonium, ex consequenti ponunt tertiam conclusionē, quòd super votum solenne religionis nulla cadit Ecclesiæ dispensatio, & respondent aliqui, quòd illa historia Regis Aragoniæ non habet autoritatē, neq; alio innititur testimonio, quàm Paludani, aut aliorum qui originalem historiam non referunt, alij autem quos refert
Siluester Siluester verb Votum. 4. q. 5. dicunt illum monachum non fuisse professum, neq; Pontifices qui dispensarunt, hoc tanquàm legem constituerunt, cùm inter decreta non referatur, sed illam primam opinionē sequuti, dispensarunt. Et quanuis ego sententiam secundam diui Thomæ, quam sequitur communis Theologorum schola, probabiliorē, saniorem ac tutiorem reputo: attamen si summus Pontifex dispensaret, nō vtiq; auderem condemnare.

De impedimento Ordinis.

¶XXXIIII. DIFFICVLTAS.

Vtrùm ordo impediat matrimonium contrahendum, et dirimat contractum.

Pro

PRo præsentis q̃stionis elucidatione duo sunt annotãda. Primũ, ordines esse in duplici differẽtia, quosdã sacros: nẽpe, tres maiores, quosdã verò non sacros: scilicet, quatuor minores. Secundũ, quòd hoc impedimẽtum potest esse vel ex iure positiuo tantũ, vel ex iure diuino simul & positiuo His sic prælibatis, sit 1. cõclusio. Nullus ordo ex minoribus ex iure diuino nec positiuo impedit matrimonium contrahendũ, nec dirimit contractum: nec post contractum impedit vsum matrimonij tam apud orientales, quàm apud Latinos. Conclusio hæc habetur in canonibus Apostolorum can. 27. & dist. 32. c. Seriatim idem habetur in. ca. vni. de clericis coniugatis in. 6. Si enim non sunt huiusmodi sic iniciati religiosi professi tacitè vel expressè, nemini ambiguum est, quin vxores liberè ducere valeant. 2. concl.

¶ Secunda cõcl. Ordo sacer, siue sit subdiaconatus, siue diaconatus, siue presbyteratus, ex Ecclesiæ precisè statuto & non ex iure diuino impedit matrimonium contrahendum, & dirimit contractum. Itaq; si post ordines sacros susceptos contrahat quis matrimonium, nõ est validum matrimonium. At verò matrimonium contractum non sic ordinibus obstat, quin si coniugati illos susceperint, verum sit sacramẽtum, vt diximus in materia de ordine, difficultate 14. Hæc conclusio habetur expressè dist. 32. c. Si quis eorum. &. c. Erubescant. & cap. 1. &. 2. qui clerici vel vouent. & conc. Flo. ac nuper demum habetur diffinitũ in sacro conc Trid. se. 24. cano. 9. q̃ iure Ecclesiastico ordo ipedit, & est ferè ab oĩbus catholicis calculo approbata. Ferè, iquam, nã Ioan. Maioris in. 4. dist. 24. q. 2. & Clithoueus lib. de continentia Sacerdotali cap 11. existimant iure diuino prohibitum esse Sacerdotibus matrimonium. quare, inquiunt, super hoc Papam dispensare nõ posse. Nullatenus tamen tenenda est sententia istorum propter rationem in præcedenti difficultate appositam: videlicet, quòd votum continentiæ non est de intrinseca ratione sacrorum ordinum, & solùm ex Ecclesiæ statuto impedit matrimonium contrahere. Quo fit, vt ex rationabili causa possit summus Pontifex super eodem præcepto dispensare cum clericis Ecclesiæ orientalis, ita vt post ordinem sacrum possint ducere vxores: & cum occidentalibus, vt non faciant votum solenne castitatis in ordinum susceptione, & vt contrahere possint. Nam Græci legitimi sunt Sacerdotes, & tamen sunt vxorati: ita tenet Diuus Thomas 22. quæstio. 88. articu. 11. Et nuper morem Græcorum conati sunt introducere in latinam Ecclesiam Iouinianistæ, & Vuitcleuistæ, ac demum Lutherus in illo pestifero libello de abroganda missa priuata, vt pulchrè & diffusè Thomas

Con. flo. Conc. tri

Ioan. m. Clitho.

Tho.

Th. vual Vualdensis tomo. 2. de sacramentis. c. 128. refert. Sed tamen Græcorũ mos nulli orthodoxę synodo cõsentaneus est: sed propter eorum duritiam permittitur ab Ecclesia eorum sacerdotibus votum castitatis nõ emittere. At verò mos qui modò in Ecclesia occidentali viget: vt scilicet, neque post sacerdotium coniugia contrahant, ne què coniugati sacerdotes fiant, habetur in quàm plurimis concilijs, quæ hîc recensere omisi, nè tedio afficerem animum lectoris. Qui enim diffusissimè videre voluerit, legat Dominicum à Soto de iustitia & iure li 7. q. 6. ar. 2.

Soto.

¶ Sed iam quòd summus Pontifex potest dispensare cũ clericis occidentalis Ecclesię, solet cõsequẽter dubitari: vtrùm expediat? Cui dubio hac tertia cõclusione in ordine respõdetur, quòd nõ expedit, & esset talis dispensatio Ecclesię pestifera: imo iudicio meo hęc quęstio non deberet versari inter catholicos. Probatur hæc conclusio, nam quanuis plurima mala sequantur ex hoc quòd non contrahunt clerici, multò tamen plura alia ac enormia euenirent, si id omnibus cõcederetur: esset enim maior ambitio circa beneficia Ecclesiastica in clericis: quia si tantam diligentiam habent circa filios illegitimos, manifestum est, quòd maiorem haberent circa legitimos. Quocircà maximã curam haberent, vt iure hæreditario euenirent filijs suis beneficia. Præterea, quia periret honestas atq; habitus clericorum totaliter, vt proprijs vxoribus placerent. Præterea, quia minimè seruari posset cordis nitor & corporis mũdicies, quam tractatio corporis & sanguinis Christi expostulat. Postremò, quia impediretur altissima meditatio, assiduaq; orationis perseuerantia, ac sacrarũ literarũ lectio. Et possem hîc quàm plurima alia absurdissima incõueniẽtia adducere, quę absq; dubio sequerẽtur, si licentia cõtrahẽdi eis cõcederetur, nisi breuitati studerẽ, & tędiũ in animũ lectoris generarẽ.

Dubium 3. concl.

De impedimento cognationis carnalis.

XXXV. DIFFICVLTAS.

Vtrùm consanguinitatis affinitio, quæ solet constitui, rei affinitæ competat.

Nota.



Ad intelligẽtiã huius qstionis prænosse oportet, triplicẽ esse cognationẽ: scilicet, carnalẽ, spũalem & legalem. Carnalis est, q̃ nomine consanguinitatis designatur, & per carnalem generationem deriuatur. Spiritualis verò est, quæ per generationem in sacro fonte baptismatis contrahitur. Et legalis, quæ per adoptionem lege acquiritur. Et si specialis cognatio pro carnali accipiatur, idem est prorsus quòd consanguinitas, de qua est sermo in hac difficultate.

De

De alijs autem duobus: scilicet, spirituali & legali, inferiùs in suis p-
prijs locis differemus. Hoc supposito fundamento, ad difficultatem
vnica conclusione affirmatiua respondetur: nempe, quòd hęc est o- Con. vn.
ptima consanguinitatis diffinitio, Cōsanguinitas est vniculum ab eo
dem stipite descendentium carnali propagatione contractum. Con
clusio hæc pręter hoc quòd est apud omnes doctores tam Theo-
logię quàm vtriusq; iuris professores receptissima, probatur ratio
ne. Nam, vt autor est philosophus. 8. Æthico. Omnis amicitia funda Aristo.
tur super aliqua societate & cōmunicatione, & secundùm diuersas
societates & vinculorum rationes, diuersę species amicitię sumun-
tur. Intercedit enim inter regem & ciues amicitia in illa cōmunica-
tione & societate fundata, quæ est gubernatio: & dicuntur cōmili-
tones, qui conueniunt in eadē militia: itaq; eorum amicitia fundatur
in militia, & cōdiscipuli dicuntur, qui ab eodem magistro edocentur
itaq; eorum amicitia fundatur in disciplina & scientia, quam ab eodē
magistro didicerunt: & conciues appellantur, qui commorantur in
eadem ciuitate, & eisdem legibus astringuntur. Eadem ergo ratio-
ne in naturę vinculo, qui ex eodem sanguine nati sunt, consanguinei
nuncupantur: veluti qui eodem lacte fuerunt nutriti, appellantur col
lactanei fratres, quamuis à diuersis fuerint parentibus geniti. Funda
tur enim cognatio carnalis in sanguine, altera verò in lacte.

¶ Annotato tamē, quòd non sufficit cōmunicatio sanguinis nudè cō Notabil.
siderata, vt sit cognatio, & consanguinitas, nam sic etiam inter bruta
esset cognatio & consanguinitas, quod absurdissimum est dictu,
quia neutiquàm consanguinitatis capacia sunt: nam finem suarum o
perationum non cognoscunt. Item, quia cum non habent suarum a-
ctionum dominium & libertatem, sed mero instinctu naturali agan
tur, non sunt aut fœlicitatis, aut iniurię capacia: & ob id neque gau-
dent nomine consanguinitatis, sed exigitur, quòd huiusmodi comu
nicatio sit fundamentum amicitię & humanitatis. Et ponitur in diffi
nitione, Vinculum. ad ostendendum, quòd cōsanguinei magis se di
ligere debent, quàm extranei affectu & effectu. Stipes autē est per-
sona à qua tanquam à fonte eiusmodi promanauit sanguis, & à qua
aliqui duxerunt originem: sicut Adam fuit prima radix & stipes hu-
mani generis, à quo vniuersi mortales ceu rami eiusdē arboris pul
lularūt: vt Cain & Enoch, & eorum qui ab eis descenderunt. Non ob
stat, quia sequeretur ex hac diffinitione, patrem & filios non esse co
sanguineos, quia non ab eodem stipite ambo descendunt, sed vnus
ab altero. Non, inquam, obstat, tum quia ambo descendunt ab auo,
præterquàm Adam & eius filij: tum etiam, quia sensus est sub distin

ctione, vel quòd ambo descendant ab vno, vel vnus ab altero. Item intelligitur ab eodem stipite propinquo, & non remoto & nimis distanti. Probatur, nam cum virtus agentis per multa deducitur media, attenuari ac debilitari incipit adeò vt tandem deficiat. Virtus nã què paterna debilius descendit in nepotem, quàm in filium: & sic cõsequenter quo ad plures se extendit, magis debilitatur. Quemadmodum in arbore truncus radicibus proximis robustior est, mox rami, quò trunco sunt propinquiores, eò sunt robustiores, & quò remotiores, eò exiliores ac tenui fiunt: ita familiæ quò trunco, scilicet patri sunt propinquiores, eò illustriores & nobiliores sunt, & quò ab eo magis elongantur, eò plus degenerant, ac tandem consanguinitas extinguitur & finitur. Per hoc quòd dicitur, carnali propagatione, secluditur descensus vnius ab alio, per creationem: nam inter Adam & Euam non fuit consanguinitas, quia Eua nec per semen neq; per sanguinem ab Adam descendit, sed ex eius osse à Deo formata fuit per creationem: quia tam Eua quàm Adam à Deo creati sunt. Non autem excluditur Christus à sanguinitate virginis, quia eius propagatio fuit carnalis ex parte virginis. Non enim requiritur ad esse consanguinitatis cõmixtio seminis, sed sufficit generatio ex sanguine fœminę.

¶XXXVI. DIFFICVLTAS.

Vtrùm consanguinitas per lineas et gradus commodè distinguatur.

VT MELIVS DIFFICVLTATI PRÆsenti satisfacere possimus, diffinitionem lineę premittere necessum est, quæ talis est. Linea est ordinata collectio personarum consanguinitate coniunctarum ab eodem stipite descendentium, diuersos continens gradus. In qua diffinitione linea non accipitur pro vna dimẽsione, & specie quantitatis, vt superficies & corpus, sed pro rebus ipsis dimensis & linealiter ordinatis: scilicet, ꝑ pluribus personis seorsum diuisis: sicut numerus accipitur pro diuersis vnitatibus.

¶ Consanguinitas verò importat relationem, & respectũ inter personas, quę sunt ipsius relationis consanguinitatis extrema. Idemquè importat gradus: nam secundùm Ioan. Andre. nihil aliud est gradus, quàm habitudo quædam distantium personarum, qua cognoscitur, quanta distantia duæ personę distãt inter se, vt habitudo filij ad patrem, sed differunt diuersis rationibus, quia propinquitas filij ad patrem est consanguinitas, sed ea ratione qua distat filius à patre dicitur


dicitur.1. gradus, & ideò sunt duæ relationes ratione distinctę. Ex dictis manifestè elicitur, personam patris solam nō facere gradum propinquitatis, quia nullus est sibi propinquus, sed alteri. Sicut enim ascensus & descēsus duos terminos exigunt: scilicet, à qno & ad quē sic gradus plures personas sibi vendicat, vt constituatur.

¶ Ex omnibus his colligitur conclusio affirmatiua, qua ad quęstionem respondetur: nempe, quòd consanguinitas per lineas & gradus distinguitur: et istę lineę cōsanguinitatis gradus assignātur tres: videlicet, descendentium, ascendentium & transuersalis, quæ est collateralium. Prima siquidem consideratur secundùm habitudinem principij ad principiatum, qualis est descensus patris ad filium, filijq; ad nepotem, &c. Vnde ait philosophus. 8. Ethico. capitulo. 12. quòd patres diligunt filios tanquàm partes ab ipsis decisas, atquè ab ipsis existentes. Secunda verò consideratur secundùm habitudinem principiati ad principium, qualis est ascensus filij ad patrem & patris ad auum, & aui ad proauum &c. Vnde istæ duæ lineę non sunt re diuersæ, sed sola ratione & consideratione, quia per eandem scalam descenditur, & ascenditur. Tertia, scilicet transuersalis, quæ est collateralium, est inter duos fratres & inter filios duorum fratrū, qui dicuntur fratrueles: & inter filios duarum sororum, qui appellātur consobrini: & inter alios, quorum neuter duxit originem ab altero descendendo vel ascendendo vsq; ad quartum gradum. Et si attentè consideremus, videbimus, quòd reliqui omnes gradus vtriusquè lineę à primo, qui est inter patrem & filium, originem ducūt, & in illo tanquàm linea in centro connectuntur. Ratione enim patris auus & proauus coniunguntur filio eiusdē patris. sicuti & nepos & pronepos & reliqui ratione eiusdē filij vniuntur eius patri & superioribus: & in linea transuersali duo fratres ratione parentum inter se vniuntur: & ratione eiusdē trunci colligantur patrueles cum cōsobrinis, & omnes breuiter transuersalis lineę. Hæc omnia apertè ostenduntur in sequenti arbore consanguinitatis.

Con. af.



Figura Consanguinitatis.



¶IN QVA FIGVRA AB ADAM PRIMO PA-rente per vtranq; lineam descenditur, cuius primus gradus est filius, secundus nepos, tertius pronepos, & quartus abnepos. Et per eãdem ...rius ascenditur: eo tamen ordine, vt qui erat descendẽdo abnepos, relinquatur tanquàm primus filius & terminus. Vnde, primus gradus sit pater, qui descendendo erat pronepos: Secundus auus, & tertius proauus, & quartus abauus, qui est ipse Adã, tranuersim autem ab vna linea

linea ad alterã diuertatur, vt inter duos primos filios & filias qui sunt germani fratres, primus gradus cõstituitur, & inter nepotes secundus ¶ Animaduertendum tamen est hîc vt melius hanc figuram intelligere possimus, quòd gradus consanguinitatis in linea ascendentium & descendentium contrahitur ex hoc, quòd vna persona ex alia propagatur, eorũ inter quos gradus consideratur, & ideo tam secundùm computationem legalem quàm canonicam, persona quæ primò in progressu occurrit, vel ascendendo vel descendendo, distat ab aliquo in primo gradu: vt pater & filius, quoniam nulla persona media distat inter illos. Quæ autem secundo vtriq; occurrit, distat in secundo gradu: vt auus & nepos, quia ibi sunt tres personæ, duę extremæ: scilicet, auus & nepos, & vna media: scilicet, pater respectu vnius, & filius respectu alterius. Vnde quia remoto vno, remanent duo, nepos & auus sunt in secũdo gradu: pro auus & pronepos in quarto, & sic deinceps. Nota.

¶ Quantùm autem ad lineam transuersalem aliter computantur gradus à canonistis, quàm à legistis. Secundùm nanq; canonistas duę personæ *in linea* transuersali faciunt vnum gradum, sed secundùm legistas quælibet persona facit vnum gradum: vt putà duo fratres secundùm canonistas sunt in vno gradu primo, sed secundùm legistas sunt in duobus, & filij fratrum in quarto, nepotes verò in sexto, & sic de aliis. Itaq; vnus distat ab altero vno gradu & alter ab altero reciprocè altero gradu. Et ratio huius diuersæ computationis ponitur expressè 35. q. 5. c. Ad sedem apostolicam. videlicet, quia leges ob solã successionem hæreditatum ab intestato [quæ quidem fit ab vna ad alteram personam inter consanguineos] graduum mentionem faciunt: canones autem ob id gradus cõstituunt, vt apertè monstretur vsq; ad quotam generationem à consanguineorum nuptijs sit abstinendum. Et quia hæreditates nequeunt deferri nisi de vna ad alteram personam, idcirco curauit sæcularis Imperator in singulis personis singulos perficere gradus. At verò, quia nuptiæ fine duabus non valent fieri personis, ideo sacri canones duas in vno gradu constituêre personas. Itẽ, quia leges attendunt descensum à cõmuni patre ex vtraq; parte. Sed missam hîc faciamus cõputationem legalem tãquàm parum aut nihil ad nostrum propositum conducentem, & ad illam qua canonistę vtuntur manum mittamus. Pro cuius pleniori explicatione regulas quasdam dignum duxi hîc apponere, quarum prima sit. In linea ascendentium & descendentium quot sunt personæ, tot sunt gradus vnius cuiusq; partis: quia vna persona non facit gradum, vt dictum est. 1. regula

¶ Secunda regula. *In linea* transuersali quoto gradu distant personæ à communi stipite, distant inter se: vt duo fratres sunt in primo gradu, 2. regula

quia

quia à patre vno tantùm gradu distant:& filij istorum fratrum distãt à stipite:scilicet,ab auo duobus gradibus,& eodem modo distant inter se,& sic consequenter procedendo.

3.*regula* ¶ Tertia regula.In linea transuersali inæquali:id est, quãdo alter distat à communi stipite gradu remotiori quàm alter,quoto gradu remotior distat a communi stipite,eodem distant inter se:vt quando aliquis distat in tertio gradu à stipite,& alius in.2. ipsi distant inter se in tertio gradu,vt habetur in ca.fi.de consangui.& affim.vt Ioannes Petri filius distat ab auo duobus gradibus , & Alfonsus filius Iacobi germani Petri genuit Martinum,tunc Martinus est in tertio gradu cũ Ioanne filio Petri,quia distant à stipite per tres gradus, dato Ioannes filius Petri solùm distet à stipite duobus gradibus. Ratio huius regulæ est,quia consanguinitatis ratio in linea transuersali ortum habet à stipite.Ex quo colligitur,quòd si vnus distat à stipite per duos gradus, & alius per .4. quòd dicendi sunt distare tales inter se p. 4. gradus, quia secundùm remotiorem distantiam oportet gradus consanguinitatis computari. Ex quo rursus infertur,quòd quando in vna linea vna persona est in quinto gradu à stipite,in quocunq; gradu sit alia in alia linea,poterit cum illa contrahere:vsq; ad quintum enim gradum exclusiuè non licet contrahere. In ipso nanq; licet,& non infrà. De iure positiuo antiquo prohibiti erant coniungi matrimonialiter consanguinei vsq; ad septimum gradum,vt habetur.35.q.5.c.citato, Adsedem.vbi expressè determinatur,quòd intra septimum gradum consanguinei non coniungantur. Rationem autem quare Ecclesia tot p-
D.*Thom* hibuerit gradus,assignat D. Thom,in.4.dist.40. scilicet, vt amor ac dilectio hominum inter se diffunderetur in lege noua,quæ lex amoris dicitur,vt sic ad extraneos amicitia naturalis quæ est inter consanguineos,coniunctione maritali extenderetur, quæ coniunctio maximè causa dilectionis est. Post modum tamen reuocata est hæc lex ,ac coarctata vsq; ad quartum gradum inclusiuè,vsq;ad quem omnis cõsanguinitas impedit, & dirimit matrimonium,& non vltrà, vt habetur in ca.Non debet.de consan.& affini.

Notabil. ¶ Et annotato,quòd ex speciali priuilegio omnibus istius noui orbis Indis concessum est in.3.& quarto gradibus etiam matrimonialiter coniungi posse,vt patet ex bulla Pauli.3.Et licèt non se extendat nisi ad Indos nihilominùs legem esse existimo:quia satis est quòd se extendat ad omnes hos neophitos. Quo fit, vt si Indorum vnus distet à stipite in .2.gradu,& alius in.3.imo etiam si vnus distet per vnum gradum solùm,& alius distet per tres,tales dicuntur in iure distare in.3. gradu,& possunt liberè contrahere. Nam quemadmodum secũdùm

varia

varia hominum cõditionẽ,& varietatẽ temporũ diuersæ leges ferun tur,ita summus Pontifex visa istorum fragilitate ac conditione:legẽ tulit huiusmodi.Nec solùm si sit lex,vt ego existimo,possunt contrahe re distantes in primo vel secundo gradu cũ existenti in tertio, verùm etiam si sit dispensatio.Quia licèt dispensatio sit stricti iuris, debet ta men recipere interpretationem à iure communi. Nam statuta licèt sint odiosa,capiunt nihilominùs interpretationem à iure,vt notat In cen.in cap.Causam,de rescrip.& Bart.in.l.Omnes populi.ff.de iusti tia & iure.Ratio autem quare in illo.c.Non debet. coarctata fuit lex de consanguinitate & affinitate vsq; ad quartum gradũ inclusiuè,est: quia vltra inutile erat & periculosum.Erat enim inutile,quia ad re motiores consanguineos quasi nullum fœdus maioris amicitiæ,quàm ad extraneos habebatur,charitate in multorum cordibus frigescẽte. Periculosum autem erat,quia concupiscentia & negligentia præua-lente numerosam consanguineorum multitudinem homines non sa tis obseruabant,& sic laqueus damnationis multis inijciebatur ex re motorum graduum prohibitione. Cùm enim vsq; ad quartum gra-dum homines consanguinei cognoscunt & amant se mutuò, vsq; ad talem gradum videntur aliquid simile portare ex parentibus, quod est causa amicitiæ. Nam communiter filij imitantur parentes,ac simi les eis sunt in aliquo quatuor humorum,ex quibus homo constat. At verò hæc similitudo paulatim atteritur,ac diminuitur. Quare, post quàm excedit quartum gradum,iã pene nulla est. Fateri enim opor tet,quòd aliquando consanguinitas finiatur:habetur nanq; apud Phi lo.in li.1.de generatione animaliũ.c.19.quòd semẽ est vltimũ quod relinquitur ex alimento cocto vltima decoctione,& est subtile,ac ca lidum,& hinc est,quòd habet maximam vim ad fœtum formandum, & est impotentia os,manus atq; pes,& idcirco filij qui ex illo generã tur,sunt similes patri,vel in facie,vel in statura.&c. attamen per pro cessum generationis debilitatur,ac tandem finitur huiusmodi virtus, & sic finitur similitudo, ac proinde amor.Notum enim est, quòd si A dam vel Noë resurgeret nunc,nullus illorum qui nunc sunt,haberet erga eos amicitiam singularem ob consanguinitatem.

Innocen. Bartbol.

Philoso.

¶ XXXVII. DIFFICVLTAS.

Vtrùm gradus quispiam consanguinitatis in linea re cta iure naturali matrimonium impediat.

Pendet solutio huius quæstionis ex solutione alterius : scil. cet, an gradus omnes, qui in Leuitico decimo octauo ca. prohibentur,sint iure naturali prohibiti:& quamuis huiusmo di prohibitiones, quæ ponuntur Leuitic. 18. sint numero duodecim

ad ſex tamen gradus reducuntur. Prohibentur nanquè nuptię in primo & ſecundo gradu in linea recta cõſanguinitatis: ſcilicet, inter patrem & filiam, & matrem & filium, qui eſt primus gradus: & inter auum & neptem, ac ſubinde inter auiam & nepotẽ, qui eſt ſecundus: & in tranſuerſali in primo gradu inter fratrem & ſororẽ, & in ſecundo inter conſobrinum & amitam: ſcilicet, ſororem patris, & pariter cum matertera: videlicet, ſorore matris. Rurſum inter affines: ſcilicet, nequis agnoſcat matrem et filiã, & nequis ducat priuignã, ideſt, filiam vxoris ſuę, nequè gener ſocrum ſuam, nequè vna nubat patri & filio, & ne quis ducat ſorores duas, aut vna duobus nubat fratribus Omnia iſta ſunt manifeſta in textu qui ſic habet, Dixit nãq; dominus ad Moyſen, Omnis homo ad proximam ſanguinis ſui non accedat, vt reuelet turpitudinem eius, turpitudinem patris tui & turpitudinem matris tuę non diſcooperies, turpitudinem ſororis tuæ ex patre ſiue ex matre, quę domi vel foris genita eſt, non reuelabis: nec turpitudinẽ filiæ filij tui vel neptis, nec turpitudinem ſororis patris tui diſcooperies, nec turpitudinem ſororis matris tuę: nec turpitudinem vxoris patris tui, quæ tibi cõiungitur affinitate: & ſic de multis alijs gradibus, qui illic prohibentur tam affinitatis quam conſanguinitatis, & tam in linea tranſuerſali, quàm in linea recta. Difficultas igitur præſens eſt, an omnes iſti gradus prohibeantur ex iure naturæ. Pro cuius intelligentia ſcire opus eſt, quòd triplex genus præceptorum fuit in veteri lege: ſcilicet, morale, ceremoniale ac iudiciale, & quidem præcepta moralia expreſſa erant in lege veteri, qualia ſunt, Non occides. Nõ furtum facies. Nõ facies tibi deos alienos, ac ſimilia. Et huiuſmodi præcepta moralia ad ſui obſeruantiam non tãtùm Hebræos, verùm etiam omnes alias gentes obligant, & vim modo in lege noua retinent. Quilibet nanquè homo ſiue Iudæus, ſiue gentilis, tenetur non furari, non mechari, non falſum teſtimonium dicere, & ſic omnia alia moralia, ſeu naturalia [quod idem eſt] obſeruare tenetur, vt dicit. D Tho 1.2 q. 98. ar 5 &. q. 85 ar. 4. Et patet, nã notum eſt quòd infideles gentiles fornicando ac furando peccant: nec ſolùm poſtquam lex fuit ſcripta, verùm etiam antequam eſſet ſcripta, non ſeruantes peccabant: omnes ergo obligabantur tunc & modo ex iure naturali. Vnde, quanuis omnes obligentur tam infideles quam chriſtiani ad horum præceptorum moralium quæ habentur in lege veteri, obſeruantiam, non tamen obligantur, quia ibi in lege expreſſa ſunt, ſed ſolùm quatenus moralia ſunt: videlicet, quatenus vim retinent naturalis iuris: alioquin lege non exiſtente nõ obligarentur. Ceremonialia verò præcepta erant huiuſmodi. Nõ ſeres

D. Tho.

agrum

agrum tuum diuerſo ſemine. Veſte quæ ex duobus texta eſt, non in dueris. Non comedetis carnem cum ſanguine. Non in rotundum at tondebitis comam, neq; radetis barbam. & alia quæ Leuit. 19. c. habentur. Iudicialia verò præcepta ſunt, qui coierit cum muliere in fluxu menſtruo, & reuelauerit turpitudinem eius, interficientur ambo de medio populi. Qui furatus fuerit ouem, ſoluet quatuor pro ea. Et qui occiderit, occidatur. & hijs ſimilia. Et iſta præcepta ceremonialia et iudicialia quę habentur in lege veteri, tantùm Hebręos obligabant. Quod probat egregiè D. Tho. 1 2. q. 98. ar. 5. hac ratione, D. Tho. quia ſcilicet, populo Iudęorum peculiariter data eſt lex, vt quandã prerogatiuam ſanctitatis obtineret propter Chriſti reuerẽtiam, qui ex illo populo naſciturus erat. ſed quęcumq; ſtatuuntur ad ſpecialem ſanctificationem, non obligant niſi ſolùm illos, ſicut ad quædam obligantur clerici, qui diuino ſeruicio deputantur, ad quę layci minimè aſtringuntur. Ad aliqua igitur obligabatur populus Dei electus Iſraëliticus, ad quę non gentilium. Et iſta prẽcepta ceremonialia & iudicialia ita ceſſarunt per mortem Chriſti, cùm dixit, Conſummatum eſt. Vt qui modò ea obſeruarent, credentes quòd vim habeant, mortaliter peccarent. Item probatur, quia omnia erant figura Chriſti venturi iuxta illud Paul. 1. cor. 10. Omnia in figura contingebant illis: adueniente ergo Chriſto qui erat figuratus, neceſſe erat, 1. cor. 10 vt figura ceſſaſſet. Ad Hebrę. etiam 7. Translato ſacerdotio, neceſſe eſt vt legis translatio fiat. & cap. 8. inquit, Nouũ teſtamentum antiquauit prius. quod autẽ antiquatur & ſeneſcit, prope interitum eſt Hæb. 7. ad. Galat. inſuper c. 5 Si circumcidimini, Chriſtus nihil vobis prodeſt. nihil autem excludit fructum Chriſti niſi peccatum mortale, er Gala. 5. go obſeruantes peccant mortaliter: nec tantùm peccarent mortaliter, verùm etiam hæretici cenſerentur. Eſt enim hęreſis ab Eccleſia condemnata Actuum. 15. vbi tractata hęreſi phariſęorum dicentiũ, Actu. 15 quòd oportebat circuncidi eos, et ſeruare legem Moyſi: tandem vẽtum eſt in decretum illud. Viſum eſt ſpiritui ſancto & nobis, nihil vltra imponere vobis oneris, quàm hæc neceſſaria. Et Paulus. Roma. 7. Lex in homine dominatur quãto tempore viuit: itaq; vos fratres Rom. 7. mortificati eſtis legi per corpus Chriſti. Quod exponit per ſimilitudinem mulieris, quæ ſub viro eſt, quę, mortuo viro, ſoluta eſt à lege viri. His ſic prælibatis, ad quęſtionem per aliquot concluſiones reſpondetur, et earum prima ſit. Nõ omnes gradus in Leuitico prohibiti ſunt iure naturali prohibiti. Probatur, nam ratio et neceſsitas in moralibus, & prorſus in omnibus agendis, ſumenda eſt ex fine, ſed vterq; finis matrimonij ſaluus prorſus et incolumis conſtabit, etiam

ſinon

si non omnes illæ personæ à matrimonio arceantur & eliminentur: ergo quàntum ex iure naturali pendet, nõ omnes illę personę sunt prohibitæ ad matrimonium inter se iungendum. Probatur minor: exemplo, phibetur in lege, ne quis ducat amitam, aut materterã aut vxorem fratris: & certè non videtur quòd officiat aut obstet ad finẽ matrimonij, siue primarium: scilicet, ad procreationem aut educationem siue secundarium, videlicet, ad maritalia officia & obsequia: vterquè namq; optimè saluatur cum coniunctione maritali istarum personarum. Et confirmatur, nam nunquàm aliquis philosophorũ, qui tamen de connubijs multa scripserunt, putauit illicitũ matrimonium inter huiusmodi personas: non ergo videtur hoc esse prohibitum iure naturali: certè enim alicui venisset in mentem ius hoc naturale esset. Et confirmatur vlteriùs, quia huiusmodi matrimonia, vt ex historia agnoscere est, passim celebrantur inter gentes sine quacũ què reprehensione, & tamen vt Apostolus ad Roma. dicit, Gentes quæ legem naturę non nouerunt, naturaliter quę legis sunt faciunt. hoc est, quę legi naturæ consentanea sunt: ergo omnino non videntur ea connubia lege naturali damnata. Præterea, est Ecclesię determinatio, nam in. c. Gaudemus extrà de diuort. ponit pontifex regulam infidelibus qui ad fidem conuertuntur, quam nos inferiùs apponemus: nempe, quòd infideles iuncti matrimonialiter in secundo vel tertio gradu, cùm conuertuntur, non separentur: quod non statutum esset, si secundus gradus vel tertius iure naturali saltem primeuo esset prohibitus, quoniam talibus omnes homines subditi sunt.

1. *conclu* ¶ Secunda conclusio. In linea recta, iure naturali & diuino prohibitum est matrimoniũ inter aliquas personas consanguineas: scilicet, inter patrem & filiam, & inter matrem & filium: itaquè quanuis nulla alia lex id prohiberet, esset nullum etiam in statu naturæ integræ. Et ideò prohibitio hæc ponitur in. Leuit. prima inter omnes prohibitiones. Hanc conclusionem tenent omnes doctores indiscriminatim, & maximè probat eam Caietanus eleganter in. 22. q. 154. ar. 5. *Caietan*

2. *Politi.* nec solùm eam tenent fideles, verùm etiam infideles, atquè pagani sola ratione naturali innixi. Aristo. nanquè. 2. lib. polit. paulo post principium, cùm vellet probare contra Platonem malum esse habere vxores communes, inter alia inconuenientia quę adduxit, hoc fuit vnum: quia scilicet ad proprias filias haberent accessum, quòd maximum scelus est. Præterea, quia nunquàm fuit aliqua natio tã barbara, qui nõ huiusmodi cõnubia abhorrêret: nec tantùm gẽtes, verùm etiam bruta, & ferè tales concubitus refugiunt, vt Arist. lib. 9. de animalibus, cap. 47. & Plinius, lib. 8. cap. 42. referunt, de Camelo & *Aristo.* *Plinius.*

Equo

Equo, qui opprimento contectas matres superuenire coacti, & postquàm cognouerunt matres esse, alter camelarium morsu defixo interemit, alterverò se præcipitem dedit, ac si instinctu naturali talem fugerent commixtionem. Tandem probatur hac ratione, quia iure naturali filius reuerentiam matri præstare tenetur: non ergo filius matrem in vxorem habere poterit, cùm oporteat viro subditam esse vxorem. Fieret enim vir qui consanguinitate est inferior, per matrimonium superior. Et quomodo mater filio salua reuerentia & pietate seruire poterit? Quomodo ex præceptis & nutu filij pendere? Aut quomodo filius sustinere poterit, vt matri imperet, & coniugalia obsequia exigat? Periret enim præceptum de veneratione parentum: & quanuis magis sit contra instinctum naturę, quòd filius ducat matrem, quàm si pater ducat filiam, eo quòd plus derogatur reuerentiæ matris, quia vxor in nullo debet esse superior viro: nihilhominùs etiam pater non potest nubere filiæ. Nam estò quòd vir caput sit mulieris, tamen mulier socia illius est, non serua: & notumest non posse inter officia & munia coniugalia commodè seruari pietas & reuerentia liberorum ad parentes. Vxor certè ius habet exigendi debitum à viro, quod filiæ in patrem non satis conuenire potest.

¶ Et ānotato, quòd signanter dixi in conclusione, In statu naturę integrę. nam eādem reuerentiam & honorem deberent parentibus liberi tunc vt modo: sicut enim per esum ligni vetiti illum statum amiserunt, ita eundem per quodcumquè mortale delictum contra ius naturæ commissum perdidissent: vt si filius cognosceret matrem, statum perderet. *Notabil.*

¶ Ex his iam apertè elicitur, quòd si inuenirentur infideles coniuncti in matrimonio, pater scilicet cum filia, vel mater cum filio, quantumcumquè allegarent suam consuetudinem, essent nihilominùs separandi, si ad fidem conuerterentur: quia talis matrimonialis coniunctio prohibita est iure naturali primeuo & diuino, cui iuri nulla lex vel consuetudo derogare potest. Imo Caietanus vbi supra in. 22 ar. 9 arbitratur, matrimonium inter patres & filios adeò esse intrinsicè malum, vt mentiri & furari, & ideo ob nullam necessitatem esse à Deo dispensabile, etiam propter propagationem generis humani. Dominicus tamen à Soto in. 4. q. dist. 40. q vnica ar. 3. non audet hoc negare. Ait enim illic quòd saluo peritorum iudicio, si modò non essent in orbe nisi pater & filia, aut mater & filius, quòd licitum fuisset inter eos connubium, non tamen extra istum casum: quia tūc certū est quòd natura ipsa, & Deus qui est eius autor, dispēsasset. *Corolla.* *Caieta.* *Soto.*

Non

Non enim est tam intrinsicè malum, vt mentiri aut peierare, vt arbi-
Caietan tratur Caie. Dicit tamen Soto, quòd nunquàm casus iste contingit, &
Soto. sic nunquàm fuit dispensatum prouidente Deo. Et huic sententiæ ad
herendum esse censeo.

Dubium. ¶ Sed est dubium, vtrùm non solùm in primo gradu inter parentes & filios iure naturali sit prohibitum matrimonium, verùm etiam inter omnes ascendentes & descendentes per lineam rectam appositos in leuitico? Cui dubio sit in ordine. 3. concluſio responsiua affirmatiua: nempe, quòd omnia quæ continentur in leuitico sunt prohibita iure naturali. Cõclusio ista est communis opinio tam iurisperitorum quàm Theologorũ. Oẽs enim vna voce fatentur, minimè matrimonium posse existere inter ascendentes & descendentes per lineam rectam. Et probatur rationibus. Prima, quia non commodè obseruari posset debita reuerentia, quam inferiores superioribus præstare tenentur, cùm actus matrimoniales ex sua natura illam auferre habeãt. Secunda, quia iura ciuilia distinctè prohibent matrimonium inter auos & nepotes, ac cæteros ascendentes & descendentes, sicut inter parentes & filios, vt expressè habetur instituta de nuptijs. §. Inter eas. & l. nuptiæ. ff. de ritu nuptia. Tertia ratio est, quia sacramentum matrimonij signum est charitatis Christi & Ecclesiæ, ergo ratione sacramenti charitas est inter Christianos propaganda et amplificanda: cùm igitur inter consanguineos ipsa sanguinis commixtio charitatem congluti net, condecens est, vt per nuptiarum vincula diuersi sanguines affinitate copulentur, qua ratione noua amicitiarum genera oriãtur. Non enim est aliud vinculum ita necessarium accomodatumq; ad pacem fouendam sicut matrimonij vinculum. Si enim pater filiam duceret, idem esset pater & maritus. Quocircà sapientissimè à Deo ordinatum est, vt inhuiusmodi gradibus prohiberetur matrimonium: sed existimo præcipuè hanc communem opinionem fundari in impotentia ad generandum, quia vt in plurimùm, cùm peruenit nepos ad statum, in quo generare possit, iam auia est impotens atq; inepta ad generationem. Et à fortiori id dicendum est de superioribus gradibus: nempe, proauia abauia &c. Raro enim vel nunquàm proauia erit apta ad generandum cùm ad statum, in quo generare possit, peruenerit pronepos. At verò quãdocunq; tanta est impotentia naturalis ad coniugalem actum, quòd seminare non possit, etiam si carnalis conjunctio interueniat, matrimonium est nullum: & tenendo istam tertiã conclusionem cum communi opinione, dicendum est, quòd hęc prohibitio iuris naturalis contrahendi ascendentes & descendentes per lineam rectam, finem & limitationem habere debet ad certum gradum,

3. Concl

vt

vt expresse asserit. D. Tho. in. 4. dis. 40. q. 1. ar. 3. Bonaventura ibidē. Ricardus etiam ibi. q. 2. Alexan. Alen. in. 2. p. q. 169. & in. 3. p. q. 25. & Hugo de sancto Victore. li. 2. de sacramentis. p. 11. c. 4. Non enim est consentaneum rationi dicere, quòd si nunc resurgeret Adam, nō haberet vxorem cum qua cōtraheret. Quo fit, vt non sit in hac parte fides adhibenda Scoto. in. 4. eadem dist. Durando & Palud. asserentibus huiusmodi prohibitionem ratione naturali extendi in infinitum, ita quòd secundùm illos, non habet limitem nec finem. Sententia enim. D. Tho. tanquàm certior ac rationi magis consentanea est tenēda: scilicet, quòd non extenditur in infinitum. D. Tho. Bonauen Ricard. Alexan. Hugo.

¶ Quarta Conclusio. Quanuis communis opinio apposita in. 3. conclusione sit probabilissima, contraria tamen satis mihi placet: nempe quòd iure naturali & diuino tantùm prohibetur vnus gradus in linea recta: videlicet, inter patrem & filiam, & inter matrem & filium. Hanc conclusionem tenet Hugo. Ricar. Alexan. Alen. in locis citatis & Caie. 22. vbi suprà, & in opuscu. ad Clemen. 7. de coniugio Regis Angliæ, cui subscribit Armilla. Et sumpsit Caietanus ex verbo illo D. Tho. in solutione ad. 3. vbi ait, quòd in cōmixtione personarū, coniunctarū p se, aliquid est quod est secundùm se indecens & repugnans naturali rationi, sicut mixtio inter parentes & filios: aliè verò personæ quæ non coniunguntur secundùm se ipsas, sed per ordinem ad parentes, non habent ita ex se ipsis indecentiam, sed variatur circa hoc decentia vel indecentia secundùm consuetudinem & legem humanam vel diuinam. Quare, inquit Caietanus, quòd cùm ad rationem filij pertineat vt deriuetur exsanguine vtriusquè parentis, vel saltem matris vt Christus, & filio per accidens contingat habere auos ratione parentum, scilicet, quia patres alios habuerunt patres, nā Adæ filij absq; auis fuerunt veri filij, & id quod est per se, est necessarium, id verò quod accidit, est contingens, fit, vt inter patrem & filiam sit necessaria vnitas, quę iure naturę matrimonium excludit, nō autem inter alios ascendentes & descendentes. Item, Alexan. Alen. loco citato, distinguit inter illa quę iure naturæ prohibita sunt, & illa quæ iure diuino veteri, in quo ponit omnes personas exceptis parētibus & filijs. Volens nanquè dominus Deus populum suum peculiariter electum ad cultum Dei, quadam pollēre sanctitate inter cęteras gentes, dedit ei ista præcepta peculiaria, & imposuit illi istas prohibitiones circa matrimonium. 4. concl. Hugo. Ricard. Alexan. Caietan. Armilla. Alexan.

¶ Conclusio tamen ista est intelligenda, loquendo de iure naturę primeuo, non autem secundario, nam non est negandum quin sint de iure naturæ secundario, quod quidem expręsse insinuare videtur. D.

D. Tho. Tho. cum dicit, has prohibitiones importare indecentiam, sed variatur huiusmodi indecentia vel decentia &c. Quod si Caietanus negat esset de iure naturę in hoc sensu, non est audiendus, sed certè non videtur id negare, si quidē dicit quòd omnia illa præcepta partim sunt moralia & partim iudicialia. Moralia quidem, quatenus dicunt quid rationi morali conforme: iudicialia autē, quatenus dicunt determinationem tot personarum. Vnde non sunt moralia simpliciter, sed secundùm quid: ideo hodie non ligant nisi quatenus ab Ecclesia sunt assumpta. Nec enim ista indecentia, quę contingeret ex huiusmodi cōiunctionibus ratione cuius sunt moralia omnino est tanta, quin possit compensari aliquo magno bono, quod ex tali coniunctione consequitur, aut graui malo quod deuitetur, vt ad supplendam insignem aliquam solitudinem, & raritatem hominum in orbe aut prouintia. Vnde si hæc causa vel alia vrgens adesset, summum pontificem in his gradibus rectæ lineæ vsquè ad quartum gradum posse dispensare arbitror, nisi cum patre & matre, vt matrimonium contrahant. Ita tenet Caietanus. vbi suprà, cui adhæret præclarissimus magister à Victoria in sua relectione de matrimonio. Dominicus tamen à Soto in. 4. dist. 40. q. vnica ar. 3. dicit, quòd fortasse Papa non valet inter auum & neptem coniugium dispensando permittere, saltem nunq; fecisse legitur. Nec credo, ait, facere auderet, propterea quòd aui & nepotes proximè ad parentes & natos accedentes quasi patres & filij reputantur, in alijs verò gradibus rectę lineæ dicit neque vt dispē saret consulendum videtur, neq; si vrgenti causa id faceret, reclamandum. Sed res est quæ perquam rarissimè potest vsu venire, sed licèt non legatur summum pontificem dispensasse cum auo & nepte, ego tamen non negare auderem, quod id posset facere: ante factum tamen nulli esset consulendum, vt peteret dispensationem istam.

Caietan.
Victoria.

1. Corolla. ¶ Ex dictis apertè colligitur longè aliter prohibitum esse matrimonium inter patres & filios, quam inter cæteras personas ascendētes & descendētes in Leuit. appositas. Nam contrahere pater cum filia aut mater cū filio prohibitum est iure naturali primeuo, inter alias autem personas non nisi iure naturali secundario. Rursum ex his omnibus infertur euidenter, infideles coniunctos in gradibus illis Leuit. 18. assignatis, siue fuerit ante legem Christi, siue post, siue in gradibus consanguinitatis, siue affinitatis, dempto illo primo gradu parentum & filiorum inter se, dummodo non contra leges suas, vel cō suetudinem suam vim legis habentem, nullo modo esse separandos ad fidem conuersos: nec sic ad fidem conuersi indigent Papæ dispensatione, imo neq; quacumquè authoritate possent separari. scilicet,

2. Corol.

cum

cum solo iure humano, quo infideles non tenentur, huiusmodi matrimonia sint interdicta. Tenet hoc corollarium Caietanus vbi supra. 22. q. 154. ar. 9. ad. 3. & eandem etiam tenuit anteà Abulē. 1. Regum. c. 8. q. 149. Et ita est tenendum non obstante quòd tenentes cōmunem opinionem: scilicet, omnes illas Leuitici prohibitiones esse de iure naturæ, vt sunt Tho. Vualdensis li. de sacramētis. c. 134. Palud. in. 4. dis. q. 1. cui subscribit Archiepiscopus Floren. 3. p. tit. 1. c. 14 Bonauen. in eadem dis. q. 2. Ricar. ibidem ar. 1. q. 1. & Siluest. verb. Papa. §. 17. consequenter teneant infideles, qui reperiuntur iuncti in his gradibus, separandos esse cùm ad fidem conuertuntur, & sic arbitrantur, non posse Papam super illis dispensare. *Caieta. Abulen.*

¶ Nec nocet prædictis id quòd aliqui obijciunt ex D. Aug. q. 53. sup Leuiticum, vbi ait, omnia illa mandata in decalogo esse p̄cōcepta, insinuans esse moralia. Non, inquam, nocet, quia Aug. dictum potest intelligi de iure naturæ secundario, & sic nos concedimus quòd sunt de iure naturę & moralia secundùm quid: quamuis demus quodam modo esse moralia, non tamen subinde colligitur, vt illa virtute matrimonia dirimāt. Aliud quippe est rem aliquam p̄cepto morali & naturali esse prohibitam, aliud verò eodem iure esse irritā. Quia non sufficit, vt matrimonium sit interdictum iure quocumquè, ad hoc vt nō teneat. Multa enim sunt iure diuino & naturali & humano prohibita, quæ tamē facta tenēt: vt matrimoniū cū secunda post sponsalia cum prima, iure diuino prohibitum est ac naturali, & tamē si fiat, matrimonium tenet, vt habetur extrà de spons. c. Veniens. Item iure diuino & naturali, phibita est beneficiorum incompatibilium multitudo, & peccatum est illa possidere, non tamē ideo collatio illorum nō tenet. Præterea votū simplex castitatis iure naturæ impedit matrimonium cōtrahendum, sed nihilominùs si fiat, factum tenet. Præterea, prodigalitas iure naturæ & diuino est prohibita, attamē donatio prodiga tenet. Postremò patet, quia iure humano prohibitum erat ante cōcilū. Tri. cōtrahere clādestinē, extrà de clādes. despō p totū, tamen matrimoniū sic cōtractū erat validū. Pariter ergo quāuis demus iure naturæ prohibitū esse omnibus etiā infidelibus contrahere in illis gradibus Leuitici. 18. non tamē subinde consequitur, illud matrimonium esse nullum, vt prædicti doctores affirmant. tantùm enim esset nullū apud Iudęos si cōtraherent in illis gradibus, quia ad illos tm̄ō est lex illa quę matrimoniū, tā cōtractū irritabat ac oēs Iudęi ad illā seruādā tenentur nō virtute legis, quę omnino iā spirauit, sed ratiōe cōscientię. Existimāt nanq; teneri lege illa: sed apud xp̄ianos p̄fitētes legē euāgelicā, solū sequitur, expediēs fuisse modo vt illa matrimonia *D. augu.*

impedirentur iure positiuo, vt factum est, non tamen obligant nūc gradus qui modò prohibentur ab Ecclesia, quia olim fuerunt prohibiti in lege veteri, sed quia ab Ecclesia de nouo constituta ac stabilita est prohibitio. Ratio est, quia omnia cessauerunt, & nullius fuerūt obligationis post Christi mortem, vt dictum est. Nec tantùm consanguinitatis, & affinitatis gradus, qui in Leuitico exprimuntur, possunt impedire matrimonium contrahendum, & dirimere contractum, sed plures potest Ecclesia constituere, vt impediant & dirimāt, ac in nonnullis illorum potest dispensare, vt expressè decernit nunc tenendum esse sub anathematis censura œcumenicum & generale Concilium Tridentinum sessione. 24. Canone. 3.

Con. tri.

¶ XXXVIII. DIFFICVLTAS.

Vtrùm aliquis gradus consanguinitatis in lineâ transuersali impediat iure naturæ matrimonium.

Notabil.

PRO HVIVS DIFFICVLTATIS EXplicatione sciendum est, quòd illa quæ prohibentur iure naturali, sunt in duplici genere: quædam enim sunt intrinsicè mala, & de se adeò inhonesta, vt in nullo casu licitè fieri possint, vt mentiri, & periurium, & adulterium, & alia præcepta decalogi: sicut è cōtrario quędam semper & per se sunt honesta, vt Deum colere, parentes venerari, & similia: alia sunt de se quidem inhonesta & prohibita iure naturali, sed quando què propter graues causas possunt licitè fieri: sicut è contrario sunt aliqua honesta quidem & consona rationi & principijs moralibus, secluſa etiam omni lege positiua, imo præcepta lege naturali, sed tamen non habent bonitatem immutabilem vel necessariam, sed secūdùm diuersas temporis loci & personarum circunstantias & conditiones, varietatem recipiunt, vt seruare fidem, reddere debitum, non habere plures vxores & similia. His suppositis, sit prima conclusio. Inter fratrem & sororem non est prohibitum matrimonium iure naturali primo modo, nec ducere relictam fratris. Hæc conclusio est communis omnium theologorum sententia. Eā enim tenet. Diuus Tho. in. 4. dist. 40. q. vni. de consanguinitate. ar. 4. & in. 22. q. 154. ar. 9. ad. 3. & Di. Augusti. 22. lib. contra Faust. c. 35. & lib. 15. de ciuitate Dei. c. 16. Vbi ait, nunquàm licuisse sine dispensatione fratres matrimonialiter coniungi. Per quòd dat intelligere, nō esse prohibitum matri-

1. concl.

D. Tho.

D. Augu

matrimoniũ inter illos iure naturali in primo genere: nam si sic intelligeret prohibitũ esse, non diceret, Sine dispensatione. cùm in illo nulla contingat variatio & mutabilitas. Item, quia in illo citato libro de ciuitate dicit, Commixtio sororum & fratrum non natura sed religione prohibente, facta est damnabilis. Prętereà, quia nulla ratione naturali, quę quidem necessaria videatur, probari potest illũ esse tam inhonestum, vt in nullo casu liceat fieri, ergo non est de primo genere prohibitorum iure naturali. Cõfirmatur manifestè, quia illud aliquando [vt omnes fatentur] licuit, vt in exordio mũdi, quãdo vera cõiugia fuerũt inter filios Adæ: nã non erãt tunc vxores aliæ quam sorores. Item Deute. 25. præcipit, vt frater accipiat vxorem fratris sui sine liberis defuncti. Nec est dicendum quòd in primo casu dispensauit Deus, tum quia ridiculum esset dicere Deum vt naturæ autorem fraterna coniugia interdixisse, super quo tamen interdicto illico erat dispensaturus: tum maximè, quia si esset malum ex prio genere, secundùm. D. Tho. & saniorem sententiam non posset Deus dispensare, sicut nec in periurio, & eadem ratione non est dicẽdum, quòd dispensauit in secundo casu. Item absurdum est, & parum pium dicere, quòd Deus legem illam in secundo casu aductam condiderit contrariam legi naturali primeuæ. Deu. 25.

¶ Secunda conclusio. Inter fratrem & sororem prohibitum est matrimonium iure naturali secundo modo: hoc est absolutè, & non vrgente aliqua graui & rationabili causa. Hæc conclusio est cõmunis doctorum sententia. Nam dicunt aliquo modo esse contra ius naturę: cùm ergo secundùm cõmunem sententiam non sit prohibitum iure naturali in primo genere, vt probatum est in prima conclusione, consequens fit, vt sit prohibitum secundo modo. Quod si Caietanus quãdo dicit in commẽta. super. 18. c. Leui. & in 22. q. 154 ar. 9. quòd non est prohibitum matrimonium iure naturali inter fratres intelligat nullo modo esse prohibitum iure naturali inter eos, fides non est ei adhibenda, nec alicui alteri, si quis est qui illud asserat: quod dixerim propter Scotum. Ricar. & Duran. qui in. 4. dist. 40. videntur esse eiusdem sententiæ, licèt non tam expressè. Et probatur quòd sit prohibitum iure naturali inter fratres matrimonium, nam Deutero. c. 27. ponitur maledictiones aduersus eos qui faciunt cõtra ea quæ sunt iuris naturę, & inter ipsas maledictiones ponitur maledictio cõtra accipientem sororem in vxorem. Rationibus quoquè probatur apertè. Prima, quia nusquàm Ecclesia consueuit in hoc dispensare: signum ergo est, prohibitionem hanc esse de iure naturæ. Secunda, quia illud dicitur esse de iure naturę, quod communiter eodem mo 2. concl. Deu. 27

do se habet apud omnes, sed quòd coniungãtur fratres inter se matri monialiter coiter apud omnes habetur tanq̃; inhonestum etiam apud barbaras nationes, iure igitur naturali prohibetur contrahere cum sorore propria. Sed ãnotato, quòd vt diximus in precedenti difficulta te, non est tanta indecentia & inhonestas in tali coniunctione, quin pos sit compensari aliquo magno bono, quod ex huiusmodi coniunctio ne sequitur. &c. Vndead constituendam pacem in republica, vel ad sup plendã aliquam solitudinem, & raritatẽ maximam hominũ in orbe, etiam si non sit tanta quanta fuit statim à principio conditionis gene ris humani, crediderim summum Pontificem dispensare posse: tunc nanq̃; non solùm non est contra ius naturale cõtrahere, verùm etiã id ratio naturalis dictat: quia aliter species humana minimè multplica ri, ac conseruari posset. Illa tñ necessitate cessante, non inuenitur hæc coniunctio inter fratres, per quod datur intelligi, quòd extra talẽ ne cessitatẽ: non licet. Et quidẽ quòd post factũ obvrgentẽ causam, Papa id possit, probatur: nã Archiep̃s Floren. 3. p. ti. 1. c 11. refert, Martinũ S. iam dispensasse cũ quodã, qui cũ sua germana contraxerat, & cõsum mauerat, habito tamen prius peritorum consilio, propter scãdala & alia mala vitanda. Consulendũ tñ est oĩbus ante factum, licentiã non esse petendã, cum secũdũ coẽm opinionẽ sit dubiũ, ipsum posse dispẽ sare, & nusq̃; ab orbe redẽpto talis dispensatio legatur. Cai. tñ. 22. vbi

Caietan. *Tbo.* *arg* *Armilla.*

suprà absolutè concedit, quòd posset modò Papa super tale matrimo nium dispensare. Et Thom. de Argentina in 4. dist. 4. ante ipsum Ca ietanũ fuit eiusdem opinionis, & summa Armilla, verb. Dispensatio §. 10. reputat eandẽ opinionem verioré communi: mihi tamen pla cet sententia appositа, quòd propter vrgentẽ necessitatẽ possit & nõ aliàs. Caie. & Thom. de Argentina inferunt subinde ex sua sententia, quòd si frater in infidelitate cum sorore contraxisset, conuersi ad fidẽ non sunt separãdi: quod verum reputo cum hac tamen limitatione & conditione: scilicet, si apud ipsos infideles esset lex vel cõsuetudo ab oĩbus recepta [quæ tñ haud credo reperiri posse] aliter autẽ minimè auderẽ concedere. Ratio quare tunc non essent separãdi, est, quia talis cõsuetudo non esset contra ius naturæ primo modo acceptũ, con tra quod neutiq̃; prævalere potest: neq̃; contra ius Euãgelicũ, quia iu re Euãgelico solũ matrimoniũ inter patrẽ & filiam prohibetur.

Notabil.

¶ Nec obstat id quod obijci solet cõtra id quod diximus, quòd cessan te illa necessitate, nõ esset licita talis cõiũctio, quia Abrahã accepit in xorẽ Sarã sororẽ suã tempore quo constat genus humanum suffici enter fuisse ꝓmulgatũ. Nõ inq̃; obstat, quia Sara nõ sic erat soror A brahæ, vt ex eodẽ patre, vel ex eadẽ matre esset nata, sed appellaba-

tur

tur eius soror, quia tum mos erat apud Hebræos filios duorũ fratrũ fratres appellari, atq; filiã patrui sororẽ: erat enim filia Aram fratris eius. Quocirca Abrahã vocabat Loth fratrẽ: & tñ notũ est, eos non fuisse genitos ab eodẽ parẽte, sed à diuersis. Sed quia eorũ parentes erant fratres, vel cognati ipsi quoq; dicebantur fratres. Hoc docet satis diffuse Abul. sup Gen. & D. Augu. li. 16. de ciuitate Dei. c. 12. 16. 19 &. 30. Sic igitur dicendum est Abraham Saram sororem nuncupasse, quia erat filia patrui sui. Abulen. D. augu.

¶ Tertia concl. In linea trãsuersali in oĩbus alijs gradibus cõsanguinitatis ascendẽtiũ & descendentiũ coniunctio maritalis nullo diuino iure aut nãli sic modò ꝓhibita est, vt se cluso iure pontificio illud redderet nullũ. Hæc concl. quãtũ ad ius diuinũ ꝓbatur. Est enim ius diuinũ vnũ positiuũ, quod non est de iure naturæ, vt p̃cepta fidei, & sacramẽtorũ in Euãgelio. Aliud verò est ius diuinũ & simul naturale. Pręceptũ prioris generis sub lege Euangelica nullum est positũ, quo euiusmodi matrimonia ꝓhibentur: illę verò Leuiticæ inhibitiones abolitę sunt ꝓrsus, nisi quatenus vim naturalis iuris retinent: nullum ergo iam modò ius est in matrimonio, nisi q̃tenus est naturale. Quantùm aũt ad ius naturale, ꝓbatur conclusio ex ipsamet ratione naturali hoc dictante. Illud nanq; maximè naturaliter ꝓhibitum esse iudicamus, à quo oẽs vel saltem ferè oẽs naturaliter abstinent: cùm ergo coniunctio maritalis in alijs consanguinitatis gradibus non fuerit exossa, imo satis vsitata apud oẽs nationes, vt experientia nobis comptum est apud istos neophitos ac alios gentiles, semp enim in omni lege siue naturali siue scripta hoc fuit in vsu: argumentum igitur efficax est, nullos alios gradus lege naturali fuisse prohibitos: quia alioqui sicut multiplicato genere humano cessauit fieri matrimoniũ in primo gradu: scilicet, inter fratres, cessasset ét in. 2. &. 3. gradu inter cęteros consanguineos lineę transuersalis. Ex dictis colligitur manifestè, quòd non est iure naturæ illicitum & nullum matrimoniũ inter amitam ac consobrinũ: & inter patruũ & consobrinam, sed solo iure positiuo. Quocircà si adsit rationabilis causa, nõ dubium quin summus Pontifex dispensare possit. Legimus enim Exo. 6. c. Matrem Moysi fuisse amitam viri sui. 3. concl. Exod. 6.

¶ Quarta concl. corollaria ex. 3. est, quòd infideles cõiuncti in gradibus quibuscunq; consanguinitatis ꝓhibitis iure humano positiuo apud nos siue secundo siue. 3. siue. 4. si sit cõsuetudo apud illos, vel ex contrahendi in illis gradibus, vt amita cum filio sui fratris, & auunculus cũ consobrina, si conuertantur ad fidẽ, nullo modo sunt separãdi. Hæc concl. est sent. Innoc. c. Gaudemus, extrà de diuortijs. & cap. De infidelibus, de consanguinitate, & affini. vbi summus Pontifex ait, 4. concl. Innocen.

secundo gradu & tertio contraxerunt, si conuertantur, non esse separandos: imo nec si inueniantur in primo gradu coniuncti: scilicet, fratres ad sensum suprà in secunda cõclusione expositum. Solùm enim, vt dictum est, inter patrem & filiam iure naturali primeuo, ac iure Euangelico, prohibitum est matrimonium: quia ius diuinum Euangelicum omnes cuiuscunq; cõditionis sint, obligat. Dixit enim dominus Matth. 19. Propter hanc relinquet patrem & matrem &c. Quibus verbis apertè insinuare videtur, quòd in matrimonio alia debebat esse vxor quàm mater, & alius maritus quàm pater. Itẽ, quia rõ quam ibidẽ summus Pontifex assignat, est manifesta: quia infideles non arctantur legibus Ecclesiæ ac statutis Pontificum, non ergo sunt separandi ab Ecclesia, quando conuertuntur ad fidem, cùm baptismus non tollat coniugia sed culpam. Non enim Ecclesiæ statuta obligant, nisi illos qui sunt de gremio atq; regimine Ecclesiæ. Intelligitur tamen conclusio, si illa consuetudo esset vniuersalis apud illos, tam quoad simplices & pauperes, quàm quoad dominos. Nam si soli domini haberent illã, separandi essent: cùm lex matrimonij inter omnes siue potentes, siue reges, siue simplices æqualis esse debeat: sicut enim apud Christicolas, si reges aut principes sine dispensatione contrahant in gradibus ab Ecclesia prohibitis, matrimonium est nullum, ita apud dominos horum infidelium esset nullum, si in gradibus communi consuetudine prohibitis contraherent. Ex quibus elicitur, quòd si esset aliqua natio gentilium lege humana vetitum, quibus prohibitum esset, ne in matrimonio iungerentur consanguinei vsq; ad quintum gradum, non dubium quin si iungerentur, non essent veri coniugati. Ac similiter, si esset consuetudo omnium consensu approbata, quæ hoc haberet, qui contra talem consuetudinem contraherent, non essent veri coniugati: & conuersi ad fidem essent disiungendi, quia tales sunt inhabiles personæ per talem legem vel consuetudinem.

Matth. 19.

De impedimento affinitatis.

¶XXXIX. DIFFICVLTAS.

Vtrùm ex matrimonio affinitas aliqua contrahatur.

Con. af.

AD consanguinitatem consequitur affinitas: & primò quæritur, vtrùm ex connubio vterq; coniugum cum consanguineis alterius affinitatem contrahat. Quæstioni huic hac vnica conclusione affirmatiua respondetur: nempe, quòd per matrimonium contrahitur affinitas inter vnum coniugem & consanguineos alterius, & vice versa. Proba-

tur

tur conclusio, nam affinitas idem est quod confinitas. id est, finium propinquitas. Cùm enim per copulam carnalem fiant vir & vxor vna caro, fit, vt sanguis vnius attingat sanguinem alterius, & vice versa, atq; adeò consanguinei vnius efficiuntur alteri affines. Fundamentum enim affinitatis est copulatio mariti & vxoris, sicut stipes consanguinitatis est pater. Ex quibus elicitur illa vulgata diffinitio affinitatis: scilicet, Affinitas est propinquitas personarum ex carnali copula proueniens, omni carens parẽtela. Dicitur, Ex carnali copula. & non, Ex legitima copula coniugali. quia tam per fornicariam quàm per matrimonialem copulam contrahitur affinitas, vt habetur. 35. q. 3 c. Nec eam. & extrà de eo qui cogno. consan. vxo. & cap. Fraternitatis. 35. q. 10. Ex hac diffinitione videtur colligi tanquàm probabilius, per matrimonium ratum non consummatum non contrahi impedimentum affinitatis, sed publicæ honestatis, vt tenet Panor. c. Sponsam. de sponsali. & iuris canonici professores, & Scotus in. 4. dist. 41. Ratio est, quia affinitas requirit consummationem copulæ. Et circa illam particulam istius diffinitionis, Omni carens parẽtela. annotare oportet, quòd cũ parentela à parentibus propriè dicatur, voluerunt doctores puram & nudam affinitatem per hoc diffinire, quod non esset admixta cõsanguinitati: nihilominus nihil vetat ambos respectus eidem conuenire posse, vt si qui mihi ex parte mei patris consanguineus est, consanguineã meã ex pte meæ matris duceret, quæ illi nõ erat cõsanguinea: sic enim meus consanguineus fit ex alia parte meus affinis. Satis ergo est, vt affinitas quantùm est de sua propria ratione, sit carens parẽtela. Ex quo fit, quòd si aliqui duo ex vna parte consanguinei sunt, & ex altera affines, super vtrumq; impedimentum debet Pontificis dispensatio obtineri, antequàm coniugio copulentur.

Panor

Scotus

Notabil.

¶ XL. DIFFICVLTAS

Vtrùm ex omni actu carnali huiusmodi affinitas causetur.

HVic difficultati per aliquot conclusiones respondetur, & earum prima sit. Nullus concubitus extra vas naturale: nempe, in vase non naturali vel alibi cum muliere est sufficiens ad talem affinitatem contrahendam, & à fortiori non sufficient oscula & impudici tactus. Probatur conclusio ista, nam per huiusmodi concubitus non fiunt vna caro. Sensum illius verbi, Erunt duo in carne vna: scilicet, ad generandum. Habetur etiam conclusio. 35. q. 3. c Extra ordinaria pollutio. Ratione tandem probatur, nam huiusmodi concubitus non facit cõmistionẽ nequ

1. concl.

neque carnis vnitatem, per quam contrahitur affinitas,

2. concl. ¶ Secunda concluſio ſi vir intret clauſtra pudoris fœminę, & non ſeminet, non cauſatur affinitas. Probatur, quia non fit mixtio ſeminum vt habetur in cap. citato, Extrà ordinaria pollutio.

3. concl. ¶ Tertia concluſio ſi mulier ſeminet, & non vir, non contrahitur affinitas. Hęc concluſio eſt omnium doctorum ſententia calculo approbata, vt Silueſter. in verbo. Matrimonium. 8. §. 15. refert.

Silueſte.

4. conc. ¶ Quarta concluſio. Ex omni actu carnali, quo fit commixtio ſeminum maris ac fœminę ſiue fornicariè ſiue matrimonialiter fiat, cauſatur affinitas. Concluſio hec eſt Di. Tho. in 4. diſ. 41. q. 1. ar. 1. ql. 1.

D. Tho. & vniuerſaliter omnium doctorũ. Et oſtenditur aperta ratione, quia maritalis coniunctio duos habet fines, vnus qui eſt prolium generatio, ac ſecundarius alter, qui ad comunionem & conſortium officiorum ſpectat, vt ſuprà viſum eſt. Et quanuis ſecundus nõ niſi inter cõiuges cõſiſtat, primus tamen in quacumq; copula quæ ſuapte natura genitrix eſt, reperitur: ergo vbicumq; eſt carnis commixtio ſiue illicito ſiue licito cõcubitu fiat, cõtrahitur affinitas: fiunt enim per illicitum concubitum etiam vna caro. Nam ſecundùm Apoſtolũ. 1. cor. 6

1. Cor. 6 Qui adhæret meritrici, vnum corpus efficitur. Erunt, inquit, duo in carne vna. Cùm igitur affinitas ob id ex matrimonio contrahatur, q duo illic vna caro fiunt, conſequens fit, vt per illicitum concubitũ cauſetur affinitas: confirmatur ex cap. Si homo. 35. q. 3. vbi habetur, quòd ſi homo fornicatus fuerit cum muliere, & frater eius neſciens, eandem duxerit vxorem, ipſa ſine ſpe coniugij maneat.

5. Conc. ¶ Quinta concluſio. ſi vir intret clauſtra, & ſeminet, licet mulier nõ

Hoſti. ſeminet, contrahitur affinitas. Hanc concluſionem tenet Hoſtien. &

Federi. Federi. in conſi. 109. Inquit namquè, quòd ad cauſandam affinitatẽ, ſeu matrimonium cõſummandum, non neceſſariò requiritur, quòd mulier emittat, ſed ſatis eſt, quod viri ſemen ſit commixtum naturæ vxoris. Ex contrario enim magna abſurditas ſequeretur: nam pone quòd per annum mulier non emiſerit, tamen concepit ex viri ſemine, & peperit: abſurdum eſſet dicere, quòd matrimoniũ non ſit conſummatum, vel affinitas non ſit contracta. Ratio huius concluſionis eſt euidens, quia ſecundùm philoſophum poteſt ſequi generatio humana ex ſanguine mulieris abſq; eius ſemine. Eandem quoque ſen

Silueſter tentiam tenet Silueſt. Vbi ſuprà & patet apertè, quia alioquin virgo Maria nõ diceretur mater Chriſti: ſufficit enim, quòd ipſa fœmina miniſtret materiam, quæ diſponitur ad fœtum.

6. Conc. ¶ Sexta concluſio. Quanuis non intret vir clauſtra, ſi tamen ſeminet intùs, vel prius extra vas ſeminauerit, poſteà tamen virtus matricis

attracti

attractiua semen viri ad se attraxerit,& sic fiat mixtio seminũ, causatur affinitas. Hæc conclusio ostenditur manifestè,quia ex tali concubitu potest sequi fœtus,vt dictũ est,& ita fortè intelligendus est tex. ille.c. Iuuenis,extrà desponsalib. Vbi dicitur,ꝙ cùm quidã contraxit spõsalia cũ puella post septenũ & nisus,eã corrũpere nõ potuit, poste à ille iuuenis duxit in matrimoniũ cõsanguineã illius puellæ, consultusq; Papa super hoc,determinauit,hoc secundũ matrimoniũ dissoluendũ esse:intelligẽduseſt enim ni fallor, tex.iste, quòd licèt eã nõ corrũperit,tamẽ seminauit extra vas, & post modũ attractũ fuit intùs semẽ, & idcirco Pontifex præcepit,vt cum ea maneret: vel dicendũ est,quod ortũ fuit impedimentum publicæ honestatis, quòd quidem impedit contrahendum,& dirimit contractum: & ob id declarauit pontifex, matrimonium secundum esse dissoluendum.

¶ XLI. DIFFICVLTAS.

Vtrùm affinitas impediat matrimonium contrahendum,& dirimat contractum,& inq; ibus gradibus.


QVestioni præsenti tribus conclusionibus respondetur, quarum prima sit. Omnes consanguinei viri, cui aliqua fœmina matrimonialiter iungitur,sunt affines tali mulieri in eodem gradu in quo sunt consanguinitate iuncti tali viro. Ita qnòd si erant in secundo siue tertio consanguinei viri,in eodem sunt affines vxori illius consanguinei seu mulieri, cum qua matrimonium contraxit. Eodem quoquè modo exparte fœminæ: qui sunt consanguinei eiusdem, affines efficiũtur viro *ipsi* in eodem gradu,in quo coniuncti sunt eidem mulieri. Sed annotato,quòd nunc post concilium per copulã illicitam solũ *in* duobus gradibus cõtrahitur affinitas. Rõ huius cõclusio. est, quia secundum ius nouum constantiensis synodi, gradus affinitatis ad normam graduum cõsanguinitatis exigendi sunt, itaquè affinitas ortum habet ex consanguinitate, Quo fit,vt cùm dubitatur de aliquorum affinitate,recurrendum sit ad illam personam, qua mediante ventum fuit ad affinitatem:ac per hoc videndum erit in quo gradu affinitatis sit: quia quoto gradu distant in consanguinitate, in eodem distant in affinitate:ac pro inde in omnibus gradibus inquibus impedit consanguinitas matrimonium contrahendum, & dirimit cõtractum,impedit etiam affinitas. Et in primo gradu affinitatis sunt parentes & filij vxoris ex alio marito,& fratres & sorores eius cum ipso marito, licèt arctiùs parentes & filij affinitate illi iungantur, q; fratres & sorores:& vice versa,in primo gradu affinitatis ipsi vxori iunguntur parentes & filij,& fratres & sorores mariti. Constat igitur.

1. Conc'.

Con. tri.

tur ex dictis, quòd gradus affinitatis non distinguntur per se sed ratione consanguinitatis vnde nascũtur. Consanguinitas enim est quæ per se habet ramos ratione eiusdem cadentis sanguinis, sed affinitas non nisi ratione eiusdem sanguinis, cui maritus per vxorem coniungitur, aut vice versa. Quæ omnia liquidò patent in figura sequenti.

Figura affinitatis.



¶ IN QVA FIGVRA SVNT TRES CIRCVLI dextri maritum circũstãtes: scilicet, parentum, filiorum & fratrũ: & isti tres circuli attingunt vxorem in. 1. gradu affinitatis, & pariter. 3. sinistri eodẽ gradu ad maritũ pertinent. Quare si protrahas lineas sursum ad auos, & deorsum ad nepotes, & ad latera ad filios fratrũ eiusdem mariti, omnes distant secundo gradu affinitatis ab vxore. Idem contenplandum est in vxore respectu mariti &c. vt dictum est.

1. concl. ¶ Est. 2. conclusio responsiua ad difficultatẽ affirmatiua: nẽpe, quòd affinitas impedit matrimonium contrahendũ, & dirimit contractum vsquè ad quartũ gradũ inclusiuè sicut consanguinitas. Hæc cõclusio sequitur corollariè ex supradictis, & ideo nõ indiget alia ꝓbatione.

¶ Scire tamen hîc oportet, quòd hæc conclusio est intelligenda de affinitate præcedenti, non autem de superueniente, quæ quidem impedit ne debitũ possit petere sine dispẽsatione [quam Episcopus facere potest] reddere autẽ tenetur. Ipsa nanq; vxor ex hoc ꝙ vir eius habuit accessum ad eius cõsanguineam, nõ priuari debet iure suo, ni si ipsa prohibuerit, vel operã dederit, vt vir accederet ad consanguineã

Tunc

Tunc enim nullum aliud habet remedium, niſi ingredi religionem, ſi tantùm ſit matrimonium ratum, vel petere diſpenſationem ab Epiſcopo, vt poſsit petere. Et hæc concluſio habet verum etiam mortua illa perſona, qua mediãte contrahitur affinitas. Eſt enim iſta affinitas perpetua: ita vt quanuis meus moriatur frater, qui duxerat Mariam, ſemper in perpetuum, Maria manet mihi affinis. Ratio eſt, quia cùm affinitas originem ducat ex conſanguinitate, ſit, vt ſicut mortuo fratre ſemper in me manet conſanguinitas reſpectu illius, ita & affinitas reſpectu vxoris eius viduæ, vt habetur in ca. Fraternitatis. 35. q. 10.

¶ Sciendum eſt hîc ſecundò, quòd conſanguinei vxoris & conſanguinei viri non ſunt affines inter ſe aliquo gradu, vt apertè patet, de conſangui. & affini. in ca. Quod ſup his. ita quòd conſanguinei vxoris efficiuntur affines mariti, ſed non fiunt ſubinde affines conſanguineorum mariti: quare fratres vxoris, imo & ipſius filia ex alio marito poteſt nubere filio ſui mariti ex alia vxore, & duo fratres ducunt duas ſorores, & duæ ſorores duobus fratribus nubunt. Ratio huius notabilis eſt, quia affinitas hæc cauſatur ex coniunctione cum conſanguinea: qui ergo non eſt iunctus conſanguineæ meæ per matrimonium nec per copulam carnalem, non eſt aliquo modo mihi iunctus. Quare ſolùm erit affinitas inter me & illum, qui coniunctus fuit conſanguineæ meæ. Nota.

¶ Tertia concluſio. Etſi ſecundùm ius antiquũ tria erant genera affinitatis, modò tamen ſecundùm ius nouum, ſecundum & tertium genus extincta ſunt, & ſolùm durat primum. Explicant D. Thom. Ricar. & Bonauen. hoc pacto, quòd ſi Maria eſſet fratri meo matrimoniali ter coniuncta, erat mihi & ſorori meæ affinis in primo gradu: ſi autẽ fratre meo defuncto eadem Maria nuberet Petro, ille fiebat mihi & ſorori meæ affinis in ſecundo genere: & ſi Maria defuncta, Petrus ille duceret Ioannam, illa efficiebatur mihi affinis in. 3. genere. Sed iam iſta impedimenta omnino ſunt abolita, & tantùm in primo genere affinitatis impeditur quis, ne affinem ducere poſsit. Cum illa enim quæ nupſit marito proprię ſororis defunctæ, frater illius defunctę & quilibet eius conſanguineus mortuo leuiro contrahere poſſunt abſq; impedimento aliquo, vt habetur in ca. Non debet. de conſangui. & affini. Et pari ratione reuocatum eſt illud quod habetur in c. Porro duorũ. 35. q. 2. vbi dicitur, quòd coniuges duorum fratrum aut fratrueliũ maritis mortuis nõ poſſunt ſucceſsiuè eidem poſteà viro nubere propter iuſtitiam publicæ honeſtatis. Concl. D. Thom. Ricard. Bonauen.

¶ XLII. DIFFICVLTAS. Vtrùm

Vtrùm aliquis affinitatis gradus iure naturæ matrimonium impediat et dirimat.

Nota,1. PRo huius difficultatis elucidatione primò annotare oportet cum Dominico à Soto, quòd affinitas sicut & cõsanguinitas constituitur secundùm lineam rectam, & secundùm lateralem. In linea recta ascendentium est, si quis matrem & post filiam ducat, aut si maritus matris ea mortua, ducat priuignam, aut si gener socrum, aut si vna nubat patri & filio, vt si nouerca nubat priuigno, aut si nurus socero. In linea autem laterali, primus gradus est, si quis duas successiuè ducat sorores, aut si vna duobus fratribus nubat. Et ex his speciebus efficatior est illa, quæ est in linea ascendentium, q̃; primus gradus lineæ lateralis: scilicet, inter duos fratres. Quare turpius esset matrimonium, si quis matrem & filiam duceret, quàm si duas sorores sibi copularet.

Notab,2. ¶ Annotare opùs est secundò, quòd tota hæc difficultas est circa primum gradum, nam de secundo & duobus sequentibus Innocentius cap. Gaudemus. de diuor. respondere videtur, non eo rigore esse prohibitos iure naturæ quin inter fideles in eisdem gradibus inita connubia sint solida, & valida. His sic prælibatis, ad quæstionem quantùm ad primum gradum ascendentium & descendentium, partem affirmati-

D. Tho. uam videtur tenere Diuus Thomas in commenta. super priorem Epistolam ad corinth. ca. 5. nam in illa verba Pauli, Omnino auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter gentes: ita vt vxorem patris sui aliquis habeat [inquit, Hoc autem est horribile etiam apud gentiles, vt potè contrarium naturali ratione existens. Idem

Palud tenet etiam Palud. in. 4. dist. 41. & Siluest. in verb. Paga. §. 17. aliq;

Siluester grauissimi doctores videntur esse eiusdem sententiæ. Ratione insup probatur. Quia cùm ex coniugio fiant duo in carne vna, eadem pietas & reuerentia videtur deberi vxori patris ac ipsi patri. Quare nec eam decet in vxorem accipere, sicut nec patri licet accipere filiam in vxorem. Sed his non obstantibus, sit prima conclusio. Quanuis tan-

Concl,1. quàm probabiliorem ac certiorem opinionem hanc esse fateamur: nempe, iure naturę prohibitum esse matrimonium in primo gradu lineæ rectæ affinitatis, ac proinde Papam non posse dispensare: nihilominùs contraria opinio: nempe, non esse de iure naturæ, non caret probabilitate. Grauissimi nanq; doctores eam affirmant, vt est Augusti-

Augustin. nus super Leuit. quæst. 16. Abulen. super. 8. ca. primi Regum. quæst.

Abulen. 152. & Caieta. in commen. 22. quæstio. 154. articu. 9. Probatur quo-

Caietan què rationibus. Prima, quia cùm hoc non seruetur apud omnes gentes, non censendum est de iure naturæ esse sanctum primario. Antece-

dens

dens patet, nam Plutarcus narrat in vita Demetrij de Seleuco, qui filio suo Stratonicam, quę sua fuerat, in vxorem dedit, & aliqui adducunt in exemplum Adoniam filium Dauid, qui petijt ab Isaac Sunamitidem, quæ fuerat patris vxor. Hoc tamen exemplum parui momenti est, quia Abisac non fuerat Dauidi cognita, imo nō desunt, qui negēt eius fuisse vxorem. Secunda ratio est, quia per tale matrimonium nō prorsus impeditur finis matrimonij, nec primarius nec secundarius. Tertia, quia certè nouerca non est verè mater, nec autoritas Pauli citata nocet: quia possumus dicere, quòd Paulus loquebatur de filio, qui viuente proprio patre cum nouerca consuetudinem habebat, aut eo inuito duxit in vxorem nouercam, quod quidem nunquàm auditum est adhuc inter gentes: & ob id Paulus tantùm increpat factum, quod profecto notum esse videtur: nam alioquin non talem concubitum fornicationem appellasset, qualis nec inter gentes auditur, quanquidem inter gentes, vt dictum est, fertur contigisse. Ita intelligit hunc locum Pauli Caie. & Petrus de Tarātasia, & Sedulius super Paulum. Et secundùm istam sententiam, non dubium quin posset summus Pontifex dispensare in isto primo affinitatis gradu. Quod si summus Pontifex faceret neutiquàm auderem condemnare, quāuis ego priori opinioni magis subscribo, atq; adhæreo tanquàm certiori. De alijs autem gradibus affinitatis ascendentium & descendentium secus est: nam nullus est qui iure naturæ matrimonia irritet. Quocirca super omnibus potest Papa dispensare.

Plutar.

Caietan.

Tarant.

Sedulius.

¶ Secnnda conclusio. In linea laterali nullus est affinitatis gradus iure naturæ prohibitus, saltem accipiendo ius naturæ strictè, itaq; licèt connubium in primo gradu: scilicet, inter leuirum & fratriam, id est vxorem fratris aliquam prę se ferat turpitudinem & fœditatem, non tamen vsq; adeò eodem iure matrimonium vetitum est, vt excluso quocunq; iure Ecclesiastico fuerit nullum. Conclusionem hanc ponit Soto in. 4. sen. dist. 41. q. vnica. ar. 3. Et quidem quòd turpe per se sit, si nudè consideretur absq; alia honestante causa, verba illa legis, Turpitudinem vxoris fratris tui non reuelabis. ostendunt. Quòd autē ius naturæ nō vsq; adeò tale matrimoniū inhibeat, vt illud prsus irritet atq; casset, phat Soto, quia ratio nālis ex fine sumēda est, at verò quòd quis duas sorores ducat, aut aliq̄ duobus fratribus nubat, neq; primo fini matrimonij scilicet, plibus generādis & educādis, nec. 2. nēpe, cohabitādi & in domesticis officijs cōmunicādi obstat, ergo iure naturę tale matrimoniū non irritatur. Nec nocet, inquit quia etiam vterq; finis matrimonij seruari potest inter patrem & filiam, & matrem & filium, & tamen iure naturæ superùs diximus esse nullum.

2. concl.

Soto.

Non

Non,inquam,nocet,quia alia ratio eſt de patre & filia,& matre & filio,eò quòd filia eſt pars patris,& ex eius lumbis deciſa,& filius pars matris & ex eius ventre deciſus. Hæc autem ratio non habet locum inter leuirum & fratriam. Prętereà,quia nullibi legitur, philoſophos lumine naturali ductos tale matrimonium tanquàm nullum condemnaſſe. Præterea,quia Iacob ante legem ſcriptã,in Leuitico, duas ſorores ambas ſuperſtites ſibi aſſociauit,& tamen erat vir ſanctus,& nulla,vel legitur,vel creditur facta diſpenſatio,quia nõ erat tanta diſpẽſandi neceſsitas:ergo id fecit,quia ſciebat iure naturæ non eſſe adeò vetitum,quin bona de cauſa fieri poſſet licitè. Ex his colligitur manifeſtè,ſummum Põtificem poſſe diſpenſare in omnibus affinitatis gradibus lineę lateralis,& imprimis probatur ex facto: quia iam diſpenſauit Alexander Sextus cum Rege Portugali Hemanuel vt duas ſub inde ſorores matrimonio ſibi iungeret,filias catholicorum Regum Hiſpanię Ferdinandi & Heliſabeth:& Iulius ſecundus,diſpenſauit cũ Rege Angliæ,vt acciperet in vxorem relictam fratris:ſcilicet, Catherinã inclytiſsimam fœminã filiam eorundem Regũ Hiſpaniæ. Quod quidem argumentum apud catholicos maximam vim habet in terris non eſſe huiuſmodi matrimonium iure naturæ primeuo prohibitũ.

Deinde probatur,nam Deutero. c. 25. erat lex,quòd ſi frater morere
Deute. 3 tur ſine liberis,vxor illius non nuberet alteri, ſed quòd acciperet eam frater eius,vt ſuſcitaret ſemen fratris ſui. Signum ergo eſt, nontam lege naturę quàm Eccleſiaſtica tale matrimonium eſſe prohibitum. Prętereà,*ille* poteſt diſpenſare in lege,qui illam condidit, cùm ergo ſummus Pontifex vel generale concilium condidit legem de omnibus gradibus affinitatis *lineę lateralis*,in omnibus diſpenſare poterit. Prętereà,ſummus Pontifex poteſt tollere prohibitionem omniũ huiuſmodi graduum [ſaltem ſi faceret,factum teneret] à fortiori igitur poterit diſpenſare,quia qui poteſt quod maius eſt,poterit quod minus eſt. Prętereà,ſummus Pontifex qui nunc eſt, poteſt caſſare ac tollere omnia quæ ab eius prędeceſſore conſtituta ſunt,quia non potuit ſummus Pontifex qui pręceſsit,ligare aut coarctare poteſtatem Põtificis qui ſucceſſurus erat,alioquin poſtquàm aliquid ſemel in Eccleſia conſtitutũ eſſet,nunquàm ab ipſa poſſet mutari in melius,quod falſum eſſe conſtat. Multa enim ſtatuta conciliorum ac Pontificum videmus circa Eccleſię regimen variata atq, mutata & abrogata, vt habetur in cap. Non debet. de cõſangui. & affini. nec dubitamus id ſanctè factum. Poſtremò,quia ſi non poteſt quod alius certè non habe-
Palud. ret eandem poteſtatem,quam primus habuit,quod haud cõcedere li-
Antoni cet. Nec me prętęrit, Palud. in 4. diſt. 40. &, 41. & Antoni. 3 p. tit. t

c. 14.

c.14.§.2. Ricardum, Bonauenturam & Siluestrum, verbo Matrimoni.§.8.&.10.& verbo, Papa.§.17. contrarium tenere: nempe, quòd nō potest Papa dispēsare in isto gradu: arbitror tamen veriorem esse nostram sententiam, imo omnino tenendam. Ricar. Bonauen Siluester

¶ Tertia conclusio. Et si summus Pontifex potest dispensare in hoc gradu & in omnibus alijs affinitatis lineæ lateralis: non tamen expedit sine magna & vrgenti causa id facere. Multa nanq; licent, quę tamen non expediunt, vt ait Paulus. 1. Corinth. 6. Tollitur enim per dispensationem quoddam bonum: nempe, reuerentia quædam cognationis, quæ inter personas iunctas matrimonialiter nō commodè seruari potest. Hanc autem minimè expedit tollere. Tollitur etiam aliud bonum, quòd scilicet non extendatur amicitia ad multos. Quo fit, vt solùm dispensare liceat, quando ex tali dispensatione maius bonū sequitur, quàm sit irreuerentiæ vel dilatationis amicitię malum, & hoc pensitare, & librare non cuiuslibet est, sed ipsius summi Pontificis, cui potestas dispensandi commissa est. Ex his infertur, quòd si alicubi inueniatur, summum Pontificem non posse dispensare in huiusmodi gradibus prohibitis iure diuino veteri, intelligendum esse, vt dominus Abulensis respondet, quæstio. 153. super cap. 8. primi Regū. Ex omnibus his rursus colligitur, quòd saltem in linea laterali nullus gradus affinitatis est prohibitus apud gentes infideles & cathecumenos, cùm non teneantur legibus Ecclesiæ ante Baptismi susceptionem, nec iure diuino veteri. Solùm enim Iudæi [vt dictum est] illud obseruare tenentur. Cùm ergo gradus isti solo positiuo iure Ecclesiastico sint obseruandi, & Ecclesia ante Baptismi susceptionem potestatem super illos non habeat, manifestè conuincitur, nullum horum graduum esse apud illos prohibitum. Vnde, si qui sint infideles qui veniunt ad Baptismum, & habent duas sorores in vxores, quas successiuè acceperunt, & non prohibebatur hoc apud illos: retineant illas, quas priùs acceperunt: hoc quando ambæ viuunt, nam si primæ mortuæ iam sint, poterunt remanere cum istis secundis, quę modò viuūt. Quòd si duas sorores apud illos prohibebantur habere, separentur, quia Baptismus non facit, vt illam quis possit habere, quę lege sua prohibebatur, imo verò si cùm veniunt ad Baptismum habent vxores nouercas, vxores scilicet patrum suorum defunctorum, interrogandi sunt, si apud illos hoc prohibebatur, & siquidem dicant quòd sic, separentur. Si verò dicant, quòd non, sed potiùs, quòd hoc erat in vsu apud illos, ego non auderem eos separare. Eodem modo interrogentur, si apud illos socer filio suo mortuo poterat sibi in matrimonium copulare nurum, acsimiliter si gener poterat ducere socrum Abulens 1. Cori. 6

&& mor

mortua ſua vxore:& pari ratione dicendum erit.

Dubium. ¶Sed dubium eſt,vtrùm ſiquis tempore infidelitatis duxit vxorem Bertam infidelem,mortua ipſa & ipſo baptizato poſsit contrahere cum illius ſorore.quam priùs habuit in vxorem, vel ad quam fuit acceſſus tempore infidelitatis per actum illicitum fornicarium,vel cum conſanguinea infecundo & alijs gradibus prohibitis? Pro hoc dubio

4.concl. ſit quarta concluſio in ordine incunctanter tenenda. Qui tempore infidelitatis habuit vxorem,& illo tempore durante mortua eſt,vel ſi illo tempore copula illicita habuit rem cum aliqua, poſt baptiſmum factus fidelis non poterat ante ſacrum Tridentinum concilium ducere conſanguineam illius intra quartum gradum abſquè diſpenſatione:poſt concilium verò affinitas proueniens ex fornicatione ſolùm

Con.tri. ✻ in primo & ſecundo gradu impedit matrimonium contrahendum,& poſteà dirimit factum In vlterioribus verò gradibus ſtatuit, huiuſmodi affinitatem matrimonium poſteà contractum non dirimere, vt patet ſeſsione.24.capi.4. Concluſio hæc noſtra habebatur ex præſſè in capi.Deus qui extrà,de diuortijs, vbi præcipit Pontifex,ne infidelis factus fidelis contrahat cum illa quam frater duxit tempore infidelitatis. Probatur,nam affinitas,ſicut & conſanguinitas ſecundùm omnes doctores vinculum quoddam naturale eſt,vt apertè oſtenditur.35.quæſt.10.capi Fraternitatis veſtræ. Summus nanquè Pontifex præcipiens,quòd affines in tertio vel quarto gradu nō iungantur matrimonialiter apud Hiſpanos, & apud iſtos neophitos in primo & ſecundo gradu [quia in tertia & quarta non prohibentur,vt patet in bulla Pauli.3.] non facit gradum affinitatis de nouo,ſed declarat præexiſtentem ante omnem prohibitionem, & ſuppoſito huiuſmodi gradu præexiſtente, præcipit. Hoc tamen vinculum naturale licèt prohibitum ſit fidelibus,infidelibus tamen eſt conceſſum:ita quòd in infidelitate poterat infidelis ducere affinem,& cō ſanguineam vxoris,vel concubinæ defunctę: non autem poſtquàm factus eſt fidelis. Ratio huius eſt,quia fidelis factus,tenetur obſeruare leges fidelium Chriſtianorum,& vinculum illud naturale conſanguinitatis vel affinitatis non eſt per baptiſmum ſublatum. Cùm ergo Eccleſia præcipiat,vt nullus contrahat cum conſanguinea illius quā cognouit carnaliter in gradibus præfatis, ſequitur quòd talis non poteſt contrahere. Sunt enim multa facta tempore infidelitatis, quę nō eſſent poſt fidem ſuſceptam. Nam ſiquis tempore infidelitatis alicui promitteret ducere illam, viuente propria vxore,& haberet acceſſum ad eam,poſt fidelis factus,mortua vxore, non poterit illam cui præmiſit habere vxorem,vt patet ex capitulo. Vnico.de conuer. infi

infidelium.

¶ Annotare tamen hîc oportet vltimatè ne nouitius fallatur, quòd aliud est aliquem gradum esse de iure naturę, & aliud esse prohibitum iure naturę. Iure enim naturę filij duorum fratrum sunt cõsanguinei, & tamen non prohibetur matrimonium inter illos iure naturæ, sed iure positiuo. A fortiori ergo stabit, quòd inter affines vinculum sit naturale: & tamen quòd solùm sit prohibitum matrimonium inter eos ex iure positiuo. Hactenus dicta de affinitate sufficiant. *Notabil.*

De impedimento publicæ honestatis iustitiæ.

¶ XLIII. DIFFICVLTAS.

Vtrùm publicæ honestatis iustitia impediat matrimonium contrahendum & dirimat contractum.

VT MELIVS ELVCIDARE POSSIMVS præsentem quæstionem, scire oportet, publicam honestatem iustitiæ contrahi ex desponsatione, etiam si copula consummata non adfuerit, nec matrimonium celebratum, nam si copula superueniat cum maritali affectu, in affinitatem transijt: & est ista publica honestas vinculũ quoddam affinitati simile. Simile, inquam, quia propriè non est affinitas, eo quòd sponsalia non consummata non obtinent perfectam matrimonij rationem, sed quandam inchoationem ac præparationem. Non enim sponsalia nisi virtute matrimonij impedimentum causant, & ideo non germinant propriè affinitatem, sed quidpiam aliquantulo minùs. Quo fit, vt publicæ honestatis iustitia sit propinquitas ex sponsalibus legitimè contractis prouenies, robur trahens ab Ecclesiæ institutione. His sic prælibatis sit prima conclusio directè ad difficultatem responsiua. Publicæ honestatis iustitia quæ oritur ex sponsalibus legitimè contractis post septennium, vbi interuenit legitimus consensus, ante sacram œcumanicam & generalem Tridentinam synodum impediebat matrimonium contrahendum, & dirimebat cõtractum: & eodem modo etiam hodie post ipsum concilium impedit, & dirimit. Verùm est tamen quòd quoad gradus aliter & aliter impediebat tunc quàm modò: nam ante præfatam sacram si 1. *concl.*

nodum ſponſus & ſponſa impediebantur ne ducere poſſent conſanguineum alterius vſquè ad quartum gradum incluſiuè, vt habetur extrà, de ſponſalibus, per multa capitula, & libro ſexto, eodem titulo Con. tri. ✱ capi. vnico. Nunc verò decernit eadem ſacroſancta ſynodus ſeſſione. 24. capi. 3. quòd vbi valida fuerint ſponſalia, iuſtitię publicę honeſtatis impedimentum primum gradum nõ excedat: quoniam in vlterioribus gradibus iam non poteſt huiuſmodi prohibitio abſquè diſpendio obſeruari. Signanter dixi in concluſione, Poſt ſeptennium. quia ſi ante ſeptennium ſponſalia pura & determinata: id eſt, ſine conditione tam modò poſt concilium quàm ante contrahantur inter duos minores ipſo ſeptennio, nullum præſtant impedimentum, nec ſunt alicuius momenti ex defectu conſenſus, niſi quòd ante ipſum ſacroſanctum concilium, ſi poſt ſeptennium ambo ſponſalia approbaſſent expreſſè vel interpretatiuè: nempe, ſimul cohabitando, vel veniendo ſponſus in domum ſponſæ, ſeu mittendo ſibi iocalia, vel quid ſimile, valida fierent, quia tunc intelligebantur conſentire, ex quo non contradicebant: & idem erat dicendum, quando alter tantùm minor erat ſeptennio, vt habetur extrà, de ſponſalibus impube. in capitu. Literas. vbi eſt caſus, quòd cùm quidam eſſet perfectæ ętatis, quandam puellam in cunabulis deſponſauit, & poſtmodùm matrem puellæ cognouit, & eam in vxorem accepit, & ſuper hoc ſummus Pontifex requiſitus, reſpondet, quòd ſi præfatus vir matrem puellæ in vxorem accepit antequàm puella ſeptimum annum compleret, neutiquàm matrimonium eſſet diſſoluendum, cùm huiuſmodi deſponſationes quæ in cunabulis fiunt, nullæ ſint. Veruntamen ſi poſtquàm puella ſeptimum annum compleuit, vir ille matrem accepit, cùm ex tunc ſponſalia placere conſueuerint, matrimonium illud ſeparari debet, & nec matrem nec filiam habere poterit: ſed nunc poſt ſacroſanctum & generale Tridentinum concilium hæc ſecunda pars prædicti tex. locum habere non poterit, quandoquidem non ſufficit poſt ſeptennium conſentire interpretatiuè nec expreſſè ad hoc vt ſponſalia contrahantur, niſi huiuſmodi conſenſus expliceturiuxta formam in prędicto ſacroſancto concilio ſtatutam & appoſitam.

Notabil. ¶ Annotato hìc, quòd ex ſponſalibus contractis à furioſis & pueris nullum impedimentum oritur proprer conſenſus defectum apparentis: ſecus tamen de ſponſalibus nullis propter defectum conſenſus latentis alterius, vt ſiquis contraxit ſponſalia cum aliqua verbis exteriùs exprimendo conſenſum, interiùs tamen diſſentiens, vt ſi vult decipere mulierem: tunc enim in foro conſcientiæ

ſponſalia illa ſunt nulla: cauſatur tamen impedimentum publicę honeſtatis iuſtitiæ, quia illa ſponſalia ſunt præſumpta vera ab Eccleſia, cùm Eccleſia non iudicet de occultis, & non conſtet de tali impedimento. Nec enim pendet oriri vel non oriri hoc impedimentum ex hoc quòd ſint vera vel nulla ſponſalia quantùm ad Deum, ſed ſolùm ex hoc quòd ſint ab Eccleſia præſumpta, quia Eccleſia inſtituit iſtud impedimẽtum propter apparentiam honeſtatis, vt dicit Silueſ. verbo Matrimo. 8. §. 14. & tantum oriretur ſcandalum, ſi poſteà cõtraxiſſet cum conſanguinea ſponſæ, etiam ſi non conſenſit interius, ſicut ſi conſenſiſſet. Præterea, quia compellitur ab Eccleſia, vt contrahat cum illa, ſignum igitur eſt, quòd ex illis oritur huiuſmodi impedimentum, & hæc eſt ſententia Petri Paludani in. 4. diſ. 41. q. 2. quæ quidem etiam nunc poſt concilium Tridentinum eſt vera, dummodo exterius adhibitis requiſitis eiuſdem concilij contracta fuerint præfata ſponſalia. *Silueſter* *Palud.*

¶ Sciendum eſt etiam circa concluſionem, quòd hoc impedimentum publicæ honeſtatis iuſtitiæ non habet vim ex iure diuino nec naturali ſed ſolùm ex ſtatuto Eccleſię. Nuſquàm enim in veteri lege vbi aliqui gradus prohibiti ſunt conſanguinitatis & affinitatis, fuit mẽtio facta de tali impedimento, nec in lege euangelica. *Notabil.*

¶ Sed dubium eſt vtrùm, ſi ſponſalia contrahantur poſt ſeptennium inter conſanguineos vel affines vel in aliquo alio gradu prohibito, oriatur iſtud impedimentum publicæ honeſtatis iuſtitiæ. Huic dubio hac ſecunda concluſione negatiua reſpondetur: nempe, quòd omnia impedimenta quæ faciunt ſponſalia non eſſe ſponſalia, impediunt ne contrahatur affinitas, ſcilicet defectus ętatis, vel votum ſolenne continentiæ, & cętera impedimenta, ac ſubinde ex hoc quòd quis de facto ſponſalia contrahat, non ſequitur vlla publica honeſtas, quia talia ſponſalia ſunt nulla, cùm perſonę ſint illegitimæ. Concluſio hæc eſt Diui Thomæ in. 4. diſtinc. 41. quęſtiuncula. 4. ad 3. Richardi, & omnium antiquorum ſententia calculo approbata, ac nunc demum eſt ſacri Tridentini concilij determinatio ſeſſione. 24. c. 3. ſub his verbis, Iuſtitiæ publicę *honeſtatis* impedimentum, vbi ſponſalia quacunquè ratione valida non erunt, ſancta Synodus prorſus tollit. Et fundatur Diuus Thom. [vt inquit Silueſter verbo Matrimonium 8. § 14.] in ratione naturali, quæ docet, quòd id quod nihil eſt, nihil efficiat, & textus in. capi. Si quis diſponſauerit. el. 2. 27. quæſtio. ſecunda iuxta expoſitionem antiquam dixit, quòd non inducunt publicam honeſtatem. Ex hac ſecunda concluſione manet iã abrogata contraria Bonifacij. 8. determinatio, qui, vt loco *D. Tho.* *Richard.* *Conc. tri* ✻ *Silueſter.*

citato refert Siuester post Diu. Thom. ex aliquo bono fine, de quo nihil ad præsens respiciens ad ipsum consensum seu voluntatem contrahentium, statutit in capitulo. Ex sponsalibus. de sponsalibus in. 6. quòd licèt sponsalia fuerint nulla ratione consanguinitatis, & affinitatis, religionis, frigiditatis, aut alia quauis ratione, dummodò non fuissent nulla ratione consensus, putà quia ambo vel vnus esset infans aut furiosus, præstabant impedimentum publicæ honestatis iustitię quod impediebat, & dirimebat subsequentia sponsalia & matrimonia, non autem præcedentia: & subdebat idem Bonifacius, quòd hoc intelligebat, si sponsalia fuissent pura & certa. Pura, inquàm, ideſt absoluta, & non sub conditione, nam si contraherentur sub conditione, & antequàm adimpleretur conditio, alter illorum cum alterius consanguineo contraxisset, secundum matrimonium erat validum sicut & modò, vt habetur in eodem capitulo citato. Quoniam cùm condicio non esset adimpleta, locum non habebat publica honestas, dummodò conditio non esset impossibilis, aut turpis, aut illarum quę habentur pro non abiectis, sed esset honesta, quæ faceret sponsalia esse in futurum pendentia, nam tunc quousquè conditio adimpleretur sponsalia non erant firma, atquè adeò non solùm inter illegitimas personas sed nec inter legitimas oriebatur sicut nec nunc oritur publica honestas. Certa verò erant & sunt modò, quæ cum certa persona, scilicet cum Maria vel Ioanna contrahuntur, nam si quis in genere sponsalia contrahat cum aliqua filia Petri, non contrahitur tale impedimentum publicę honestatis. Hodie verò post præfatum sacrosanctum & generale Tridentinum concilium etiam si sponsalia, quæ contrahuntur inter illegitimas personas, sint pura & certa, non oritur huiusmodi impedimentum, & sic renouatur, opinio Diui Thomæ. Secus si contrahantur inter personas legitimas.

Dubium. ¶ Sed offert se hîc dubium, scilicet vtrùm oriatur hoc impedimentum publicę honestatis, quando parentes loquuntur pro filijs. Cui

3. concl. dubio hac tertia conclusione in ordine respondetur. Si parentes contrahant pro filijs impuberibus, scilicet minoribus septennio, siue scientibus, siue ignorantibus, etiam si interueniant requisita nunc in sacro sancta Tridentina synodo, non oritur huiusmodi impedimentum publicę honestatis iustitiæ. Hæc cõclusio adeò est manifesta, vt non indigeat aliqua probatione, cùm deficiat tempus necessarium contrahendum sponsalia, quoniã vsq; ad illũ tẽporis articulũ protenditur infantiæ periodus, qua, vt nomẽ sonat, homo ea, quæ rationis sunt, fari nequit, & tñ cùm spõsalia sint quædã futurorũ ꝓmissio exigunt

gunt in ꝓmittẽte iudiciũ & prudẽtiã futurorũ & añ ꝑdictũ cõc. solùm efficiebantur sponsalia, quando post modùm scientes, transacto septẽnio, ratificabant tacitè vel expressè huiusceinodi sponsalia pe consensum exteriorem verbo ideſt vocando se sponsus, vel facto r ideſt dando adinuicem, ac recipiendo iocalia & consimilia quę sponsi facere consueuerunt, quia ex his, vt inquit Glosa in capitulo. Literas, de desponsa. impuberum. Intelligebantur consentire de nouo, & tunc causabatur impedimentum publicę honestatis iustitię: at verò nunc post præfatum concilium, quantunuis loquantur parentes pro filijs ante septennium, & post ipsum septennium, adinuicem dentur dona, nisi contrahant secundùm formam concilij, non fiunt sponsalia, ac ex consequenti nec oritur prædictum publicę honestatis impedimentum.

¶ Quarta conclusio. Parentibus contrahentibus pro filijs maioribus septennio, si ipsi filij sint præsentes, & nec consentiant, nec dissentiant, nec contradicant, sed taceant, non solùm ante sacrosanctum ac generale Tridentinum concilium, sed etiam modò si forma concilij adhibeatur, oriri impedimentum publicæ honestatis iustitiæ fateri oportet: nec solùm habet verum hæc nostra conclusio, parentibus contrahentibus pro filijs, verùm etiam consanguineis pro consanguineis, & præsidentibus Reipublicæ pro ipsis, vbi est consuetum, quòd consanguinei pro consanguineis, aut qui prę sunt Reipublicæ pro alijs contrahant. Semper enim si sponsalia celebrentur, ipsis pro quibus contrahuntur præsentibus, & non contradicentibus, oritur huiusmodi impedimentum. Hæc conclusio habetur in prędicto capitulo vnico, determinata. Ex hoc nanquè, quòd filij non contradicunt factum parentum, approbare videntur, & idcirco Ecclesia iudicat illa esse sponsalia. 4. conc.

¶ Annotare tamen hîc oportet pro nouitijs, quòd quanuis conclusio ista quantùm ad forum exteriùs verum habeat attamen quantùm ad forũ conscientię necessarius est consensus. Non enim sufficit nõ habere expressum dissensum, vt sint sponsalia quoad Deum, sed requiritur consensus interior, & quòd interueniat forma concilij. Ex dictis liquidò colligitur, diligentissimam inquisitionem ab vtriusquè parentibus pro filijs contrahentibus faciendam fore, vel ab alijs pro ipsis cõtrahentibus, si eis notificauerunt quando pro ipsis contraxerant. Inquirere etiam debemus ab eis quid tunc ipsi responderunt filij, & si dicant quòd nihil, tunc, vt dictum est, per eorum taciturnitatem publicam honestatem contractum fuisse sine alio signo, dicendum est, vt pulchrè & diffusè refert Siluester in verbo, Matrimonium. 11. && 4 §. 7. Notabil. Siluester

§ 7. quòd si parentes dicant hoc nunquàm suis notificasse filijs, nec p se nec per alium, & nesciunt parentes, an filij aliunde sciuerint, tunc enim cautè interrogandi sunt filij contrahentes, an sciuerint quòd eorum parentes pro ipsis contraxerant, & si dicant quòd sic, eis credatur, maximè quando altero eorum mortuo, alter viuens appetit contrahere cum consanguineo defuncti, quia tunc cùm loquatur contra se, ei fides est adhibenda, vt habetur de sponsa. in. c. Atteſtationes. Similiter, si ambo viuentes sint, & dicant quòd non sciuerint, vel si altero mortuo, alter respondeat negatiuè, est ei fides adhibenda, nisi aliũde oppositum constet per duos testes cõtestes. Hodie enim haud dubiè constabit, an sciuerint an non, siquidem sponsalia non nisi prę sente Parocho & duobus vel tribus testibus contrahi possunt.

Dubium. ¶ Dubium tamen est hîc non prætermittendum de matrimonio rato non consummato: nempe, an impediat & dirimat, & an tale impedimentum sit affinitas, an publica honestas, & quidem de prima huius dubij parte nulla esse potest ambiguitas, videlicet quòd per matrimonium ratum non consummatum contrahitur impedimentum, quod matrimonium contrahendum impediat, & contractum dirimat: tum quia illud est verum & legitimum matrimonium: tum etiam, quia si ex sponsalibus tale oritur impedimentum, multò efficatiùs ex matrimonio rato per verba de præsenti pullulabit. De secũda parte præsentis dubij sunt duæ opiniones: prima, quòd per matrimonium ratũ contrahitur publica honestas, & hæc est Scoti in. 4. dist. 41. & Paludani, & Panor. c. Sponsam. de sponsalib. & iuriscõsultorum. Secunda est, quòd contrahitur affinitas, & hęc est D. Thomæ, in eadem dist. quæstiun. 4. ad. 2. cui magis adhærere videtur Soto in. 4. eadem dist. in. q. vnica, ar 2. & probat, quia certum est, per matrimonium ratum maius vinculũ cõtrahi q̃; per spõsalia, cũ spõsalia nõ nisi virtute matrimonij ipedimẽtũ germinẽt, & id quod ratũ est, verũ matrimoniũ exist at. Nec obstat inquit Soto id in quo prima opinio fundatur, quòd affinitas nõ videtur contrahi nisi per carnalem commistionem, qua coniuges vna caro efficiuntur, nam vt illic Diu. Thom. ait, matrimonium affinitatem causat, non solùm ratione carnalis copulæ, sed etiam ratione societatis coniugalis, secundùm quam matrimonium naturale est, vnde & affinitas contrahitur ex ipso contractu matrimonij per verba de præsenti ante carnalem copulam. Satis nanq̃; est, quòd in matrimonio rato tradatur facultas corporum ad eandem copulam, vt per illud dicatur etiam fieri vna caro. At verò Siluester verb. Matri. 8. q. 14, ait, quòd dicatur affinitas inchoatiuè: sed ante Cõc. videbatur parui referre sic vel aliter loqui, quãdo de re inter oẽs conueniebat. s. quòd tã publica ho

Scotus. *Palud* *Panor.* *D. Tho* *Soto.*

honestas,q̃, affinitas impediebat matrimoniũ contrahendũ,& dirimebat contractũ. Hodie verò prima opinio magis mihi placet,cũ sit fauorabilior:eo quòd publica honestas non nisi in 1. gradu impediat.

Dubium. 5.concl.

¶Sed nunquid licebit dispensare in huiusmodi impedimento. Pro hac dubitatione sit cõclusio in ista materia,quòd si adsit causa legitima & rationabilis,fieri poterit dispẽsatio ab habẽte autoritatẽ,aliàs non.

6.Conc.

¶Sed quæ erit causa rationabilis ? Pro hoc sit sexta conclusio, quòd illa possit dici causa rationabilis dispensandi,propter quam doctores dicunt dispensari posse:nempe,pro bono vniusregni,vt dicũt Ricard.& Petrus Paluda.in.4.itaq; dispensatio fieri non debet,nisi in commune bonum cedat,pro quo lex omnis constituitur.Similiter erit causa rationabilis dispensandi,quando ex separatione matrimonij oriretur scandalum,& periculum fidei & animarum.Tunc nanq; ritè dispensare posset habens autoritatem,vt apertè patet in c. Quia circa.de consangui.& affini.de quo scandalo diligenter ânon suspectis est inquirendum.Dispensatio quoq; fieri poterit per dictum capitulũ, Quia circa.si iam habent filios,& nullum scãdalum oritur ex eo quòd cum eis dispensetur.Secus si ex tali dispensatione timeretur scandalum,putà quia alij hoc videntes probabiliter turbabuntur, aut simile facere præsumerentur: tunc enim cum eis non dispensetur,quia etiã scandalum impedit matrimonium contrahendum,vt habetur de spõsali.in.c.Tua.Similiter cum eis omnino nõ dispensetur,etiam si plures habeant filios,si fortè admoniti fuerunt vt se separarent,& Ecclesiam contempserint,vt patet,de eo qui duxit in matrimonium,quam pollu.per adulte.in.c.Cùm haberet.Ac demum,non permittantur cõtrahere,nec cum eis dispensetur,si sit dubium, quòd est orta publica honestas inter eos,quia dubium huiusmodi non est causa sufficiens dispensandi.

Ricard. Palud.

¶Annotare hîc oportet ex sacrosancto Tridentino concilio sessione.24.cap.5.de reformatione matrimonij circa omnes gradus consanguinitatis,affinitatis & publicę honestatis prohibitos, quòd siquis intra gradus prohibitos scienter matrimonium contrahere præsumpserit,separetur, & spe dispensationis consequendæ careat, idquè in eo multò magis locum habeat,qui non tantùm matrimonium contrahere,sed etiam consummare ausus fuerit. Quòd si ignoranter id fecerit,siquidem solennitates requisitas in contrahẽdo matrimonio neglexerit,eisdem subijciatur pœnis, non enim dignus est, qui Ecclesiæ benignitatem facilè experiatur,cuius salubria præcepta temerè contempsit.Si verò solẽnitatibus adhibitis, impedimentum aliquod postea subesse cognoscatur,cuius ille probabilem ignorantiam habuit

Cou.tri.

habuit: tunc faciliùs cum eo, & gratis dispensari poterit. In contrahendis matrimonijs vel nulla omnino detur dispensatio vel rarò: idque ex causa, & gratis concedatur. In secundo gradu nunquàm dispensetur, nisi inter magnos principes, & ob publicã causam. Ex hoc decreto exploditur abusus multorum, qui ante concilium Tridentinum priùs in gradibus prohibitis contrahebant, & matrimonium consummabant, vt faciliùs dispensationem obtinerent.

De cognatione spirituali.

¶ XLIII DIFFICVLTAS.

Vtrùm spiritualis cognatio sit matrimonii impedimentum.

DIFFICVLTATI HVIC TRIBVS CONcluſionibus respondetur, quarum prima sit affirmatiua: nempe, quòd impedimentum matrimonij est spiritualis cognatio. Hęc concluſio habetur in. c. Veniens, de cognatione spirituali, & Theologa ratio est, quia cognatio spiritualis insurgit ex propagatione spirituali, ad modum quo ex carnali propagatione insurgit vinculum quoddam naturale, quia quemadmodum per generationem carnalem homo acquirit esse naturale, ita per generationem spiritualem acquirit esse spirituale, scilicet esse gratiæ: & sicut generatus per carnalem generationem cõtrahit vinculum cum parentibus, ita per generationem spiritualem baptizatus vel confirmatus contrahit vinculum cum conferente sacramentum, qui Dei personam repræsentat tanquàm pater. Contrahit etiam huiusmodi vinculum cùm tenente, qui matrem repræsentat spiritualem, scilicet Ecclesiam suo gremio baptizatum suscipientem. Vnde ad hunc modum diffinitur, Cognatio spiritualis est propinquitas quædam personarum, ex collatione sacramenti, vel tentione prouenies ex statuto Ecclesiæ. Ex statuto, inquàm, Ecclesiæ, quia istud impedimentum quod causatur in baptismo & confirmatione: nempe, cognatio spiritualis non habet fundamẽtum in natura, vt cognatio carnalis, quæ per generationem carnalem contrahitur, sed in Ecclesiæ statuto. Vnde non habet impedire ex iure naturali nec ex iure diuino veteri, cũ constet manifestè ac euidenter in iure naturali & diuino veteri non fuisse Baptismum, aut confirmationem. Item constat non impedire ex iure diuino euangelico, quia nusquàm in toto Euangelio reperitur talis prohibitio facta, nec ab Apostolis instituta: restat ergo vt impediat ex Ecclesiæ statuto. Et ista prohibi-

1. Concl.

tio

tio habetur extrà, de cognatione ſpirituali per multa capita, & in ſexto eodem titulo. Quocircà ſummus Pontifex poterit in huiuſmodi impedimento diſpenſare ex rationabili cauſa, ſed non Epiſcopus.

¶ Sed iam quòd huiuſmodi ſpiritualis cognatio impedit matrimonium, meritò conſequenter dubitatur, vtrùm duntaxat impediat contrahendum, an etiam dirimat contractum. Cui dubio hac ſecunda concluſione in ordine reſpondetur: nempe, quòd ſi talis cognatio matrimonio antecedat, ipſum impedit contrahendum, & dirimit contractum, ſicut cognatio carnalis: ſi verò matrimonio iam contracto ad ueniat talis cognatio, nullatenùs dirimit matrimonium. Concluſio iſta habetur in cap. Si vir. de cognatione ſpirituali & cap. Dictum. & cap. Ad limina. 30. quæſtio. 1. & ratio eſt, quia matrimonium ſemel legitimè contractum nunquàm dirimitur, quoad vinculum, niſi per ingreſſum religionis, ſi ingreſsio fiat ante conſummationem copulæ, aut Chriſtianiſmi gratia, modo quo in proprio loco exponemus. *Dubium.* *2. Conc.*

¶ De vſu verò matrimonij eſt tertia concluſio Quòd ſi pater vel mater carnalis baptizet proprium filium, aut teneat illum ad Baptiſmum vel Confirmationem citra neceſsitatem extremam, aut ex ignorantia culpabili contracta, impeditur, ne debitum petere valeat, tenetur tamen reddere, eò quòd culpa eius alteri coniugi minimè nocere debet. Quòd ſi in culpa vtriuſquè ſtetit, vterquè manet priuatus iure petendi debitum. Quocircà petere non poſſunt, niſi cum illis diſpenſatū fuerit, quæ quidem diſpenſatio p Epiſcopum fieri poteſt. Si verò hoc faciat pater vel mater tempore neceſsitatis, aut ex ignorantia inculpabili, profectò debitum & petere & reddere poterit, vt bene ait Soto in. 4. ſenten. diſtinct. 42. quæſt. 1. ar. 1. quia neceſsitas vt caret lege, ita & à pœna legis excuſat. itaquè in neceſsitate licèt ſcienter id faciat, non priuatur iure petendi debitum. Concluſio iſta habetur de cognatione ſpirituali per totum & capitu. citato Ad limina, 30 quæſt. 1. & eam tenent communiter doctores. Vtrùm autem ſi quis in huiuſmodi extrema neceſsitate paruulum morti proximum abſquè ſolennitate baptizet, contrahat hanc cognationem ſpiritualem, licèt quidam ex Iuriſconſultis quos refert Palud. dicant, ad hoc eſſe ſummum Pontificem conſulendum: nihilominùs tamen tenendum eſt, quòd huiuſmodi Baptiſmus cauſa eſt ſpiritualis cognationis impedientis matrimonium contrahendum & dirimentis contractum. Quod quidem aperte oſtenditur, quia canones abſquè illa exceptione aiunt, baptizantem & ſuſceptorem, cognationem contrahere cum baptizato: *3. Conc.* *Soto.* *Palud.*

nec

nec obstat id, quòd obijci pōt, quia pater carnalis in tali necessitate baptizans propriū filium, non priuatur iure petendi debitum. Non inquàm, obstat, quia non currit eadem ratio ante matrimonium cōtractum, quę currit post contractum, nam cùm post contractum ius sit iam acquisitum ad exigendum debitum, cōsentaneum fit rationi, vt cùm adest necessitas, coniux illo iure non denudetur: ante contractum autem vbi nondum ius vllum acquisitum est, non est in conueniens, quòd contrahatur huiusmodi cognatio, quę matrimonium impediat & dirimat.

¶ XLV. DIFFICVLTAS.

Vtrùm per solum baptismum cognatio spiritualis contrahatur.

D. Tho. Con. vni

IN hac difficultate omissis opinionibus quas refert Diuus Thomas in 4. dist. 42. q. 1. ar. 2. hac vnica conclusione respondetur. Cognatio spiritualis duntaxat per duo sacramenta, scilicet baptismū & confirmatione contrahitur. Conclusio hæc est assertio Di. Tho. loco citato, & habetur in cap. primo de cogna. spiritua. lib. 6. & 30. q. 1. in locis su prà citatis. Et de confirmatione habetur eadem causa & quæst. c. Si quis filiastrum suum vel filiastram ante Episcopum tenuerit ad confirmationē, separetur ab vxore, & nunquàm aliam accipiat. Intelligitur tamen textus iste, si tenuerit ante matrimonium, quia si post, solùm impeditur ab exactione debiti, vt dictum est. Ratione quoquè probatur præsens conclusio, nam generatio spiritualis per baptismum fit, & per confirmationē confirmatur. at verò nullum aliud sacramentum censetur generatio, sed vel alimentatio vt Eucharistia, vel sanatio & reconciliatio vt pœnitentia &c. Cùm igitur cognatio spiritualis per generationem spiritualem superueniat, consequēs fit, vt duntaxat per ista duo sacramēta contrahatur. Nec nocet huic sententię canon ille, Omnes. 30. quęstio. 1. vbi Simachus Papa ait, Omnes quos in pœnitentia suscipimus, ita nostri sunt spirituales filij, vt & ipsi quos vel nobis suscipiētibus, vel sub trine mersionis vocabulo mergētibus vnda sacri baptismatis regenerauit. Ex quibus verbis colligi videtur, per pœnitētiam cōtrahi hanc spiritualem cognationē. Non, inquàm, nocet, quia pœnitentes non dicuntur ea ratione sacerdotis eorum confessiones audientis, filij, vt cognatio illa matrimonium baptizati cùm filia Sacerdotis baptizantis impediret ante Concilium Tridentinum, sed dicuntur spirituales filij, quia per doctrinam & monita atquè administrationē sacramenti, recō

reconciliat eos Deo, quòd quandã gerit cum spirituali genitura similitudinem. Non tamen hoc sufficit ad cõtrahendam cognationẽ spiritualem, sed sola collatio gratiæ per modum generationis, qua anima spiritualis infunditur, aut corroboratur. Simachus autem illud dixit ne se confessores cũ mulieribus quas à peccatis absoluerint carnaliter commisceant, esset enim graue sacrilegium. De hac re videndus est Ioan. Bernar. Diaz de Luco in practica criminali ca. 76. Vbi dicit, quòd ipse deponeret clericum de hoc delicto conuictum & adducit in hanc sententiam aliquot iurisconsultos. Quomodo autem cognatio spiritualis non prorsus per catechismum contrahatur, ex prædictis elicitur: tum, quia non est sacramentum, sed sacramentale, nam vt ait in loco citato D. Thom. qui catechismum connumerant inter sacramenta, & ob id dicunt per illum contrahi cognatio spiritualis, propriam vocem videntur ignorare: tum etiam, quia catechismus licèt impediat matrimonium contrahendum, nõ tamen dirimit contractũ, quod hodie post cõci. an ita sit in sequẽti difficultate de impedimẽto catechismi apertè ostendemus. Cùm ergo cognatio spiritualis, & impedit matrimonium contrahendum, & dirimit contractum, fit, vt per catechismum non contrahatur, cognatio spiritualis prorsus, sed aliquid debilius quàm cognatio, sicut ex sponsalibus non nascitur affinitas, sed publica honestas quæ impedit, sed non dirimit matrimonium.

¶ XLVI. DIFFICVLTAS.

Vtrùm cognatio spiritualis duntaxat inter baptizantem & baptizatum contrahatur.

ANimaduerte hîc lector quòd ãtiquitùs sicut erãt tres species cognationis spiritualis, ita tribus conclusionibus præsenti difficultati respondebatur, hodie verò cũ per Conc. Triden. iam. 3. species sit sublata, conclusio tertio loco apposita solùm pro fraternitate contracta vsquè ad præfatum concilium deseruiet. Hoc suppositò, est prima conclusio. Inter baptizãtem & similiter inter susceptorem & baptizatum contrahitur spiritualis paternitas impediens dirimenscquè matrimonium, & eadem contrahitur inter confirmantem & confirmatum, & tenentem ad confirmationem. Hęc conclusio habetur expressè. 30. q. 1. & 33. q. 2. c. Si quis cum matre & alijs. Eodem titu. in. 6. Probatur etiam ratione, quia sicut ex eo quòd aliquis alium generat, pater eius dicitur naturalis: quia genitus accipit esse naturale & in

Con. tri.

1. concl.

& inter ipſum patrem & filium oritur huiuſmodi impedimentum, ita ex generatione ſpirituali quæ fit per Baptiſmum, efficitur quis pater ſpiritualis, quia baptizatus acquirit eſſe ſpirituale, & ſic cauſatur paternitas iſta ſpiritualis ex parte generantis in ordine ad generatum, & ex parte tenentis in ordine ad baptizatum vel confirmatum: non autem in ordine ad fratres baptizati vel confirmati. Poſſet enim ſoror baptizati iungi ipſi baptizanti, vel tenenti, vt habetur. 30. q. 3. ca. Illud etiam. Similiter neq; contrahit hanc cognationem ſpiritualem cum filia ſpirituali ſui filij carnalis: nam licèt cognatio ſpiritualis à patre in filium tranſiret, vt ante ſacrum Triden. concilium non poſſet filius baptizantis vel tenentis contrahere cum filia ſpiritualis patris, nõ tamen è conuerſo à filio in patrem, & ſic illam quam filius baptizauit, poterat tunc ſicut & modò pater ducere. Dixi, Tenentis nam etiam ſi plures vocati ſint tanquàm patrini, vt alicubi cauſa honoris fit, ſi ſolus vnus tãgat & ſit electus, alijs ſolũ aſtãtibus, cum tãgente tantùm cõtrahitur hæc cognatio ſpiritualis & paternitas. Ex quo ſequitur apertè, quòd ante præfatum concilium ſi omnes tangerent puerum, cùm omnibus contraheretur huiuſmodi cognatio ſpiritualis, & omnes ſpirituales patres baptizati vel confirmati eſſent, vt patet in. 6. eodem titu. quod hodie iam locum non habet, vt infrà docebimus. Annotato tamen, quòd non ſufficit quicunquè tactus ad hanc cognationem contrahendam, ſed tunc propriè contrahitur hęc cognatio, cùm quis infantulum tenet, dum ſacerdos aquam infundit, vel tunc, cum illum de manibus ſacerdotis, dum illum emerſit, ſuſcipit, ille verò qui poſteà de manibus ſuſceptoris accipit, & inuoluit, minimè. Eadem eſt de confirmatione dicendum: ille enim ſolus qui tenet puerum, dũ ab Epiſcopo vngitur, contrahit cognationem ſpiritualem, iuxta ca. Si quis filiaſtrũ. Et ſic ſequitur, quòd ſi infans domi ob neceſsitatem baptizatus fuerit, dum poſteà in Eccleſia hęc ſacramentales cęremoniæ adhibentur, nulla contrahitur cognatio, neq; ſi vel errore vel de induſtria iteraretur baptizatio, contraheretur, quia illud ſecundùm non eſſet ſacramentum: & pari ratione ſi ſub conditione. Si non es baptizatus: baptizetur, ſi in rei veritate erat baptizatus, licèt baptizãs excuſetur à culpa, nullã cõtrahit cognationẽ, q̃; uis Eccleſia quãdiu nõ cõſtat fuiſſe baptizatum, præſumat eã cõtraxiſſe. Quapropter, ſi poſtmodũ conſtaret illum fuiſſe priùs baptizatum, pronunciaretur cognationem non fuiſſe contractam.

Notab. ¶ Circa iſtã cõclu. ſunt. 4. ãnotãda. 1. q̃ eadẽ cognatio ac ípedimentũ cõtrahebatur añ cõc. iter vxorẽ cognitã à baptizãte & ipſũ baptizatũ ſeu cõfirmatũ, & inter vxorẽ cognitã à tenẽte & ipſũ tentũ ad baptiſmũ vel

vel cõfirmationẽ. Cognitã dixi nã cũ vxore baptizãtis ſeu tenẽtis ad iſta ſacramẽta añ matrimonij cõſũmationẽ, nõ cõtrahebatur huiuſmodi ipedimẽtũ, quia nondũ effecti ſunt vna caro, ita tenet Ant. 3. p. ti. 1. c. 15. § 3. & Hẽric. & habetur in. c. Veniẽs. & c. Sup eo de cogna. ſpiri. Antoni. Henri.

¶ Secundùm notabile ſit, quòd eadem cognatio & ipedimentũ cõtrahebatur ex copula fornicaria añ cõci. & idcirco ſignanter dixi in cõcluſione, Cognita abſolutè. Notabile hoc tenet Diuus Thomas, Albertus magnus, & Silue. verbo Matrim. 8. §. 7. & alij graues ãtiqui docto res. Et eadẽ ratio militabat, quia vna caro efficiuntur etiam per copulam fornicariam. Oppoſitum tamen iſtius notabilis tenent Ricardus Palud. 4. diſt. 42. & Panor in ca. Martinus. de cogna. ſpiri. & alij quos refert Silueſt. verbo, Matrimonium. 8. q. 7. §. 5. Sed hodie poſt cõcil. Tri. nulla talis cognatio contrahitur, cùm ceſſet omnis tranſmiſsio, p verba illa, Omnibus inter alias perſonas impedimentis ſublatis. Notab. 2. D. Tho. Alber. Silueſter Ricard. Palud Panor.

¶ Tertiũ notabile eſt, quòd qui leuat de ſacro fonte puerũ & tãgit illum, licèt non reſpõdeat, verus nihilominùs pater ſpiritualis efficitur. Iſtud notabile manifeſta ratione oſtenditur: quia facit quod eſt de eſſenta illius paternitatis, ſcilicet tangere in baptiſmo vel in confirmatione. Reſponſio nanq, non eſt de eſſentia, ſed tactus tantùm ſufficit, dummodò intendat facere quod ſolet patrinus facere, licèt ipſe non intendat eſſe patrinus. Idem dicendum eſt de illo qui baptizat, vel confirmat, & vult ſeu intendit baptizare, ſeu confirmare, quia licèt ipſe nõ intendat eſſe pater ſpiritualis, verus tñ pater efficitur. Satis nanq, eſt, quòd intendat facere illud, ad quod conſequitur cognatio ſpiritualis. Nota, 3.

Sequitur ex dictis, quòd ſi quis reſpondeat ad catechiſmos & exorciſmos, & nõ tãgat i baptiſmo vel cõfirmatione ẽt ſi ſit electus non efficitur patrinus, neq; oritur talis cognatio ſpiritualis per talem actũ. quandoquidem non facit quod eſt de eſſentia paternitatis ſpiritualis, ita tenet Ioannes Andreas. in reg. qui per alium in. 6. & Archi. in. c. eodem titu. lib. 6. & ca. De his. & c. Ad limina. & ca. Oẽs & ca 1. 30 q 1. & ita tenendum eſt. Sequitur rurſus ex his, quòd nemo per procuratorem põt fieri ſuſceptor, vt cognationẽ ipſe cõtrahat, cùm officiũ ſuſceptoris i actione pſonali cõſiſtat, quæ eſt tenere & ſuſcipere baptizatũ: vñ cùm mittunt magnates procuratores vel nuncios qui pro ipſis teneant, non contrahunt huiuſmodi cognationem, ſed conſueuerunt fieri illæ ceremoniæ ad colendam pacem, & augendam amicitiam.

¶ Annotare oportet hîc, quòd cùm dicitur tactum eſſe neceſſariũ ad cõtrahendã cognationem ſpiritualem, non eſt intelligendum, quòd requiritur tactus in carne nuda, nam ſatis eſt tangere veſtes, imo ſi puerum quis teneret in diſco argenteo honoris gratia, ſatis eſſet. Notabil.

¶ Quar

Nota. 4. ¶ Quartum notabile sit, quòd si baptizans vel leuans de sacro fonte nõ sit baptizatus, non contrahit istam cognationem spiritualem. Ratio est, quia qui non est christianè eruditus, curam erudiendi Christianum suscipere non valet, nec potest qui non est spiritualiter baptismate regeneratus esse pater, aut cognatus spiritualis, sicut qui nondùm carnaliter natus est, nulli potest esse aut pater aut cognatus. Et licèt posteà baptizetur, nullam contrahit cognationem: secus tamen si esset hæreticus, quia ille cùm sit verè renatus, baptizans vel leuans cõtrahit cognationem spiritualem.

2. concl. ¶ Secunda conclusio. Compaternitas impediens matrimonium contrahendum, & dirimens contractum, contrahitur inter baptizantem & inter susceptorem, ex vna parte, & baptizati parentes carnales ex alia, & idem est de confirmatione. Ex cognatione nanquè, quæ est inter baptizantem seu susscipientem & baptizatum: oritur cognatio ista quę est cõpaternitas, & cognatio quæ erat añ cõc. inter baptizatũ & cõiuges baptizãtis & susceptoris. Hęc conclusio habetur expſſè extra eodem titu. c. Martinus. & eodem tit. in. 6. c. Necdum & .30. q. 4. c. Si quis. Et ratione probatur, quia cùm baptizãs & susceptor sint patres spirituales baptizati, & similiter confirmans ac tenens, & qui eum genuerunt, sint patres carnales, fit, vt inter se sint compatres, ideſt simul patres eiusdem *filij*, diuersis tamen rationibus. Et meritò inter has personas inter quas compaternitas ista oritur, prohibetur matrimonium, quia inter tales ratione talis vinculi est amicitia quædam. Quã obrem Ecclesia ob amicitiam dilatandam, voluit istis prohibere connubium, vt cũ alijs contraheretur amicitia ratione matrimonij, quia inter patrem & matrem carnalem pueri, baptizantem & tenentem,

palud. seu confirmantem oritur familiaritas, & ob id ait Palud in. 4. Non licet religiosis leuare puerũde sacro fonte, nec baptizare, quia prohibitum est eis commatres habere, ne sint mulieribus familiares. Vnde religiosi non ex iure communi, sed ex speciali dispensatione seu concessione summi Pontificis exercent huiusmodi officia in his Indiarum partibus.

Notab. 1 ¶ Circa istam secundam conclusionem tria annotare oportet. Primum, quòd hæc compaternitas tantùm contrahitur inter fideles, ita què si quis baptizaret filium infidelis, non contraheret cognationem spiritualem cum *illo* infideli parente paruuli, etiamsi posteà ad fidem conuerteretur: quia quòd à principio nullum fuit, conualescere nequit.

Notab. 2 ¶ Secundum, quòd compaternitas tantùm oritur inter patrem carnalem & baptizantem, & leuantem de sacro fonte, & nulla oritur cõ

pate

paternitas inter ipsosmet patres spũales, scilicet baptizãtẽ & susceptorẽ. Et q̃uis assignant pro ratione huius notabilis, quia baptizans & susceptor, & similiter confirmãs & tenens non p se sed p accidens concurrũt ad idem sacramentũ, nihilominùs ratio legitima est, quia cùm hoc ĩpedimentũ à solo iure positiuo vim habeat, & non inueniatur expressum in iure, non est quare sit ponendum inter impedimenta.

¶ Tertiũ, quòd q̃uis ante sacrũ cõc. Trid. cõpaternitas viri coĩcabatur vxori cognitæ, & è conuerso vxoris ipsi viro p actionẽ, quãdo vir vel vxor baptizabãt vel tenebant, non tñ coĩcabatur per passionẽ, vt quando erant duo vxorati legitimi, & vir habebat filiũ ex alia vxore, vel vxor ex alio viro, si Petrus baptizabat, vel leuabat filiũ illius viri ex alia vxore, licèt Petrus contrahebat cognationẽ cũ viro illo, non tñ cũ vxore illius. Ratio erat, quia vir ille, scilicet Paulus non per propriã actionẽ contrahebat cognationẽ cum Petro, qui eius filiũ baptizabat, sed p actum Petri. Si tñ Paulus baptizabat, vel leuabat filiũ Petri, ipse & eius vxor cõtrahebãt cognationẽ cũ Petro. Vnde erat versus, Quæ mihi vel cuius mea natũ fonte leuauit: hęc mea cõmater, fieri mea non valet vxor. Hoc est, mulier quæ vel mihi natũ, putà meum filium, leuauit de fonte, vel cuius natũ mea leuauit, sic fit mea cõmater, vt nequeat fieri mea vxor. Sed mea dicatur, quæ carne mea sociatur. Et sequitur, si qua meæ natum non ex me fonte leuauit, hanc post fata meæ, non inde vetabor habere. Hoc est, si qua mulier natum vxoris meę, quẽ non ex me genuit, ex fonte leuauit, post fata, ideſt post obitum vxoris meæ, non vetabor illam ducere, quia non est affinis mea. Signãter dixi ante concilium. nam nũc post illud nõ transit cognatio ex vno coniuge in alterum. *Nota, 13.*


¶ Tertia cõc. Vinculũ cognationis spũalis, quòd confraternitas dicitur, añ sacrum Trid. cõc. contrahebatur inter filios baptizantis, & pariter susceptoris & baptizatũ: quod quidẽ vinculũ ĩpediebat matrimoniũ contrahendũ, & dirimebat contractũ, & idẽ de cõfirmatione. Hæc cõclusio extabat determinata, extrà de cogna. spiri. ferè p totum, & in 6. eodẽ ti. c. Necdũ. &. 30. q. 3. c. Pictatiũ, &. c. Nõ oportet. & reliquis. *3. Concl.*

Ratione quoq; ꝓbatur, nã filius, vt ait Philosophus in. 8. Eth. est aliquid patris, nõ tñ èdiuerso, pater est aliquid filij, aut frater aliquid fratris, & ideo baptizãs, & susceptor trãsmittebãt cognationẽ ĩ ꝓprios filios, vt essẽt confratres baptizati, nõ tñ transmittebãt eandẽ in parẽtes suos aut fratres, itaq; si Petrus leuauerat Mariã filiã Pauli, & Paulus habebat alios filios & filias, oẽs filij & filiæ Petri tã ante, q̃, post paternitatẽ geniti poterant cõtrahere cũ oĩbus filijs & filiabus Pauli, p̃terq; cum Maria, quã leuauerat de sacro fonte, aut tenuerat ad cõfirmationem. *Philosopho.*

Hoc nãq; erat decretũ Vrbãi.c.Sup quibus.30.q.3.Sequeba tur ex his quòd licèt baptizatus cõtrahebat ſpũalẽ cognationẽ cũ baptizãte & leuãte,& cũ eorũ filijs,nõ tñ ipſe baptizãs vel leuãs nec filij eorũ con trahebãt hãc cognationẽ cũ alijs fratribus leuati ſiue baptizati quos nõ baptizauerat vel leuauerat,vt habe tur extrà, de cogna. ſpiri. cap. Vtrũ aũt.&.c. Sup eo.&.c. Tua nos. Et rõ erat,quia fratribus carnali bus baptizati,& filijs carnalibus baptizãtis vel leuãtis, nõ erat vnus patercoĩs,& idcirco nõ erãt fratres,& ex cõſequẽti iter illos nõ ꝓhi-bebatur matrimonialis cõiũctio. Hodie verò nõ ſolũ iter iſtas ꝑſonas nõ cõtrahitur cognatio aliq̃ ſpũalis,verũetiã viculũ confraternitatis, quod añ cõc. Trid. cõtrahebatur,iã ꝑ ipſũ cõc. ſublatũ eſt,vt exꝑſſè eſt videre in ſeſ.24.c.2. Inquit nãq;„ Statuit ſancta ſyno. vt vnus tãtũ ſiue vir ſiue mulier iuxta ſacrorũ canonũ inſtituta,vel ad ſũmũ vnus & vna baptizatũ de baptiſmo ſuſcipiãt, iter quos ac baptizatũ ipſũ, & illius patrẽ & matrẽ,nec nõ iter baptizãtẽ & baptizatũ, baptizatiq; patrem ac matrẽ tãtũ ſpũalis cognatio cõtrahatur. Ea quo q̃; cognatio,quę ex cõfirmatione cõtrahitur,cõfirmãtẽ & cõfirmatũ,illiuſq̃; patrẽ & matrẽ, ac tenẽtẽ nõ egrediatur: oĩbus iter alias ꝑſonas huius ſpũalis cognatio nis ĩpedimẽtis oĩno ſublatis. Hęc ſctã ſy. Cõſtat igitur ex ſacra Tri. ſynodo, Cõfraternitatẽ iã abolitã eſſe,ac ſubĩde baptizatũ cũ filia bap tizãtis,& cũ filia de ſacro fõte leuãtis,& pari rõe cõfirmatũ cũ filia cõfir mãtis ac tenẽtis ad cõfirmationẽ cõtrahere poſſe: & ſic duntaxat ſunt duę ſpecies cognationis ſpiritualis,vt oſtenditur in figura ſequenti.

Conc. tr *

Figura cognationis ſpiritualis.



¶Et vt meliùs appareat qui sunt, qui hanc cognationem spiritualem contraxerũt, docet eadem sancta synodus, quòd Parochus antequàm ad Baptismum conferendum accedat, diligenter ab ijs ad quos spectabit, sciscitetur, quem vel quos elegerint, vt baptizatũ de sacro fonte suscipiant: & eum vel eos tantùm ad illum suscipiendum admittat, & in libro eorum nomina describat, doceatq; eos, quam cognationẽ contraxerint, ne ignorantia vlla excusari valeant. Quòd si alij, inquit, vltra designatos baptizatum tetigerint, cognationem spiritualem nullo pacto contrahant: constitutionibus in contrarium facientibus non obstantibus, & si Parochi culpa vel negligentia secus factum fuerit, arbitrio ordinarij puniatur. Hęc sancta synodus. Ex quibus liquidò constat, non contrahere cognationem spiritualem omnes, qui interfuerint Baptismo & tetigerint baptizatũ sicut olim contrahebant, ex quo nõ minima inconuenientia sequebantur, sed solùm cõtrahũt illã electi & designati ab ijs ad quos spectat, & ob id p̃cipitur parochis, quòd anteq̃; Baptismum conferant, diligenter sciscitentur, quem vel quos elegerint.

¶De catechismo autẽ est dubium, an impediat matrimoniũ contrahendum? Cui dubio ante sacrum concilij Tridentinum hac vnica conclusione affirmatiua respondebatur: nempe, quòd nec ille qui mulierem ad catechismum tenuisset nec eius filij, eam sibi in matrimonium copulare poterãt. Conclusio ista est Bonifacij octaui in ca. Per catechismum. de cogna. spiritua. li. 6. & communis Theologorum sententia. Cuius rationem assignat D. Thom. in. 4. dist. 42, q. vnica. ar. 2. ad. 3. quia in catechismo fit quædam professio fidei futuri Baptismi, sicuti in sponsalibus fit sponsio quædam futurarum nuptiarum, itaquè ex catechismo, quia est dispositio Baptismi, contrahitur non cognatio prorsus, sed debilius quiddam. Non enim tanti effectus est cognatio, quæ per catechismũ contrahitur, quanti est illa cognatio, quæ contrahitur in Baptismo: nec in omni catechismo contrahitur huiusmodi impedimentum, sed solùm in illo, qui Baptismum præcedit, quod apertè ex ipsomet tex. constat, cùm tantùm dicat, Per catechismum qui præcedit Baptismum, cognatio spiritualis contrahitur impediens matrimonium contrahendum. & odia sint restringenda. Erratio quam Diuus Thomas illic, & Ricardus eadem distinctione, & Durandus distinct. 41. ad hoc probandum faciunt, videtur conuincere. Aiunt nanquè, ex eò oriri impedimentum per catechismum, quia est quædam præparatio ad perfectam generationem, quæ fit in Baptismo: at verò quando iam puer est baptizatus, facta est iam regeneratio: per catechismum igitur factum post Baptismum non poterat

D. Tho.

D. Tho. Ricard. Dur.

ante conciliũ, sicut nec modò põt cognatio ſpũalis ĩpediẽs contrahi. Sequitur rurſus ex dictis p ſalis pabulũ, & appoſitionẽ ſaliuæ atq; olei vnctionẽ, nunq; iſtud impedimentũ contrahi potuiſſe, cùm iſta non ſint catechiſmus ſed exorciſmus, & textus præallegatus ſolùm dicat, Per catechiſmũ. atq; odia reſtringi, fauores verò ampliari cõueniat.

Notabil. ¶ Annotare oportet, me ſignãter in conclu. dixiſſe, Añ cõci. quia nũc poſt ipſum fortaſsis alicui verum videbitur: quòd nullũ contrahitur impedimentũ, quod & antea nonnulli exiſtimabant, vt refert Gloſa in c. Peruenit. 30. q. 1. cui etiã aſſentiri videtur Dñicus à Soto in. 4. diſt. 42. q. 1. ar. 2. Verum, inq;, alicui videbitur, ſiquidem conciliũ inſeſ. 24 in dicto. c. 2. decernit quòd cognationẽ ſpũalem, deinceps tantùm contrahant ſuſcipientes de baptiſmo, & baptizans cum pſona baptizata & eius patre & matre. Itẽ, quia dicit in fine illius decreti, Oĩbus inter alias pſonas huius ſpiritualis cognationis ĩpedimentis omnino ſublatis. His tñ non obſtantibus crediderim ego, quòd ſi vnus & vna eligãtur ab ijs ad quos ſpectat iuxta eiuſdem concilij ſanctionem, & vnus de ſacro fonte ſuſcipiat, alterverò tantùm ad catechiſmũ teneat, quòd iſte ſecundus quanuis non contrahat cognationem dirimentẽ vt primus, nihilominùs contrahit ĩpedientẽ. Suadetur enim hæc noſtra ſententia tribus rationibus ex eodem textu concilij deſumptis. Prima, quia conciliũ nullã prorſus facit mentionẽ de catechiſmo, & caſus omiſſus habetur pro omiſſo, & relinquitur diſpoſitioni iuris cõmunis. Secunda, quia conciliũ p decretũ iſtud ſolùm intendit tollere multitudinẽ prohibitionũ, quę anteà erãt inter plures pſonas, quia tenẽs trãſmittebat cognationem in pſonã ab ipſo cognitam, ſiue copula fornicaria ſiue maritali, atq; etiam in filios ab eodẽ genitos, vt ſup̃ dictum eſt: at verò p hoc quòd vnus ex electis tenens ad catechiſmũ contrahat cognationẽ ĩpedientẽ, non multiplicantur prohibitiones, cùm nõ interueniant plures pſonæ, q̃; conciliũ diſponit, ne ex fiat p̃fata tranſmiſſio & minor cognatio illic contrahatur. Tertia ratio eſt, quia videtur, ſanctã ſynodũ ſolũ voluiſſe prouidere in cõmodo, qui ex multitudine ĩpedimentorũ dirimentium ſequebatur, cùm dicat, Multoties in caſibus prohibitis ignoranter contrahi matrimonia, in quibus vel nõ ſine magno peccato perſeueraretur, vel ea non ſine magno ſcandalo dirimũtur. Ex his dictis facilè diluuntur rationes quibus oppoſita ſententia fulciebatur.

De cognatione legali.

¶XLVII. DIFFICVLTAS.

Vtrùm cognatio legalis impediat matrimonium contrahendum, et dirimat contractum.

Pro

PRo huius difficultatis elucidatione quattuor præ anno tare oportet. Primum, quòd & si iurisconsulti aliter diffiniant adoptionem seu cognationem legalẽ quàm theologi, nam iurisconsultisic diffiniunt, Adoptio est legitimus actus per quem fit quis filius qui nõ est, aut nepos, penè naturam imitans. Theologi verò sic, Adoptio est extraneę psonę in filium vel nepotem vel deinceps, legitima assumptio, nihilominùs omnes in idem coincidunt, nisi quòd hæc theologica causas significantiùs explicat. Etenim quia ars naturam imitatur quantùm potest, eiusquè defectum supplet, & ius est ars æqui & boni, inuenta est huiusmodi cognatio legalis seu adoptio ad supplendum defectum generationis naturalis, sic vt filium vel nepotem quem quis non potest habere per naturalem generationem, posset per suam voluntatem & spontaneam electionem, quempiam extraneum instar naturalis in filium assumere. Quo fit, vt sicut per generationem naturalem aliquis sibi filium generat ac procreat, sic per ius positiuum, quod est ars æqui & boni, sibi generat vel procreat prolem per adoptionem. Vndè filius adoptiuus naturali opponitur: vnus ergo per naturam gignitur, alter verò per gratiam & electionem substituitur. *Notab. 1*

¶ Annotato tamen hîc, quòd cùm in Theologorum diffinitione dicitur, Extraneæ. non excluditur, quin possit etiam adoptari consanguineus, vt habetur inst. de adoptio. §. sed hodie. & constat ex sacro eloquio, nam vt legitur Hester. ca. 2. Mardocheus adoptauit Hester, quę erat filia fratris sui: sed extraneus intelligitur ille, [vt pulchrè docet Soto,] qui nõ erat sub potestate adoptantis, & per adoptionẽ manet sub eius potestate.

¶ Secundum quod oportet annotare, est, quòd adoptio est duplex secundùm. Diu. Thom. in. 4. dis. 42. ar. 1. q 1 ad primum, scilicet perfecta, quæ naturalem filiationem perfectè imitatur, & hæc vocatur arrogatio, alia est simplex adoptio, quæ quidem duo adoptiones differũt, quia per arrogationem reducitur adoptatus in potestatem adoptantis: ita vt adoptatus succedat adoptanti ab intestato, nec potest eum pater adoptans quarta parte hæreditatis priuare. Per simplicem verò adoptionem, adoptatus non transit in potestatem adoptantis, nec succedit necessariò in bonis adoptantis, nec adoptans in testamento tenetur ei aliquid relinquere, succedit autem ab intestato. Itẽ, secundùm perfectam adoptionem non potest adoptari nisi qui est sui iuris, & postquàm est adoptatus, non habet potestatem, aut si habet est emancipatus: secundùm verò imperfectam, potest adoptari etiam ille qui non est sui iuris. Differunt tandem, quia adoptio perfecta: nempe, *Notab. 2 D. Tho.*

arrogatio fieri non potest nisi principis authoritate: simplex verò adoptio fieri potest sine authoritate pricipis ex authoritate magistratus.

Notab. 3 ¶ Tertium, quòd adoptare non potest, qui ad generandum habet naturale impedimentum, nam illi tantùm possunt adoptare, qui per naturam gignere possunt, vel saltem coire, dum tamen de suis bonis disponere valeant. Quo fit, vt castrati omnino excludantur ne adoptare possint, & similiter frigidi & minores. 25. annis, quia illuc vsq; sua bona administrare non possunt. Sed non excluduntur spadones quin possint adoptare, eo quòd licèt gignere non possint, attamen possunt coire, & consummare matrimonium. Similiter steriles possunt, imo ad supplendum sterilitatem adinuenta est adoptio filiorum.

Notab. 4 ¶ Quartum est, quòd hęc cognatio legalis tres habet lineas. Prima inter adoptantem & adoptatum, & filios ac nepotes adoptati, ac sic deinceps descendendo. Secunda inter adoptatum & filios naturales adoptantis, ac legitimos. Tertia inter vxorem adoptantis & adoptatum, & inter adoptantem & vxorem adoptati. His sic præannotatis, ad difficultatem tribus conclusionibus respondetur, & earum prima

1. Concl. sit. Cognatio legalis, quæ ex adoptione resultat, impedimẽtum est matrimonij, non quidem naturale, postq; ipsa cognatio nõ est naturalis, sed ex Ecclesię instituto, sicuti de cognatione spirituali dictum est. Ex hac conclusione elicitur, quòd si contingeret fieri huiusmodi adoptio apud infideles, non impediret, quin possent contrahere personæ assignatæ, nec esset dissoluendum tale matrimonium, si ad fidem conuerterentur, quia non erant subditę Ecclesiæ, quando contraxerunt.

2. concl. ¶ Secunda conclusio. Cognatio legalis secundùm primam lineam & 3. in perpetuum impedit matrimonium contrahendum, & dirimit cõtractum, itaquè adoptans nõ potest cõtrahere cum adoptato, neque cum filio eius neq; cum nepote, & sic de singulis, neq; cũ vxore filij adoptati, & eandem cognationem contrahit filius adoptatus cum vxore adoptantis in eodem gradu, quo cum patre adoptante, scilicet in primo. Hęc conclusio habetur. ff. de ritu nuptiarum. L. Quando. & .L. Adoptiuus. &. L. Per adoptionem. & in capitulo. Vnico, extrà de cognatio. lega. & 30. q. 3. capit. 1. Dicitur enim illic, quòd inter eos quos adoptio iungit, non contrahitur matrimonium, & est expręssa

D. Tho. sententia D. Tho. in. 4. di. 42. q. 2. ar. 2. & ratione probatur, quia videtur esse quędam naturalis reuerentia debita ex parte vxoris adoptati & ipsius filij adoptati ad patrem adoptantem & ad illius vxorem.

Notabil. ¶ Annatato tamen hîc, quòd hæc cognatio legalis non contrahitur inter patrem vel matrem adoptantem, & patrem vel matrem naturalẽ adoptati, sicut contingit in cognatione spirituali.

¶ Ter

¶Tertia concluſio. Cognatio legalis ſecundùm lineam ſecũdam: mẽ pe, inter filium adoptatum & filiam naturalem ac legitimam adoptantis, impedimentum præſtat matrimonio, non perpetuum, ſed quãdiu inter ſe ſimul cohabitare contingit. Hæc concluſio habetur, ca. Si qua. extrà, de cogna. lega. Itaq; quandiu manet ſub poteſtate adoptantis, non poteſt inter illos matrimonium conſiſtere, & non ſolùm impedit contrahendum, verùm & dirimit contractum, vt ait expreſſè Silueſt. verb. Matri. 8. q. 8. quia ita tenet D. Thom. vbi ſuprà, Ricard. & theologi. Et aſsignat D. Tho pro ratione, quia ob id cognatio iſta impedimentum eſt, quia eos ſimul habitare contingit, q̃re vbi iſta cohabitatio ceſſat, vel ppter mortẽ parẽtis adoptãtis, vel propter emãcipationem, ceſſabit quoq; hoc impedimẽtum, quia ſoluitur adoptio, & ideo valebit matrimonium. Quocirca ſi quis habens naturalem filium, vult adoptare aliquam, quæ ſibi ſit nurus, debet emancipare filium. Et eadem ratione, ſi vult adoptare aliquem, quem ſibi generum eſſe vult, debet emancipare filiam. Signanter dixi in concluſione, Inter filiam naturalem adoptantis, ac legitimam & adoptatum. nam filius adoptiuus poteſt contrahere cum filia illegitima adoptantis, vt tenet Innocentius & Hoſtien. in cap. vnico, de cognatio. lega. & Archie. Flo. 3 p. ti. 1 c. 13. Solet etiam hìc queri, vtrùm inter duos filios adoptiuos poſſet cõſiſtere matrimonium? Cui dubio reſpondet Silueſter, verb. Matrim. 8. §. 8. dicto. 6 affirmatiuè. Hoſtien autem tenet contrariam ſententiam, ſcilicet, quòd inter exiſtentes in poteſtate alicuius adoptantis, nuptiæ prohibentur vſq; ad gradum per legem prohibitum, & licèt ſententia Silueſtri ſit probabilis, probabiliorem reputo Hoſtienſis ſentẽtiam, quia idem periculum incõtinentiæ exiſtit inter duos adoptiuos, quod inter filium naturalem adoptantis & adoptiuam filiam.

3. concl.

Silueſter
D. Tho.
Ricar.

Innocen.
Hoſti.
Archiep
Silueſter

De *impedimento frigiditatis*.

¶XLVIII. DIFFICVLTAS.

Vtrùm frigiditas matrimonium contrahendum impediat, et contractum dirimat,



T præſentem quæſtionem clariùs ac euidentiùs exponamus, tria ſunt prçiacenda fundamenta. Primum eſt, quòd hæc impotentia poteſt eſſe duplex, naturalis prouenies ex cauſa intrinſeca, ſcilicet ex cõplexione, vt frigiditas magna in viro, & nimia arctatio in fœmina: & accidentalis prouenies ex cauſa extrinſeca per abſciſsionẽ virilium, vt caſtratio, vel per maleficium.

¶ Secundum fundamentum est, quòd alia est impotentia coëundi, & alia generandi, quia impotentia coëundi est impotentia seminandi in vase idoneo, at verò impotentia generandi appellatur sterilitas: nempe, quia licèt seminet, attamen seminatio effectu generationis frustratur. Potest enim tam ex parte viri, quàm ex parte fœminæ seminatio hoc effectu frustrari.

¶ Tertium est, quòd hoc impedimentum, scilicet impotentia naturalis adhuc potest esse duplex, temporale, cui per artem vel ætatem remedium adhiberi potest, aut perpetuum, quod omni remedio medicæ artis destitutum est. Solent superaddi alia impedimenta, quæ nõ sunt simpliciter respectu omnium, sed respectu aliquarum personarũ. Potest enim quispiam esse aptus ad conueniendum cum corrupta, & ineptus ad virginem, & validus ad congrediendum cũ pulchra, & non cum deformi.

1. concl. ¶ His ergo præiactis fundamentis, ad quæstionem aliquibus conclusionibus respondetur. Prima. Impotentia naturalis & intrinseca coëundi perpetua, suapte natura impedit matrimonium contrahendum & dirimit contractum. Quæ tamen est intelligenda non quòd dirimat matrimonium quod legitimum fuit, sed quòd declarat non fuisse legitimum. Hæc conclusio habetur expræsse determinata, extrà, de frigidis, & malefi. c. Accepisti. & ca. Quod sedem. Est etiam sententia diui Thom. in. 4. dist. 34. & magistri senten. & Ricardi, ac cæterorum theologorum ibidem. Et ratione probatur, quia matrimonium est quidã contractus quo alterutrum coniuges se obligant ad debitum carnale sibi inuicem reddendum iuxta illud pauli. 1. Cor. 7. Mulier non habet potestatem corporis sui, sed vir. & capi. Sicut igitur cæteri cõtractus sunt inualidi, cùm aliquis se obligat ad reddendũ quod minimè soluere potest, ita contractus iste matrimonialis erit nullus. Intelligenda est hæc conclusio, siue cognouerint quando contraxerũt alter vel ambo istam impotentiam, siue non. Semper enim huiusmodi impotentia irritat matrimonium ex natura sua. Verum est tamen, quòd si ambo cognouêre impedimentum vnius partis, & illo nõ obstante contraxerunt, vel si postquàm contraxerunt, constiterit congredi non posse, si cohabitare tunc noluerint, quia qui idoneus est matrimonio, dicit se filios velle procreare, separandi sunt. Si autem cohabitare consenserint, perdurare possunt in eadem domo, debent tamen se habere & tractare, non vt coniuges, quia nullũ est matrimonium, sed vt fratres, vt patet in ca. Consultationi. extrà de frigi. & malefi. & in cap. Laudabilem. Possunt, inquàm, simul cohabitare, & non quòd teneantur. Nõ enim Pontifex illud dixit præcipiendo, sed consulẽdo.

D. Tho. Ricard. 1. Cor. 7

Sic

Sic namquè intellexit Ricard. hunc textum. in 4. dist. 34, articu. secũ do quęst. 2.

¶ Ex quo sequitur, quòd non possunt libidinosè se amplexari, aut im pudicè tangere, aut carnaliter osculari, non solùm propter periculum cui se exponunt pollutionis, verùm etiam quia isti tactus, vt verior ha bet opinio, sunt mortalia, nisi inter veros coniuges: quo circà, pericu losissima esset hæc confederatio. Sequitur rursus exdictis, quòd cùm non sit verum matrimonium inter huiusmodi personas, si ille qui non est impeditus, siue sit vir siue vxor, voluerit alteri copulari, poterit cũ licẽtia Ecclesiæ, quia si illud faceret nõ expectando sententiam Eccle się, quanuis matrimonium teneret ante sanctam tridentinam synodũ, hodie tamen nullum est matrimonium, quod absquè authoritate Ec clesię cõtrahitur. Dixerim, Siue sit vir siue vxor. vt secluderem Glosã super .c. Requisisti. asserentem esse præceptum, quòd maneant inupti quantùm ad virum, & quantùm ad illam, consilium. Impeditus autem iure inter dicitur, ne ad aliud possit matrimonium commigrare.

¶ Secunda cõclusio declaratiua primæ. Si illa impotẽtia sit tempora lis, cui per artem medicam vel ętatem mederi potest, non impedit, vt si fœmina arcta & clausa aliquo beneficio aperiri possit etiam cũ gra ui dolore, quem pati tenetur, vt possit reddere debitum, matrimoniũ esset validum: secus si sine periculo mortis aperiri non posset, imo etiã si posset coire, sed non posset parere absquè expresso mortis pericu lo: non teneret matrimonium, quia cum mortis periculo non tenetur reddere debitum, si nullo remedio medicinæ subueniri posset huic periculo: tum etiam, quia impedimentum illud tunc reputatur per petuum. 2. Conc.

¶ Tertia conclusio. Impotentia ad generandum & non ad coëundum non impedit matrimonium nec dirimit in iure naturæ stando. Ex quo manifestè colligitur, ꝙ si spadones, castrati, eunuchi & senes seminare aliquo pacto dum maritantur in vase legitimo, possunt, li cèt adgenerandum sint inhabiles, matrimonium verè contrahunt, quia tunc non frigidi, sed steriles reputantur: si autem nullatenus illic seminare queunt, nullum contrahunt matrimonium: quòd intelligen dum est, etiam si erigere valeãt mẽbrum virile, & possint fœminam prouocare, atquè ei satisfacere, vt perdoctè ait Panor. ca. Quòd se dem. Et ratio est euidens, quia per solam seminationem fiunt vna caro. Quod si quis obijciat contra hanc nostram conclusionem, qui si non generare possunt, carebit istud matrimonium fine suo principa liori, non ergo concedendum est matrimonium esse legitimum: res pondetur, quòd licèt steriliter seminantes non possint contrahere in offi- 3. Conc. Panor.

officium naturę, possunt tamen saltem in remedium concupiscentiæ, vt de vetulis ait. D. Tho. nō enim requiritur quòd semp in matrimonio sit filiorum procreatio: quia sufficit quòd non euitent prolem.

4. conc. ¶ Quarta cōclusio. Si hoc impedimentum superueniat matrimonio iam cōtracto, siue sit impotentia ad generandum, siue ad coëundum, siue ex pte fœminæ, siue ex parte viri, siue ex parte vtriusq; se teneat, & siue sit impedimentum intrinsecū siue extrinsecum, nullo iure naturali nec positiuo dirimit matrimonium iam contractum, etiam nondum consumatum. Quod dixerim propter Gratianum in summa. 33. Gratia. q. 1. vbi dicit, quòd si antequàm carnali officio coniugium confirmetur, supueniat impossibilitas, officij soluitur vinculum coniugij: non enim est in hoc tenendus, quoniam nullum est impedimētum, quod recindere valeat matrimonium legitimum, quale est cōsummatum. Probatur modò cōclusio, nam cùm præcesserit ille cōtractus inter personas legitimas, vera traditio corporum adinuicem facta est: item, quia si impedimentum superueniens, matrimonium legitimè contractum solueret, sequeretur, quòd si quis post matrimonium castraretur, solutus esset à vinculo matrimonij, & pari ratione dissoluendū est, si alter coniugum incideret in infirmitatem adeò grauem, vt inutilis alteri coniugi factus esset, cuius contrarium habetur determinatum. 32. q. 7. cap. Hi qui. vbi dicitur, quòd qui iam contraxerunt, & vni ex duobus amentia, vel furor, aut aliqua infirmitas accesserit ob hanc infirmitatem, coniugia talium solui non possunt. Similiter, inquit idem canō, dicendū est de his qui ab aduersarijs exsecātur, aut membris trū cātur, aut à barbaris exsecti fuerunt. Nec obstat id quòd obijcitur ex c. Quòd proposuisti. in eadem causa & quęstio. vbi Grego. 3. determinauit, quòd propter infirmitatem superuenientem in fœmina, si nō potest reddere debitum, poterit vir aliam ducere. Non, inquàm, obstat, quia Leo. 4. licèt approbauit dicta Gregorij, sed non omnia: nempe, illa in quibus vt particularis doctor poterat errare, sed illa dūtaxat mādauit ab omnibus obseruari, in quibus bene dixit, vt patet. 20. distinctione capi. primo.

5. Conc. ¶ Quinta conclusio. Quando lis de frigiditate contestatur, aut de alia huiusmodi impotentia, si illa potest legitima via iuris probari, illico dirimendum est matrimonium, vt si vir per testes legitimos probaret antequàm matrimonium contraheret, virilibus caruisse, vel non habuisse ætatem legitimam, nec postea completa consensisse, vel si mulier matronarum iudicio monstraret se esse clausam, vt neque at vlla arte penetrari. Hāc conclusionem ponit ad literam Dominicus à Soto. Soto in. 4. disti. 34. q. 1. articulo. 2.

¶ Si

¶ Si verò hac via impedimentum constare non possit, adhibetur hęc 6 conclusio. Ad cognoscendum vtrùm impedimentum sit temporale an perpetuum, expectandum est per triennium, & in isto tempore debent dare operam ad matrimonium consummandum. Ad hoc enim hoc tempus assignatur in capitulo. Laudabilem. extrà de frigidis & malefici. Quòd si elapso illo triennio asserant non consummasse matrimonium, tradenda est ipsa mulier, si est virgo, conspectui matronarum, quibus adhibenda est fides, capitulo. Proposuisti. de probatio. Si verò ipsa quæ diuortium petit, corrupta est, & nihilominùs negat viri potentiam, ille verò iurat, se eam cognouisse, eius iuramento in fauorem matrimonij standum est, quia est caput fœminæ, sed ista ad professionem iuris ciuilis attinent, ideo iuristis relinquo. 6. Conc.

¶ Septima conclusio. Quia Ecclesia in hoc iudicando decipi potest, si postea inueniat se fuisse deceptam per hoc quòd ille, in quo erat impedimentum, inuenitur carnalem copulam cum alia vel cum eadem perfeciisse, tunc debet Ecclesia matrimonium præcedens reintegrare etiam si iam secundùm duxisset, & vxor iam tunc cum alio fuerit viro coniuncta, vt habetur in capitulo. Fraternitatis tuæ. extrà, de frigidi. & malefici. Hanc tamen conclusionem intelligendam fore arbitror, quando de facto ita est, quòd potuit cognosci à primo viro: licèt id fuerit successu temporis, quia si nullo modo ab ipso cognosci possit per proprium actum, iudicatur impedimentum perpetuum esse: si impotentia nãquè est circa omnes, sic impotẽs simpliciter est inhabilis ad contrahendum. Si tamen impotentia est circà vnam personam, qui sic est impotens tantùm erit inhabilis ad contrahendum cum illa persona, sed habilis ad contrahendum cum alijs, siue hæc impotentia se teneat ex parte viri, siue ex parte fœminę. Cum pares quantùm ad hoc iudicentur, nec hæc impotentia, quæ est circà vnam duntaxat dirimit matrimonium. Quanuis enim quis sit ineptus ad virginem, si aptus est ad corruptam: matrimonium tenet cum virgine contractum, quia si non est alia clausura, quàm virginitatis, per artem potest aperiri. Secus si per miraculum aperiretur, nam tunc non teneretur redire ad primum maritum, sed posset alteri nubere. 7. concl.

De impedimento maleficij.

¶ XLIX. DIFFICVLTAS.

Vtrùm maleficium sit impedimentum impediens, dirimensquè matrimonium.

¶ Vt

Notab. 1. VT meliùs præsentem quæstionẽ intelligere posſimus, duo prę annotare operepretium erit. Primum, quòd dę mones vim habẽt aduersus homines & eorũ actiones, ſi diuinitùs permittantur: itaquè poſſunt eos à ſuis o - mnibus operationibus cohibere, per Dei tamen clemẽ tiam arcentur. Non enim eſt poteſtas ſuper terram, quæ comparetur ei, vt hiſtoria Iob nobis refert. Et licèt hanc poteſtatem non habeat in homines niſi propter peccatum, ſed tamen non ſemper ve - xat propter peculiare peccatum illius quẽ torquet, ſed propter Adę peccatum. Quo fit, vt etiam innocentes vexare poſsit Deo permittẽ te, vt vexauit Iob, & alios ſanctos tam noui quàm veteris teſtamenti. Et quando maleficium propter peccatum ſingulare hominis accidit, nihilominùs non eſt neceſſarium, vt ceſſante peccato maleficium ceſ ſet, quia pœna, remiſſa culpa, remanet.

Notab. 2 ¶ Secũdum notabile eſt, quòd dęmones poſſunt facere, ne vir ad pro priam vxorem accedere valeat, etiam ſi circa alias mulieres ſit potẽs. Hoc notabile experimento compertum eſt, vt patet in cap. Literę. de frigidi. & malefi. Poſſunt. n. dęmones hoc facere applicãdo actiua paſ ſiuis, & inſtrumentum fœmineum indurando, & lumbos viri in frigi dando, & ſpiritus quibus inſtrumẽtum erigitur, exuflando: imo ve - rò ſi modò diuinitùs permittantur, poſſunt per venena vel aliam her barum applicationẽ genitricem virtutem in viro exiccare, & conce - ptricem in fœmina. Et tunc non ſolùm reſpectu huius aut illius fœmi nę, ſed ſimpliciter vir redderetur impotens, ſicuti ſunt frigidi: at verò hoc rarò contingit. Iſtud namquè diſcrimen conſtituit gloſa in. c. cit. quòd frigidi ſunt ſimpliciter impotentes, maleficiati autem non niſi reſpectu huius aut illius fœminę. Poſſunt in ſuper alijs modis in cog nitis alia impedimenta apponere.

1. Concl. ¶ His iactis, ad difficultatem quinquè concluſionibus reſpondetur, & earum prima ſit. Poſsibile eſt, imò frequenter contingens, vt dęmonum opere maleficium carnalem copulam impediat. Cõcluſio iſta ex præiactis fundamentis liquida eſt, quandoquidem præfata im pedimenta obijcere valent.

2. concl. ¶ Secunda concluſio. Eiuſmodi maleficia poſſe eſſe tum temporalia tum etiam perpetua fateri opportet Hanc concluſionem pono cõtra quoſdam abſquè ratione aſſerentes, nullatenùs poſſe eſſe perpetua, ac ſub inde nec impedimenta matrimonij. Qua ratione namquè dę mones diuinitùs permittũtur per aliquot annos homines vexare, poſ ſunt quoquè permitti per totam vitam eis moleſtiam inferre.

3. concl. ¶ Tertia concluſio. Si maleficium ſit perpetuum, & præcedat matri

mo

monium,impedit ipsum contrahendum,& dirimit contractum, non autem si sit temporale.Hæc conclusio est expressè determinata.33.q 1.ca. Si per sortiarias. vbi dicitur,quòd si adhibitis remedijs: nempe, corde contrito & spiritu humiliato,facta sacerdoti confessione & exorcismis,cæterisquè Ecclesiæ spiritualibus medelis adiectis,qui maleficia patiuntur,non sanentur separari valeant,& si alijs posteà fuerint copulati,nõ separabuntur restituta vtriquè potentia coëundi. Et inteillgitur potentia concubendi cum alijs,nõ autem inter se, itaquè quando maleficio comprobato per Ecclesiæ sententiam dissoluitur matrimonium,& secunda matrimonia consumarunt,non sunt cogendi redire ad primum,nec ad hoc vt experimentum capiant, an coire possint,nisi forsan Ecclesiæ legitimè constaret,ipsos priuatim animo fornicandi aut experiendi consummasse copulam, nam tũc existimat Soto reuocandos fore ad matrimonium vetus,perinde ac si propter frigiditatem fuissent separati,quia tunc Ecclesia iudicat se fuisse deceptam. Similiter,si constare certo posset,virum priùs fuisse maleficiatum quo ad omnes,quia plures tentauit, & cum nulla consummare potuit,tunc enim iudicandum esset de illo sicut de frigido: videlicèt, quòd si consummauit postmodùm cum secunda reuocãdus esset ad prius matrimonium,quia iam censetur factus habilis ad priorem vxorem. Ex his colligitur differentia inter frigidos & maleficiatos, quia frigidus si est inhabilis circà vnam,etiam si ad aliam sit idoneus, non ideo dirimitur matrimonium contractum cum illa ad quam est inhabilis: attamen maleficiatus si posteà reperiatur habilis ad aliam, & fœmina ad alium,non ideo reuocandus est vir aut fœmina ad primum coniugium, & separandus à secunda, sed secunda matrimonia sunt seruanda. Ratio discriminis est,quia illud non est sufficiens iudicium,quòd sint habiles inter se sicut in frigidis. Itatenet Scotus in. 4.dis,34.& Abulensis super Mathe.cap.19. Soto. Scotus. Abulen. 4.concl.

¶Quòd si roges, quonam pacto constare poterit,vtrùm sit illud maleficium temporale,an perpetuum? Hac quarta conclusione inordine tibi respondetur,quòd si per trienium simul habitarunt dantes studiosè operam carnali copulę, & adhuc durat maleficij impedimentum, reputatur maleficium perpetuum. Similiter reputatur perpetuum, quando non posset per artem medicam,sed solùm vtendo maleficio, vel arte dęmonis mederi eiusmodi maleficio,quod quidem minimè licèt,vt egregiè probat Caie. in.3.to. suorũ opuſ.in ꝓpria.q.de hoc. & in summa verbo. Maleficium. Non enim licèt vti dęmonum potestate,cùm sint nostri hostes, qui nullam nobis fidem nisi in nostrum damnum seruant. Caietan.

¶Sed

Dubium. 5. Concl. ¶ Sed ad hucſupereſt dubium, vtrùm liceat vti malefici opere parati, ad exercendum maleficium, ad aliud maleficium tollendum? Cui dubio hac quinta concluſione negatiua reſpondetur: nempe, quòd non licet vti maleficio alterius qui paratus eſt, ad diſſoluendum aliud maleficium. Hæc concluſio eſt nota, quia maleficium adeò de ſe eſt malum, vt fieri abſquè culpa nequeat. Quo circa, qui illud etiam à paratiſsimo petit: ad malum inducere cẽ ſetur, quod nullatenùs licet, nam eſſet hoc in malum cõſentire, quòd Paulus ad Roma. 1, condemnat, cùm dicit, Digni ſunt morte, non ſolùm qui mala faciũt, ſed etiam qui facientibus conſentiunt. Scio tamen ſummam angelicam verbo, Superſtitio. §. 13. contrariam ſententiam huius quintę concluſionis tenere, ſed non eſt ei in hac parte fides adhibenda. Nec obſtat ratio quam facit: videlicet, quòd ſicut licet accipere ſub fœnore ab vſurario parato ad dandum ad vſuras, ita licèt vti maleficio illius qui eſt paratus ad diſſoluendum aliud maleficium. Nõ, inquàm, obſtat, quia non eſt eadem ratio, nam bene licet vti iniquitate alterius parati ad peccandum, quando illud quod ab illo petitur, poteſt dare ſine peccato ſi vult, & ex iniquitate ſua prouenit, quòd det cum peccato, & ita eſt de vſurario: poſſet enim mutuare ſine intereſſe aliquo vltra ſortẽ, & ſic dare ſine peccato, & idcirco licet alteri ab illo petere, quia non niſi bonum poſtulat. At verò quando ſine peccato illud facere nequit, neutiquàm licet alteri ab illo petere: & ſic eſt in propoſito, nam ſoluere maleficium minimè ille ſine peccato poteſt, etiam ſi velit, quando non poteſt ſolui maleficium ſine nouo opere dęmonis, quod ipſe dęmon non pręſtabit ſine commertio cum illo, quod abſolutè inhibetur hominibus. Leuit. 19. & 20. & 1. Regum. 28. vnde tunc recurrendum eſt ad remedia ſancta, quæ apponuntur. 33. q. 1. cap. fi. ſcilicet orationes & exorciſmos.

Roma. 1.

Angel.

Leuit. 19

1. Re. 28

Notabil. ¶ Annotare tamen hîc oportet, quòd licitum eſt ac meritorium ſecundùm doctores conuenire maleficum & rogare, imo & pecunia ab eo extorquere, vt illas ligaturas quas habet ſepultas aut ſuſpẽſas, aut alicubi aſſeruatas, in de dimoueat: quia illud maleficiũ facere virtus é. ¶ De furiæ vel amentiæ impedimento, non opùs eſt hîc quęſtionẽ mouere, ſufficit enim ſcire, quòd ſi furia vel amẽtia matrimonio ſuccesſit, ſiue conſummato ſiue ſolùm rato, non dirimit illud matrimonium. Si verò rato anteceſſit, tunc diſtinguendum eſt, nã vel furioſus eſt perpetuus, vel lucidis vtitur interuallis, & ſi quidem fuerit perpetuus, nullatenùs matrimonium contrahit, & ſi attentet, nullũ eſt, quia non poteſt habere conſenſum legitimum: ſi verò habens lucida interualla, contrahat eo tempore quo ratio illi eclipſatur, eadem ratione

one non est validum: si autem contrahat quando vtitur rationis luce, solidum fit matrimonium.

De impedimento incestus.

¶ XLIX. DIFFICVLTAS.

Vtrùm incestus sit impedimentum matrimonium contrahendum impediens ac dirimens contractum.

PRo præsentis difficultatis elucidatione duo præannotare oportet, primum, quòd incestus committitur & accedendo ad propriam consanguineam, & ad consanguineam propriæ vxoris. Secundum, quòd huiusmodi incestus potest esse præcedens matrimonium, & subsequens. Et quidem de incestu præcedenti matrimonium sit prima conclusio affirmatiua, qua directè quæstioni respondetur: nempe quòd incestus quo quis cognouit vxoris consanguineam, & impedit matrimonium contrahendum, & dirimit contractum: itaquè si quis ducat consanguineam illius quam cognouit infra quartum gradum, etiam si sponsalia ante cesserint, matrimonium est nullum ratione affinitatis contractæ. Signanter dixi, Consanguineam vxoris. quia accessus ad propriam cõsanguineam nullũ causat impedimẽtum, quanuis sit grauius peccatum quàm accessus ad consanguineam vxoris. Hęc conclusio patet ex decreto concilij apud Meciam cap. 1. de eo qui cogno. cõsang. vxor. &. c. Veniẽs. &. c. Ex literis. &. 32. q. 7. & ratio illã sua dẽs est, quia minimè aliter honestas ac decor matrimonij, seruari posset. *Notab. 1* *1. Concl.*

¶ Annotato tamen hîc. 1. quòd hęc conclusio est intelligenda de incestu consummato in vase legitimo, nam extrà vel nefariè in vase illegitimo incestus perpetratus non impedit, vt patet in cap. Extra ordinaria. 35. q. 2. &. 3. *Notabi. 1*

¶ Annotato etiam secundò, quòd licèt nullum sit matrimonium, vt dicit conclusio, nihilominùs tamen in foro Ecclesiæ dirimi nõ debet, nisi incestus legitimè fuerit comprobatus, etiam si ambo ipsum incestum fateantur. *Notab. 2*

¶ De subsequẽti verò incestu est secunda cõcl. quòd incestus siue subsequitur matrimoniũ cõsummatũ, siue nõ nisi ratum, nõ ipsum dirimit, quia matrimonium ratum per solum ingressum religionis dirimitur: impedit tamen incestuoso matrimonij vsum, ita vt non possit à propria vxore debitum exigere: reddere tamen illi petenti tenetur. *2. conclu*

Ex hac conclusione elicitur cautè legendos esse canones. Qui dormierit. &, Concubuisti. 32. quæsti. 7. nam cùm illic dicitur, Qui cum sorore vxoris suæ dormierit, neutram habeat, non sic intelligitur, quòd suam debeat relinquere, sed quòd debitum abea non exigat.

Et

Et quod ait Zacharias, quòd quę vxor eius fuerit, nubat in domino cui velit, intelligitur postquàm vidua fuerit. Item habetur in illo ca. Qui dormierit, & in ca. Si quis viduam quòd mortua vxore propria, non possit cùm aliqua alia contrahere. Quòd si de facto cõtrahat mortua vxore contra statuta in istis cap. & in. c. 1. &. 2. de eo qui cogno. consan. vxoris suæ licèt factum teneat, mortaliter tamẽ peccat, si præter dispensationẽ illud fecerit. Et intelligenda est hæc conclusio de incestu cum consanguinea vxoris sicut conclusio precedens, & non de incestu cum consanguinea propria. Hæc nanquè est opinio. D. Thom. in. 4. dist 37. & Ricardi & Silvestri verb. Matrimonium. 7. §. vltimo. & Caie. in summa verb. Matrimonium &. Di. Tho. assignat pro ratione, quia incestus ponit impedimentum non tam ratione culpę quàm ratione affinitatis, quam causat. Est etiam ratio illud suadens, quia non reperitur in iure hoc de proprijs consanguineis, sicut de consanguineis coniugis, & huiusmodi impedimenta potiùs sunt restringenda quàm amplianda,

D. Tho.
Ricard.
Silvester
Caietan

Dubium. ¶ Sed dubium statim consequenter se offert circà dispensationem faciendam, quis poterit dispensare? Cui dubio alijs duabus conclusionibus respondetur, prima, quòd in primo casu: videlicèt, quando crimen est precedẽs matrimonium, quanuis iure ordinario, vt more & vsu Ecclesiæ constat, ad summum Pontificem pertineat dispensare in tali impedimento, nihilominùs tamen quando bona fide matrimoniũ p̃missis requisitis iuxta formã cõc. esset celebratum: nempe, quia ille neutiq̃; fuerat suspicatus, illam quam cognouerat, consanguineam istius fuisse, cùm contrahit, sed post cõtractum matrimonium id intellexit, tunc nanquè si ad Papam non potest haberi recursus, & impedimentum est occultum, & illorum separatio, qui de facto contraxerũt sine magno scandalo fieri non potest, Episcopus potest dispensare in gradibus prohibitis in matrimonio, sicut sæpe accidit in mulieribus cognitis à consanguineis viri, antequàm matrimonium cõtrahant. Cõclusio hæc est Silvest. verb. Dispensatio. §. 9. Et ratio est, quia non est verisimile quòd Papa velit, manere in laqueis huiusmodi animas, quæ Romam adire non possunt, aut mittere. Et tunc potest qui tale habet impedimentũ per se vel per confessorem petere à superiore dispensationem, qua obtenta contrahere debent eo modo quo in superioribus difficultate 17. explicuimus.

1. concl.

2. concl. ¶ Secunda conclusio sit, in secundo casu, scilicet quando crimen incestus subsequitur, credo quòd potest Episcòpus dispensare, imo quòd debet, scilicet, vt possit debitum petere, saltem si ad Romam non pateret incestuoso facilis aditus, aut propter eius paupertatem, aut infir-

mita

mitatem, aut propter nimiam distantiam, imo fortassè sine istis impedimentis etiam potest. Hæc conclusio est communis sententia, vt Paludani distin. 37. & Silvest. verbo. Debitum coniugale. q. 9. & verbo Matrimonium. 8. q. 15. & omnium, maximè Dominici à Soto, in eadem dist. q. vnica. ar. 2. *Palud. Silvester Soto.*

De impedimento defectus ætatis.

¶LI. DIFFICVLTAS.

Vtrùm defectus ætatis impediat matrimonium.

Difficultati huic duabus conclusionibus respondetur, & earum prima sit. Ætas legitima ad matrimonium contrahendum in masculis optimè statuta est in. 14. anno, & in fœminis in. 12. Probatur, nam in contrahendo matrimonio habenda est ratio causę, scilicet consensus, & finis qui est generatio, & propter vtranq; rationem leges tempus prędictum pro matrimonio statuerunt: tunc nanq; puer lucem rationis habet, vt liberè possit in matrimonio consentire, & etiã incipit habere potentiam ad generandum & ad debitum reddendum, quod requiritur vt sit aptus coniugio. Quod si ante tempus prædictum contrahant, contractus non valet pro matrimonio, sed tantùm pro sponsalibus, vt manifestè constat ex cap. vnico. de sponsa. impub. lib. 6. 1. Concl.

¶ Secunda conclusio prioris declaratiua sit. Cùm præcepta iuris positiui determinent id quod in pluribus contingit, si contrahentes ante prædictã ętatem verè fuerint carnaliter copulati, vel saltem ad id idonei, matrimonium erit validum. Hanc conclusionem tenet Panor. cui subscribit Silue. verb. Matrim. 5. q. 2. Et ratio illam suadet, quia tunc malicia potẽtiaq; coẽũdi supplet ætatẽ, vt patet ĩ. c. De illis. & in. c. Cõtinebatur. habetur, quòd si fœmina cognita fuerit à viro ætati proxima, scilicet in vndecimo anno vel circa duodecimũ, satis erit pro matrimonio contrahendo, imò & si fœmina in decimo & vir in. 12. ãno fortè copulam affectu maritali consummauerint, si in illis efulgeat tã ta lux rationis, quæ sufficiat ad consensum præstandum, matrimoniũ est validum. Nec enim casus est impossibilis, quãdoquidem Hieronymus in Epistola ad vitalem cõiecturas adducit, Salomonem decimo anno Roboam genuisse. Et Grego. 4. li. Dialogo. c. 19. refert puerum nouem annorum nutricem suam fœcundasse. Et Albertus in. 4. distin. 35. ait, se vidisse puellam in. 9. anno concepisse & peperisse in. 10. Rarissimè tamen existimo casum istum posse contingere. *Grego. Alber.*

De impedimento ligaminis.

¶LII. DIFFICVLTAS.

Vtrùm ligamen sit impedimentum matrimonium impediens contrahendum & dirimens contractum.

1. Concl. AD hanc quæstionem, suppositò quòd tunc dicitur quis ligatus esse, cùm iunctus est alteri matrimonialiter, p aliquot conclusiones respondetur, prima qua directè respondetur, est, quòd matrimonium per verba de præsenti legitimè contractum, siue consummatum fuerit siue non nisi ratum, viuente coniuge impedit contrahendũ, & dirimit contractum. Probatur, nam iure naturali persona ligata vni coniugi per verba de præsenti vel per verba de futuro, ante Conci. Tridenti, si sequuta esset copula carnalis cum affectu maritali, non poterat contrahere cum altera persona, & si contraheret, etiam si consummaret, matrimonium illud secundum erat nullum, & primum permanebat firmum: solùm enim quando non fuerat inter eos copula carnalis subsequuta alter altero etiã inuito poterat sicut & modò potest, religionem intrare, & per professionẽ dirimitur matrimonium illud nõ consummatum, vt habetur extrà de cõuer. coniuga.

¶ Sed quid faciendum si vxor maritum absentẽ mortuum esse per certos nuntios ac legitimos testes cognouit, & contraxit cum alio, posteà autem venit certus nuntius affirmans cum iuramento eum viuere, vel ipse maritus reuertitur? Pro hoc dubio sit secunda conclusio in ordine quòd quanuis illa non peccauerit contrahendo cum secundo, quia bona fide contraxit, putans primum esse mortuum: attamen quotiescunquè compertum fuerit priorem coniugem viuere, tenetur ad illum reuertere secundo matrimonio soluto. Conclu. ista est decretum Leonis Papæ Cap. cum perbellicã. &c. Cùm in captiui tate, &, Si virgo. 34. q. 2. & ratio est liquida, quia primum matrimonium nunquàm fuit solutum, ac perinde nequè secundum solidum.

2. concl.

3. concl. ¶ Tertia conclusio. Licèt mala fide ac subinde cum graui culpa secundum matrimonium fuerit cõtractum: nempe, quia vehemens opinio vrgebat priorem maritum viuere, si mutuus consensus adfuerit de præsenti cũ forma concilij, & reuera tunc maritus erat defunctus, matrimonium secũdum tenet, quia omnia necessaria ad contrahendum verum ac legitimum matrimonium concurrunt.

Dubium. ¶ Sed est dubiũ, quãta certitudo requiratur de morte cõiugis absentis, vt alter possit ad. 2. nuptias transire absquè culpa? Pro hoc dubio

4. conc. ponitur. 4. conclusio, quòd est necessaria moralis certitudo secundũ arbitriũ & iudiciũ prudentũ, pruntiũ certũ habita, vel per æquiualẽs testimoniũ. Hæc cõcl. habetur in. c. In præsentia. despõsal. & in. c. Dñs de secundis nuptijs, vbi dicitur, quòd nullus talis præsumat ad. 2. nuptias

ptias cõuolare, donec ei cõstet, quòd cõiux eius de hac luce descesit Quo fit, vt quandiu res sit dubia tali dubio, quòd nullus est vel assensus vel dissensus, sed animus pendet, nullatenùs licèt alteri se copulare, cùm illic esse neque ant bona fides, & agat cõtra dubiũ. Et quod dictum est de morte absentis coniugis, id quoq; est intelligẽdum cum post matrimonium ratũ nõ cõsummatum fertur, religionẽ esse ꝓfessum, videlicet, quòd q̃ndiu est dubiũ an sit ꝓfessus annõ, neutiq̃; licet sic dubitãti ad. 2. nuptias conuolare. Quòd si aliquis vel aliqua sic dubitans verisimiliter de morte prioris coniugis, de facto transierit ad. 2. nuptias, determinat Pontifex in. c. cit. quòd ei cui nupsit, debitum non deneget postulanti, sed nullatenus exigat.

De impedimento disparitatis cultus.

¶ LIII DIFFICVLTAS.

Vtrùm inter infideles legitimum possit matrimonium contrahi.

VT melius difficultatẽ hãc explicemus, ãnotãdũ est, quòd matrimoniũ est quid naturale, q̃; uis nõ sit naturale tãq̃; quid causatũ exprincipijs naturę ex quadã necessitate, sicut sunt alia naturalia, quæ à naturę principijs producuntur, tamen est naturale, quia natura inclinat, ad coniũctionẽ maris & fœminę, licèt perficiatur per voluntatẽ: & hinc est, quod Arist. 8. Ethi. c. 12. ait, hominem esse naturaliter magis animal coniugale quàm politicum. *Noiabi.* *Aristo.*

¶ Hoc fundamẽto sic iacto, duabus cõc. difficultatitespõdetur, prior sit. Contractus matrimonialis viri certi ad certã fœminã sicut reperitur verus & legitimus inter fideles, sic & inter infideles, q̃tenus matrimonium est naturæ contractus, & cõcupiscentiæ remediũ. Hæc conclusio ꝓter hoc quòd est Hugo. lib. 2. de sacramentis. p. 11. c. 13. probatur manifesta ratione, quia notũ est infideles, propter infidelitatem naturalia non amisisse, inter illos ergo est verum matrimonium. Item cõpertum est, matrimonium ante omnem infidelitatem institutum fuisse in paradiso terrestri, quando dominus dedit Adę adiutorium simile sibi, quòd cum non inueniretur inter omnia animalia, misso sopore in Adam, formauit ex costa eius Euam, vt constat ex scriptura sacra in principio Geneseos. Institutum enim fuit matrimonium ãte omne peccatum in officium naturæ ad multiplicationẽ & conseruationem generis humani, dum dixit Deus, Crescite & multiplicamini, id quod insinuauit Adam, cùm dixit, Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea: propter hanc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suę, & erunt duo in carne vna. Quo fit, vt dato non *1. Concl* *Hugo.*

fuisset peccatum, sed primi parētes perseuerarent in statu illo fœlicis simo innocentiæ, & omnes eorū filij, verū nihilominùs esset matrimonium, ac indissolubile, quia procreatio & educatio prolis quæ est finis matrimonij, sine perpetuitate fieri nequit commodè. At verò post peccatum fuit matrimonium institutum in remedium concupiscentię, vt suprà dictum est nempe, vt homo ipsam posset explere cum propria vxore absq; peccato: quod quidem declarans Apostolus, inquit. Vnusquisq; propriā vxorē habeat propter fornicationē. Item, quia inter infideles reperitur vera matrimonij ratio, quę est maris & fœminę legitima cōiunctio indiuiduæ vitæ consuetudinem retinens, cùm nō omnis fœmina omni viro coniūgatur, sed abstinet ab aliquibus gradibus. Nō enim est aliqua gens tam barbara, vbi pater cum filia, aut mater cum filio cōtrahat. Est etiā indiuidua vitæ consuetudo, nam licèt contingat apud infideles, quòd post legitimum matrimonium diuertant, & cōtrahant cum alijs dimissis legitimis coniugibus, at tamen illud non tanquàm licitum fuit illis permissum per libellum repudij, sed vt impunè fieret. Tandē probatur ex Paulo dicente, Si quis frater vxorem habet infidelem, & hęc consentit habitare cum illo, nō dimittat illam. Notum enim est Paulum locutum fuisse de illis, qui cōiuncti sunt, quando vterquè erat infidelis: supponebat enim, quòd antequàm conuerterentur, erant verè coniugati, ac proinde verum matrimonium. Ex quibus iam colligitur, non esse dubitandum, quin apud infideles huius noui orbis tempore suæ infidelitatis fuerit verum matrimonium, vbi coniungebantur secundùm mores suos vir & fœmina ad prolis procreationē, & operum cōmunicationē. De modis verò singulis ac particularibus quibus iungebantur tum primates tum etiam infimi homines in reliqua plebe, non est nobis animus hīc tractare, cùm tot tanquàm diuersi essent: sat enim erit vnicuiquè scire quòd si contrahebant iuxta consuetudinem apud illos obseruatam, quòd erat verum matrimonium.

2. concl. ¶ Posterior conclusio. Etsi, vt dictum est in priori conclusione, apud infideles reperitur verum matrimonium, non tamen hoc matrimonium censendum est sacramentum esse. Probatur, quia baptismus est ianua omnium sacramentorum, & ideo ante ipsum nuptię non sunt sacramētum, alioquin etiam reperiri posset sacramentum ordinis ante sacramenti baptismi susceptionem, cuius contrarium diffinitum est in capitu. Veniēs. de presbyt. non bapti. Dicitur nanquè illic, oportere infidelem ordinatum, qui scilicet baptizatus non est, vt baptizetur, & iterum ordinetur. Est etiam conclusio expræssa sententia. D. Tho. in 4. dist. 31. quæst. 1. ar. 2. Cuius ratio est, quia non videtur

D. Tho.

tur credibile,quòd Christus instituerit sacramentum apud gẽtes,quibus nunquàm suum effectum,videlicet gratiam conferret. Et si alicubi appellatur sacramẽtum,vt in.c. Gaudemus.de diuort. vbi dicitur,quòd sacramẽtum coniugij apud fideles & infideles existit,intelligendus est locus iste & similes de sacramento largè sumpto, scilicet in quantum est signum rei sacrę, quanuis gratiam non conferat, vt erant sacramenta veteris legis. Et hoc pacto matrimonium etiam in lege naturæ erat sacramentum: id est misterium & signum significãs vnionem Christi,& Ecclesiæ futuram. Vel dicendum,quòd matrimonium antequàm esset sacramentum, quànuis esset perfectum perfectione naturali,vt per quod proles gigni poterat & educari, non tamen erat omnino perfectum perfectione supranaturali, quæ consistit in gratia Dei,quia non consequebantur gratiam virtute matrimonij,quod contrahebant,licèt illam possent tunc obtinere per conuersionem in Deum. Vnde perfectio matrimonij in lege naturæ erat materialis respectu perfectionis euangelicę,quæ veluti suprema forma ei cõplementũ adhibet. Hæc in sententia D. Tho. in.4.di.39.q 1.ar.2. D. Tho.

¶ LIIII. DIFFICVLTAS.

Vtrùm fidelibus liceat cum infidelibus inire coniugia?

AD hanc difficultatem quatuor conclusionibus respondetur,& earum prima sit affirmatiua:nempe,quòd contrahere fidelis cùm infideli & peccatum est graue sacri legij,quo scilicet sacra religio commaculatur,& matrimonium est prorsus nullum,& sic cultus disparitas est impedimentum impediens matrimonium contrahendum & dirimẽs contractum,itaquè fidelis non potest contrahere cum Iudęa,sarracęna,gentili vel pagana,& si de facto contrahat,nullum est matrimoniũ. Hæc conclusio est concors Theologorum sententia in. 4. dist. 39. Et ratione probatur, quia cùm principalior finis matrimonij sit nõ solũ generatio [quàm vtiquè cultus disparitas non impedit] verùm & liberorum educatio in ordine ad Dei cultum,& educatio fiat communiter inter patrem & matrem,fit,vt si vnus sit fidelis & alter infidelis, nõ possit fieri huiusmodi educatio,quia vterquè parentum conaretur prolem ad suam religionem pertrahere,ergo non potest inter fidelem & infidelem esse conueniens matrimonium. Et eadem ratione & huiusmodi cultus disparitas secundo matrimonij fini, qui est tranquilla cohabitatio in eadem domo,aduersaretur,nam inter quos est diuersitas cultus,scilicet religionis, sacrificiorum & cæremoniarum pax & amor,minimè constare poterit. 1. Concl.

2. conclu ¶ Sed vtrũm hæc prohibitio matrimonij inter fidelem & infidelem sit de iure naturali an diuino, an de solo iure põtificio sancita? Cui dubio hac secunda conclusione respondetur. Non est prohibitum matrimonium inter fidelem & infidelem iure naturali nec diuino. Hæc conclusio quo ad primam partem manifestè probatur, nam legimus Ioseph Hæbrẽum cum Assene Ægiptia, & Moysem cũ Sephora, & Hæster cum Assuero contraxisse, & tamen alter istorum erat fidelis, alter autem infidelis. Item Deuter. cap. 21. Dixit dominus filijs Isra-
Deut. 21 ël, quòd si egressus quis esset ad pugnam, & vidisset mulierem pulchram in medio captiuorum, & adamasset eam, & ad illam intrasset, dormisserquè cum ea, quòd esset sibi vxor: fateri ergo opùs est, non esse matrimonium iure naturæ prohibitum inter dispares cultu, quia aliàs non eis Dominus hoc concederet. Tandem probatur, nam stando in solo iure naturali, vt contrahi possit matrimonium, non amplius requiritur quàm quòd personæ sint habiles ac idoneę: compertum est autem fidelem & infidelem habiles esse ad matrimonium contrahendum, ergo non est negandum posse inter eos consistere matrimonium in solo iure naturali stando. Quo ad secundam verò partem: nempe, quòd non sit iure diuino prohibitum matrimonium fidelis cum infideli, & in primis quòd non in veteri lege, probatur, quia licèt in lege Mosayca Deus populo Israëlitico matrimonia cum gentibus terrę promissæ interdixit, scilicet cũ Hetheis & Geregezeis & Amorreis & Chananeis & Pherezæis & Euæis & Iebusæis septem genti-
Deut. 7. bus, vt cautum est Deut. 7. Et ratio erat, ne illorum idololatria & corruptis moribus contaminarentur, & sic non poterant cum illis coniugia sociare, nisi conuerterẽtur ad Iudaismum: attamen non erat inhibitum matrimonium cum omnibus infidelibus, cùm multi ex Iudeis contraxerunt cum alienigenis, vt dictum est. Nec in lege euangelica reperitur talis prohibitio. Imò euidens argumentum sumitur in cõtrarium ex lege ipsa euangelica, quia per hoc quòd alter conuertere tur ad fidem, matrimonium dirimeretur, si in euangelio esset talis prohibitio. Quare Paulus non potuisset consulere, quòd si infidelis velit sine cõtumelia saluatoris cum fideli manere, eũ fidelis nõ desereret.

Notabi. ¶ Annotare tamẽ oportet circa hãc cõcl. quòd q̃uis nec iure naturali nec diuino sit prohibitũ matrimoniũ inter fidelẽ & ifidelẽ, nihilominùs tñ secluso iure pontificio, stãdo in mero iure naturali & diuino cõtrahere fidelis cũ ifideli esset gñe suo mortale, nisi aliq̃ vrgẽs vel expediẽs causa culpã excusaret. Aliud nanq̃; est loqui de impedimẽto ne tale matrimonium fiat, aliud verò de impedimento illud dirimente, vt egregiè ait Dñicus à Soto in. 4. d. 39. q. vnica. artic. 2. luxta dicta est

intelligendus D. Augustinus: quando dicit de adulterinis coniugijs, quòd contrahere fidelis cum infideli est contra præceptum noui & veteris testamẽti: vult enim dicere, quod peccat contrahens cum fideli: non tamen quòd stando in solo iure naturali & diuino tam veteris q̃; noui testamenti matrimonium sit irritum & inualidum. Soto. D. aug.

¶ Tertia conclusio. Iure merè positiuo Ecclesiastico nunc est prohibitum matrimonium inter dispares cultu. Hęc conclusio est determinata in concilio Calcedonen. c. 14. & in conc. Arela. 1. c. 11. Dicitur nanq̃; illic, quòd puellæ fideles quæ gentibus iunguntur, à cõmunione separentur: & in conc. Libertino. c. 15 &. 16. & in conc. Toletano. 4. c. 61. & habetur. 28. q. 1. c. Non oportet. Tenet insuper istam sententiam omnium Theologorum schola in prędallegata dist. 39. & consuetudo Ecclesię vniuersalis à traditione Apostolorũ obseruata. Ea enim quę pertinent ad ius naturæ, sunt determinabilia per ius positiuum, vt dicit D. Thom. in distinctione citata. Ex hac conclusione manifestè elicitur primò, quòd quanuis fidelis cum cathecumena anteq̃; sacramentũ suscipiat, contrahere tentet, non obstante quòd illa credatur in gratia & amicitia Dei existere, nihilominùs matrimonium est nullum: & si postea ipsa baptizetur, & post baptismum susceptum volunt simul manere, debent de nouo in matrimonium cõsentire, cùm priùs matrimonium contractum ante baptismũ nullũ fuerit. Quòd si ille non vult illã post baptismũ accipere, in coniugem non est cõpellendus, nec ipsa si tunc ipsum nõ vult recipere, quia matrimonia liberrima esse debẽt. Quo fit, vt si alteri nupsisset, alter illorum priusquàm de nouo consentiret, firmum ac legitimum esset matrimonium, quod verum est, etiã si eam carnaliter cognouerit post baptismum, dũmodò non nouo sed antiquo consensu coierint. Ratio est quia baptismus, vt in proprio loco diximus, est ianua omniũ sacramẽtorũ. Vnde nõ est audienda glos sa sup. c. Veniẽs. de præsby. non baptiza. vbi ait, quòd baptismus flaminis sat est vt possit quispiã sacramẽtũ Eucharistiæ suscipe añ baptismũ fluminis. Si verò post baptismũ de nono clã vel palã cõsenserũt, & alter eorũ postmodùm ad secũda vota cõuolauerit, cogẽdus est redire ad cõiugẽ quã reliquit. Secũdò sequitur ex cõcl. hac. 3. summũ Pontificẽ posse dispẽsare, vt fidelis cũ infideli contrahat ex rationabili causa, imò quanuis absq̃; vlla causa dispensaret vt contraherent, matrimonium teneret, non tamen fas esset dispensare absq̃; vrgentissima causa. Tertiò infertur ex hac. 3. conclu. quòd possunt infideles q̃ntuncunq̃; dispares cultu ac religione contrahere inter se matrimonium, nisi suis legibus prohibitũ fuerit. Huius corollarij ratio euidens est, quia cùm infideles sint extra Ecclesiã, nõ arctãtur legibus humanis Ecclesiasticis. 3. concl. Con. cal Con. arc D. Tho.

Dixerim, Nisi aliter suis legibus fuerit cautum. quia probabiliter possumus dicere, quòd rex infidelis in sua republica potest leges condere, si ei visum fuerit expedire, ad commodam illius gubernationem, quòd infideles eius subditi non contrahant cum gentibus alterius ritus, & quòd si de facto contrahant, sint irrita talia matrimonia, & legẽ sic latam omnes illius subditi obseruare tenentur. Et idem est intelligendum de catechumenis, nam quantùm ad hoc eadem militat ratio de omnibus non baptizatis.

4. conc. ¶ Quarta conclusio. Quanuis in concilio Tolletano. 4. & Agatensi sit prohibitum fideli matrimonium contrahere cum hæretico, attamen si fidelis attẽtet contrahere cum illo, non erit irritum matrimoniũ sed validum. Conclusio ista est omniũ Theologorum sententia in præallegata dist. 39. nec requiritur ad eius probationem aliud testimonium, quàm quòd nullum est ius positiuum nec vlla consuetudo irritans factum. Posito enim quòd quis sit baptizatus siue sit hæreticus siue apostata, matrimonium erit validum, quandoquidem hæreticus & apostata licèt à fide discesserint, characterem tamen christianismi [qui indelebilis est] semper retinẽt. Verùm est tamen quòd fœmina hæreticonubens, dotem amittit, vt patet in ca. Decreuit. de hæreti. in. 6.

5. concl. ¶ Quinta conclusio. Licèt alter coniugum incidat in hæresim, nõ ideo ille qui remanet fidelis, potest transire ad alias nuptias, quanuis in hoc casu maior videatur cõtumelia saluatoris, quàm quando infidelis non vult cohabitare cum conuerso ad fidem sine blasphemia diuini nominis, sed tenetur continere. Ratio istius conclusionis est, quia matrimonium fidelium ratum est & firmum, in nulloq; casu superueniente dissolui potest quoad vinculum, quoniam quos Deus coniunxit homo separare non valet. At verò potest tunc & debet diuortium fieri quoad thorum, præcipuè si periculum subuersionis catholico immineat, quod vtiq; semper imminere censendũ est: quod percipi non potest in vno actu vel duobus, & sic non propter vnum actum aut duos faciendum est diuortium, vt dicit D. Thom. dist. 35. ar. 1. in solutione. 3. Sed oportet quòd persistat post admonitionem in hæresi.

D. Tho.

Dubium. ¶ Sed vtrùm si hæreticus resipiscens ad obedientiam Ecclesiæ redeat, illeq; reconcilietur, catholicus reconciliatam in suam domum tenetur suscipere? Ad hoc dubium sub distinctione respondetur: nempe, quòd si fuit ille vel illa coniux ante Ecclesiæ sententiam priuatim emẽdata, tenetur catholicus pœnitentem, si verè pœnitens est, illam sibi reconciliare. Si verò fuit per Ecclesiæ sententiam condemnata, & à coniuge separata, & Ecclesiæ reconciliata, tunc maritus catholicus potest si vult, vxore inuita religionem approbatam ingredi & profiteri, & similiter

militer mulier, si maritus fuerit hæreticus, vt patet in cap. Mulier. de conuer. coniuga. Si verò non vult religiosus fieri, compellitur pœnitentem coniugem in commertium coniugale suscipere, vt patet cap. De illa. &. c. Quanto. de diuort. Intelligitur dummodò illa reconciliata, sit adeò pœnitens, vt absq; periculo possit coniux catholicus manere cum illa, aliàs non compelleretur commorari cum illa. Nec solùm potest catholicus fieri religiosus, verum etiam credendum est, quòd inuita vxore quę fuerat hęrerica, posset sacros ordines suscipere, licèt hoc non sit expressum in iure, quia sicut in religione est votum solenne castitatis, ita sacris ordinibus est annexum votum. Coniugi verò reconciliato nõ datur huiusmodi facultas, vt inuito catholico possit intrare religionem, imò nec sufficit licentia catholici, nisi catholicus ipse etiam ingrediatur religionem.

¶ Est dubium paruum vltimatè in hac difficultate, vtrùm filij debeãt sequi parentem conuersum ad fidem, vel infidelem in sua perfidia persistentem; & similiter catholicum parentem, an in hęresim lapsum? Cui dubio sub distinctione respondetur: videlicet, quòd si filius est doli capax, atq; pollet vsu rationis, non est cogendus ad fidem. Quare si ue pater siue mater conuertatur suo arbitrio filius relinquendus est, & solis rationibus & monitis adducendus. Si verò non est doli capax, debet sequi conditionem fœliciorem. Quocirca, si pater conuertatur, illi adiudicandus est, vt patet in ca. Ex literis. de conuersio. infideli. & si mater, eandem etiam sequi debet, vt patet in ca. Iudæi. licèt enim seruitus sequatur ventrem: tamen religio sequitur fidem. *Dubium.*

¶ LV. DIFFICVLTAS.

Vtrùm coniux ad fidem conuersus possit cum coniuge eandem fidem renuente commanere.

QVæstioni præsenti per aliquot conclusiones respõdetur, & earum prima sit. Matrimonium inter infideles legitimè contractum, per conuersionem ad fidem catholicã, siue amborum simul coniugum, siue vnius tantùm, non necessariò dirimitur. Hæc conclusio est expræssa sententia D. Augustini contra Pollentium, de adulterinis coniugi. qui contrarium asserebat. & est eiusdem Augustini in sermone Domini in monte, & Diui Thom. in. 4. dist. 39. & habetur determinata in cap. Gaudemus. extrà de diuort. Inquit nanq; illic Innocentius, Per sacramentum Baptismi non soluuntur coniugia, sed crimina diluuntur. Probatur insuper ratione, nam cùm fides non destruat naturam, sed potiùs *1. concl.* *D. aug.* *D. Tho.*

per

perficiat,& matrimonium inter infideles iure naturæ consistat, fit, vt non eo ipso quòd alter ad fidem conuertitur,dissoluatur matrimonium quo ad vinculum,& propter eandem rationem cõcluditur, quòd si ambo ad fidem cõuertãtur,matrimonium antiquum sine nouo cõsensu firmum permaneat. Et pari ratione,si antequàm conuersus ad fidem ad alias nuptias conuolet,alius qui relictus fuit in infidelitate, ad cor rediens conuertatur, matrimonium antiquum est custodiendum.

¶ Si verò vnus duntaxat fidem susciat,altero remanente in infidelitate:tunc aut ille qui remanet in infidelitate,est obstinatus,& est periculum maximum commanere simul, aut est spes conuersionis illius, & non est adeò iniquus,quin velit absquè iniuria fidei & contumelia Christi cùm coniuge fideli commorari:si primo modo,est secunda cõclusio. Si infidelis est pertinax adeò,vt sine contumelia saluatoris non vult cohabitare,fidelis quo ad thorum non solùm tenetur nunc,verũ & apostolorum tempore tenebatur discedere ab illo infideli coniuge,quanuis per hoc non dirimatur matrimonium quo ad vinculum. Hæc conclusio habetur in Concil. 4. Tolletano. capi. 61. Vbi dicitur,
Con. tol. quòd Iudæi qui christianas mulieres in coniugio habent, admoneantur ab Episcopo ciuitatis illius,vt si cùm eis permanere cupiunt,Christiani efficiantur. Quòd si admoniti noluerint cõuerti ,separentur.

3. concl. ¶ Tertia conclusio. Si est spes conuersionis,& vult infidelis absquè iniuria fidei & contumelia creatoris commorari cum coniuge fideli, fidelis non tenetur, nec tempore Apostolorum tenebatur manere cum illo,sed tunc erat ei liberum vel abijcere coniugem quo ad thorum,vel retinere. Cùm enim in primitiua Ecclesia facilè Iudæi conuertebantur,coniugi conuerso ad fidem permittebatur commorari cum coniuge infideli,sed tamen ad id non tenebatur, vt liquidò constat ex verbis Apostoli. 1. Corin. 7. dicentis,Nam cæteris ego dico non Dominus, Si quis frater vxorem habet infidelem, & hæc consentit habitare cum illo,non dimittat illam :& si qua mulier fidelis habet virum infidelem &c. Sanctificatus est enim,inquit, vir infidelis per mulierem fidelem, & sanctificata est mulier infidelis per virum fidelem. Vbi in verbo illo,Dico ego non dominus .insinuat Apostolus, non esse præceptum Domini manere cum infideli ,sed consilium ipsiusmet Pauli:quemadmodum de virginitate dicit , De virginibus autem præceptum Domini non habeo, consilium autem do. &c. non ergo commanere tenetur conuersus ad fidem cum infideli. Item hoc idem apertissimè probat idem Apostolus ,cùm ait, Non enim seruituti subiectus est frater aut soror in huiusmodi,

idest,

ideſt, ſiue infidelis diſcedat, ſiue manere velit, non eſt ei ſubiectus fidelis, ſed poſsit ſi libuerit eum relinquere, nec cogitur cum illo manere, niſi ille catholicam fidem optauerit, & ideo Apoſtolus non iubet ne diſcedat: quia etiam tunc ius habet diſcedendi, ſed conſulit, vt non diſcedat, itaquè ſi verba Pauli conſideremus, fidelis coniux commorari poteſt cum infideli, licèt non teneatur, eò quòd ille qui ad baptiſmum accedit, regeneratur in Chriſto, & priori vitæ moritur, & ideo liberatur ab obligatione, qua vxori tenebatur reddere debitum, & ei cohabitare. Sed hoc conſilium Pauli duntaxat duraſſe per aliquod tempus in primitiua Eccleſia, eò quòd paſsim conuertebantur ad fidem & Iudæi & gentiles, & ideo tunc vir fidelis poterat habere probabilem ſpem de vxoris conuerſione, etiam ſi conuerſionem non promitteret: poſtmodùm autem tempore procedente, Iudæi fuerunt magis obſtinati quàm gentiles, ſicut tempore martyrum & Conſtantini imperatoris, & tunc non erat tutum cum vxore infideli Iudæa habitare, quia non erat ſpes de eius conuerſione ſicut de conuerſione gentilis, & ideo tunc fidelis conuerſus poterat habitare cum gentili, & non cum Iudea, niſi conuerſionem promittere. Poſteà verò de curſu temporis, quia tam gentiles quàm Iudæi obſtinati ſunt, & ideo niſi vxor infidelis vel vir conuerti velit, non permittetur ei cohabitare: ſiue ſit gentilis, ſiue Iudæa. Hęc ad literam Di. Thom. diſtinct. 39. Succeſsione enim ſæculorum introductus eſt iſte vſus in Eccleſia, quem ponit Diu. Thom. ſcilicet, vt nemo infidelium cuiuſcunquè ſectæ fuerint, fideli coniugi commorari permittatur. Potuit enim optimè Eccleſia pro temporum varietate, & diuerſa hominum conditione conſilium illud Pauli interpretari, aut mutare, cùm non ſit Domini præceptum, ſed ipſius Apoſtoli tanquàm paſtoris Eccleſię cõſilium, vt dictum eſt. Hinc elicitur corollariè non licere modò fideli coniugi cum infideli habitare, etiam ſi aliqua exiſteret ſpes conuerſionis illius, vt ſi diceret, quòd modò non vult conuerti, tamen quòd forſan de curſu temporis conuerteretur. Cuius ratio eſt euidens, quia lex non reſpicit ea quæ rarò accidunt, ſed quæ plurimum contingunt: ſeruandus igitur eſt modus præſcriptus ab Eccleſia. Eſt enim admonendus & requirendus, quòd ſi in mora fuerit differendo conuerſionem, non eſt amplius expectandus, ſed fieri debet diuortium. Verum eſt tamen, quòd cùm Indis huius noui orbis, & cum nigris, quòd ſummus Pontifex poſsit concedere, vt modus iſte non ſeruaretur, ſed quòd poſſet conuerſus manere cum infideli: quia facilè conuertuntur, imò & cum gentilibus aliarum prouintiarum, vbicunquè conuerſiones crebriùs fiunt,

D. Tho.

vt

Soto. vt egregiè docet Dominicus à Soto in. 4. dist. 39. q. vnica ar. 3. Imò Episcopus, inquit, posset inducias illas prolongare, dummodò fœlix euentus speraretur, & infidelis velit cohabitare pacificè sine iniuria saluatoris, & sine hoc quòd fidelem coniugem solicitet ad peccatum.

¶LVI. DIFFICVLTAS.

Vtrùm fidelis ab vxore infideli discedens possit aliam ducere,

PRo præsentis difficultatis elucidatione præmittere oportet tria fundamenta. Primum, quòd per solam susceptionẽ baptismi, matrimonium non statim dirimitur, 1. Cor. 7 quandoquidem Apostolus. 1. Corinth. 7. consulit, quòd maneat cum coniuge infideli.

¶ Secundum est, quòd cùm dicitur, Si non vult cohabitare sine contumelia creatoris, non intelligitur impræsentiarum per contumeliam, quòd seruat ritum suum ac morem colendi Deos suos, sed per contumeliam saluatoris intelligitur, si Christum blaphemet, aut inpsius fidem conuitia iactet, aut si fidelem coniugem ad suam sectam conetur ptrahere, aut alia morũ corruptela inficere, tunc si admonitus desistere noluerit, fidelis non est seruituti subiectus, & debet eius consortium propellere.

¶ Tertium fundamentum est, qnòd pertrahere ad peccatum non intelligitur hîc solùm, quando infidelis motione violenta compellit fidelem ad mortale, eo modo quo homo ad peccatum dicitur cogi, quia non est propriè coactio, sed quando suggestione & persuasione conatur eum ad mortale pertrahere, & hoc sufficit ad hoc quòd teneatur fidelis eius consortium euitare, vt si diceret vxor manens infidelis viro ad fidem conuerso, Non ero tua vxor, nisi mihi de latrocinio diuitias congreges, aut nisi solita latrocinia, quibus nostram domum pascebas, etiam Christianus exerceas. Casus est expressus in cap. vxor. 28. quæsti 1.

¶ His iactis fundamentis, ad quæstionẽ decem conclusionibus respõ
2. concl. detur, & earum prima sit. Si infidelis vult sine contumelia creatoris cohabitare cum fideli, potest fidelis diuortium quòad thorum facere: transire tamen ad alias nuptias non poterit illo vel illa viuente. Hæc conclusio constat ex eo quòd adhuc durat matrimonium, cùm persanctum baptisma non soluantur coniugia, sed crimina dimittantur, vt habetur in cap. Gaudemus. Ratio est, quia tunc non est necessarium
2. conclu infidelem abijcere, sed liberè eam potest retinere.

¶ Est secunda conclusio. Si infidelis renuit conuerti, & nec habitare vult

vult cum fideli, vel si vult habitare, non tamen sine contumelia salua toris: scilicet, sine iniuria fidei, itaquè vel est in fidem iniurius, vel in Christum blasphemus, vel in coniugem scandalosus, quia illum conatur peruertere: poterit fidelis conuolare ad alias nuptias. Conclusio ista habetur expressè in c. Quanto. & cap. Gaudemus. extrà de diuort. & est omnium Theologorum sententia. Est etiam Di. August. in. li. de fide & operibus, cuius verba habẽtur. 28. q. 2. c. Infidelis. Est etiam Ambro. super priorem epistolam ad cor. cap. 7. Ratio huius secundę conclusionis est, quia cùm necessarium ei sit ab illa separari, non debet citra suam culpam in cælibatu absquè vxore viuere. D. Augu Ambrosi.

¶ Est tamen hîc attentè considerandum, quòd conclusiones istę intelliguntur, quando licitum erat fideli cum infideli coniuge consentiente manere, imò erat consilium cõmanere, sed iam modò, vt dictum est, si infidelis admonitus non vult conuerti: tenetur fidelis ab illo dimoueri, atquè adeò potest ad alias nuptias transire.

¶ Sunt etiam intelligendæ siue maritus priùs conuertatur quàm vxor siue e diuerso, quia par ius est de vtroquè coniuge.

¶ Nec obstãt ea quæ aduersus hanc secundam conclusionem obiiciuntur, vt est illud Matthæi. 19. Quos Deus coniunxit, homo non separet. & illud, Quicunquè dimiserit vxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur: & qui dimissam duxerit, mœchatur. Vbi nullam exceptionem Dominum facere, videtur, ob quàm vxorẽ dimittere liceat, nisi fornicationis: non ergo ex hoc quòd non vult habitare infidelis sine contumelia saluatoris, licet illum dimittere. Item quia illic solùm facit facultatem dimittendi quo ad thorum & non quo ad vinculum, non ergo licet fideli transire ad secunda vota. Non, inquàm, obstant ista, quia licèt matrimonium infidelium sit natura legitimum nec per legem naturę dissolubile, non tamen est sacramentũ nec tam perfectum & ratum, quin iure diuino ratione fidei catholicę, quæ fortius est vinculum, dirimatur: & ita Deus & non homo illud matrimonium dissoluit. Sicut enim Deus voluit quòd matrimonium ratum christianorum dirimeretur per professionẽ religionis approbatę, ita tãquàm author fidei per professionem ipsius fidei quam facit alter coniux, si alter eam detractauerit, matrimonium dirimit, quod homo dirimere nequiuerat. Quòd si quis roget, vnde habemus quòd dominus in hoc dispensauerit, vt posteà quàm non vult conuerti infidelis, possit fidelis ad secunda vota conuolare? Ei respõdebitur, quòd extraditione Ecclesiæ & eius doctorum interpretatione, qui spiritu sancto inspirati loquti sunt, vt ait. D. Petrus in sua secunda canonica. cap. 1. atquè hoc flamine sancto suffusi, sacra interpretantur D. Petr.

oracu

oracula, vt illud Apostoli, Non enim seruituti subiectus est frater. & c interp tantur, ideſt, neq; conuersus subiectus est vxori infideli, neq; cõ uersa infideli marito, & per hoc quod dicit, quòd non sunt subiecti, in telligit eos esse à priori matrimonio solutos Itẽ, quia durissimũ existi maretur præceptum illud, quod neophitos à suis vxoribus necessa- riò abigeret, si non eis permitteretur inire alia coniugia.

Dubium. ¶ Sed dubium statim se offert non contemnendũ, vtrùm matrimoniũ dirimatur, cùm primũ infidelis renuit sine contumelia creatoris habi tare cum fideli, an quando fidelis aliud matrimoniũ contrahit? Pro hoc dubio, omissa sententia Ricar. ar. 2. q. 2. & Scoti ar. 1. dubio. 2. &

Ricar. Glossæ sup. c. Si infidelis. 28. q. 2. asserentium, matrimoniũ dirimi sta- tim cùm renuit. &c. Omissa, inq;, hac opinione licèt probabili, sit. 3. cõ

3. concl. clu. in hac difficultate multo probabilior, quam ponit D. Tho. in. 4. d.

D. Tho. 39. q. vnica. ar. 5. in solutione. 1. quòd matrimonium quod post in fide Christi contrahitur, soluit matrimonium, quod priùs in infidelitate cõ tractũ erat. Itaq; docet nunq; matrimoniũ dissolui quantuncunq; infide lis habitare cum fideli recuset, quousq; fidelis aliud matrimonium cõ trahat. Quare si nunq; fidelis contrahat, nunq; ãtiquum dirimetur. Cõ tumelia nanq; infidelis neutiq; soluit vinculum, sed ius petẽdi debitũ, itaq; anteq; infidelis conuertatur, non potest petere debitum, neq; fide lis ei petenti tenetur reddere, nec habitare cum illo. Et solùm per con tumeliam tribuitur fideli ius cõmigrandi ad aliud matrimonium, per quod dissoluitur prius. Et ratio euidens ad probandam hanc nostram conclusionem tertiam, sumitur ex Innocẽtio. c. Gaudemus. de diuor. Quia quãtunuis mulier illa in sua perfidia persistat, si tamẽ postea resi pisca & conuertatur, antequàm fidelis maritus aliam ducat, cogetur eam recipere & manere cum illa tanquàm cum vera vxore.

4. conclu ¶ Sit quarta conclusio. Si mulier illa infidelis fuerit fornicata, vt po tè quia viro baptizato, nolens ipsa conuerti alteriviro nupsit, vel habu it rem cum alio, & sic cõmisit adulterium, posteà conuersa ad fidem, in optione viri fidelis erit eam sibi reconciliare, vel non. Ratio huius cõ clusionis est, quia cùm ei occasionem fornicandi non exhibuerit, pro pter hoc quòd ea inuita effectus est Christianus, quia operam reli citæ dedit ad baptismum conuolando, fit, vt non sit cogendus ad hoc vt eam sibi reconciliet. Imò etiam si clàm fuerit baptizatus nihil dicẽdo mulieri, si fuerit fornicata, non cogetur eam postmodùm baptizatam recipere, etiam si velet cum eo habitare sine contumelia creatoris: ni hilominùs tamen aliam ducere nõ poterit, nec ipsa alteri nubere. An notato tamen, quòd esset inducendus tunc vir prædicationibus, vt eã velet sibi reconciliare, & vt hanc iniuriam illi remitteret, ostendendo

ei quòd

ei quòd quando adulterauit, erat infidelis, quod nunc facta fidelis non faciet. Signanter dixi, Si fuerit fornicata. quia etiam si infidelis nubat aleri, fideli manente in viduitate, fornicatur: & non dissoluitur matrimonium, quia à Paulo in persona Christi loquente non cõceditur dissolutio in fauorem infidelis, sed fidelis. Postquàm verò fidelis contraxit, solutum est vinculum matrimonij ex vtraq; parte, quia matrimonium non claudicat quantùm ad vinculum, sed quandoq; claudicat q; tùm ad effectum. Vnde in pœnam vxoris infidelis ei indicitur, quòd non possit cum alio contrahere magis quàm virtute matrimonij præcedentis: sed si posteà conuertatur, potest ei concedi dispensatiuè, vt alteri nubat, si vir eius aliam duxit, & si postquàm fidelis duxit aliam, manens in infidelitate, ad alias transierit nuptias, crediderim, quòd matrimonium tenebit, culpam tamen mortalem committit contrahẽdo, eò quòd ius ipsum diuinum suscipiendi baptismum, quod vniuersos mortales obligat, eo temporis articulo, quo alter conjugum orthodoxam fidem profitetur ratione peculiari matrimonij, quo altero fideli est deuinctus, tenetur eum in eadem religione christiana sequi, & ideo si non conuertitur, & peccat in Deum, & in matrimonium, & iure diuino & naturali interdicitur ei aliud matrimonium.

¶ Quinta coclusio. Si is qui conuertitur ad fidem, plures habet vxores, & eas simul & semel accepit dicendo, Accipio vos in vxores. tũc nulla earum est eius vxor. Vnde ad fidem conuersus nullam requirere tenetur per se nec per alterum, an velit conuerti, sed poterit aliquã illarum ad fidem conuersam, vel quancumq; aliam fidelem maluerit, in conjugem accipere, si verò plures vxores iuxta illorum morem accepit successiuè, nescit tamen nec recordatur quę illarum fuit prima: per bullã Pauli tercij poterit ille fidelis, accipe vnã ex illis quã maluerit factam fidelem nouo consensu per verba de præsenti, & antequàm conuertatur, tenetur eam requirere, an velit conuerti, an non, quòd si dicat quòd non, interrogetur si vult cohabitare cum eo sine iniuria saluatoris, & si dicat quòd non, poterit liberè transire ad secunda vota. Si autem scit quam illarum priùs duxerat, illam similiter requirere tenetur, quòd si conuertatur, eam ducere tenetur cæteris dimissis, vt habetur in cap. Gaudemus. extrà de diuort. Si autem ista prima fuerit mortua antequàm ipse conuerteretur, & aliquam illarum tunc duxerat nouo consensu, scilicet secundam vel tertiam. & c. illam tenetur requirere ordine prædicto. Si verò mortua prima, nullã aliarum duxit, posteà conuersus ad fidem nullam requirere tenetur, sed potest liberè ad secunda vota transire, quia nulla illarum præter primam fuit eius vxor. 5. concl.

¶ Sed

Dubium. ¶ Sed nunquid si sit in partibus remotis, vbi requiri non potest infidelis, an velit conuerti, vtrùm tunc poterit conuersus ad fidem alteram ducere? Pro hoc dubio sit sexta conclusio in hac difficultate. Difficul-

6. Conc. tas, imò & impossibilitas requirendi vxorem infidelem, an conuerti velit, vel habitare sine contumelia saluatoris, vt putà quia ipse iuit vel nuntium misit ad locum vbi eam dimiserat, ad inquirendum à suis vicinis, & eam non inuenit, non est causa efficiens, vt coniux conuersus possit cum alia contrahere. Hæc conclusio habetur in cap. In præsentia. extrà de sponsi. vbi dicitur, quòd quantuncunq; nesciuerit vxor vbi vir eius sit, & magna diligentia adhibita eum inquisierit, non potest cum alio contrahere, donec certum nuntium recipiat de morte viri. Et idem dicendum est, de requisitione an velit conuerti, vel habitare sine contumelia saluatoris: vtrobiq; enim censeo eandem requiri certitudinem. Quod enim operatur mors per se, operantur illa tria: nempe, nolli conuerti, vel nolli cohabitare sine contumelia saluatoris, ac sine hoc quòd solicitet ad peccatum.

7. concl. ¶ Septima conclusio. Fragilitatem carnis, iuuenilem ætatem, ac continendi difficultatem non esse causam sufficientem, vt conuersus ad fidem possit ad secunda vota contrahere non requisita eius vxore infideli, modo præfato, fatendum est. Conclusio hæc habetur in prælegato ca. In præsentia.

8. concl. ¶ Octaua conclusio. Vnus duntaxat nuntius certus, quòd mulier infidelis non vult cõuerti nec cohabitare viro conuerso sine creatoris iniuria aut sine solicitudine ad peccatum mortale, sufficit, vt Ecclesia possit permittere conuersum ad secunda vota conuolare. Hæc conclusio habetur in dicto ca. In præsentia. oportet tamen in nuntio cõsiderare qualitatem personæ, & an deponat per verba verisimilia. Requiritur nanq; certus nuntius de obstinatione infidelis coniugis, sicut de morte illius, vt Ecclesia talis sic conuerso ad secunda vota facultatem contrahendi concedat.

9. concl. ¶ Nona conclusio. Quẽadmodum si vxor credat verisimiliter seu ex probabili causa virum esse mortuum: nempe, quia erat in parte lõginqua, si diu abfuit, & in acie fuit, nec redijt, si literas eorum cum quibus militauit, recipit de morte illius, si cum alio contraxit, excusatur ab adulterio propter ignorantiam facti, & filij si quos susceperit, iudicabũtur legitimi, etiam si vir eius viuat, vt habetur. 34. q 1. c. Cùm per belicam. Tunc nanq; nec peccat reddendo nec etiã petendo, quamuis Ecclesia requirat certum nuntium ad conferendam licentiam contrahẽdi, quia in Ecclesia maior grauitas & authoritas requiritur q̃; in muliere, ita tenet Siluester verbo Matrimonium. §. 13. ita eodẽ modo q̃. uis con

conuersus ad fidem quando habet firmam credulitatem ex rationabi
li causa, quòd eius vir non vult conuerti nec cohabitare sine saluato
ris contumelia, poterat ante sacrũ Trid. conci. & nũc etiã cum alia con
trahere, attamen Ecclesia non conferebat tunc licentiam, sicut nec ho
die confert ad contrahendum cum alia, donec certum nuntium testifi
cantem prædicta adduxisset. Nec sufficit quòd testis dicat se ab alijs
audisse, sed necessum est quòd dicat, se ex ore ipsius viri infidelis au-
disse.

¶ Decima cõclusio. Sicut quandiu mulier aliqua scit vel dubitat eius 10. concl
virum viuere, non potest alteri nubere, vt tenet Glossa in cap. Cùm p
bellicam. ita si dubitat an vir eius relictus in infidelitate sit obstinatus
secundùm illa tria prædicta non poterit alterum ducere.

De *impedimento vxoricidij.*

¶ LVII DIFFICVLTAS.

Vtrùm vxoricidium sit in aliquo euentu licitum.

QVæstioni præsenti tribus conclusionibus respondetur, 1. Concl.
& earum prima sit. Authoritate priuata non licet viro
vxorem quantumuis inflagrãti adulterio deprehen
sam occidere. Hæc conclusio habetur in. ca. Interfecto
res. & cap. Quicunq;. 33. q. 2. & cap. Inter hęc. & est. Di. D. Aug.
Augusti li. 1. de adulte. comug. c. 15. & D. Tho. in. 4. dist. 37. q. 2. ar. D. Tho.
1. Et probatur tribus rationibus. Prima, quia nemini licet priuata au
thoritate vindicare se, nisi vim vi cùm moderamine in culpate tutelę
repellere. Inquit nanq; Paulus ad Roma. 12. Non vos defendentes, Rma. 12.
id est, vindicantes charissimi: nam mihi vindictam, & ego retribuam.
Secunda ratio est, quia minister iustitię debet non habere animũ tur
batum: & tamen cõmuniter habent illum turbatum deprehendentes
vxores in adulterio. Tertia, quia iniquum esset ac contrarium iuri na-
turæ, vt contra inauditam partẽ sententia ferreretur: sed quicunquè
quantumuis pernitiosus priusquàm cõdemnetur, audiendus est, vt
habetur actuum. 25. non ergo licet priuata authoritate occidere vxo
rem deprehensam in adulterio. Ex quibus colligitur, maritum occi-
dentem vxorem adulteram sic inflagranti delicto deprehensam, pec
care mortaliter, quia contra præceptum de non occidendo agit vt. c.
Admonere. 33. q. 2. ait Stephanus Papa.

¶ Secunda conclusio. Leges permittuntvt maritus impunè occidere 2. concl.
possit vxorem inflagranti adulterio deprehensam. Conclusio ista ha
betur. ff. de adulte. l. Marito. & l. Gracchus. C. ad legẽ Iuliam de adul

cc te

te. Quinimò olim post trinam monitionem vtiquè poterat maritus occidere impunè siue captã in adulterio siue extrà, modò tamen non potest, nisi deprehendatur in ipso actu adulterij, vt habetur in. L. Taurina. 82. Quo fit, vt si extra illum turpitudinis articulum eam occîdat, quamuis posteà legitimè probet eam fuisse adulterã, non eximitur à pœna iuris in homicidas decreta. Ratio autem quare legislatores marito hanc indulgentiam decreuerunt, fuit eximius animi dolor, quem zelotypia suscitat, & quem tunc ferre difficillimum est.

3. *concl.* ¶ Tertia conclusio. Posteaquàm legitimis testimonijs fuerit adultera conuicta & damnata, licitum est marito authoritate publica ciuili eam occidere, cùm traditur in eius potestatem, vt eam occîdat. Ista conclusio intelligenda est, si intentio sit recta, id est, ad bonum commune, vel tristitię obseruationem, & non admisceatur in huiusmodi occisione odium seu appetitus vindictæ.

Notabil. ¶ Annotato tamen hîc, quòd leges quas de adultera condunt Christiani, non eundem rigorem habent, quem habebant antiquę, quę ap-

Leui. 20 *Deut.* 22 ponuntur Leuiti. ca. 20. & Deutero. ca. 22. non enim leges ciuiles nostræ adulteram necessaria morte condemnant, vt fures & homicidas, sed arbtrio mariti supplicium illius committunt: traditur enim in manus mariti, vt quod libuerit de illa decernat, & sic traditur ei tanquàm iustitiæ ministro, non quidem necessariò vt carnifici, sed spontaneo: quod quidem consultò factum est, vt scilicet ad misericordiam commoueatur maritus, & cruentum ipsum facinus eius animum deterreat, ne proprias scilicet manus sanguine intingat, vileq; officium atq; infame exerceat. Hæc enim omnia possunt feruentem bilem hominis stupore illo mitigare.

¶ LVII. DIFFICVLTAS.

Vtrùm vxoricidium impediat matrimonium contrahendum & dirimat contractum.

1. *concl.* DIfficultati huic per aliquot conclusiones respõdetur. Prima. Si vxoricidium fiat publica authoritate, nullum impedimentum matrimonij censendum est. Probatur, nã sacri canones hoc impedimentum ob solum peccatum decernunt, cùm igitur illic nullum committatur, fit, vt nullum inde contrahatur impedimentum.

2. *concl.* ¶ Secunda conclusio. Si vxoris homicidium fiat authoritate priuata, non causa & affectu conciliandi alterius matrimonium, sed propter odium, aut propter fornicationem, aut propter aliam quancunq; occa-

sio

casionem aut causam, tunc tale vxoricidium impedit matrimonium contrahendum, sed non dirimit contractum. Conclusio ista est definita in cap. Interfectores. & cap. Admonere. 33. q. 2. quare licèt vir vxorem inflagranti adulterio deprehensam occîdat, consurgit huiusmodi impedimentũ, eò quòd culpę labe commaculatur. Dicit tamen Soto, quòd huiusmodi impedimentum est per Episcopum dispensabile. *Soto.* Ratio huius impedimenti est, quia qui vnam vxorem tam atroci affecit iniuria, meritò indignus est cui alia commitatur.

¶ Tertia conclusio. Si ambo adulteri in mortem coniugis machinentur, homicidium sine præcedenti adulterio sufficit ad dirimendum posteà matrimonium. Conclusio hęc est casus expræssus in ca. Laudabilem. de conuer. infideli. vbi dicitur, quòd quidam Sarraceni sugestione quarundam Christianarum viros earum occiderunt, & posteà cõuersi per easdem Christianas ad fidem, volebant eas ducere, quibus tamen Cęlestinus. 3. p̃cepit, ne ducerent, aut si duxissent, separarentur. *3. concl.* Hinc infert Siluester cum alijs, quòd si tantùm vxores machinatæ fuissent in mortem suorum virorum, aut tantùm viri sine earum consilio, non esset impedimentum, quia adulterium non præcesserat, secus si p̃cessisset, itaq́; si tantùm vir sine cõsilio fœminę interficeret maritũ illius, aut si tantùm vxor machinata fuisset in mortem mariti, non oritur huiusmodi impedimentum. *Siluester* Requiritur secundò vt impedimentum istud oriatur, quòd ex tali machinatione sequatur in effectu mors: prædicti enim canones de morte loquuntur. Ricardus autem in. 4. distinct. 37. & Siluester verbo, Matrimonium. 8. quæstio. 9. addunt, quòd requiritur vt machinatio in mortem sit illo fine vestita, sci licet contrahendi matrimonium. Quare si adulter maritum adulteræ in bello interfecerit aut alia causa, non impeditur, quin possit posteà eam ducere. Caietanus verò in summa verbo, Matrimonium. impedimento. 5. hanc exceptionem non approbat, quia canones illam non faciunt. Cùm enim hoc impedimẽtum expectet ad ius positiuum, & iura non inueniantur apponere dictam conditionem aclimitationem, non est cur sit apponenda. Vnde, siue fiat cum tali intentione siue non, interuenientibus alijs conditionibus, impedit secundùm mentem Caietani. Dominicus autem à Soto Caietani sententiam intelligit secundùm præsumptionem Ecclesiæ, secundùm quam quomodocunq́; sequeretur homicidium impediretur matrimonium: quia censeretur illo fine factũ. Siluestri verò sententiam intelligit in conscientia: videlicet, quòd si homicidium fieret non illo fine, & esset occultum nequè in iudiciũ delatũ, nõ ipediret matrimoniũ in cõsciẽtia. ¶ Quarta cõc. *4. concl.* Qñ alter cõiugũ adulteratur, & p se vel p aliũ occîdit alterũ coniugẽ,

tunc inter coniugem remanentem & personam cum qua commisit adulterium, non potest esse matrimonium. Hæc conclusio habetur extrà de eo qui duxit in matrimonium, quàm poluit per adulterium. capit. Super hoc. &. 31. quæst. prima. capitu. Si quis viuente. & ratio est, quia si adulteri non interdicerentur contrahere inter se, daretur occasio adulteris suos interficiendi coniuges, vt se inuicem copularent.

5. conc. ¶ Quinta conclusio. Quando vxor Petri dicit Antonio, quòd post mortem Petri sui mariti accipiet eum in virum, & dat ei fidem, permittitq; se carnaliter cognosci ab Antonio, siue precedat siue sequatur adulterium promissio, nunquàm inter hos adulteros potest esse matrimonium mortuo Petro, imò etiam si interiùs dissentiat, incurrit hoc impedimentum, quia Ecclesia quæ impedimentum posuit, iudicat talem promissionem veram esse, non curans de interiori consensu, quia non iudicat de occultis. Hæc conclusio habetur extrà de eo qui duxit in matrimonium quã polluit per adult. ca. Si quis vxore. &. 32. q. 1. c. Relatum. ex quo sequitur, quòd si solùm sit fides de matrimonio, & non interueniat adulterium, nullum tale oritur impedimentum, vt habetur in cap. Si quis.

6. concl. ¶ Sexta conclusio. Quando quis viuente propria vxore adulterium committit solùm sine fide vel promissione de matrimonio contrahendo cum adultera, post mortem propriæ vxoris potest ducere illam.

7. conclu ¶ Septima conclusio. Quando aliqui duo non solùm adulterium cõmiserunt, sed de facto coniuges se fecerunt, stante altero illorum ligato in priori matrimonio, siue adulterium precedat siue sequatur talem contractum secundi matrimonij, inter istos sic adulteros non potest vnquàm esse cõiugium. Assertio hæc habetur in cap. Significauit. extrà de eo qui duxit in matrimonium. quam pollu. per adult. & capi. Ex literarum tenore. & cap. Si quis. oportet tamen intelligere conclusionem istam cum granosalis, hoc est, si persona soluta sciebat esse cõiugatam personam illam cum qua contraxit matrimonium, & commisit adulterium. Sciebat, inquàm, aut tunc quando contraxit, aut si tunc nesciebat, & posteà sciuit: nihilominùs postquàm sciuit, commisit adulterium illud, scilicet cum illa persona coniugata, cum qua ignoranter contraxerat, si verò nesciuit illum cum quo adulterauit esse vxoratum nisi post mortem vxoris propriæ, potest si vult contrahere cum illo, quoniam huiusmodi mulier non commisit formaliter adulterium, quia putabat illum esse suum verum maritum. Requiritur igitur vt hæc conclusio sit vera, primò, quòd vel sibi dent fidem, vel de facto contrahant per verba de præsenti. Secundò, quòd interueniat adulterium. Tertiò, quòd vterquè sciat saltem probabiliter,

vt

vt paret in capit. Inquisitioni. de sent. excomm. Vnde rursus sequitur, quòd si Petrus mortua prima vxore vera, contrahat de nouo cum tertia, non obstante contractu facto per verba de præsenti cum secunda adultera, stabit nihilominùs matrimonium cum illa tertia, etiam si postmortem primæ habuerit copulam cum illa secunda adultera.

¶ Tertia conclusio. Si aliquis infidelis habens legitimam vxorem contrahat de facto per verba de præsenti vel de futuro cum aliqua fideli, & habeat accessum ad illam, si propria vxor mortua est antequàm ipse vir baptizetur, ex parte viri nullum est impedimentum, quin possit illam ducere: quia cùm esset infidelis, nullo modo incurrit tale impedimentum criminis. Si verò post baptismum adhuc viuente legitima vxore habeat adulteram: tunc erit impedimentum, & non poterit post mortem primæ eam ducere: quia iam est subditus legibus Ecclesiæ. *concl.*

De vitijs impedientibus matrimonium contrahendum.

¶ LVIII. DIFFICVLTAS.

Vtrùm sint aliqua vitia quæ matrimonium contrahendum impediant, contractum vero non dirimant.

AD hanc difficultatem hac vnica conclusione respondetur, quòd sex sunt crimina quæ matrimonium contrahẽdum impediunt, non tamen contractum dirimunt, scilicet Incestus, Raptus alienæ sponsæ, Vxoricidium, Baptizatio proprij filij vt virab vxore separetur, Interfectio presbyteri, & matrimonium sacrilegum cùm monali. Inter hæc autem crimina duo sunt, videlicèt Incestus, & Vxoricidiũ, quæ vno modo considerata, duntaxat impediunt matrimonium contrahendum, sed altero modo dirimunt etiam contractum, de quibus vtroquè modo dictum est: de alijs verò criminibus dicendum est nunc, & primò de raptore alienę sponsæ dicitur, qnòd non potest absquè dispensatione contrahere cum ipsa nec cum alia, vt habetur in concilio Tolletano capit. Statutum est. 27. q. 2. vbi dicitur, quòd sine spe coniugij maneat. Et ratio est, quia expedit, vt qui alienum matrimonium perturbare ausus est, iure proprij contrahendi priuetur, vt in eo puniatur, in quo deliquit. Si verò non fuerit raptor alienę sponsæ, sed alterius mulieris innuptæ, decerint sancta synodus Tridẽtina sessione. 24. c. 6 inter raptorem & raptam, quandiu ipsa in potestate raptoris manserit, nullum posse consistere matrimonium. Quòd si rapta à raptore *Con. vni.* *Con. tri.*

Con. tri ✻

ſeparata, in loco tuto & libero conſtituta, illum in virum habere con ſenſerit, eam raptor in vxorem habeat: & nihilominùs raptor ipſe, ac omnes illi, conſilium, auxilium & fauorem præbentes, ſint ipſo iure excommunicati, ac perpetuò infames, omniumquè dignitatum incapaces: & ſi clerici fuerint, de proprio gradu decidant. Teneatur præterea raptor mulierem raptam, ſiue eam in vxorem duxerit, ſiue non duxerit, decenter arbitrio iudicis dotare.

¶ De eo qui proprium filium baptizauit, vt affinitatem cum propria vxore contraheret, dicitur, quòd perdit ius exigendi debitum, & non poteſt mortua propria vxore abſquè diſpenſatione aliam ducere, vt habetur. 30. quæſt. 1. cap. De eo. Intelligitur autem ſi conſultò obiſtū finem filiam quis de proprio fonte leuauit. Signanter dixi, Si hoc faceret. vt affinitatem cum propria vxore contraheret, nam ſi non vt matrimonio inſidiaretur etiam ſcienter proprium filium baptizaret: licèt perderet ius exigendi debitum, poſſet tamē prima vxore mortua, abſquè diſpenſatione aliam ducere.

¶ De interfectore verò preſbyteri dicitur, quòd etiam impeditur ne contrahere poſsit, vt habetur in concilio Maguntinen. cap. Qui preſbyterum. de pœniten. & remiſsio.

¶ Quòd autem qui cum moniali matrimonium contraxit, etiam impediatur ne matrimonium poſsit contrahere, habetur in concilio Triburienſi. c. Hi ergo. & cap. Si quis. 25. q. 1.

¶ His additur & ſeptimum impedimentum impediens & non dirimens, ſolennis pœnitentia. De quo impedimento habetur in ca. De his. & c. Antiqui. 33 q. 2. Sed iam non eſt ampliùs in vſum, quod confeſſores illas pœnitentias ſolennes iniungat.

Notabil.

¶ Annotare hîc oportet, quòd in his impedimentis, quæ non dirimẽt matrimonium contractum, Epiſcopus poteſt diſpenſare, vt habetur in cap. Si duo. 35. quęſtio. 2. & Caietanus id affirmat in ſumma verbo, Matrimonium. quin verò addit, quòd ſi contemptus deſit, contrahere cum iſtis impedimentis abſquè diſpenſatione, vbi non eſt conſuetum illam petere, non eſt iudicandum mortale. Et re vera vbi non eſt in hominum memoria, vt Epiſcopi diſpenſent circa hæc, videntur tacitè conſentire. Tutiùs tamen erit per tertiam perſonam diſpenſationem poſtulare ab Epiſcopo. Nec ſolùm poſt factum intelligendum eſt poſſe Epiſcopum diſpenſare in his impedimentis, verùm etiam ante factum, vt ſine peccato poſsit habens aliquorum iſtorum impedimentorum contrahere, quia huiuſmodi impedimenta non habent alibi unde robur, quàm ex iure poſitiuo: & non inueniuntur ſummo Pontifici reſeruata.

Caieta.

¶ Opor

¶ Oportet etiam hîc annotare ad paccandas conſcientias cum Dominico à Soto in. 4. diſt. 27. q. vnica, quòd vbi etiam conſuetudo per ſeueret petendi diſpenſationem, quanquàm eſſet peccatum mortale abſque illa contrahere, tamen poſtquàm contractum fuerit nulla opus eſt diſpẽſatione: tũ quia matrimonium ſolidũ eſt, tũ etiã quia nullũ horum impedimentorum præcedentium matrimonio aut ſolutionẽ aut exactionem debiti coniugalis impedit. *Soto.*

¶ De alijs verò impedimentis impedientibus ſed non dirimentibus: nempe, de voto ſimplici caſtitatis, de catechiſmo, & ſponſalitio, in ſuis proprijs locis dictum eſt. Et idem eſt de interdicto Eccleſiæ, videlicet, quòd ſi Epiſcopus alicui ex rationabili cauſa contrahere inhibeat, vt putà donec euidenter cõſtet, ſi eſt aliquod impedimentum inter eos, & exiſtenti tali prohibitione contrahant, peccant mortaliter, quia non parent mandato Eccleſiæ: non tamen matrimonium eſt inualidum.

¶ LIX. DIFFICVLTAS

Vtrùm tempus feriarum impediat matrimonium contrahendum.

PRÆSENTI DIFFICVLTATI TRIBVS cõcluſionibus reſpondetur, quarũ prima ſit. Secundùm ius antiquum tribus temporibus anni erant interdictæ *nuptiæ* ſolenniter celebrari: nempe, ab aduentu Domini vſquè ad Epiphaniam, propter communionem quæ fieri ſolebat in natiuitate, itaque ſecundum opinionem Ioan. Andre. poſt primum diem Epiphaniæ poterãt fieri: ſecundùm verò Hoſtien. & Paludanum vſquè ad octauam Epiphaniæ excluſiuè non poterant celebrari, & hæc opinio inquit Syluester verbo, Matrimonium. 7. §. 2 ſeruanda erat, vbi hoc erat in conſuetudine, quia in contrahendo matrimonio ſeruanda eſt conſuetudo honeſta, vt habetur de conſangui. & affini. c. Quod dilectio. vbi verò conſuetudo habebat, quòd poſt octauam Epiphaniæ ſolenniter celebrarentur nuptiæ & non anteà, ita obſeruandum erat. *Ioan. an. Hoſti. palud Syluester*

¶ Secundum tempus in quo erant interdictæ nuptiæ, eſt, à ſeptuageſima vſquè ad octauam Paſchæ incluſiuè, & de illis duobus temporibus habetur. 33. quæſti. 4. capit. Non oportet. & tribus capitibus ſequentibus.

¶ Tertium tempus in quo erant etiam interdictæ nuptiæ, eſt, à triduo ante aſcenſionem Domini vſq; ad octauas Pentecoſtes excluſiuè:

ita quòd ipsa dominica, quę est octaua Pentecostes exclusiuè, in qua festum sanctissimæ trinitatis celebratur, poterant nuptiæ solēniter ce
Archi. fl. palud. Ray. Silueſter lebrari, ita tenet Archiepiscopus Floren. & Petrus à Palude & Ray. & Siluester vbi suprà, & est textus apertus in cą. Capellanus. extrà de ferijs. *In* octaua tamen paschæ non possent celebrari, quia textus dicit, Post octauas paschę. quod non dicit de alio tempore, sed dicit, vsquè post septimum diem festi Pentecostes, [quod caret octauis] nuptiæ suspendantur. Signanter dixi, Secundùm ius antiquum. nam hodie de
Con. tri. terminat sacrum cōciliū Tridentinū tempora in quibus tantùm prohi bentur nuptiæ celebrari sub his verbis, Ab aduentu Domini nostri Ie su Christi vsq; *in* diem Epiphaniæ, & à feria quarta cinerū vsq; in octa uam paschat *is* inclusiuè, antiquas solennium nuptiarum prohibitiones diligenter ab omnibus obseruari sancta synodus precipit: in alijs verò temporibus nuptias solenniter celebrari permittit: quas Episcopi, vt ea qua decet modestia & honestate fiant, curabunt. Sancta enim res est matrimonium, & sanctè tractandum.

Notabi. ¶ Animaduertere hîc oportet, me signāter in conclusione dixisse, Solenniter. scilicet, cum benedictione nuptiali, atq; alijs solennitatibus commesationum & conuiuiorum, quia sine huiusmodi non prohibē tur hisce temporibus fieri sponsalia, nec banna nec matrimoniū quod per verba de præsenti in manu Sacerdotis seruata forma præfati con cilij contrahitur. Ex nulla enim lege naturali aut scripta præfixum est tempus alicui *in* quo promittere alteri nō possit quod suum est, si vo luerit. Pręterea, quia extrà de ferijs in. c. præalle. Capellanus. dicitur, quòd secluſa solennitate ac contemptu potest matrimonium omni tē
Silueſter pore contrahi absq; peccato, & hanc sententiam tenent Siluester vbi suprà, & Caie. *in* verbo, Nuptiæ.

Caietan. ¶ Sed dubitatur consequenter, vtrùm sit mortale temporibus prædi
Dubium. ctis matrimonium solenniter contrahere? Pro hoc sit secunda conclu sio in hac difficultate, quòd reputatur peccatum mortale violare hoc
Caietan. Ecclesiæ statutū. Conclusio ista est Caietani vbi suprà, cuius ratio est, quia cùm publicè hęc fiant & cum scandalo, non videtur, huiusmo di transgressio posse scienter fieri absquè contemptu. Quo fit, vt vbi non esset scandalum & contemptus, non esset quis condemnandus ad mortale. Quod quidem contingeret, quando non interuenirent huiusmodi solennitates & apparatus, & cum licentia Episcopi contra hęrent, quam non nisi ex rationabili & legitima causa concedere de bet. Et ob id attēdens Pius. 4. Pōtifex Maximus, quòd apud istos neo phitos omnino cessant tales solennitates & strepitus, cùm mos gentis istius non sit nuptias suas festis, alijsvè prophanis spectaculis celebra

re

re, & penuriam ſacerdotum, qui temporibus oportunis benedictiones nuptiales eis miniſtrare poſsint, ad petitionem Chriſtianiſsimi Regis noſtri Philippi conceſsit, vt præfati neophiti deinceps ad annos viginti quinq, à datis in quocunq; anni tempore prædictas benedictiones nuptiales recipere valeant, citra tamen publicum feſtiuæ lætitiæ ſtrepitum: vt latiùs per idem diploma in fine huius operis appoſitum patet:

¶ Tertia concluſio. Tempore interdicto ab Eccleſia ſponſam traducere in domum etiam ſine ſolennitate conuiuij peccatum eſt, non tamen arbitror eſſe mortale. Concluſionem iſtã tenet expreſſè D. Thomas. in. 4. diſtin. 32. vbi ait, quòd etiam ceſſante conuiuio ex ipſa nouitate traductionis, animus circa carnalia ac voluptuoſa occupatur. Eãdem tenet Panor. & ſumma Roſela, & eſt textus expreſſus. 33 q. 4. c. Nec vxorem ducere. vbi non ſolennitas ſolùm prohibetur, verùm etiam traductio. 3. concl. D. Tho. Panor. Roſela.

¶ Quarta concluſio. Hiſce temporibus matrimonium conſummare ſecluſo ſcandalo & contemptu non videtur eſſe mortale. Hæc cõcluſio probatur, nam cùm ſint veri coniuges, per legitimum vtriuſq; cõſenſum habent poteſtatem corporum adinuicem, & poſſunt reddere & petere pro libito, ſicut quilibet de ſe poſſet vti re ſua, vbi & quãdo voluerit. Itẽ, quia nulla iniuria fit benedictionibus, cùm propter hoc non contemnantur, quia eas poſſe dari poſt conſummationem nemo eſt qui ambigat, nõ ergo videtur eſſe mortale, quanuis à venialitam ex parte petentis quàm reddentis non excuſentur, cùm prohibitum ſit. Ita tenet Caietanus in opuſcu. de matrimonio. 4. concl. Caieta.

¶ LX. DIFFICVLTAS.

Vtrùm conſummare matrimonium ante benedictiones & velationes ſit mortale.

PRÆSENTI QVÆSTIONI TRIBVS concluſionibus reſpondetur. Prima, Omnes fideles ſub præcepto teneri ad benedictiones nuptiales ſuſcipiendas in Eccleſia, minimè dubitare licet. Hæc concluſio habetur apud Cyriacum Papam in ſuo decreto cap. 4. & apud Euariſtum Papam. 30. quæſ. 5. c. Aliter, & apud Nicolaum Papam. cap. Noſtrates. Item, quia Eccleſia compellit fideles ad publicè contrahendum, ſi autem ſolùm eſſet conſilium, non compelleret.

¶ Secunda concluſio. Quanuis Eccleſiæ præceptum contemnere de-

2. concl.

be

benedictionibus in matrimonio adhibendis sit mortale, eas tamen ex negligentia omittere veniale tantùm videtur. Hæc conclusio quo ad primam partem constat ex determinatione concilij Cõstan. à duersus Wicleff vbi dicitur, Quicunquè christianus qui solennizationem matrimonij contemnit, peccat mortaliter. Quo ad secundam verò partẽ scilicet, quòd secluso contemptu tantùm sit veniale, est conclusio Caieta. vbi suprà & Siluest. verbo Debitum cõiugale. §. 9. Ratione quo què probatur, nam huiusmodi benedictiones, non sacramentum, sed sacramentalia quædam sunt, seruatis igitur essentialibus non erit
Conc. tr. ✻ mortale alia omittere, secluso contemptu: quod apertè insinuare videtur nunc sacro sancta ac generalis Tridentina synodus, quæin sessio. 24. capit. 1. de reformatione matrimonij, solùm hortatur, vt coniuges ante beendictionem sacerdotalem in templo suscipiendam, in eadem domo non cohabitent, & similiter paulo inferiùs solùm hortatur, vt anteq; contrahant, vel saltẽ tribus diebus ante matrimonij cõsummationem sua peccata diligenter confiteantur, & ad sanctissimũ Eucharistiæ sacramentum pieaccedant

Notab. 1 ¶ Sciendũ est, tamen hîc primò, quòd contẽnere cõtigit dupliciter, vno modo formaliter, altero autem modo, ita se habere ac si non esset lex prohibens, vt si quis ita se haberet circa excommunicationem, ac si non esset lex Ecclesię excommunicans, diceretur contemnere: si ergo quis sic se haberet in contrahendo matrimonio sine benedictionibus nuptialibus ac si non esset lex hoc prohibens, contemnere diceretur præceptum Ecclesiæ de benedictionibus adhibendis.

Notab. 2 ¶ Sciendum est secundò, generaliter in omni casu in quo non est mortale contrahere matrimonium sine benedictionibus nuptialibus, non erit mortale illud consummare sine illis. Quocirca in patria vbi esset consuetudo contrahendi per verba de præsenti coram omnibus sine huiusmodi benedictionibus sacerdotis, non esset mortale illud consummare

2. concl. ¶ Tertia conclusio. Infideles qui in sua infidelitate contraxerunt, si postea ad fidem Christi conuertantur, non tenentur suscipere benedictiones sub mortali nec sub veniali, si tamen recipiant, bene facient. Ratio huius conclusionis est, quia benedictiones istæ introductæ esse videntur tanquàm quædam ceremonialia & sacramentalia sacramentum matrimonij concommitantia. Non igitur obligantur ad has benedictiones, postquàm matrimonium contraxerunt in sua infidelitate, vel si ad hoc obligantur, simul etiam ad contrahendum de nouo obligantur. Si tamen post conuersionem contrahant, sunt benedicendi, si facultas adfuerit, quia iam subduntur legibus Christiano

norum.

¶ Annotare hîc oportet, quòd huiusmodi benedictiones non susci piendæ sunt à quibusuis Sacerdotibus, sed à proprio Parocho: ita nanquè cauetur in sacro sancta synodo Tridentina vbi suprà sub his verbis, Statuitquè benedictionem à proprio Parocho fieri: nequè à quoquàm, nisi ab ipso Parocho, vel ab ordinario licentiam ad prædictam benedictionem faciendam ali sacerdoti concedi posse: quacunquè consuetudine, etiam immemorabili, quæ potiùs corruptela dicenda est, vel priuilegio, non obstantibus. Et subiungit, quòd si quis Parochus, vel alius sacerdos, siue regularis, siue secularis sit, etiam si id sibi ex priuilegio, vel immemorabili consuetudine licere contendat, alterius Parochiæ sponsos sine illorum Parochiæ licentia matrimonio coniungere, aut benedicere ausus fuerit, ipso iure tandiu suspensus maneat, quandiu ab ordinario eius Parochi, qui matrimonio interesse debebat, seu à quo benedictio suscipienda erat, absoluatur. *Notabil.* *Con. tri.* ❋

¶LXI. DIFFICVLTAS.

Vtrùm secundæ nuptiæ sint licitæ.

DIFFICVLTATI HVIC DVABVS CONcluſionibus respondetur. Prima est affirmatiua: nempe, quòd licitæ sunt secundę nuptiæ, itaquè mortua prima vxore licitùm est contrahere cum secunda, & mortua secunda cum tertia, &c. Conclusio ista habetur in concilio Niceno. capit. 8. & ad Roma. capit. 7. vbi dicit Apostolus, Quæ sub viro est mulier, viuente viro alligata est legi: si aût mortuus fuerit vir eius, soluta est à lege viri, & 1. Corinthio. 7. ait, Mulier alligata est legi quanto tempore vir eius viuit: quòd si dormierit vir eius, liberata est: cui autem vult, nubat, tantùm in Domino. At verò nubere in domino idem est, quod nubere secundùm rationem & leges Domini, qui sacramentum instituit, licitè ergo fiunt secundæ nuptiæ secundùm Apostolum. Probatur insuper conclusio duabus rationibus. Prima, quia cùm vt ex Paulo colligitur, vinculum matrimoniale non duret nisi vsquè ad mortem, altero coniuge decedente cessat, ac dirumpitur. Secunda, quia contingere potest, vt primum matrimonium fuerit sterile, quare honestum est tunc aliud inire ad procreandos liberos. Imo etiam eis viduis quæ steriles sunt, commodum est & honestum, & non nunquàm consi *1. concl.* *Con. nice* *Roma. 7* *1. Cor. 7*

D. aug. consilium, ad secundas commigrare nuptias. De qua re egregiè agit Di. Augustl. de bono viduitatis, & lib. 2. contra aduersarium legis, & super priorem Epistolam ad Cor. capi. 7.

2. concl. ¶ Secunda conclusio. Secundę nuptię sunt verum sacramẽtum. Probatur, nam in illis quicquid est de essentia matrimonij, reperitur. Est enim in secundis vinculum perpetuum perinde atquè inprimis, cùm sit verum matrimonium.

¶ LXII. DIFFICVLTAS.

Vtrùm secundæ nuptiæ sint benedicendæ.

1. concl. QVæstioni præsenti tribus conclusionibus satisfacere possumus, & earũ prima sit. Quãdo vir & fœmina qui matrimonium contraxerunt, nunquàm receperunt benedictiones, si in infidelitate contraxerunt, licèt ad id non teneantur, bene tamen facient eas suscipiendo postq; ad fidem conuertuntur, vt dictũ est, si verò erant fideles quando contraxerunt, tenentur eas recipere, vt constat ex capit. 1. de secundis nuptijs.

2. concl. ¶ Secunda cõclusio. Si ambo in alijs nuptijs fuerint benedicti, amplius non benedicantur. Tunc nanq; tantũ audiant missam, & sacerdos eos benedicens licèt secundùm Hostiẽ. & communiter doctores, non sit ipso facto suspensus: esset tamen ab Episcopo suspẽdẽdus, & olim ab Episcopo mitri debebat ad sedem Apostolicam, vt ex cap. Capellanũ. de secundis nuptijs patet, ita ait Siluester in verbo. Nuptię §. 1.

Siluester Sed nunc iam absolui possunt sacerdotes qui scienter eos benedicũt, ab Episcopo secundùm quandam extrauagantem Ioan. 22. quam mãnuale hispalense adducit.

3. concl. ¶ Tertia conclusio. Si alter eorum siue sit vir siue fœmina, nunquàm fuit benedictus, vterquè coniugum benedicatur, vt habetur in prædicta extrauaganti, cui est fides adhibenda, & eam obseruat Ecclesia Hispalensis, cui conformamur in his Indiarum partibus. Imo iam prędicta extrauagans tanquàm generalis consuetudo videtur esse introducta in tota Dei Ecclesia.

¶ LXIII. DIFFICVLTAS.

Vtrùm matrimonio consummato liceat vtrique coniugum altero inuito ad religionem transire.

PRo præsenti difficultate supponendum est ex superioribus, quòd matrimonium est duplex, scilicet ratum dũtaxat: nempe per mutuũ consensum de præsenti cum forma concilij ex præ

præſſum ante carnale cõmertium,& conſummatum: ſcilicet poſtquã eadem acceſsit copulatio. Hoc ſuppoſito ſic præhabito ad difficultatem aliquibus concluſionibus reſpondetur, prima. Et ſi matrimoniũ ratum non conſummatum legitimum ſit matrimonium: attamen ante cõſummationem copulę alter cõiugum poteſt altero inuito ingredi religionem approbatam, vbi votum ſolenne emittitur per cuius ingreſſum dirimitur, taliter, vt poſt eius profeſsionem poſsit alter cõiux remanens in ſæculo alteri nubere. Hæc concluſio habetur in cap. Ex publico, &ca. Verum de conuerſio. cõiuga. &. 27. q. 2. ex Euſebio c. Deſponſatã. & in conci. Trid. ſeſ. 24. cano. 6. ſub his verbis, Si quis dixerit, matrimoniũ ratũ, non cõſummatũ, per ſolennẽ religionis profeſsionẽ alterius cõiugũ nõ dirimi, anathema ſit. Eſt quoque ſententia ex pręſſa omnium theologorum, in cuius confirmationem Magiſter ſententiarum adducit Hieronymũ ſcribentem, Macharium vt ſe transferret ad monachatum, reliquiſſe ſuam ſponſam, & Alexium ępiphanij filium, qui etiam reliquit ſponſam ſuam. Idem etiam de Ioanne Euangeliſta celebri hiſtoria refertur, vt eſt in pręfatione operum Ioãnis, ſiue Auguſtini, ſiue Hieronymi fuerit, nempe quòd virginem illũ Chriſtus de media nuptiarum ſolennitate ad Apoſtolatũ aſſumpſit. Probatur inſuper ex more & vſu Eccleſię vniuerſalis, quæ ita declarat & ſeruat, videlicet, quòd per ingreſſum religionis matrimonium ratum nondum conſammatum eſt diſſolubile. Nec hæc ſeparatio fit authoritate humana ſed diuina: licèt enim per matrimonium ratum iam ſint ſibi inuicem poteſtate traditi per expreſſum conſenſum voluntatis, iure tamen ipſo diuino & naturali ſubintelligitur conditio, niſi intereà alter ad ſtatum ſanctioris virę tranſierit: per carnalem verò copulam vſu ipſo & facto completur corporis traditio, per quam vterquè poſſeſsionem corporalem poteſtatis ſibi traditę ingreditur. *Conc. tr.*

¶ Circa iſtam concluſionem animaduertendum eſt, quòd licèt non deſint qui dicant fore abreuiandum tempus probationis, ſaltem ſi ingreſſus eſt coniux contra voluntatem alterius remanentis in ſæculo: tenenda tamen eſt tanquàm certior opinio Durandi, & Paludani, & Hoſtien. inſumma aſſerens, quòd etiam ſi coniux ingrediatur religionem altero inuito, non eſt compellendus renuntiare iuri ſuo, quo ſibi conceditur annus probationis, tum quia ſi in iure habetur quòd licèt ei habitum induere, etiam licebit ei vti priuilegijs iuris, quæ induentibus habitum conceduntur, tum etiam, quia annus probationis etiam in fauorem monaſterij eſt conceſſus: imò hodie iam nullo modo poteſt quis ante annum profiteri: recipitur namquè in ſancta Synodo Tridentina ſeſsio. 25. cap. 15. quòd in quacũq; religione tam virorũ quàm *Notabil.*

q; mulierum nõ fiat ꝓfessio añ. 16. annum expletum: & quòd nec qui
Con. tri. in minore tpe q; per annũ post susceptũ habitũ in ꝓbatiõe steterit, ad
✻ ꝓfessionẽ admittatur. Profesio aũt anteà facta sit nulla: nullamquè inducat obligationẽ ad alicuius regulæ vel religionis vel ordinis obseruationẽ, aut alios quoscunquè effectus.

2. concl. ¶ Secũda cõclusio. Quanuis, vt dictum est in. 1. cõclusione, possit cõiugatus ante copulã ad religionẽ transmeare, non inde subsequitur, quòd possit similiter sacris ordinibus citra religionẽ initiari inuita vxore, nec ad Episcopatũ ꝓmoueri, vt patet in. c. Vxoratus, de cõuer. cõiu. Caput enĩ illud ĩ quo cõiugato ꝓhibetur sacris ordinibus initiari, ĩtelligitur tã de matrimonio rato nõ cõsummato q; de cõsummato,
Duran. vt bñ ait Durã. in. 4. d. 27. q. 2. & Palu. q. 3. Et ratio huius cõclusio. est
Palud. euidẽs, quia nõ licet cõiugato altero cõiuge inuito statũ mutare: nisi qñ per talẽ mutationẽ matrimoniũ dirimitur, vt qui manet in sęculo possit aliud cõtrahere. Per susceptionẽ aũt ordinis sacri vel episcopatus, nõ dirimitur matrimoniũ, vt est exꝑssa determinatio Ioã. 22. in extrauagãti, Antiquæ concertationi. sub titulo de voto, quia illa non est mors spũalis: nec enim vouẽt paupertatẽ aut obediẽtiam eo modo, quo religiosi. Nec sufficit simplex cõsensus vxoris, vt habetur in. c. Ex parte. in. 1. de cõuersione cõiugatorũ, sed requiritur vt cõtinentiã ipsa etiam voueat, si sit sexagenaria, vt dictũ est in materia de ordine, difficultate. 14.

3. concl. ¶ Tertia cõclu. Post matrimonij cõsummationẽ nullus cõiugũ habet libertatẽ altero iuito religionẽ intrãdi. Hęc cõclu. habetur in canonibus ꝓ. 1. cõclu. citatis, & est secũdũ fidẽ orthodoxã tenẽda: habetur enĩ
Math. 19 Math. 19. Quos deus cõiũxit, homo nõ separet. itaq; quoscũq; Deus ꝓ
mortẽ eos disiungat, minimè separari possunt, & ĩfra ait Dñs, Quicunquè dimiserit vxorẽ suã, nisi ob fornicationẽ, & aliã duxerit, mœchatur. Itẽ. 1. Cor. 7. vir potestatẽ sui copis nõ habet sed mulier post con
1. Cor. 7 summationẽ, cùm aũt nullus rẽ alienã ꝓ votũ Deo dicare valeat, fit, vt neutiq; ad religionẽ cõiux cõuolare possit post matrimoniũ consummatum. Tandẽ ꝓbatur, quia per tale votũ solenne religionis ꝓli non parua irrogatur iniuria, siue ex tali cõsummatione copulæ sequatur siue secùs, quia quòd non sequatur, est per accidens, nam per se commertium illud eum finem habet.

Notab. ¶ Sciendum est hĩc. 1. quòd hæc cõclu. habet verũ etiam qñ matrimoDurand. nĩ est cõsummatũ ꝓ violẽtiã secundũ ꝓbabiliorẽ opinionẽ, quam tenet Durand. in. 4. di. 27. & Ricar. ibidẽ ar. 2. q. 4. ad. 2. Et ratio illorũ
Ricard est, quia cùm ex tali cõcubitu sit apta nata sequi ꝓles, & ambo requirãtur ad educationẽ illius, non modica iniuria irrogaretur proli, ex hoc

hoc quòd mulier oppressa ingrederetur religionē. Quocirca matrimonij ratione cōsummationis fit natura sua simpliciter indissolubile.

¶ Sicienduū est secūdò, quòd potest vnus cōiux altero inuito intrare religionē post matrimoniū cōsummatū, qñ alter cōmisit adulteriū, vt habetur. 27. q. 2. c. Agatosa. Similiter, qñ alter cōiugū incidit in hæresim & separatio per iudicis sentētiā fuit facta, potest qui remānsit in fide nolente cōiuge hęretico, ad religionē liberè cōuolare, vt habetur in cap. vltimo, de cōuer. coniuga. possunt etiam ambo ex mutuo consensu religionē profiteri si velint, nec est in illorū potestate postea revocare votū: oportet tamē quòd filios absq; subsantia q̄ substentētur nō relinquant. Tenetur enī pater ex iure naturę filijs prouidere, quousq; sint adulti atquè sibi ipsis p̄ se ipsos prouidere possint. Vnus verò solus de alterius cōsensu nō potest intrare religionē, nisi alter sit sexagenarius, quectusquè ætate, qui iam nō versetur in periculo incōtinētię, & tūc debet prius remanens in sęculo continentiam vouere. *Notab. 2*

¶ Sed est dubium. Vtrùm valeat summus Pontifex dispensare in matrimonio rato, non consummato, vt quis aliam accipiat? Partem negatiuam huius dubij tenent omnes Theologi, vno excepto Caietano. in. 4. distinct. 26. & Diuus Thom. in distinct. 33. quæst. 2. articulo secundo quæst. 1. ad tertiam. Paludanus in. 4. distinctio. 27. quæst. prima, articulo. 2. Panormit. in capitulo, Ex publico. de cōuer. coniugato. Quam sententiam probant hac ratione, quia matrimonium contractum est signum coniunctionis spiritualis inter Christum & Ecclesiam, quam quidem coniunctionē inseparabilem esse constat. Vnde inferunt matrimoniū ratū non consummatū omnino indirimibile esse oportere. Item quia statim ab ipsa eius institutione in Adam matrimonium per consensum legitimum ratum fuit iure diuino & naturali indissolubile, nisi Deo ipso dispensante. Id enim significant verba illa Adę, Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea: propter hanc relinquet homo patrem & matrem, & adherebit vxori suæ. quę quidem verba in statu innoscentię ante consummationem matrimonij prolata fuerunt: oppositam tamen sententiam tenent iurisconsulti in capitulo, Ex publico. de conuer. coniuga. & c. Quāto. extrà de diuort. vt est videre in Siluestro verbo, Diuort. q. 4. & ex Theologis tenet eam, vt diximus, Caieta. quolibet. 19. quæstionum. q. 13. sed latiùs in opuscu. 27. quæsti. 25. dicit enim illic, quòd ex causa rationabili potest summus Pontifex dispensare in matrimonio non cōsummato, quia non significat matrimonium vnionem Christi & Ecclesiæ, nisi post consummationē, & tunc remanet in dissolubile, anteà autem potest dirimi. Quod quidem probat Caietanus ex Diui Thomæ dictis *Dubium. D. Tho. Palud. Siluester Caietan.*

Dictis in. 4. dist. 27. q. 1. ar. q 2. vbi in responsione ad primum dicit, quòd quia matrimoniũ cõtractum tantũ non est perfectum, ideo non habet omnimodam indiuisibilitatem. Ex quibus videtur, quòd authoritate Papæ potest dissolui. Primam tamen opinionem theologorum tanquàm veriorem amplector: verum est tamen quòd cùm Ecclesia iam in hoc dispensauerit, vt patet de Martino. 5. & Eugenio. 4. quorum bullas se vidisse Archi. Flo. attestatur: si modo Papa dispensasset nullatenus ego auderem condemnare.

De diuortio quod fit fornicationis causa.

¶ LXIIII. DIFFICVLTAS.

Vtrùm propter fornicationem licitum sit viro vxorem dimittere.

PRiusquàm difficultati præsenti respondeamus, duo annotare oportet. Primum, quid importet nomen diuortij. Dicitur enim à diuertendo, hoc est à mentis diuersitate, quia qui matrimoniũ distrahũt, in diuersas ptes eũt, hoc est, quòd thoro & domo se separãt. l. 1. ff. Dediuor. ¶ Secundum est, quòd dimittere fornicariam vxorem ad abstergendam infamiam, ne vir particeps criminis videatur, vel ad turpitudinẽ vxoris corrigendam, vel ad prolis incertitudinem cauendam, nullum est peccatum, imo potest esse virtus. His sic prælibatis, ad quæstionem aliquibus conclusionibus non insufficienter respondetur, & earum prima sit. Quo ad thorum licet viro ob adulterium vxoris eam dimittere. Hæc conclusio euidens est, ex eo quòd omnia concilia & sancti ita exponunt textum euangelicum. Matthæ. 19. & Paulum. 1. Cor. 7. scilicet quòd quo ad thorum & cohabitationem possunt separari propter fornicationẽ. Probatur etiam conclusio quatuor rationibus, quarum prima sit. Quia vix aliquis reperiretur, qui posset continuè patiẽter ferre vxorem suam adulterantem. Vnde congruentissimè permittitur, vt eam dimittere possit quàntum ad cohabitationẽ. Secunda ratio est, quia fornicatio directæ repugnat fidei quam seruare tenentur coniuges inter se: nempe, vt nullus ad alienum thorum accedat. Dignum namquè est, vt frangenti fidem & frangatur ei, ideſt, quòd coniugi adulteranti alter comux nõ teneatur ei soluere debitum, sed thoro pellatur, ac subinde de domo, vt patet de iure iurando. c. Peruenit. Vnde hæc sententia non solùm humano iure, aut purè diuino, sed etiam naturali est fũdata. Tertia, quia ad charitatem expectare videtur, vt castus fornicantem, deseratne si eum retineret, ei patrocinium præberet ad fornicandum, vt ait Chrisost. Quarta & potissima ratio est, propter bonum prolis, quia fornicatio vxoris, prolis educationi, quæ finis

finis est matrimonij, planè aduersatur, quippe cùm partum incertum reddat, cuius pater ignoretur. His igitur de causis Augustſuper Deutero. 24. scripsit, quòd cùm multæ essent in lege causæ dimittendi vxores, Christus solam fornicationē excepit, cæteras molestias, iubet pro fide & castitate sustinere. D. Aug.

¶ Sed nunquid hæc conclusio habet verum in peccato nefando? Pro hoc [omissa opinione negatiua Inno. super. cap. Maritus. de adulter. & Glosse in. c. Omnes. 32. q. 7.] sit conclusio cōmunis tenenda, quòd huiusmodi crimen ad diuortium sufficit, tametsi propter pudorem non nominetur, itaquè vir cognoscendo vxorē extra vas naturale, est causa sufficiens diuortij quantū ad cohabitationē. Conclusio ista habetur in cap. Omnes accusationes. 32. q. 7. Vbi dicitur, quòd si vir polluat mulierem in vase indebito vel extra vas, potest vxor diuortium petere, quia per hoc iniuria fit vxori, quę filios vult habere, & illo modo non potest. Est etiam sententia D. Tho. in. 4. dist. 35. & Paludani & Siluestri, verbo, Diuortium. q 7. Probatur insuper duabus rationibus. Prima, quia matrimonium ad prolem generandam & in remedium cōcupiscentię institutum est, sed isti fines prorsus tolluntur quando mulier indebito modo cognoscitur, ergo & c. Secunda ratio est, quia vt dictum est, fornicatio causa est sufficiens ad dimittendam vxorem, & nomine fornicationis omnis illicitus concubitus atquè indebitus membrorum vsus comprehenditur, igitur peccatum nefandum sufficit ad diuortium faciendum. Et tandem, quòd sint plures causæ ob quas fieri possit separatio quoad thorum seu cohabitionem, expressè habetur in sancta Tridentina synodo, sessione. 24. Canone. 8. Cuius verba sūt quę sequūtur, Si quis dixerit, Ecclesiā errare, cùm ob multas causas separationem inter coniuges, quoad thorum, seu quoad cohabitationem, ad certum, incertum vè tempus fieri posse decernit, anathema sit. 3. concl. D. Tho. Palud. Siluester Conc. tr. ✻

¶ Quarta cōclusio. Septem casus excipiuntur, in quibus nec vir mulierem adulteram nec mulier virum adulterū dimittere potest. Primus est, si ipse vir similiter fornicatus fuerit, vt habetur in capit. Significasti. &. capi. Tua fraternitas. de diuort. Et fundatur casus iste in iure diuino & naturali: quia fundatur in illa naturali iuris regula, Paria delicta mutua compensatione dissoluuntur. Vnde ait Di. Augustſ. in. lib. de sermone Domini, nihil iniquius est, quàm causa fornicationis dimittere vxorem, si ipse conuincitur fornicari. 32. quæsti. 2. capi. Nihil. In quo alium iudicas, te ipsum condemnas, ait Paulus. ad Rom. 2. qui dicis nō mœchandum, mœcharis. 4. concl. D. Augu Roma. 2

¶ Etiam est notandum circa istum casum, quòd si anteà quàm de diuor Notabil

tio agatur, aut reconcilientur alter coniux fornicatus fuerit, priuatur iure petendi diuortium nihil refert vter coniugum priùs peccauerit, nam siue ipsa vxor siue vir priùs peccauerit, si vnus coniux potest alteri idem crimen obijcere, vt paria sint crimina, vterquè priuatur se iure petendi diuortium, nec refert quòd adulterium viri occultum fuerit, quando ipsa adulterata est: si modò mariti crimen ipsa probare possit. Quòd si adulterium mariti adeò est occultum, vt ipsa probare non possit, non propter hoc amittit ius, sed deficit ei probatio, & ideò peccat vir diuortium petens: & si post sententiam de diuortio vxor petat debitum aut reconciliationē, vir tenetur ad vtrumquè, vt ait Diuus Tho
D. Tho. mas in. 4. distinctione. 35. articulo. 6. ad. 5. Quòd si post talem reconciliationē & ipsa recidat, potest vir illam dimittere, ac si ipse non commisisset adulterium.

¶ Secundus casus est, si vir vxorem prostituit: & etiam fundatur in iure naturali, nam si ipse per lenocinium vxorem exposuit, in ipsum culpa refunditur, & habetur casus iste in cap. Discretionem de eo qui cogn. cōsang. vxor. & l. Cùm mulier. 1. ff. solu. matri & l. 2. §. Si publico. ad l. Iuli. de adulter. vbi maritus propter lenocinium accusare prohibetur vxorem. Similiter, si non prohibuit cùm posset, quia sciebat adulterantem, & permittebat: hoc enim esset conniuere & consentire crimini. Non tamen sufficit ad hoc quòd maritus à diuortio petendo repellatur, quòd ei in necessarijs non prouidebat, vt patet in cap. Ex literis. de diuorti. Propter paupertatem nanquè & egestatem nemini licet crimen committere.

¶ Tertius casus est, quando mulier nupsit credens probabiliter atquè existimans bonis coniecturis propter diuturnam eius absentiam mortuum esse maritum suum, quia tunc non reputatur adultera, casus iste habetur in cap. Cùm per bellicam. 34. q. 2.

¶ Quartus est, si cognita fuit vxor ab aliquo latenter, scilicet intrante lectum sub specie viri. Casus est expressus. cap. In lectum. 34. q. 2. Ratio est, quia ignorantia inuincibilis omnino excusat.

¶ Quintus, si fuit oppressa per violētiam absolutam, vt habetur in cap. Propositio. 32. q. 5. Ratio est, quia tunc mulier sic inuita patitur, vt culpam non contrahat: secùs si per metum ipsa consentiret, nam tunc nequè à culpa nequè à diuortio excusaretur.

¶ Sextus, si post adulterium perpetratum sponte reconciliauit eam sibi carnaliter eam cognoscens, vel eam publicè adulterantem tenet in cōsortium maritale, vt habetur. 32. q. 1. cap 2 &. 3.

¶ Septimus, si in matrimonio in infidelitate vtriusquè contracto vir dederit vxori libellum repudij, & vxor alteri nupserit: tunc enim si vterq;

vterquè conuertatur, tenetur eam vir recipere.

¶ Alij addunt octauum casum, quem ponit etiam Di. Thom. 1. Cor. 7 quando scilicet vir dedit occasionem mulieri adulterandi non reddendo ei debitum contra eius voluntatem, vt habetur in cap. Secundùm verba. 33. q. 5. D. Tho.

¶ LXV. DIFFICVLTAS.

Vtrùm vir teneatur ex præcepto vxorem fornicantem dimittere.

DIFFICVLTATI HVIC TRIBVS CONclusionibus respondetur, prima est. In nullo casu regulariter loquendo tenetur vxor dimittere virum suum adulterantem. Assertio hæc est sententia Caietani in opuscu. 27. responsionum. q. 26. Et assignat pro ratione, quia vxor innocens non tenetur ad abstinentiam actus coniugij, nisi vt habet rationē remedij curatiui viri: & ratio est quia non tenetur ad hoc nisi ratione præcepti de correctione fraterna, quod ponitur à Domino, Matthæi 18. Si peccauerit in te frater tuus &c. at verò præceptum de correctione fraterna non habet locum vbi non est spes pœnitentię, & ideò si vxor non sperat pœnitentiam per hoc remedium, non tenetur ad illud faciendum: & tanto minus si credit, quòd peior fiet. Vnde licitè tunc potest matrimonio vti tam petendo quàm reddendo. Sed regulariter non emendabitur vir ex correctione vxoris, quin potiùs deterior fiet, ergo regulariter loquendo non tenetur vxor dimittere maritum adulterum. Item, quia nequè ex hoc quòd cum illo adultero commaneat, nascitur scandalum, cùm nulla vxor creditur viri adulterio consentire. Sufficit nanquè vt non oriatur scādalum, quòd illa suam tristitiam vicinis ostendat. Item quia melius est illi cohabitare, eo quòd pro tunc euitatur fornicatio, quam vir cum alijs faceret, nam quanto magis accedit ad vxorem, tanto minus alias fœminas appetit. Quocircà consilium à viris prudentibus perhiberi solet vxori viri adulteri, inquit Soto, ne thorum diuidat, quia hoc cedit in remedium viri. Tandem probatur, quia nulli se periculum obijciunt incertitudinis filiorum: nā ipsæ sunt quæ certissimos edunt partus.

1. *concl.*

Math. 18

¶ Annotato tñ, quòd si ipsa vult petere diuortiū, bñ poterit: quia nos nō negamus hoc in nostra cōclu. sed tātū in ea diximus, quòd nō tenetur

Notabile.

vxor dimittere virum.

2. concl. ¶ Secũda cõclu. Si mulier quę fornicata est seu adulteriũ commisit, iam est emẽdata, non tenetur vir eam per diuortiũ à se abijcere, quin imò sępe consilium est eam retinere. Probatur, nam cùm pœna illa diuortij ob culpam fornicationis sit posita, postquàm culpa per emendationem fuerit deleta, potest vir iuri suo renuntiare, & vxori pœnam illam condonare. Quòd autẽ hoc sępe sit consilium patet, ex eo quòd mulier emendata, cùm se mariti prędidj viderit destitutam, periculum subiuit, ne per inopiam oppressa turpem procuret quęstum. Probatur etiam, quia dimittere fornicariam, non præcepti sed duntaxat per missionis est, vt ex verbis Christi Matthęi. 16. intuenti constat.

3. concl. ¶ Tertia concluſio. Vxorem fornicantem, quę perseuerat in peccato, nec corrigi vult, tenetur vir sub præcepto eam dimittere per diuortium, si crimen sit publicum, & adsint testes sufficientes, per quos conuinci possit, ne eius peccato consentire videatur, dum correctionem debitam non apponit. Sunt enim canones id admonentes. Ait enim Chrisostomus super Matth. c. 11. & refertur. 32. q. 1. Sicut crudelis & iniquus est, qui castam dimittit vxorem, sic fatuus est & iniustus, qui retinet meretricem: patronus enim turpitudinis est, qui celat crimen vxoris. Et in canone, Dixit Dominus. dicitur, Qui tenet adulterã, stultus & impius est. Probatur etiam, quia creditur huiusmodi diuortium ab Ecclesia fuisse declaratum ex Christi verbis ad emendam ipsius adulterantis, vt scilicet ob confusionem resipiscat: compertum nanq; est viro incumbere sub prędcepto curam habere de vxore, cùm ipse sit rector & caput mulieris. Quare vir eam à se abijcere tenetur ad eius correctionem. Item, quia periculo se subijcit prolis, vt vxor illi falsos hæredes supponat. Postremò, quia significationem vnitatis sacramenti Christi cum Ecclesia violat. Signanter dixi in concluſione, Si crimen sit publicum, quia si sit occultum nec probari possit, non debet eã dimittere, vt optimè dicit Petrus Paludanus in. 4. sentẽ. Imò etiam si sit publicum, si existimat deteriorem fore vxorem post diuortiũ, quia credit quòd se prostituet, tunc licèt possit eam abijcere, non tamen ad id tenetur secluso scandalo. Similiter, quando maritus vehementibus carnis illecebris vexatur, quare timet sibi de incontinentia, quia nequit ab vxore nisi cum magno periculo abstinere, re vera tunc non tenetur tali periculo se obijcere, vt vxorem relinquat: debet tamen tunc satisfacere scãdalo per Parochũ, ne cerseatur turpitudinis patronus, vt habetur in. c. Si vir. ď adulterijs. Tãdẽ nõ tenetur vir dimittere vxorẽ, si sit infirmus & pauper, qui labore manuũ suarũ viuit, quã ob rem vxore nimis indiget, quę ei in re familiari seruiat. Exẽplũ est

Chriſoſt.

Palud.

euidens

euidens in neophitis huius nouę Hiſpaniæ, vbi vxor debet quotidie panem coquere, quia aliter viri nequirent agriculturę & alijs operi bus vacare. In ſimilibus ergo caſibus ſatis eſt, quòd vir vxorem acriter reprehendat, & meliori modo quo poterit, cautè cuſtodiat, ita vt vicini intelligere valeant viro inuito illam delinquere, & ipſum virum neceſsitate compulſum manere cum illa, vt bene dicit Dominicus à So to in. 4. diſtinct. 36. q. vnica. ar. ſecundo. Ex his omnibus aperte colligi tur, quòd ſolùm quando ex cohabitatione viri cùm vxore adultera oriretur ſcandalum, quia vicini putarent crimini virum fauere, peccat vir ſi eam non dimittat, & canones omnes qui probant concluſionem tertiam, ſcilicet quòd tenetur vir vxorem fornicantem dimittere, ſunt ſic intelligendi. Fundantur enim in præſumptione: nempe, quòd vir habitans cùm adultera, ei patrocinatur. Soto.

¶LXVI. DIFFICVLTAS.

Vtrùm maritus proprio iudicio non expectata iudicis Eccleſiaſtici ſententia, poſsit vxorem adulteram dimittere.

PRæſenti quæſtioni præmiſſa vnica hac diſtinctione: nempe, dimiſsionẽ vxoris bifariam fieri poſſe, aut quantùm ad thorum, aut quantùm ad cohabitationem, tribus concluſionibus reſpondetur, & earum prima ſit. Quàm primùm conſtiterit viro de adulterio vxoris, aut vxori de adulterio viri, poteſt illam dimittere, aut ipſa virum quo ad thorum propria authoritate, nec tenetur reddere debitum exigenti, nec debet petere, ſi non vult illam ſibi reconciliare, nam per petitionẽ debiti cenſetur eam ſibi reconciliare. Probatur concluſio, tum quia reddendo debitum præiudicare tſibi, eò quòd bigamiæ irregularitatem incurreret, tum etiam, quia ſe iure petendi diuortium priuaret, quæ quidem incommoda neutrq; innocens ſubire tenetur. 1. Concl.

¶ Annotare tamen oportet circa iſtam concluſionem, non ſufficere quãcunquè cognitionem, neq; quæcunquè indicia, criminis ſcilicet adulterij, vt vnus coniugũ alteri debitum denegare poſsit, ſed ſufficit, & requiritur illa cognitio, quæ in foro Eccleſiæ ad faciendum diuortium ſufficeret, ita quòd requiruntur ſufficientia indicia adinquirenda legitima teſtimonia, vt ſi vir ſolam cum ſolo adultero deprehenderet in eodem cubili, aut aliter amplexatos: nam alia minora indicia & rumores leuiores, inquit Soto, non ſufficerent. Vnde nõ ſufficeret ſuſpicio, niſi adeò vehemẽtiſsima eſſet, quæ legitimo teſtimonio valeret. Notabil.

2. concl. ¶ Secunda conclusio. Quantùm ad cohabitationem nullo modo propria authoritate potest eam vir dimittere, sed solo Ecclesiæ iudicio. Hæc conclusio habetur in cap. Porrò. extrà de diuort. & ibi Glossa. & 33. q. 2. c. 3. & 4. Habetur etiam in concilio Agatensi. c. 25. Ratione insuper probatur, nam eijcere vxorem de domo, quam publicè sibi copulauerat, si publicum sit supplicium, non nisi publicus iudex valet illud inferre via iuridica per testes comprobatum crimen.

Notab. ¶ Aduertendum tamen est, quòd in duobus casibus poterat ante sanctam synodum Triden. coniux innocens dimittere adulterũ propria authoritate, nõ ei cohabitando, & à fortiori debitũ negãdo. Hodie verò post concilium solùm potest in primo: videlicet, quando adulterium adeò est notorium, quòd inficiationi non est locus, vt habetur in. cap. Significasti. de diuort. quod Veruec. limitat, quando ipsa adultera in domo adulteri publicè habitat, aut adulter in domo adulteræ. Secundus casus erat, quando matrimonium clandestinum erat validum: scilicet, quia non in facie Ecclesiæ vel coram testibus celebratum fuerat. In hoc nanq; casu omnino propria authoritate sine Ecclesiæ iudicio poterat innocẽs dimittere adulterũ quoad cohabitationẽ, si ei cõstabat de adulterio illo, pprij cõiugis. Excipiũt hos duos casus Archi. Flo. 3. p. ti. 1. c. 21. & Ricar. di. 36. ar. 1. q. 3. & Silue. in verb. Diuor. q. 8.

Archi. fl
Ricard
Silueſter

3. conc. ¶ Tertia cõclu. Innocens sciẽs vxorẽ adulteriũ cõmisisse, quod tñ nullatenùs ei ꝓbare potest, q̃uis p cẽsuras ab Ecclesia cõpellatur ad hoc vt debitũ ei reddat, nõ ideo peccat debitũ denegãdo. Assertio ista ostẽditur à simili, nã i. c. Literas. d resti. spoli. dicitur, quòd mulier sciẽs ipe dimẽtũ matrimonij, licèt cõpellatur p excoicationis sentẽtiã ad debitũ reddẽdũ: nõ tenetur illud reddere. Ergo eadẽ ratiõe qui sentẽtia excoicationis cogitur ab Ecclesia ad reddẽdũ dbitũ vxori adulterę, potest illud licitè ei dnegare, & si reddat illo modo coactus nõ amittit ius dnegãdi dbitũ, at q̃; adeò neq̃; petẽdi diuortiũ. Ratio est, quia licèt sentẽtia in foro exteriori fuerit legitima: tñ quia in falsa fuit ꝓsumptione fundata: scilicet, quòd illa nõ erat adultera, nõ ligat cõscientiã, & ideo nõ tenetur ad illã accedere, neq̃; excoicatiõe in foro interiori ligatur, sed debet exteriora iudicia & molestias pacienter tollerare: potest tamen compelli, vt illam domi retineat & alat, quanuis in cõscientia nõ solùm non debeat ei copulam, sed nec alimenta, nec humanũ cõuictũ.

¶ LXVII. DIFFICVLTAS.

Vtrùm vir & vxor in causa diuortii possint ad paria iudicari.

. oncl. PRæsenti difficultati duabus cõcl. respõdetur, & earũ. 1. sit. In causa diuortij vir & vxor ad paria iudicãtur: itaq̃; par facultas cõcedetur vxori dimittẽdi virũ, & viro dimittẽdi vxorẽ. Assertio

sertio hæc est oīum doctorū,vno Caie. excepto,qui sup Mat.c. 19.af
firmare videtur ptē negatiuā.nēpe,quòd nō cōcedit idē iusvxoribus,
quod viris,quā quidē sentētiā neutiq̄;defendere licet,cū exp̄sse cōc.no
stra habeatur in q̄;plurimis locis determinata ab Ecclesia.scilicet,in c
Christiana .32.q.5 &.cap.Apostolus.&.ca.Placuit. eadē cau. q.7.&
colligitur aptè ex Pau.qui. 1.cor.7.postq̄;dixit,Mulier sui corpis po- 1.Cor.7
testatē nō hēt,sed vir.subdit,Similitervir sui corpis potestatē nō hēt,
sed mulier.Si ergo eq̄liter vir tenetur reddere debitū vxori petēti,si-
cut vxor viro:necesse est fateri,vt quēadmodū ,ppter fractionē fidei
vir pōt ab vxore diuertere:ita planè &vxor à viro.Necnocet cōclu.ar
gumētū quod ,p se facit Caie.videlicet,quòd Dns,cū dixit Mat.19.ob Matb.19
fornicationis causā virū valere vxorē dimittere,de solo viro locutus
fuit,nō ergo licetvxorivirū dimittere,sicutviro vxorē.Nō,inq̄;,nocet,
quia cū illic de repudio,quod ī veterilege solis viris pmittebatur ad
euitādū homicidiū,eò quòd ī illis magis iminebat de hoc piculū q̄; in
mulieribus,Dns loqueretur,nō fecit mētionē ī noua lege d vxoribus:
reliquit tñ tāq̄; notissimum idem ius patrocinari vxori,nam æqualiter
comuges obligantur ad sibi inuicem fidem seruandam.

¶ Secunda cōclusio. Non est par causa diuortij in vtroq̄,coniuge,sed 2.Concl.
maior causa discedendi reperitur in viro q̄;in fœmina,licèt in vtroq̄;
sit sufficiens causa ad diuortium propter fidei fractionē. Conclusionē
hāc probat egregiè pro more D. Tho. nā dicit,quòd in adulterio duo
reperiūtur,scilicet & quod est de ratione peccati fornicationis simpli
cis,& adhuc id quod magis grauat,videlicet,læsio matrimonij. Primo
modo peccatū viri & mulieris se habēt vt excedētia & excessa,quia in
muliere est plus de humore:& ideo sunt,ait,fœminæ magis ducibiles
à concupiscentijs:sed in viro est plus de calore, qui concupiscentiā ex
citat. Ecce quomodo ex vna pte adulteriū secundùm id quod in eo in
uenitur de rōe simplicis fornicationis,est grauius ī viro,ex alia aūt gra
uius ī fœmina q̄; ī viro. Sed tñ simpliciter loquēdo cæteris paribus vir
q̄;tùm ad id quod est in fornicatione simplici,grauiùs peccat q̄; muli-
er,quia plus habet de rationis bono, nā ꝑualet quibuslibet motibus
corpaliū passionū. Secūdo verò mō simpliciter loquēdo ,plus peccat
mulier adultera q̄;vir adulter ceteris paribus,quia maiorē lesionē in
fert matrimonio:licet eni vir eò quòd est caput & custos vxoris. peiùs
deliq̄t cōtra 2. matrimonij finē,qui est familiæ gubernatio:attñ fœmi
na lōgè pnitiosiùs cōtra primariū finē deliquit,cū tūc nascatur ,ples ꝙ
ĩcertis parētibus.cuius mulier est causa.Quo fit,vt maior causa disce
dēdi repiaturī viro q̄; ī fœmina. Et ob istā rationē alijs omissis pmitti
tur viro ,ppriā vxorē accusare ad pœnā capitis,q̄ secūdū leges hūanas

infligitur : & non permittitur vxori, vt ex tenore legis liquidò constat, nec vlla talis consuetudo apud nationem aliquam reperitur.

¶LXVIII. DIFFICVLTAS.

Vtrùm celebrato diuortio viro ius relinquatur aliud ineundi matrimonium.

IN hac quæstione omissa sententia erronea, imo & hæretica Herasmi, quam super Matthæum ca. 19. expressè innititur Ecclesię persuadere, videlicet, quòd facto diuortio liceat ad secundas nuptias transire adhuc viuente primo coniuge. Contendit enim illic probare, quòd causa fornicationis, non tantùm viro, verùm etiam vxori liceat alias nuptias inire. Omissa similiter sententia Caietani asserentis super eundē locum Matthæi licere viro causa fornicationis alias nuptias inire, non autem vxori. Omissis, inquàm, his sententijs, quia tam Caieta. quàm Herasmus malè audit de hac re. Parisijs nanq, primum contra Herasmum, ac subinde contra Caie. hic error condemnatus est. Sit conclusio responsiua ad quæstionem. Neutiq; seu viro seu vxori post diuortium ad alias nuptias cōmigrare fas est: sed ambo nisi se reconciliauerint, tenentur in perpetua castitate deinceps viuere. Hęc conclusio habetur in loco citato Matthæ. vbi dicitur, Qui dimissam duxerit, mœ-
1. Cor. 7 chatur. Item, Paulus primæ Corin. 7. Præcipio, inquit, nō ego sed Dominus, vxorem à viro non recedere, quòd si recesserit, maneat innupta, aut viro suo reconcilietur. Habetur etiam extrà de diuort. cap. Gaudemus. & in concilio Triburiensi. c. 46. & Miliuitano. ca. 17. dicitur sub his verbis, Placuit vt secundùm Euāgelicam disciplinam neq; dimissus ab vxore, neq; dimissa à marito alteri coniugatur, sed ita maneant, aut sibimet reconciliētur. Item, in concilio Elibertino cap. 9. dicitur, fidelis fœmina quæ adulterum maritum reliquerit fidelem & alterum duxerit, prohibeatur ne ducat. Si autem duxerit, non priùs accipiat communionem, quàm is quem reliquit de sæculo exierit, nisi necessitas infirmitatis dare compulerit. Et in canonibus Apostolorum. c. 48. Si quis laicus vxorem propriam pellens, alteram, vel ab alio di-
Con. flo. missam duxerit, communione priuetur. Et in concilio Floren. sub Eugenio quarto dicitur, Quāuis autem ex causa fornicationis, liceat thori separationem facere: non tamen aliud matrimonium contrahere fas est, cùm matrimonij vinculum legitimè contracti perpetuum sit. Ac demum Herasmi sententia à sacrosancta œcumenica ac generali Tridentina synodo nuper hac nostra tempestate sub fœlicis recordationis Pio. 4. celebrata, sessi. 24. c. 5. tanquàm hæretica condemnatur

dnm

dum sub his verbis inquit. Si quis dixerit Ecclesiam errare, cùm docuit & docet iuxta Euangelicam & Apostolicam doctrinam, propter adulterium alterius coniugum matrimonij vinculum non posse dissolui: & vtrunq;, vel etiam innocentem, qui causa adulterio non dedit, non posse altero coniuge viuente aliud matrimonium contrahere: mœchariq; eum qui dimissa adultera, aliam duxerit, & eam quæ dimisso adultero, alii nupserit, anathema sit. Accedunt ad hæc sanctorũ testimonia, imprimis diui Augustini in lib. de bono cõiuga. cuius verba habentur. 32. q. 7. c. Interueniente. Interueniente, inquit, diuortio non ob id soluitur confœderatio nuptialis. Deinde est testimoniũ Hieronymi in Epitaphio, cuius verba referuntur. 32. q. 5. c. Præcipit dominus. Tertium testimonium est D. Thomæ in. 4. dist. 35. q. 1. ar. 5. vbi dicit, quòd nihil adueniens suprà matrimonium potest ipsum dissoluere. Et breuiter, vt vno verbo dicamus, omnes sancti tenent hanc sentẽtiam super priorem epistolam ad Corin. & super Matthæum in locis citatis. Tandem ostenditur conclusio apertè tribus rationibus. Prima, quia si propter diuortium factum causa adulterij liceret ad aliud matrimonium conuolare, & primum solueretur, Ecclesia cõcedẽs diuortium, censeretur conferre occasionem adulterandi, quod quidem impijssimum est dicere. Secunda ratio est, quia si viro liceret tunc aliam ducere, quotidie fierent diuortia, cùm facilè tam vxor quàm vir inuenire posset testes falsos ac causas ad suum coniugem repudiandum, vt alteri posset nubere. Tertia ratio efficacissima est, quia nunquàm in Ecclesia aliqua natio vel prouintia inuenta est, vbi per diuortium matrimonium omnino dirimeretur. Nec obstat conclusioni quod obijci solet ex Gregorio Papa. 32. q. 7. cap. Quod proposuisti. Si mulier infirmitate correpta non valuerit debitum viro reddere, quid eius faciat coniugalis? bonum esset si sic permaneret, vt abstinentiæ vacaret, sed quia hoc magnorũ est, ille qui se non poterit continere, nubat magis: non tamen ei subsidij opem subtrahat. videtur ergo ex hac Pontificis determinatione licere alterã ducere, vel alterũ si sit mulier. Nõ, inq;, obstat, quia Pontifex loquutus fuit illic, quando impedimentum illud impotentiæ præcessit contractum matrimonialem, quod ante non fuit cognitum, sed post contractum. & sic nullum fuit matrimonium, & tunc potens, aliam ducere potest, cùm continere non teneatur. Non obstat etiam authoritas Ambrosij, qui super illud prioris Epistolæ ad Corin. 7. c. Vxor non discedat à viro, quòd si discesserit, maneat in nupta, aut reconcilietur viro suo. ait, quòd ideo non subdit de viro sicut de muliere, quia viro licet ducere aliam. Quare secundùm Ambrosium saltem viro post diuortium factum ob adulterium licet aliã

Con. tri.

D. aug.

D. Tho.

1. Corint. 7.

sumere

ſumere, quæ eſt ſentẽtia Caietani. Non, inq̃;, obſtat, quia verba illa im poſita & addita ſunt ſuis ſcriptis, à quibuſdam falſarijs. Apoſtolus enĩ poſtquàm dixit, Aut viro reconcilietur. de viro intulit, Et vir vxorem non dimittat. Quod quidem in ſimili forma, ſicut de muliere præmiſ ſerat, intellexiſſe, fateri neceſſum eſt. Nempe, quòd ſi dimiſſerit vxorẽ, maneat innuptus. Et hoc voluit Chriſtus Redemptor noſter expræſ ſè docere, quando dixit, Quicunquè dimiſerit vxoram ſuam & aliã du xerit, mœchatur. Eſt enim ac ſi dixiſſet, quòd quãuis liceret aliquando dimittere vxorem cauſa fornicationis, nunquàm tamen propter forni cationẽ ipſam vel hæreſim licet aliam ducere, quia talis mœchatur, eo quòd ſemper perſeuerat primum matrimonium. Secùs eſt de ſponſa libus de futuro, quippe quæ antequã fuerint per copulam conſumma ta, procul dubio per fornicationẽ dirimi poſſunt, ſi vult innocens à pa &to recedere.

¶LXIX. DIFFICVLTAS.

Vtrùm facto diuortio locum habeat reconciliatio.

Con. vni

VNica hac concluſione bimembri difficultati huic reſpon detur, videlicet, quòd ſi poſt diuortium adultera reſipiſ cat, ita vt conſtet emendatam eſſe, poteſt vir eam ſibi re conciliare, quem admodum anteà poterat retinere: ſin autem incorrigibilis appareat, non licet eam reſumere eo modo quo anteà non licebat eam retinere. Hanc concluſionẽ tenẽt in vniuerſum omnes catholici doctores exceptis Heraſmo & Caetia no, quia cùm ſecundùm Heraſmum per diuortium dirimatur matri monium, & poſſunt coniuges tranſire ad aliud, non poſſunt poſteà di miſſam per diuortium reconciliare, nequè ſecundum Caietan. poteſt vir adulteram ſibi reconciliare. Probatur concluſio quo ad primam partem, quia diuortium ſolùm fit propter crimen, ergo illo ceſſante, poteſt diuortium ceſſare, cùm enim diuortium fiat in fauorem innocẽ tis, ſequitur, vt ſicut poteſt ſi vult innocens ante celebratum diuortiũ eam non dimittere, ita etiam poterit eam ſibi poſt diuortium reconci liare ſi voluerit, quàntumcunquè ipſe innocens petierit diuortium, imò etiam ſi nocens nolit innocenti recõciliari, quia nunquàm quis per pec catum priuilegium vel immunitatem conſequitur. Addit tamen hîc Soto, quòd ſi poſt factum diuortium adultera emiſſerit votum ſolen ne, nunquàm eam Eccleſia reuocabit ad virum, quantumcunquè ipſe innocens petat: quam ſententiam veram reputo, dummodò de licẽtia *ipſius viri* votum emiſerit. Secunda pars concluſionis: nempe, quando

eſt

est incorrigibilis, nõ indiget probatione, dum tamen intelligatur cum limitationibus appositis supra difficultate. 65.

¶ Annotare hîc oportet, quòd quanuis si postquàm mulier commisit adulterium, vir etiam adulteret, non possit in conscientia eadem de causa vxorem dimittere, attamen vir qui post diuortium adulterauit: non tenetur in conscientia ante compulsionem Ecclesiæ ad vxorem redire, quia per diuortium vir absoluitur ab obligatione reddendi debitum vxori adulteræ, atquè adeò ille contractus societatis quoad thorum & cohabitationem dissolutus videtur. Quare licèt posteà vir peccet in Deum adulterando, quia manet verum matrimonium, non tamen videtur in vxorem iam dimissam peccare. Imò nec secundùm rigorem iuris debet cogi vt ad illam reuertatur, nisi forsan postquàm iudex ex officio suo eum admonuerit, vt periculo animæ suæ & scandalo aliorum caueret, nollet nisi perditissimè viuere, & magnum scandalum suis adulterijs alijs causare, nam tunc si vxor eum in iudicium deferret reconciliationem petens, Ecclesia tanquàm inobedientem suis mandatis & propter scandala posset eum compellere, vt vitam cum sua vxore degeret. *Notabil.*

De debito coniugali.

¶LXX. DIFFICVLTAS.

Vtrùm alteruter coniugum teneatur alteri debitum reddere.

DIfficultati præsenti hac conclusione affirmatiua respondetur: nempe, quòd debitum coniugale, vterq; coniugũ alteri de necessitate præcepti reddere tenetur. Conclusio ista præter hoc quòd est Apostoli. 1. Cor. 7. & omnium tam iurisperitorum quàm Theologorum expressa sententia, probatur etiam ratione ex natura & fide & fine matrimonij desumpta, scilicet, quòd cùm præcepta sint circa media, quæ ideo ex finis natura sunt perpendenda, & finis matrimonij sit propagatio generis humani, quæ fit per generationẽ, consequens fit vt natura matrimonij sit mutua corporum traditio in illum vsum iuxta verbum Apostoli iubẽtis vtriquè coniugum debitum reddere, eò quòd neuter sui corporis potestatem habet sed alter coniux, ac subinde ex hac natura matrimonij suboritur mutua obligatio & fides soluendi sibi ad inuicem debitum, quæ quidem obligatio, cùm sit in re graui, sub reatu mortalis culpæ genere suo, vtrunquè coniugem perstringere fateri *Con. affir*

fateri oportet. Genere ſuo, inquàm, nam quando maritus vel vxor nõ petit ſub intentione obligandi ſub peccato mortali, ſed ſępe inſinuando & aſſiciendo & mouendo, tunc debitum negare non erit peccatũ mortale, imò frequenter nec veniale, vt optimè aſſerit Dominicus à Soto: quoniam nec creditor pecuniam ſibi debitam ſub illa ratione ſemper exigit, vt debitor peccet non reddendo. Quinimò etiã, inquit, quòd ſi alter obnixè petat, poteſt alter ex cauſa rationabili ei denegare, vt ſtatim oſtendemus. Eſſet tamen peccatum mortale non reddere, ſi coniux nõ niſi cùm magna difficultate, & quàm rariſsimè reddere vel let, & potiſsimum ſi periculum in ſuo coniuge preſentiret aut adulterij aut alĩus iniquæ pollutionis. Item ſi vir abſtineret, vt prolem ex illa vxore ſuſcipere renueret, vel vxor ne viro illo conciperet, vt potè cũ vir duxit vxorem maculati ſanguinis. Solent enim tunc viri thorum ſeparare, quòd certè peccatum mortale eſt. Hæc Soto.

Soto.

¶ Sunt plures cauſæ excuſantes ne vnus coniux exactus, alteri coniugi petenti reddere teneatur. Quaſquidem cauſas ponit Petrus Paludanus. in. 4. diſt. 32. & Silu. verbo Debitum coniugale. De quibus erunt ſequentes concluſiones. Prima, neuter tenetur alteri debitum reddere cum detrimento ſalutis conſeruatricis proprij indiuidui, quando inde periculum mortis vel infirmitatis notabilis reddenti imminet. Ordo nanquè charitatis poſtulat, vt vnaquęq; res accuratiùs ſibi priùs conſulat quàm alteri. Quo fit, vt obligatio reddendi debitum non ſolùm ſit intelligenda ſalua conſiſtentia perſonæ ſed ſanitatis ſecundùm Caietan. verbo, Matrimonium, quod quidem veriſsimum eſt. Nec enim vnus cõiux habet poteſtatem in alterum, niſi habeat integram ſanitatẽ, & ideo quãdo medici iudicarent imminere periculum infectionis ſiue lepræ ſiue alterius morbi, non tenetur reddere debitum exactus. Et p hanc regulam poſſumus multos ſoluere caſus, vt in laborãtibus morbo Galico vel alio. Secùs eſſet quãdo parua iactura immineret reddẽti, quia tũc ſi timeret incõtinentiam alterius, teneretur illi debitũ reddere cum illa iactura, aliàs peccaret denegando debitum. Sic nanquè intelligendum eſſe exiſtimo Alexandrũ tertium in .c. Peruenit. vbi cogit cõiugem leproſi debitũ ei reddere ẽt ſub anathematis comminatione, ſi renuerit: non enim voluit ſanum cogere ad reddendum quando ingens periculum immineret ſalutis, vt potè dum lepra eum attigit gradum, qui dicitur Leoninus, quo nimirum corpus fruſtratim diſſoluitur. Et ſimiliter in hoc caſu, quãdo ſcilicet ſequitur parua iactura, arbitror fore intelligendam communem theologorum ſententiam aſſerentem, quòd tenetur ſanus leproſo coniugi debitum reddere, nunq; tamen cohabitare, nec in eodem lecto dormire, ſufficit enim, quòd ſa-

Paluda. Siluester 1. concl.

Caietan.

nus

nus tali infirmo in illo actu seruiat, cùm per huiusmodi actum seruetur principalis finis, qui est generatio & cohabitatio, cũ leproso nõ sit necessaria, & sit horrenda: præsertim quòd maius periculum imminet in cohabitatione mensę & lecti, quàm in vno congressu. Imò, si in redditione debiti medicorum consilio constaret periculum contagionis creari, cessaret obligatio reddendi. Ita tenet Durandus, Paludanus & Caietanus in summa incap. De vsu matrimonij. Quod magis verum habet secundùm artem medicam & experientiam in viris quàm in fœminis, quia propter exorbitantem iniquitatem fœminei caloris in illo actu, maius periculum imminet viris congredientibus cum fœminis leprosis, quàm fœminis congredientibus cum viris. Et hinc fit, vt minùs vir sanus teneatur vxori leprosæ debitum reddere, quàm vxor viro leproso, quanuis sit parius in vtroq; ad petendum. *Durand. palud Caieta.*

¶ Secunda conclusio. Propter impotentiam coëundi, siue ex coitu præcedenti, siue ex obseruantia ieiunij Ecclesiastici, siue ex deuotione cum moderatione accepti, siue ex alia causa licita subsequutam, excusatur coniux à redditione debiti. Ratio est, quia impossibilium nulla est obligatio, vt habetur. ff. de re. iuris. L. Impossibilium. non tamen consulenda est vxori talis pœnitentia, scilicet se se huiusmodi ieiunijs & vigilijs macerare & extenuare sine mariti licentia, ne deformior reddatur, & viro offerat occasionem, vt eam despectui habeat. Dello autem qui consulto ac dedita opera se reddit impotentem, vt coniugem defraudet, & similiter si se reddit impotentem per illicita media, dicendum est secundùm Ricardum & Archi. Floren. quòd mortaliter peccat, eò quòd contra iustitiam facit, & non minimam iniuriam irrogat alteri coniugi, & si propter hoc alius inciderit in damnabilem corruptelam, particeps fieret illius criminis. *2. concl. Ricard. Arch. flo*

¶ Tertia conclusio. Quando alter coniux vult religionem intrare, excusatur à redditione debiti. Probatur, quia non tenetur statim reddere, sed debet statui tempus, infra quod ingrediatur, vt habetur in ca. Ex publico. de conuer. coniuga. id est infra duos menses, vbi dicit Panor, post Glo. illud tempus iudicis arbitrio fore taxandum. Quòd si religionem non vult intrare, adhuc non tenetur statim reddere contracto matrimonio: sed tantum temporis cuilibet dandum est, quantùm sufficit ad obseruandas debitas ac honestas solennitates. Vnde ante benedictiones non tenetur reddere: quo spacio transacto, neuter potest differre debitum reddere petenti. *3. concl. Panor.*

¶ Quarta cõclusio. A redditione debiti excusatur cõiux, si modo inde bito exigitur ab eo, vt viro succubo, & vxore incuba, vel alio modo periculoso de non generando aut inhonesto. *4. conc*

¶ De

D. Tho. ¶De tempore menſtruorum diſtinguẽdum eſt cum Diuo Thoma in 4. diſtin. 32. ar. 2. q. 2. & cum alijs, quòd ſi menſtrua ſint perpetua, quæ ſunt innaturalia: nempe, perpetui fluxus ex morbo prouenientes, nõ eſt peccatum reddere nec exigere, ſiue ſit mulier quæ exigit, ſiue vir. Quod quidem manifeſta ratione probatur, quia alias oporteret virum perpetuò abſtinere: & pari ratione dicendũ eſt de viro patiente fluxum ſeminis perpetuum, quia etiam non tenetur abſtinere ab exactione debiti. Si autem ſint naturalia, quæ ſcilicet certis temporibus per menſes mulieribus accidunt, dicunt Scotus in. 4. diſtin. 32. & Ricardus eadem diſtinct. ar. 4. q. 1. quòd nõ licèt ſub mortali marito reddere menſtruatæ petenti, nec ipſi menſtruatæ licet reddere marito petenti, niſi timeatur fornicatio in petente, nam propter hoc petendo nõ peccat mortaliter. Reddere tamen, dicunt, quòd tenetur deliberatè exigenti. Sed Diuus Thomas non approbat hanc opinionem, & ideo ſub diſtinctione reſpondet: ſcilicet, quòd ſi vir petat ſcienter, tunc debet eum vxor menſtruata precibus & monitis auertere: non tamen quando periculũ iniquæ pollutionis in ipſo timeat. Si verò petit ignoranter, poteſt aliquam occaſionem, vel aliam infirmitatem ſi habet, allegare, ac ſimulare, dum non timetur maius malum: ſuam tamen immunditiam viro indicare non tenetur, ne horrorem obijciat, ſi tamen ille omnino inſtiterit, reddere debet: quia mulier, vt ait Paulus, Poteſtatem ſui corporis non habet, ſed vir. Eandem ſententiam tenet Silueſter verbo, Debitum coniugale. §. 6. & Caietanus in ſumma. c. De vſu matrimonij. & Bonauentura & Palud. q. 1. Differt tamen à Caietano Silueſt. quia Silueſter dicit in loco citato, peccatum eſſe mortale ſpontè petere, nullum tamẽ exactum reddere. Caietanus autem tenet nullum eſſe peccatum reddere, nec petere cum circunſtantijs quas ponit Diuus Thomas, eſt mortale. Cui ſubſcribit Petrus Paluda. & ita procul dubio tenendum eſt, quia nemini iniuriam irrogat, qui vtitur iure ſuo. Vnde non tenentur coniuges tam arctè illa cauere incommoda, quæ ponit Scotus: videlicet, quòd concipiatur filius membris damnatus, cæcus, claudus, leproſus, vt iuri ſuo cedere debeant, & præcipuè quia nec ſunt adeò certa, vt ſemper eueniant.

Scotus. Ricard

D. Thom

Silueſter Caietan. Bonauen Palud.

Mag. ſen ¶De temporibus autem ſacris, Magiſter ſententiarum in. 4. diſtinct. 32. ac aliqui eius interpretes dicunt, quòd in nullo die feſto aut ieiuniorum licet debitum petere, ſed eſt peccatum veniale. Reddere verò aiunt nullam eſſe culpam, alij verò dicunt, quòd petere debitum in feſtis præcipuis, ſcilicet natalis, pentecoſtes, aſcenſionis, & paſchatis, & aliorum feſtorum quibus articuli fidei celebrantur, eſt culpa venialis, quia licèt actus matrimonialis de ſe nullam habeat annexam culpam

pam, habet tamen non nihil indescentiæ & ineptitudinis ad orationem & contemplationem, quibus in prædictis diebus debent homines vacare. Petrus tamen à Palude asserit, quòd nullum tempus sacrum impedit debiti redditionem vel petitionem de necessitate, licèt sit bonũ his diebus ab exactione abstinere, vt ad contemplationem sit maior aptitudo, & huic sententiæ adhæret Caietanus & summa Armilla. Cùm hoc tamen stat, quòd qui susceperturus esset die sequenti sacram communionem, non excusaretur à culpa si illa nocte debitũ exigeret. *Caieta & Armilla.*

¶ Sed dubium est, vtrùm alter coniugum possit facere votum non reddendi debitum citra voluntatem alterius? Huic dubio hac negatiua conclusione respondetur: nempe, quòd neuter coniugum potest huiusmodi votum emittere, quinimò faciendo mortaliter peccat, intelligendo quòd facit iniuriam alteri. Conclusio ista est expressa sententia Di. Augustſuper psal. 46. cuius verba habentur. 33. q. 5. capit. Si dicat. & ca. Secundùm verba. & aperta ratione ostenditur, quia votum actus spontaneus est voluntatis: quare non nisi de illis rebus quæ nostro subiacent arbitrio, emittendum est: nempe, de proprijs & non de alienis. Cùm igitur neuter coniugum sui corporis potestatem habeat sed alter, consequens fit, vt neuter possit altero inuito tale votũ non reddendi facere: imo quàntus alter alteri huiusmodi licentiam cõcedat, nihilominùs illam postmodùm reuocare poterit, nisi ambo ex consensu faciant sibi mutuam facultatem vouendi, ac vterquè iuri suo petendi renuntiet, præsertim dum ambo mutuo consensu religionem profitentur. *Dubium Con. ne. D. aug.*

¶ Sed maius dubium versatur inter doctores, vtrùm vterquè altero inuito possit facere votum de non petendo debitum? Cui dubio omissa sententia Ricardi articu. 2. quæstio. 1. & aliorum quorundam licèt probabili, qui arbitrantur id licere, sit conclusio de mente Diui Thomę in. 4. distinctione. 33. ad tertium, & Durandi, aliorumquè multorum tanquàm probabilior tenenda negatiua, videlicet quòd nulla tenùs licet tale votum emittere. Rationem huius conclusionis assignat Diuus Thomas, quia per huiusmodi votum redditur alteri coniugi matrimonium onerosum, cùm semper ipse solus debeat petere, quod maximè verum habet, quando vir est qui emisit votum propter verecundiam, quam fœminæ in petendo patiuntur, & nunquàm petere minimè periculo carere poterit, præcipuè in iuuentute. Vnde, consilium est optimum, rarò vel nunquàm talia vota emittere: quod si quis fecerit, consilium est, vt per Episcopi dispensationem tollatur. *Conclusi D. thom. Duran.*

¶ Ad

¶AD LAVDEM DEI ET GLORIOSISSIMÆ matris eius, nec non omnium Sanctorum, & ad profectum & vtilitatem fidelium, sub sedis Apostolicæ, ac piorum omnium benigna correctione, Summariū omniū Sacramentorum à Reuerendo Patre Fratre BARTHOLOMÆO à Ledesma prędicatoriæ familiæ ac sacræ Theologiæ Magistro æditum, fœliciter finem habet.

MITATE PERFICI

VIRTVS IN INFIRMITATE PERFICITVR. 1. Corinthiorum. 11.



SECRETARIA GENERAL.

¶Excussum Mexici, apud Antonium de Espinosa.
Anno Domini. 1566. Die .25.
mēsis Februarij.



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA "ALFONSO REYES"
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
MONTERREY, MÉXICO

¶ DIPLOMA PII PAPÆ. IIII. IN QVO CONceditur Archiepiscopis & Epis huius noui orbis, vt sacratissimum Chrisma cum balsamo quod his in partibus reperitur, & cum ministrorum numero, qui ad id commodè reperiri poterit, conficere valeant.



IVS PAPA QVARTVS. ADFVturam rei memoriam. Licèt Ecclesia Romana cæterarum per vniuersum orbem Ecclesiarum mater & magistra certos antiquitùs in sacramẽtorum confectione ritus tradiderit, quos per illarum præsules obseruari decet, nõnũq; tñ in his quæ difficultatibus subiacere dicuntur, ordinem præscriptum moderatur, prout locorum rerumquè cõditione pensata id conspicit in domino salubriter expedire. Sanè charissimus in Christo filius noster Philippus Hispaniarum Rex catholicus nobis nuper exponi fecit, quòd in Occidentalibus Indijs sibi subiectis & ad fidem catholicam paucis ab hinc annis domino miserante conuersis, ad sanctũ chrisma aliasq; sacras Ecclesiæ vnctiones iuxta sanctorum patrum traditionem conficiendis, nõ solùm magna balsami orientalis siue Alexandrini penuria habetur, sed etiã ob recentẽ populorum illarum conuersionem absolutus ministrorũ Ecclesiæ numerus nõ facilè reperitur: vnde præsules Ecclesiarum ipsa tam necessaria sacramenta vix hactenus conficere potuerũt. Quæ tamen balsami orientalis penuria, cùm etiam in ipsis Indijs balsamum indigena reperiatur, ex hoc inde balsamo cõmodè supplere posset, si sedis Apostolicæ ad id accederet authoritas. Quarè præfatus Philippus Rex nobis humiliter supplicauit, quatenus his necessitatibus occurrere, ac aliàs in præmissis oportunè prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur in tam vberrimo propaginum in vinea domini per dictum regem eiusq; progenitores fœliciter insitarum prouentu, spiritualiter exultantes, & nouellas huiusmodi plantas amœnis charitatis & gratiarum imbribus irrigare & confouere volentes huiusmodi supplicationibus inclinati omnibus & singulis venerabilibus fratribus Archiepiscopis & Episcopis per vniuersas Indiarum earundem partes constitutis, vt sanctissimum chrisma reliquas q; Ecclesiasticas sancti Olei vnctiones huiusmodi, cum eo quod in partibus illis reperitur balsamo, ac illo ministrorum

Ecclesiasticorum numero, qui ad id cõmodè haberi poterit, adhibito in reliquis verò iuxta præfatum Ecclesiæ Romanæ ritum conficere & consecrare liberè & licitè valeant, plenam & liberam licentiam & facultatem authoritate apostolica tenore præsentium perpetuò concedimus, & indulgemus. Non obstantibus quibusuis Apostolicis ac in prouincialibus & synodalibus concilijs editis generalibus vel specialibus constitutionibus & ordinationibus cæterisq; cõtrarijs quibuscunquè. Et quia difficilè foret præsentes literas ad singula quæquè loca in quibus eis vtendum erit, deferri, volumus & prædicta authoritate decernimus, illarum transumptis etiã impræsis manu notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eandem prorsus fidem etiam in iudicio & extrà ac vbiquè adhibendam esse, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ. Datis Romæ apud sanctum Marcum sub annullo piscatoris die. 12. Augusti. M.D. LXII. Pontificatus nostri anno tertio.

¶ DIPLOMA PII IIII. PONTIFICIS MAXIMI *in quo ad annos. 25. conceditur, vt Indi in occidentalibus occeani maris partibus habitantes, quocunquè anni tempore benedictiones nuptiales recipere possint citra publicum festinæ letitiæ strepitũ.*

PIVS PAPA QVARTVS AD FVturam rei memoriam. Et si sedes Apostolica sanctorum patrum regulas Ecclesiasticamquè disciplinam vbiquè gentium quantùm sibi ex alto permittitur, iugiter asserere dignoscatur, aliquando tamen in hoc, vel necessitate cogente, vel alia rationabili causa suadente, præsertim dum id catholicorum Regum vota expoſcunt, meritò remissior esse non recusat. Sanè charissimus in Christo filius noster Philippus Hispaniarum Rex catholicus nobis nuper exponi fecit, quòd in occidentalibus occeani maris Indijs ditioni suæ subiectis, quarum immemorabiles populi Dei misericordia catholicam fidem non ita pridem receperunt, rari sunt adhuc presbyteri, qui tot populorum animarum curam exercere, & illis Ecclesiastica sacramenta temporibus oportunis, vt expediret, ministrare possint: vnde propter sacerdotum absentiam Indi matrimonia inter se absquè

absquè presbyteri ministerio & Ecclesiastica benedictione nonnunq̃; contrahunt, ad quos tandem presbyteri, quibus officium prouincias illas visitandi incumbit, etiam his plerunquè temporibus quibus nuptiæ ab Ecclesia sunt prohibitæ, declinantes, illos iam carnali copula citra presbyteri ministerium coniunctos absquè benedictione, alia ve solennitate Ecclesiastica matrimonialiter coniungunt. Cùm autem sicut eadem expositio subiungebat, mos gentis illius non sit, nuptias suas festis alijs vè prophanis spectaculis celebrare, ac propterea non magni referre videatur, si matrimonia sua iure prohibitis temporibus solẽnizare permittatur, nos sacerdotum penuriam neophitorumquè prædictorum circa ritus Ecclesiasticos ruditatem facilè in præmissis excusantes, ipsius Philippi Regis in hac parte supplicationibus inclinati, cum vniuersis & singulis vtriusquè sexus Indis prædictis, vt de inceps ad annos viginti quinquè, à datis præsentium computandos, tam in aduentus Domini, septuagesimæ & quadragesimę, quàm alijs anni temporibus, in quibus nuptię fidelibus ab Ecclesia sunt prohibitæ, matrimonia inuicem aliàs ritè contrahere & in facie Ecclesiæ citra tamen publicum festiuę letitiæ strepitum solennizare, benedictionemquè Ecclesiasticam recipere, ac presbyteris, vt illam eis temporibus huiusmodi impendere, & nuptijs assistere liberè & licitè valeant, Apostolica autoritate tenore præsentium de specialis dono gratię dispensamus, sibiquè pariter indulgemus. Non obstantibus quibusuis, Apostolicis ac in prouincialibus & synodalibus cõciliis ęditis, generalibus vel specialibus constitutionibus & ordinationibus, cæterisquè contrarijs quibuscunquè. Et quia difficile foret præsentes literas ad singula quæquè loca, in quibus eis vtendum erit deferri, volumus & prædicta autoritate decernimus, illarum transumptis etiã impręssis manu notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius pſonę in dignitate Ecclesiastica constitutę munitis, eandem prorsus fidem etiam in iudicio adhibendam esse, quę pręsentibus adhiberetur, si forent exhibitę vel ostensæ. Datis Romæ apud sanctum Marcum sub annullo piscatoris die. 12. Augusti M D.lxij.

Pontificatus nostri
Anno tertio.

¶INDEX COPIOSISSIMVS RERVM MAXIMÈ NOTABILIVM QVÆ IN HOC SVMMARIO CONTINENTVR, ORDINE ALPHABETICO DIGESTVS. NUMERUS FOLIUM INDICAT, A. PRIOREM PAGINAM, B. VERÒ POSTERIOREM.

A



Abbatissæ quam potestatem possunt habere. 209.b.

¶ Absens potest absolui ab excommunicatione & per procuratorem. 240.b.

¶ Absolutio impẽsa à sacerdote suspẽso nõ tenet. 55.b

Absolutio à peccatis differt ab excommonicationis absolutione. 110.a.

Absolutio iterari potest super eadem peccata, non autem super eandem confessionem. 185.b.

Absolutio ab excommunicatione debet præcedere absolutionem à peccatis. 216.b. & ad quos hæc absolutio pertineat. 237.b

Absolutio ab excoïcatione ex vi cruciatę à cõfessario obtẽta, nõ præiudicat foro exteriori, nisi hoc exp̃sse cõtineatur i priuilegio. 238 b

¶ Absoluere possunt prælati à quibuscunquè casibus occultis, etiam sedi Apostolicæ reseruatis 184.a. & 239.a.

Absoluere ab excõicatiõe minore potest quilibet sacerdos expositus. [245 a.

¶ Accidentia corporis Christi sunt in sacramento Eucharistiæ solùm indirectè & concomitanter. 63.b.

Accidentia sine subiecto in Eucharistiæ sacramento remanere, non licet dubitare. 67.b. & essentiæ accidentis conuenit ex natura sua habere esse in subiecto, suam tamen quiditatem habent per se. ibidem & alia accidentia à quantitate absquè nouo miraculo sustentãtur in ipsa quantitate. 68.a.

¶ Acoliti existentes in mortali, quando peccent ministrãdo. 12.a.

¶ Actus prædicandi non est alicuius sacramenti. 12.b.

Actus ministri debet esse humanus & liber. 15.a. & de necessitate sacramenti debet exprimi, non tamen persona baptizantis, bene tamen baptizati. 19.b. &. 20.a.

Actus moraliter boni extra charitatem reperiuntur. 105.a

Actus charitatis quomodo præcedat actum pœnitentiæ. ibidem. b.

Actus sunt in triplici differentia. 339.a

Actus coniugalis quando sit peccatum. 340.a & b

¶ Addere aliqua verba in sacramẽtorum formis quando vitiet 4.a.

¶ Adoptiõis diffinitio explicatur. 375.a. & adoptio est duplex. ibidem & inter quos contrahatur cognatio legalis. ibidem. b.

¶ Adul

Adultus non debet dare pecuniã ministro pro baptismo nolenti aliàs baptizare, sed sufficit quòd petat baptismum. 14. a

Adultus baptizatus à nõ sacerdote extra necessitatem peccat mortaliter. 26. a

Adultus cùm baptizatur, per se & nõ per alium respõdeat, necesse est. 29. b. & quòd vnus maiorẽ gratiã in baptismo recipiat q̃; alter, put maiorẽ habeuerit deuotionẽ. 36. b. & qui interiùs non vult recipere baptismum, non recipit ipsum. 37. a. & si ante baptismum vellet peccata sua confiteri ex deuotione, esset audiendus, non tamen satisfactio nec absolutio per sacerdotem impendenda 38. a

Adulti non sunt compellendi ad suscipiendam fidem coactione sed psuasione, bene tamen hæretici. 32. a & b

Adulti tenẽtur p̃mittere cõfessionẽ ad sacramentũ cõfirmatiõis, non ex p̃cepto sed ex cõsilio tantũ. 46. b. & quid de cõtritione. ibidem.

Adulto necessarius est ad baptismum aliquis actus positiuus pœnitentię mortalium. 38. a

Adultis per baptismum remittitur originale & actuale. 8. b

¶ Ætas legitima ad contrahendũ matrimoninũ in masculo. 14. & in fœmina. 12. annorum requiritur. 381. a. & quando malitia suppleat ætatem. ibidem

¶ Affinitas per quem cõcubitum causetur. 361. a. & eius diffinitio explicatur. ibidem

Affinitas in quibus gradibus impediat matrimonium cõtrahẽdum & dirimat cõtractum. 362. a. & an sit aliquis gradus iure naturæ matrimonium impediens & dirimens. 363. b. cum sequenti.

Affinitas ex fornicatione ꝓuenies, solũ in primo & secũdo gradu ipedit matrimonium contrahendum, & postea dirimit factum. 365. b

¶ Amens minimè sacramentum potest conficere, etiam si ante amentiam intenderet conficere. 15. a

Amens existens in peccato, qui ante amentiam nolebat pœnitere, an sit baptizandus. 34. a

Amentes an confirmari debeant. 47. a. & non est eis Eucharistia conferenda, nisi añ amentiã signa pœnitẽtiæ habuissent, & petierint. 81. a

¶ Angeli licèt pertineant ad societatem corporis mystici, non per fidem sed per claram visionem eidem coniunguntur. 73. b. & quo modo manducent Christum in cœlo. ibidem

¶ Annos discretionis ad confitendum & communicandum distinguit consuetudo. 81. a

¶ Apostoli quędam scriptis mandarunt, quædam verbo tenus tradiderunt. 3. b

Apostoli baptismum etiam receperunt 28.a
Apostoli p manuũ ipositionẽ cõfirmatiõis sacramẽtũ cõferebãt. 44 b
¶ Aq̃ bñdicta nõ signũ sanctificatiuũ est, ac pinde nec sacramẽtũ. 1 b.
Aqua ĩ baptismo necesse ẽ attigat carnẽ baptizati, l. saltẽ capillos. 23 a
Aqua miscenda in sacramento Eucharistię nihil refert an sit naturalis vel artificialis ad necessitatem sacramenti, peccaret tamen mortaliter qui aliam quàm naturalem apponeret. 56. b
¶ Arbitri iudices ĩ quo sensu appellẽtur sacerdotes ĩ cõfessiõe. 138. a
¶ Archiepiscopus dum visitat vel est in sua diœcesi, subditos suorum suffraganeorum confirmare non debet. 49. a
¶ Articulus mortis quis dicatur. 142. b. &. 177. b
¶ Aspersio aquæ in baptismo fieri potest in manu vel alio membro, si caput pueri in vtero existentis non appareat, rebaptizandus tamen est sub conditione, si egressus vixerit. 23. b
¶ Attritio quid sit, & in quibus differat à contritione. 131. b
Attritio per se solam minimè fieri potest contritio. 132. a. &. b.

B

Balsamũ non est de necessitate sacramenti confirmationis sicut aqua de necessitate baptismi. 43. a. est tñ de necessitate præcepti. ibidem. b
Balsamo quod in his partibus Indiarum reperitur, potest in eisdem confici sanctum chrisma. ibidem.
¶ Bãna sic sunt ad matrimonium necessaria, vt parochus illa omittẽs peccet mortaliter. 326. a. potest tamen Episcopus ex rationabili causa dispensare ne fiant. 327. a. & quod examen teneatur facere parochus, si aliquod impedimẽtum opponatur dum banna fiunt. 328. a.
¶ Baptismus institutus fuit añ Christi passionẽ, qñ Christus baptizatus est. 17. a. & tunc habebat efficaciam aliter quàm sacramẽta veteris legis. ibidem. b.
Baptismus & alia sacramenta nouæ legis statim post Christi passionem & resurrectionem obligare cœperunt. 18. a
Baptismus triplex. 23. b
Baptismus fluminis solus est in præcepto Euangelico. 24. b.
Baptismus flaminis præstantior est baptismo aquæ, sanguinis verò excellentissimus omnium. ibidem.
Baptismus sub conditione fieri non debet, nisi verè sit dubium an puer fuerit baptizatus. ibidem b.
Baptismus in re vel in voto necessarius est ad salutem post notitiam & promulgationem Euangelij. 28. a
Baptismus remittit totam pœnã pro peccatis debitam. 34. b. & nõ tollit

lit pœnã in foro exteriori debitã, bene tamẽ pœnas Ecclesiasticas, excepta irregularitate quæ oritur ex bigamia. 35. a.
Baptismus fieri pôt p aspersionẽ immersionẽ vel effusionẽ secũdùm ritũ vniuscuiusq; diœcesis, nisi vrgente necessitate. 22. b.
Baptismus virtutem habet auferendi pœnalitates à iustis in resurrectione corporum. 35. b
Baptismus fictè susceptus cõsequitur suũ effectũ recedente fictione.
Baptismus iterari non potest. 25. a [37. b.
Baptismi forma quæ sit. 19. b.
Baptismi duplex est effectus. 36. a
Baptismi materia non sunt sudor, lachrimæ, vrina, ceruisia, &c.. 19. a. potest tamen esse aqua in quam resoluuntur nix glaties & gelu. ibidem.
¶ Baptizans in nominibus patris & filij &c. non confert baptismum. 20. b. nec baptizans in nomine trinitatis. ibidem. & baptizans in nomine Christi, verum non conficit sacramentum. 21. b.
¶ Baptizatus in nomine genitoris geniti. &c. rebaptizandus est sub conditione. ibidem. a
Baptizatus vi imperfecta & conditionata, verè suscipit sacramentũ, non tamen gratiam. 30. a
Baptizatus in casu necessitatis sine exorcismis, debet catechizari & exorcizari in Ecclesia 41. b.
Baptizari possunt plures simul ab vno ministro, non tamẽ vnus à pluribus ministris cum dependentia. 21. a
¶ Benedictiones nuptiales contemnere mortale est, eas tamen ex negligentia omittere veniale tantùm videtur. 393. a
Benedictiones nuptiales non debent suscipere coniuges à quibusuis sacerdotibus, sed à proprio parocho. 394. a. & sacerdos contrarium faciens ipso iure est suspensus. ibidem.

C

Casus Episcopis reseruati 184 b
Casus summo pontifici reseruati 183. b
¶ Catechismus quid, & an pcedere debeat baptismũ. 39. a. & cui incumbat catechizãdi officium. 41. b
Catechismus præcedens baptismum causat cognationem spiritualem impedientem contractum matrimonij duntaxat, subsequens verò nullam. 374. a & b
¶ Causa duplex altera naturalis & altera moralis. 7. a
¶ Celebrare ac cõsecrare priuatim in parasceue, peccatũ mortale est, in die verò cœnæ & sabbati sancti ex facultate plati licet. 93. a

¶ Character quid sit. 9.b. & in quibus sacramentis imprimatur 10.a.
Character cõfirmationis prę supponit characterem baptismalẽ. 45.b.
¶ Charitas semel habita potest amitti. 114.a.
Christus reliquit inscriptis determinatas formas non omniũ sacra
¶ mentorum, sed trium tantùm. 3.b. vbi assignatur ratio.
Christus est totus in qualibet parte hostiæ etiam ante fractionem 64
a. & eius corpus in Eucharistiæ sacramento non est per se ipsum in
loco. ibidem. b. nec est circunscriptiuè nec diffinitiuè. ibidem. &
mouetur localiter p accidens ad motũ hostię. 65. a. & in hoc sacra-
mẽto non hẽt Christus actiones quæ dicũt ordinẽ ad locũ. ibidẽ b
Christi oculus corporalis quàm uis videat se ipsum sub sacramẽto exi
stentem, non tamen potest ipsum modum ibi existẽdi videre. 66. b.
¶ Chrisma ad necessitate sacramẽti debet esse cõsecratũ p Epm. 44. a.
Chrismatio de necessitate sacramẽti debet in forma crucis fieri 45 a.
¶ Circuncisio & alia legalia ante Christi passionem semper fuerunt
sub præcepto. 18. a.
¶ Circunstantia peccatorum quid & quotuplex. 149. b. & quæ sit ne
cessariò confitenda. ibidem cum sequenti.
Circunstãtiam peccatorum licet ex vrgenti causa tacere. 161. b.
¶ Claues spirituales remittendi peccata in solo Deo sunt trino & v-
no, & in Christo quatenus homo per potestatem excellentiæ, & in
sacerdotibus tanquàm in ministris. 203. b. cum sequen. & quæ sit
clauis diffinitio. ibidem.
Claues traditæ Petro præcellebant clauibus aliorum Apostolorum
in tribus. 206. b. & quando clauium potestas Apostolis per Christũ
fuerit collata. 205. a. & b.
¶ Clerici coniugati quãdo & in quibus gaudeãt priuilegio fori. 251 b.
¶ Cognatio spiritualis in sacramento confirmationis non contrahitur
à patrino non confirmato. 47. b.
Cognatio spiritualis antecedens, impedit matrimonium contrahẽdũ
& dirimit contractum, succedens verò non. 370. a. & quid si pater
proprium filium baptizauerit. ibidem.
Cognatio spiritualis duntaxat per Baptismum & Confirmationẽ con
trahitur. ibidem. b. & inter quas personas contrahatur 371. a. & b.
quã non oẽs tangentes contrahunt, sed solùm ad id dsignati 374. a.
Cognationis spiritualis diffinitio explicatur. 369. b.
¶ Cognatio legalis inter quas personas cõtrahatur 375 b.
¶ Columba de cœlo descendens super Christum & linguæ igneę ap
parentes sup Apostolorum capita in die pentecostes & Christi crux
non sunt signa practica, ac proinde nec sacramenta. 1. b.

¶ Com

¶ Commixtio vini vel alius liquoris facta in calice post consecratio nem, non transit in sanguinem Christi. 69. a.
¶ Communicare sub vtraq; specie, populo non debetur. 51. a.
Communicare an liceat quotidie. 81. b.
Coicare nō sacerdotē sub vtraq; specie non est cōtra ius diuinū. 85. a.
Communicare cum excommunicatis quando metus mortis excuset à peccato. 236 a.
Communionem soli parochi in paschate possunt ministrare, reliquo tempore omnes religiosi. 86. b.
Cōmunicatio cū excommunicatis in quibus casibus sit prohibita. 231. b. & in quibus sit pmissa. 234. b.
Coicare cum excoicatis in quatuor casibus est peccatū mortale. 233. b.
¶ Concupiscentia carnis non actuale peccatum sed inclinatio ad malum est, & contrarium asserere est hæreticum. 35. a.
¶ Conditio hominis ad spiritualia capessanda quæ sit. 5. b.
Conditiones quot sint, & quę inualident matrimonium. 335. a. & quid hodie post concilium. 338. b.
¶ Cōfessor, p solis cōmissis post baptisma iniūgere dbet pniam. 37 b
Confessor in vno Episcopatu expositus, potest incolam illius Episcopatus in alio Epatu q̄ntùm ad cōfessiones necessarias audire. 179. a.
Confessor quando teneatur interrogare pœnitentem, & qualiter se habere dbeat in interrogationibus faciē dis. 152. a. & b. cū sequēti.
Confessor quanta peritia pollere debeat. 181. b.
Confessor licèt non debeat audire confessionem concubinæ, si tamen eam absoluat tenet absolutio. 182. a.
Confessor quando dicatur cōfessionem reuelare. 190. a. & b. & quid agere debeat si ex ignorantia absoluat quem non poterat. 191. a
Cōfessor ea quæ nouit añ vel post confessionem reuelare pōt. 192. a.
Confessor non est iudex arbiter sed ordinarius, tam ad remissionem culpæ quàm ad absolutionem pœnæ. 201. b.
¶ Cōfessio cōfirmationē p̄cedere debet ex cōsilio nō exp̄cepto, attñ cōtritio vera vel existimata ex p̄cepto ipsam pbet p̄cedere. 46 b.
Cōfessio Eucharistiæ sūptionē dbet p̄cedere nisi ī vrgēte nessi. 76. a.
Cōfessio altera mentalis & altera vocalis. 137. b. & vocalis à Christo fuit instituta. ibidem. & quę sit eius diffinitio. ibidem.
Confessio sacramentalis diuino iure est præcepta. 138 b. & quoad tē pus confitendi p̄ceptum est pontificium. 139. a. & ea quæ fit homini & si nō sit de iure nature, non tamen illi aduersatur 139 b.
Confessio perfecta habere debet decem & sex conditiones. 145. b. & quæ dicatur dimidiata. 160. b. & qñ liceat eā partiri. 164. a. & b.

Con

Confessio etiã si debeat esse secreta,nõ tamẽ hoc requiritur ad eius essentiã.165.b.nec fieri potest per Epistolam nec p̃ interpretẽ.166.a.
Cõfessio in qua nullũ peccatum explicatur,nõ est sacramẽtalis.167.b.
Cõfessio q̃tenus est pars sacramenti, est partialis causa instrumẽtalis gratię.169.a.& quatenus est pars sacramenti ,optimè esse potest in formis.ibidem.b.& informis,quæ sit valida & non iteranda.170.a.& tripliciter fit in formis ex parte pœnitentis.ibidem.b.& quæ in formis est,suum effectum consequitur recedente fictione,dummodò accedat absolutio.174.a.
Confessio omnium peccatorũ cui nõ fuit adiuncta absolutio,vtrùm satisfaciat præcepto Ecclesiæ.173.a.
Confessionis præceptum in qua ętate incipiat obligare.145.a.
Cofessionis sacramentalis diffinitio.ibidem.b.
Confessionis integritas ex diuina institutione fuit.147.b.
Confessionem ob nullam causam licet reuelare.187.a.
Confessionem partiri an liceat propter casus reseruatos.162.b.
¶ Confiteri quibus temporibus teneamur.141.b.& quopacto singula peccata confiteri teneamur.148.b.
Confiteri tenetur quàm primum potuerit,qui in quadragesima confessionem omisit.144.b.
Confiteri per interpretem nemo tenetur.168.a.
Confiteri laicis nullus teneturex aliquo p̃cepto,licebit tamẽ in necessitate,quanuis illa cõfessio non sit sacramentalis.175.b.cum sequenti.
Confiteri alieno sacerdoti quando liceat alicui sine licentia proprij Parochi.181.a.&.b.
¶ Cõfirmatio iterari non debet.45.a.& quando fuerit hoc sacramentum à Christo institutum.43.a.
Cõfirmationis sacramento coarmatur homo ad pugnam.42.b
Confirmationis sacramentum confert maiorem gratiam quàm Baptismus.45.b.& non expedit hoc sacramentum pueris ante vsum rationis conferre,nisi vbi fuerit vsus.46.b.
Cõfirmatiõis sacramẽtũ an sit sub p̃cepto diuinivel humãi iuris 47.a
¶ Coniux qui verũ scit matrimonij impedimẽtũ,potiùs tenetur humiliter sustinere excõmunicationẽ quàm debitum reddere.320.b.& si in dubio practico &ex vtraq; pte pari sit constitutus ,tenetur petẽti reddere,licèt petere nequeat.321.a.& quæ dubia impediant transire ad secundas nuptias.322.b.
Coniux ad fidem conuersus qñ teneatur cohabitare cũ coniuge infideli.385.b.& quãdo possit transire ad secũdas nuptias.387.a.& si non potest requirere coniugem infidelẽ in partibus remotis existentem an pos-

an posſit tranſire ad ſecundas nuptias.388.b.
Coniux poſt matrimoniũ cõſummatũ poteſt altero ſuitore religionẽ intrare,quãdo alter fuit dãnatus à iudice de adulterio vel hereſi.396.a
Coniux qui etiam eſt adulter, & petit diuortium propter alterius fornicationem,peccat.396.b.
¶ Conſanguinitas in.3.&.4.gradu non impedit matrimonium contrahendum inter Indos iſtius noui orbis.353.b.
Cõſanguinitatis diffinitio explicatur 351.a.& eius gradus exactè computantur.352.b.
¶ Conſenſus coactus quid & quotuplex.329.a.cum ſequẽ.& quando matrimonium contractũ metu teneat.ibidem.
Cõſenſus coactus irritat matrimonium iure diuino & naturali.331.b.
Conſenſus nouus requiritur ad matrimonium adueniente conditione & cum forma concilij.335.b.
¶ Conſecrare plures hoſtias quando poſsit ſacerdos.55.b.
¶ Contemnere dupliciter contingit.33.b.
¶ Contritio vera vel exiſtimata quæ dicatur.46.b.
Contritio ſeu actus pœnitentis eſt meritorius non gratię ſed glorię eidem gratiæ qua actus informatur, correſpondentis..106.a
Cõtritio in virtute futuri ſacramẽti peccata remittit.110.a.& an ſit poſitiuè neceſſaria quoties peccata memorię occurrerint.113.a.&.b.
Cõtritio quomodo ſumatur,& quę ſit eius diffinitio.129.a.cum ſequẽti,& vt eſt ratio cauſa & initium exterioris pœnitentiæ,ad ipſam pœnitentiam exteriorem expectat.ibidem.b.
Cõtritio ī quibus differat ab attritiõe.131.b.& eius finis ẽ triplex.ibdẽ.
Cõtritio debet eſſe d oĩ peccato actuali.133.a.& d ſolo malo culpæ.132.b.& an ſufficiat vnica p pluribus peccatis.133.a.&.b.& quas cõditiones habere debeat.135.b.& quo tempore durare.ibidem.
Contritio apretiatiuè debet eſſe omnium dolorum maximus.124.a.
¶ Cõuerſio ad Deum, vt vocetur Baptiſmus flaminis,quid debeat annexum habere.24.b.& ibi etiam de Martyrio.
Conuerſio panis in corpus Chriſti in inſtanti fit.62.a
¶ Corpus & ſanguis Chriſti q̃tenus ſub ſpeciebus continetur,pertinet ad articulũ omnipotẽtiæ,& q̃tenus eſt ſacramẽtũ cõionis,ad particulam ſymboli,Credo ſanctorũ communionẽ.60.b. [ſcriptura.61.b.
Corpus Xp̃i ſub ſpecie bus contentũ quare appelletur panis in ſacra
¶ Corruptio verborũ ſi oĩno auferat ſenſũ locutiõis,vitiat ſacramẽti formã,& ſi ſit exp̃te finis dictiõis,nõ vitiat formã ſacramẽti.ibidem
Corruptio ſpecierũ ī ſacramẽto altaris ſequitur ad corruptionẽ q̃ntita
¶ Culpa remiſſa p pœnitẽtiã,an mãeat reatus pœnę.117.a. [tis.68.a.

D

Damnatis ad mortem nisi de gratia speciali non datur Eucharistia. 83. a
¶ Debitum coniugale potest vterq; coniux exigere nō solùm ad vitandam fornicationem in altero coniuge sed etiam inse ipso. 341. a & b
Debitū coniugale reddere de necessitate præcepti est. 402. a. & quæ sint causæ excusantes ad reddendum. ibidem. b
¶ Defectibus qui in Missa accidere solent, quomodo sufficienter occurri possit 98. a. cum sequenti.
Defectus impedientes susceptionem ordinum. 233. b
¶ Defunctus in quo aliqua signa contritionis apparuerunt, potest absolui ab excommunicatione. 229. b
¶ Deus causa nālis dicitur actiōis quæ peccatū est, nō tñ moralis. 7. a
Deus solus operatur ad effectum sacramentorum tanquàm principale agens. 10. a
Deus de potentia absoluta potest sine sacramento pœnitentiæ peccata remittere. 116. b
Deus vicem causæ effectiuæ se solo supplere potest. 311. a
¶ Desiderium & votum Eucharistiæ non sufficit ad conferendā eius gratiam sacramentalem. 69. b
¶ Diaconus & subdiaconus i mortali existentes, an peccē t ministram [do. 12. a
Diaconus deferre potest Eucharistiam infirmo excommissione. 86. a & in vrgente necessitate absquè commissione. ibidem
Diacono etiam ex licentia superioris solemniter baptizare licet. 26. b
¶ Differentia inter sacramenta nouæ legis & veteris. 8. a & b
Differentia notabilis inter sacramenta Eucharistię & baptismi. 71. a
Differentia inter sacramentum pœnitentiæ & alia sacramenta. 102. a
Differentia inter materiam pœnitentiæ & aliorū sacramentorū. 108. b
Differētia iter materiā sacramēti ordinis & aliorū sacramētorū 267. b
Differentia & conuenientia iter dignitatem Papatus & Epatus. 273. a
¶ Diffinitio sacramenti datur per signum & non per causam. 1. a
¶ Disparitas cultus impedit matrimonium contrahendum & dirimit iā contractū, nō iure diuino nec naturali sed solo Pōtificio. 383. a & b
¶ Dispositio ad confirmationis sacramentum recipiendum maior exigitur quàm ad baptismum. 47. a
¶ Diuortium quid sit. 396. b. & quæ causæ ad diuortium sufficiant. ibidem cum sequen. & quando vir teneatur vxorem dimittere. 398. a & b. & vtrùm authoritate propria possit eam dimittere. 399. a. & quo ad hoc vir & vxor ad paria iudicantur. ibidem. b

Di

Diuortium factum propter adulterium quòd nõ dissoluat matrimonium quo ad vinculum, de fide est. 401.a
Diuortio facto possunt coniuges reconciliari. ibidem. b
¶ Dormientes quantuncunq; in vigilia priùs voluerint baptizari, nisi constet periculum mortis ei imminere, non sunt baptizandi. 34.a

E

EBrius minimè sacramentum potest conficere. 15.a
¶ Ecclesia nunquàm cõsueuit, in terris paganorum baptizare ipsorum filios. 31.a
¶ Effectus in sacramentis ex verborum significatione pendet. 4.a
Effectus baptismi integer non potest suppleri per aliquid aliud de potentia ordinaria. 26.a
Effectus baptismi duplex. 36. a. & ille qui est per accidens non datur æqualis omnibus pueris nec adultis, etiam si cum æquali deuotione accedant. 37. a
Effectus sacramenti Eucharistiæ ex solo voto & desiderio percipi potest tam à paruulo quàm adulto. 51.a
Effectum baptismi solo voto & desiderio adultus potest suscipere, paruulus autem nonnisi in re recipiat baptismum. ibidem
Effectus omnes quos præstat cibus & potus in vita corporali, præstat sacramentum Eucharistiæ in vita spirituali. 69. a
¶ Episcopus nõ est necessarius minister cõfirmatiõis iure diuo. 48. b
Episcopus confirmando non subditos licèt peccet, non efficitur irregularis. 49. a. & non debet extra suam diœcesim subditos suos cõfirmare. ibidem
Episcopus conferens tam minores quàm maiores ordines tempore interdicto, efficitur irregularis. 255. b
Episcopus dum consecratur, nõ recipit nouum characterem, sed extenditur is quem priùs habebat. 271. a. nec characterem habet superiorem sacerdotali. ibidem. habet tamen maiorem potestatem populum præparandi. ibidem
Episcopus quantuncunq; hæreticus præcisus, verum ordinis sacramentum confert, si id attentet. 280.a.
Episcopus conferens ordines symoniacè, quanuis verum conferat sacramẽtum, tam ipse quàm suscipiens peccant & fiunt irregulares, & à suo ordinum vsu suspenduntur. 281. a
Episcopus qualis esse debeat. 284.a
Episcopi possunt sibi casus reseruare etiam non habentes annexã excommunicationem. 133. a

Epis licet absoluere à casibus occultis Romão pontifici reseruatis 184.a
Epis licet in omnibus irregularitatibus & suspensionibus ex dicto occulto prouenientibus dispensare exceptis duobus casibus. 275.b.
Episcoporum præeminentia respectu simplicium presbyterorum est de iure diuino. 272.a.
Episcopatus licèt largè sit ordo, non tamen est sacramentum. 276.a.
¶ Error psonę in baptismo nõ tollit sacramẽtũ, secùs in matrimõio. 20 b
Error personę aut circa personam aut circa eius cõditionem esse potest, & circa conditionem tripliciter. 344.a. & error personæ quando impediat matrimonium. ibidem
Error seruitutis quando impediat matrimonium. 345 a & hic error solo iure ecclesiastico vim habet ad impediẽdũ matrimoniũ. ibidẽ b.
¶ Eucharistia non solùm est sacramentum, verùm etiam omniũ sacramẽtorũ maximũ. 49.b. & ex se habet conferre primam gratiam. 69 b. quã etiam conferre habet durantibus speciebus in stomacho. 70.a. & an sit de necessitate salutis. 51 a
Eucharistia indirectè remittit culpam & pœnam. 71.b. & ex se sufficiens est ad satisfaciendum pro omni pœna. 72.a. ac de se præseruat contra ea quæ intrinsecùs sunt causa mortis. ibidem.
Eucharistia non est conferenda publico peccatori. 77. b
Eucharistiæ nomen pro quo supponat. 50.a
Eucharistiæ sacramentum non est adeò necessarium sicut baptismus. 51.b. & quando fuit institutum. 52 b. & an eius materia habeat determinatam quantitatem. 55.a. & quæ sit eius forma. 56.cũ sequẽti.
Eucharistiæ sacramẽtũ pluribus nominibus nuncupatur.
Eucharistiæ sumptionem an præcedere debeat confessio, an verò sufficiat sola contritio cum proposito confitendi. 73.b. cum sequenti.
¶ Excoicatio nouę legis differt ab exclusiõe à castris & synagoga quæ erat ilege ãtiq̃. 214.a. cuius põtas iure diuino tradita ẽ ecclesię. ibidẽ
Excommunicatio non pro quolibet mortali sed pro grauissimo ferẽda est. 217 b. cũ sequen. & admonitione semper præmissa. ibidem.
Excoicatio ꝑ tpalẽ dãno Ecclesiæ vel ꝓximo illato põt ferri, dũmodò alia via recuperari non possit. 219.b. cum sequenti. & quando ignorantem obliget. 220.b.
Excoicatio iniusta duplex, p se & p accidẽs. 221.b cũ sequẽ. & qñ habeat effectũ. ibidẽ. & qñ nõ obliget ad ãnũtiationẽ dictorum. 213.a.
Excoicatio euidẽter iniusta non prohibet excoicatum in secreto celebrare, nec veritatẽ scientes cum illo communicare. 226.a
Excommunicatio potest ad tempus suspẽdi, quę vocatur absolutio ad reincidendum. 240.a.

Excommunicatio in quo conueniat & in quo differat ab alijs Ecclesiasticis censuris. 246. a

Excommunicatio minor in quibus casibus contrahatur. 244. a. & qui sint eius effectus. ibidem. b

Excõmunicationis maioris diffinitio. 216. a. atq; etiam minoris. ibidẽ.

Excõmunicationis maioris plures sunt effectus. 220. a

Excoicatiõe nõ ligatur qui in rei veritate est innocens, licèt exteriùs probetur nocens. 225 a

Excoicatus recipiẽs sacramẽta & sacerdos illa ei administrãs peccat mortaliter. 216. b. & quæ sacramẽta ei collata valeant. ibidem.

Excoicatus maiori excoicatiõe vel suspẽsus excoicare nõ põt. 227. b

Excoicatus põt iterum excoicari etiam propter idem crimen. 229. a

Excõmunicatus secretè si abstinendo se à diuinis, proximos scandalizaret, non peccat cõmunicando cum fidelibus. 230. b. & in quibus casibus possimus cũ excõmunicatis communicare. 234. b

Excoicatus pluribus excõmunicationibus & causis quando censeatur ab oĩbus absolutus vnica tãtùm absolutione. 241. a. & absolui põt ab vna excõmunicatione remanens ligatus in alijs. 240. b

Excoicatus minori excommucatione à quolibet sacerdote exposito potest absolui. 245. a

Excoicatus minori excoicatiõe cõferẽdo sacrã q̃liter peccet. 244. b.

Excoicato nunquàm licet ad Eucharistiæ sacramẽtũ accedere. 77. a

Excoicati vitãdi nõ sũt nisi noiati. l. manifesti pcusores cleticorũ. 87. b

Excoicati sentẽtia ab Ecclesia tolerati tenet, licèt ipse peccet mortaliter illam proferendo. 227. b.

Excommunicandi facultas quibus sit concessa. 226 b

Excoicare põt Eps ãlinquẽtẽ in suo territorio, ẽt si ad aliud cõfugerit 227. a. atq; etiã subditũ ãlinquẽtẽ i alieno si in suo cõueniatur. ibidẽ

Excoicare nemo potest seipsum nec sibi ęqualem nec superiorẽ 228 a. potest tamen sibi indulgentias concedere.

¶ Exorcismus non solùm aliquid significat, sed etiam efficit. 40. a. & quid efficiat. ibidem. b

Exorcismi sunt in duplici differentia. ibidem. a

Exorcismi non virtute naturali nec supernaturali sibi inhærente, sed ex diuina virtute dæmonis potestatem colubent. 41. a

Exorcismi baptismales semper sunt salutares & de se efficaces, nisi recipientis nequitia obstet. ibidem.

Exorcismi ad effectũ baptismi suscipiẽdũ nõ sũt necessarij: peccat tn mortaliter qui extra casũ extremę necessitatis eos omittit. ibidẽ. b

¶ Explicatio. ca. Si quis suadente diabolo. 242. b. cum sequenti·

¶ Ere

¶ Extrema vnctio vnum tantùm est sacramentum, licèt multæ fiant vnctiones. 256. b. & in vlti. vnctione infunditur gratia. 259. a
Extrema vnctio quòd habeat formā ā fide est. 258. b. & est de essentia quòd fiat deprecatiuè. 259. a
Extremæ vnctionis sacramentum à Christo fuit institutum. 257. a. & eius materia est oleum oliuarum. 258. a. & debet esse ab Episcopo consecratum. ibidem.
Extremæ vnctionis sacramentum solis infirmis & non quibuscunq; sed morti propinquis est conferendum. 262. a. &. b. & quis sit eius proprius effectus. 259 a
Extremæ vnctionis sacramentum si ex contemptu omittatur, damnabile est. 263. b. & quot partes corporis vngi debeant. ibidem
Extremę vnctionis sacramentum iterari potest. 264. a

F

Fictio quid sit, & quis dicatur fictè ad baptismum accedere. 37. a. & bifariam dicitur aliquis fictus. ibidem
Fictionis peccatum in baptismo aut per baptismum aut per pœnitentiam deleatur. 38. a.
¶ Fides interiùs ad hominum iustificationem nō fuit satis, nisi etiam signis exterioribus illam protestaremur. 6. a
Fides Christi implicita ante legis Euangelicæ diuulgationem sufficiebat & nunc sufficit ad obtinendam gratiam iustificantem. 28. b. & explicita post euangelij ꝓmulgationē est necessaria ad salutē. ibidē
¶ Filij infidelium cùm incipiunt habere vsum rationis, incipiunt esse futuris quoad baptismum. 30. b
Filij infidelium possunt baptizari inuitis parentibus, cùm essent iam iā morituri. 31. a
Filij infidelium si inuitis parentibus de facto baptizentur, verum baptismum suscipiunt. ibidem. b
Filij infidelium in potestate Christianorum existentium, possunt inuitis parentibus baptizari, & similiter filij hęreticorū. 31. b & 32. a &. b
¶ Finis præcepti non cadit sub prȩcepto. 151. b
¶ Fomes peccati, licèt per baptismum minuatur, asserere tamen penitus extingui, hęreticum est 36. a
¶ Forma determinata principaliùs requiritur adesse rei, quàm determinata materia. 3. b
Forma baptismatis instituta fuit post Christi passionem. 17. b
¶ Forum duplex est in Ecclesia. 213. a
¶ Frigiditatis impedimentum quotuplex. 376. a &. b
¶ Furiæ & amentię impedimenta. 379. b

¶ Fu

¶ Furioſi & amentes quando ſint baptizandi 33.b

G

Generari poteſt ex ſacramentalibus ſpeciebus, id quod poſſet ex materia panis ſi adeſſet. 68 a& b
¶ Græci non peccant baptizando ſecundum formã ſuæ Eccleſiæ. 4.b
¶ Gratia deriuatur â Deo in homines per humanitatẽ & ſanguinem Chriſti tanq̃; per inſtrumentũ coniunctum, & per ſacramenta tanquàm per inſtrumenta ſeparata. 8. a
Gratia non maior datur recipienti euchariſtiam ſub vtraq; ſpecie q̃; ſub vna. 70.a.&.84 b
Gratia maior nõ datur p̃ meliorẽ miniſtrũ q̃; per malum. 11.a
Gratiam & virtutes tam paruulis q̃; adultis infundi in baptiſmo fateri oportet. 36.b.& per pœnitentiam reſtituuntur. 124 b

H

Habitus virtutum infundi in Baptiſmo, oportet nos fateri. 36 b.&. 105 a
Habitus infuſio dupliciter contingit. 103 b &. 105. b
Hermaphroditus quãdo ordinum ſit capax. 281 b
¶ Homicidiũ quando vere committatur, vt inde irregularitas prouenat. 285 a
¶ Homo dupliciter perficitur 16.a
Homo nõ pôt ſatiſfacere Deo p̃ vno peccato, quin ſatiſfaciat pro alio 195 a. & ſecũdũ ſua nãlia, ſecluſa gratia, nullo modo pôt. 194 b
¶ Horã canonicã, q̃n timetur ipedimẽtũ, an teneamur ãticipare. 143 b

I

Ieiunium naturę præcedere debet ſumptionem Euchariſtię. 80 a.& quando incipiat ieiunium. ibidem
¶ Ignorantia quid & quotuplex, & quæ excuſat. 159.a
Ignorãti q̃n liceat veritatem occultare 159 b
¶ Illegitimè nati, prælati fieri non poſſunt abſq; diſpẽſatione. 284 b
¶ Immerſio trina vbi eſt conſuetudo, quòd in baptiſmo fiat, añ tertiã fit baptiſmus, niſi miniſter contrariam habeat intentionem. 23.a
¶ Inceſtus quid, & q̃n matrimoniũ ipediat & dirimat, & q̃n ius petẽdi dbitũ auferat. 380.a. & quis poſsit i hoc ipedimẽto diſpẽſare. ibicẽ. b
¶ Infidelis conuertus ad fidem, ſi plures vxores habuit in infidelitate, quam earum teneatur accipere. 388. a
¶ Infirmis dbet dari euchariſtia añ prãdiũ, ſi idcõmodè fieri poſſet. 8. a
¶ Ingratitudinem committit, q̃ poſt p̃ peccata ſibi dimiſſa iterum pec

cat.124.a.& quando mutet ſpeciem peccati. ibidem
¶ Inſtrumentum paſsionis iam exhibitæ,copioſiorem gratiam influit quàm circunciſio.8.b
Intellectus beatorum per viſionem diuinæ eſſentiæ videnti modū exiſtendi in ſacramento.67.a
¶ Intellectus capi,A quodam Iudæo.de conſecra.diſt.4.22.a
Intellectus ad dictum Pauli,Probet autem ſeipſum.&c. 75.b
Intellectus capi.Ipſi ſacerdotes.1.q.1.87.b
Intellectus ad illud Pauli,Impoſsibile eſt eos qui ſemel.&c.Hæbreorum.6.4. b
Intellectus ad illud Iacobi,Qui in vno offendit.&c.123.b
Intellectus ad illud Ezechielis,Si impius egerit pœnitentiā &c.125.b
¶ Intentio miniſtri ſemper in ſacramentis eſt neceſſaria.4.a.& 14 a. & hæc actualis.I virtualis.15.a.& habitualis ad ſacramenta non ſufficit.ibidē
Intentio triplex eſſe poteſt.14.b
¶ Interdictum triplex.246.b.& in quibus caſibus à iure dimanet.247 a.& non poteſt poni ſine maxima cauſa.ibidem.b. & non pro debito pecuniario.248.a.& quando debeat precedere monitio.ibidē & quòd ferri debeat in ſcriptis,licèt non ſit neceſſaria aliqua forma verborū ſeruari.ibidē.& vt obliget,an oībus debeat intimari.Ibi.
Interdictum quando poteſt ad tempus ſuſpendi tolli & relaxari,& qñ non.248.b.cum ſequenti,& quę ſunt quæ tempore interdicti fieri prohibeantur.249.b.& quæ tunc liceant,& quibus perſonis.250.b
Interdictum violantes quam pœnam incurrant.254.a.cum ſequenti, & in quibus violetur interdictum.ibidem.
¶ Interpres non tenetur tam arcto vinculo quo ad ſigillum confeſſionis,ſicut ſacerdos.168.a.&.b
¶ Interrogationes circa decem precepta decalogi.153 cum ſequenti
¶ Inuocatio trinitatis in ſacramento cōfirmationis & baptiſmi eſt neceſſaria neceſsitate ſacramenti,non aūt in alijs.44.b.&. 110.a
¶ Inuitus poteſt abſolui ab excommunicatione.240.b
¶ Irregularis eſt qui rebaptizat,& adultus qui rebaptizatur,niſi ignorantia excuſetur.25.a & à quo poſsit diſpenſari cum illo.ibidem.b
Irregularis efficitur nō ſacerdos baptizās extra neceſsitatē,& peccat mortaliter,niſi ignorantia inuincibili excuſetur.26.a
Irregularis nō efficitur laicus,ſi de facto abſoluat ſibi cōfitētem.176.a
Irregularis efficitur qui in ſuperiori ordine eſt promotus anteq; acceperit inferiorem,ſi miniſtrat.278.b.& ad quem pertineat cum illo diſpenſare 279.a
Irregularis efficitur recipiens ordines ſacros extra tempora,vel ante ætatem

ętatem,aut ſine literis dimiſſorijs,quoties ſolenniter in ordine ſic ſu ſcepto miniſtrauerit,antequàm legitimam ętatem attigerit. 283.b
Irregularitates omnes tolluntur per profeſsionē religionis, exceptis eis quæ oriuntur ex homicidio voluntario & bigamia. 284.b
Irregularis efficitur prælatus & iudex non liberans à morte hominē cùm poteſt,& ex officio tenetur.285.a
¶ Iuſtitia ſecundùm ſuam perfectam rationem non reperitur inter Deum & hominem.103.b
Iuſtum dupliciter ſumitur.103.b

L

LAicus poteſt excommunicare & abſoluere,dummodò habeat primam tonſuram & iuriſdictionem. 239.b. & in articulo mortis quilibet laicus deficiente ſacerdote poteſt abſoluere ab excommunicatione.ibidem
¶ Legalia omnia extincta fuerūt in paſsione Domini. 18 a.& poſt ſufficientem promulgationem Euangelij ſunt,fuerunt, & erunt mortifera.ibidem b
¶ Leprosis licèt conferri poſsit Euchariſtia,non tamen omnibus.8.b
¶ Leuatio non reſponſio eſt de neceſsitate ſeu eſſentia compaternitatis ſpiritualis.27.a
¶ Liber cognoſcens coniugē ſuam eſſe ancillam,quando poteſt quo ad thorum ſe ſeparare.345.b.& quòd ſi contrahat cum alia ſecundùm formam concilij,verum ſit ſecundum matrimonium.ibidem
¶ Licitū eſt à malo miniſtro tolerato ab Eccleſia ſacramentum recipere,ſi ſit paratus adminiſtrare.13.a
Licitum eſt dare pecuniam ſacerdoti,vt puerum baptizet,non emendo ſacramentum,ſed pueri vexationem redimendo.ibidem.b
¶ Ligatus per matrimonium vni coniugi,non poteſt eo viuente ad aliud matrimonium tranſire.381.b.& quanta certitudo requiratur de morte abſentis coniugis,vt poſsit ſe alteri copulare.ibidem

M

MAleficij impedimentum quotuplex, & quando matrimonium impediat.378.b.cū ſequenti.& quid de furia & amentia.379.b
¶ Mãna non pręſtitum fuit Iudæis ad ſanctitatem,ſed ad ſatietatem carnis.1.b
¶ Martyrium non eſt ſacramentum,nec confert gratiam ex opere operato.24.b
¶ Materia & forma in ſacramento quid ſignificet.3.a
Materia in ſacramentis habet ſe ſicut in artificialibus.3.a

Materia Eucharistię debet esset præsens ad sensum aliquē cōsecrātis
Materia sacramēti pœnitētiæ quæ sit. 107. b. & est duplex. 108 b. [55. b
¶ Matrimonium à Deo fuit institutū in paradiso ante peccatum in offi
ciū naturæ, & post peccatū etiā in remediū cōcupiscētię. 290. b. & qua
tenus est sacramētū nouę legis à Christo fuit īstitutū, ibidem. & q̄li-
ter sit naturale. 291. a. & quomodo sit in præcepto. 292. b
Matrimonium sacramentū est nouæ legis conferens gratiam. 295. b
Matrimonium dupliciter dicitur esse perfectum. 298. a. &. b
Matrimoniū cōtractū nō seruata forma concilij neq; est verū in foro
interiori, neq; præsumptū ī exteriori. 316. b. & cōtrahens sine tali for
ma ad quid teneatur. ibidē. & quid si priùs seruata forma & verbis
fallacibus cōtraxit cū vna, & posteà cum alia etiam seruata forma.
Matrimoniū cōtractū metu cadēte incōstātē virū nō tenet. 330. b [317. a
Matrimonium contrahare cum hæretico, licèt prohibeatur catholico,
contractum tamen non irritatur. 384. b
Matrimoniū in linea recta cōsanguinitatis iure naturali & diuino inter
aliq̄s psonas, phibitū est. 355. b. cū sequēti. & inter fratrē & sororē
phibitū ē iure naturali secūdo modo. 359. a. & quid d alijs gradibus
Matrimonium hodie non efficit consensus, nisi adhibita forma [ibidē
concilij. 309. b & debet esse expressus verbo vel signo. 311. b
Matrimonio metu cōtracto & seruata forma cōcilij nō possunt cōtra
hentes, ppria autoritate ad secundas nuptias in eadē patria transire.
Matrimonium nullum ex defectu interioris consensus vel ob [320. a
aliam causam quomodo post concilium debeat reparari 313. b
Matrimonium per procuratorem vel literas contractum verum est &
legitimum, si seruetur forma concilij. 314. a. &. 315. a. & est verum sa
cramentum conferens gratiam. ibidem. b
Matrimonium ratum non consummatum per solennem religionis
professionem alterius coniugum dirimi de fide est. 395. a
Matrimonium tribus bonis honestatur. 339. b. & vt liberè contrahatur
impedientes, ipso facto excommunicantur. 333. a
Matrimonialis actus nō solū est licitus, verū etiā pōt esse meritorius.
Matrimonialis contractus sicut reperitur verus & legitimus [294. b
inter fideles, ita & inter infideles. 382. a
Matrimonij materia & forma quæ sint. 297. a
Matrimonij diffinitio explicatur 308. a & b
Matrimonia clandestina post sufficientem promulgationem concilij
Tridentini sunt irrita & nulla. 324. a
¶ Melchisedech primus panem & vinum obtulit. 6 a
¶ Mentiri in confessione quando sit mortale. 14 b. a

Minist

¶Miniſter ſacramenti an & quando peccet commiſcendo verborum mutationes interruptiones & tranſpoſitiones. 4.b
Miniſter tāq; inſtrumētū opatur iteriorē effectū ſacrōrū. 7.b.&.10.a
Miniſter ſacramētorum debet eſſe homo,nō angelus. ibidem. a. & ſe cūdūm fidem cauſa eſt remiſsionis & gratiæ & iuſtificationis.ibidē.
Miniſter malus dupliciter poteſt dici.ibidem.b.& an conferat ſacramentum.ibidem.& an peccet ſacramenta adminiſtrando. 11.a.
Miniſter quicunq; etiam hæreticus verum ſacramentum confert,ſi intendat facere quod Eccleſia.15.a. [21.a.
Miniſter vnus plures ſimul pōt baptizare,nō tñ plures miniſtri vnum.
Miniſter cōfirmationis poteſt eſſe quilibet ſacerdos ex commiſsione Papæ,non tamen quicunq; fidelis. 48.a.
Miniſter Euchariſtiæ ſolus eſt ſacerdos. 85.a.
Miniſter Eccleſiæ per ſolum peccatum mortale non amittit poteſtatē iuriſdictionis. 210.b.& non poteſt publicitus orare pro excommunicato,ſecus tamen ſecretè,& vt perſona priuata. 215 a.
Miniſter extremę vnctionis etiā in articulo mortis ſolus eſt ſacerdos & proprius. 261.a.& licèt peccet ſimplex ſacerdos illud cōferē do ſine licētia ,pprij ſacerdotis ſecluſa neceſsitate,factū tñ tenet. 261.b.
Miniſter ordinarius ordinis ſolus eſt Epiſcopus. 269.b
¶ Miſſa mali ſacerdotis an ſit minoris valoris quàm boni. 87. a.
Miſſa in quo loco debeat celebrari, 94.a.& in quibus vaſsis & veſti-
Miſſa quantùm ad eius valorem 89.&.90. [bus. 95 a
Miſſa pro defunctis nō eſt diebus feſtiuis collegialiter celebrāda.ibidē
Miſſa ſolēnis & priuata quo tempore regulariter ſit celebranda. 93. a.
Miſſa an pro pluribus oblata tantùm ſingulis proſit, ac ſi pro vno dū taxat offerretur. 99.a
Miſſam quotidie oportet in Eccleſia celebrare. 91.b.&. 92. a
Miſſam an liceat celebrare ante officiū dictū maturinarum. ibidem. b.
Miſſam quando liceat ab excommunicatis audire. 88 a
Miſſam proprij feſti audire non eſt de præcepto. 96.b & quo ad prę ceptū quomodo debeat audiri ibidem. & audienti licitū eſt ſimul horas canonicas vel aliam orationem recitare. 97.a
Miſſam audire tē pore interdicti obligantur habentes diplomata. 97.a
Miſſam audire quæ perſonę excuſentur.ibidem b.
Miſſas quando poſsit plures ſacerdos in eadem die celebrare 92.b
¶Modus exiſtendi Chriſti in hoſtia à nullo intellectu creato videri poteſt lumine naturali 67.a.
Modi quatuor manducandi ſpiritualiter Euchariſtiam. 73.a.
¶ Monachi iter ſimul agentes licentiam habent implicitam ſe ad inui-

cem absoluendi, quocunquè declinauerint. 179. a.
¶ Monitio trina non est de essentia excommunicationis. 218. b
¶ Mortis articulus quis dicatur. 142. b & 177. b
¶ Mustum potest esse apta materia ad consecrationem. 55. a
¶ Mutatio verborū in forma baptismi qñ tollat sacrm. 19. b. & 20. a
¶ Mutus tenetur confiteri modo quo potest. 166. b

N

NAturale bifariam dicitur. 291. a
¶ Necessarium dupliciter sumitur. 5. b
¶ Nomine rerum non solum res ipsę intelliguntur, verum & actus ipsi sensibiles. 2. b
¶ Notorium peccatū quid sit. 74 a. & 77. a. & b
¶ Nuptiæ quibus temporibus sint interdictæ. 392. a. & temporibus interdictis eas solenniter celebrare, mortale est. ibidem. b
Nuptiæ nullo tpe sunt interdictæ neophitis huius noui orbis. ibidem.
Nuptiæ secundę licitæ sunt mortuo vno coniuge. 394. a. & sunt verum sacramentum. ibidem. b. & quæ sint benedicendæ. ibidem

O

OPera mortalia sunt in triplici differentia. 128. a
Opera mortua non possunt reuiuiscere per pœnitentiam. ¶ ibidem. b. prosunt tamē multùm peccatori. ibidem
Opinioni pœnitentis, quando teneatur ad hærere confessor, relicta propria. 160. a
¶ Opus pęnale quid sit. 196. b, & p quod fieri possit satisfactio. 197. a. & quotuplex sit. ibidem. b. & quanuis aliàs sit in præcepto, est tamen satisfactorium. 199. a
Ordinandi quam ætatem habere debeāt, & quod interuallum inter ordinem & ordinem requiratur. 283. a. & quales esse debeant. 287. a.
¶ Ordo sacerdotalis & oēs alij tā maiores q̄; minores, sunt in Ecclesia ex diuina institutione. 266. a. & vniuscuiusq; quæ sit materia. 257. b & eius contactus est de essentia. ibidem. & forma eius optimè dsignatur verbis imperatiui modi 269. a. & manuum impositio non est de essentia ordinis sacerdotalis necessaria. ibidem. b
Ordo quilibet imprimit characterē. 277. a. & b. & in quo actu in quolibet ordine imprimatur character. ibidem.
Ordo sacer ex Ecclesiæ pręcisse statuto, & nō ex iure diuino impedit matrimonium contrahendum, & dirimit contractum. 350. a
Ordinatus ab alieno Epō est suspē sus q̄ndiu, pprio ordinario videbi-
Ordinatū in sacris ordinibus ante vsum rationis [tur expedire. 284. a
teneri voto castitatis non est credendū, licèt verum ordinis sacramē-

tum

tum ſuſcipiat. 282. a. & niſi adueniente vſurationis in votum caſtitatis conſenſerit, ab vſu ordinum debet manere ſuſpenſus. ibidē
Ordinatus coacte & oīo inuitus nō manet ordinatus, ſecus ſi pmetum
Ordinis ſacramētum debet eſſe in Eccleſia, & neceſſarium [282. a
fuit plures ordines in ea exiſtere. 265. a &. b
Ordinis ſacrūm nō tātùm habet cōferre gratiā, verū & augmētū illius.
Ordinis vnius character non præſupponit alterius characterē [276. b
de neceſsitate ſacramenti. 278. b. bene tamen characterem baptiſmalem. ibidem. a. characterem autem confirmationis de congruita
te tantùm. ibidem. b
Ordinis miniſter vt ordinarius, ſolus eſt Eps. 279. b. & ex cōmiſsiōe ſūmi Pontificis ſimplex ſacerdos pōt cōferre ordines minores. ibidem
Ordinis ſuſceptio requirit ſexum virilem de neceſsitate ſacramenti.
281. a
Ordines minores nō ſunt ſacramētalia quædā ſed ſacramēta. 275. a. &
nō requirūt vſum rōnis d neceſsitate ſacramēti. bñ tñ d honeſtate.
Ordines quibus temporibus ſint conferendi. 286. a [282. b
Ordinū miniſteria nō niſi p cōſtitutos in eiſdē ordinibus exerceātur.
¶ Originale peccatū neutiq; eſt materia pœnitentiæ. 109 a [270. a

P

Panis triticeus eſt neceſſaria materia Euchariſtiæ. 53. a. & cōfectus ex aq̄ artificiali nō eſt cōſecrabilis. 53. b. & cōfectus ex duabus ſpeciebus tritici, an ſit apta materia cōſecrationis. 54. a & quòd paſta incocta non ſit legitima materia conſecrationis. ibidem.
Panis quòd ſit azimus vel fermētatus, nō eſt de eſſentia & neceſsitate ſacramenti. ibidem. debet tamen vnuſquiſq; ritum ſuæ Eccleſiæ ſeruare. ibidem.
¶ Papa nō pōt cōmittere cōſecrationē chriſmatis ſimplici ſacerdoti.
Papa etiam per hęreſim exteriùs prolatam, non eo ipſo excō- [44. a
municatus eſt, ſed venit excommunicandus. 228. b
Papa communicans cum excommunicato licèt nō incurrat minorem excommunicationem, non tamen excuſabitur à peccato. 235. b
Papa an poſsit diſpēſare vt fidelis cōtrahat cū infideli. 384. a. & an poſsit diſpenſare in matrimonio rato non conſummato. 366. a
Papatus eſt dignitas omnes alias dignitates præcellens. 273. a. & hoc de iure diuino. ibidem. b.
¶ Parochianus habet ius petendi ſacramenta à ꝓprio parocho exiſtēti in mortali in omni caſu, etiam extra neceſsitatem 13. b. [dis. 83 b.
¶ Paſcha q̄ntū ad p̄ceptū coīonis itelligitur durare duabus ebdoma-

Passio Christi cõgruè repręsentatur per hoc quòd corpus per se sanguisquè seorsum consecratur. 53. a
¶ Pater absq; hoc quòd priuetur iure petẽdi debitũ, vrgente necessitate potest baptizare proprium filium. 25. b
¶ Patrinus de necessitate sacramẽti nõ requiritur in baptismo. 26. b. & esse non potest qui non sit baptizatus. ibidem.
Patrinus in sacramẽto cõfirmationis esse nõ põt qui nõ sit cõfirmatus.
¶ Peccator publicus peccat p̃dicando, occultus verò non. 12. b[47. b
Peccator Christianus potest manducare corpus Christi sacramentaliter, licèt non spiritualiter. 74. a.
¶ Peccatum aliquod omittere in confessione donec copia alterius cõfessoris idonei habeatur, quando liceat. 162 a. & b. & 164. a
Peccatum quando dicatur notorium. 74. a. & 77. a
Peccatũ q̃ntũcũq; maximũ remissibile est in hac vita. 115. a. & b
Peccatum mortale actuale sine pœnitẽtia quatenus est virtus, nõ põt remitti. 116. b & ipossibile est quòd vnũ sine alio remittatur. ibidẽ.
Peccatum veniale auertit mentem hominis à Deo secundùm quid. 120. a & sine pœnitentia non remittitur. ibidem. & p accidens punitur ęternaliter in inferno. 121. b. ac remitti põt i purgatorio. ibidem
Peccãta venialia possũt aliq̃ remitti sine alijs vẽialibus. 71. b & quõ. 120 b
Peccãta vẽialia distrahũt mẽtẽ ab attẽtione & actuali deuotiõe sacri. 72. b
Peccata sunt materia pũiæ circa quã versantur actus sacrãles. 109. a.
Peccata remissa frequenter in memoriam reuocare, vtrùm sit laudabile. 113. b. & an redeant per sequens peccatum. 123. a
Peccata venialia quibus medijs remittantur. 121. b
Peccata venialia non cadunt sub præcepto confessionis. 140. a
Peccata interiora mentis non possunt prælati sibi reseruare. 163. a
¶ Perfectio rei est duplex. 298 a.
¶ Permixtio aquæ cum vino in eucharistię sacramento licèt sit de necessitate pręcepti, non tamen de necessitate sacramenti. 56. a
¶ Petere sacramẽta à malo ministro tolerato ab Ecclesia licitũ est, si paratus sit administrare. 13. a. & petere à nõ parocho, ꝓbato tamẽ, licitum est, nisi in certo casu 14. a
Petere ad vsuras in necessitatis articulo an liceat. 13 b
¶ Pœna satisfactoria peccati taxari debet iuxta quantitatẽ culpæ. 186 a secus quatenus est medicina. 186. a
¶ Pœnitentia quid sit 101. a. & quando sit virtus. ibidem. b
Pñia spẽalis ẽ virtus distĩcta à cæteris q̃s philosophi cognouerũt. 103. a
Pñia altera interior & altera exterior, & ad quid vtraq; sit necessaria.
Pñia formalis explicita & implicita quæ sit. 120. a. & explicita. [106 b quãdo

quando sit necessaria.119.a
Pœnitentia in instanti põt peccatorẽ in Dei amicitiã reddere. 116.a
Pœnitentia intetior qualiter duret in beatis post hanc vitam.113.b. &.137.a.& ibi de damnatis & de existentibus in purgatorio.
Pœnitentia licèt non debeat iniũgi à sacerdote de rebus aliàs debitis, erit tamen salutare consilium id ob rationabilẽ causam facere.199 b.ĩposita verò simpliciter,intelligitur de rebus aliàs nõ dbitis.ibidẽ
Pœnitentia iniuncta ab vno confessore,potest ab alio ob causam commutari,nisi in crimine superiori reseruato 203.a.&.b
Pñia q̃nta à sacerdote dbeat ĩponi.202.a.& ,put est medicina, vnus,p alio nõ põt ĩplere.200 a. bñ tñ q̃tenus est solutio dbitę pœnę. ibidẽ
Pñia pctõri iniũcta si sit cõdigna,absoluit à tota pœna purgato.212.b
Pñię actus sufficiẽs ad remissionẽ peccatorũ,adhuc ĩdiget Dei auxilio supnãli.104 a.&requirit actũ pœnitẽtis dispositiuè coopãtis.ibidẽ.b
Pœnitẽtiæ sacramentũ est necessariũ ad salutẽ in re.l. in voto subiacẽtibus pctõ mortali.112.b &.111.a.&ad salutẽ æternã cõsequẽdã requirit votum explicitũ, si tpe cõtritionis occurrerit memorię.ibidẽ.a
Pœnitentię sacramentum est de præcepto diuino 112.b.& quãdo fuerit hoc præceptum appositum à Christo. ibidem
Pœnitentiæ sacramento repatur homo quotiescunq; ceciderit & verã fecerit pœnitentiam.114.a
Pœnitens vt satisfaciat Deo, sufficit quòd rõabiliter pœniteat.103.b
Pœnitens,q̃ndo post peccatũ cũ maiori.l. minori gratia resurgat? 124 b.cũ sequen.& vtrùm cũ eadem dignitate quã habebat anteà.127.a
Pœnitẽs qui semel obtinuit facultatẽ vt possit à reseruatis absolui, si alicuius reseruati oblitus est tempore confessionis,non tenetur postea adire superiorem.165.a
Pœnitens omnia sua peccata etiam reseruata tenetur proprio sacercerdoti confiteri,quanuis ab illis non possit absolui.164.b
Pœnitens habens pontificis diploma eligendi confessorem,debet eligere expositum per Episcopum.180.b
¶ Pollutio nocturna q̃n impediat sumptionẽ eucharistiæ.78 b
¶ Potestas cuiuslibet solùm se extendit ad determinandũ illud quod est in sua potestate,& non alterius.2.a
Potestas cõsecrãdi & absoluendi ĩmediatè & simul cõtulit Xps oĩbus apostolis,& non soli Petro.206.b.& non solũ fuit illis traddita, vt tẽporaliter duraret ĩ eis,sedvt esset ppetuò pmãsura ĩEccle.207.
Potestas clauium ad ligandum & absoluendum in foro pœnitẽtiæ in solis sacerdotibus euangelicis existit.208.a
Ptãs iurisdictiõis ecclesiasticę nõ residet imediatè nisi ĩ platis.ibidẽ.b

¶ Pręceptum diuinum per nullam confeſsionem adimpletur, niſi ab ſolutio ſacramentalis ſuperaddatur. 173 b
Pręceptis duobus vnico actu poteſt quis ſatisfacere. 97. a
¶ Prælatus licèt non conſecratus, poteſt imponere interdictũ 247. b
Prælati habent ex officio & de iure diuino autoritatem excommunicandi, & non ex commiſsione Papę. 226. b
Prælati Eccleſiæ poſſunt aliquid ſub pctõ mortali præcipere. 236. a
¶ Pręmiũ eſſentiale nõ põt vnus alteri mereri de cõdigno pter ſolum Chriſtum 200. b
¶ Prima tonſura non eſt conferẽda niſi habẽtibns intentionẽ intrãdi religionem, aut promouendi ad ſacros ordines. 207. b
¶ Profeſsio in quacunq; religione tã virorũ q̃; mulierũ, nõ fiat añ decimũ ſextũ annũ expletũ, nec añ ānum probationis. 395. a. & b
¶ Publicæ honeſtatis iuſtitia quid ſit, & in quibus gradibus impediat matrimonium & dirimat. 366. a. & b
Publicę honeſtatis iuſtitiæ impedimẽtũ nõ oritur ex ſpõſalibus nullis ex quacunq; rõe 367. a. & per matrimoniũ ratum non conſummatum non affinitas ſed publicæ honeſtatis iuſtitia contrahitur. 369. a
¶ Pueri in vteris maternis decedentes, poſſunt ſaluari ex ſpeciali priuilegio Dei & ex ſola eius miſericordia 33, a. & quòd non habent aliud regulare remedium præter baptiſmum ibidem
Pueris añ vſum rationis non eſt conferenda Euchariſtia. 80. b.

Q

Vantitas in ſacramento Euchariſtię non tãtùm eget miraculoſè à Deo ſuſtentari à prĩcipio, ſed ſemper conſeruari. 68. a
Quantitas in ſacramẽto Euchariſtię eſt ſubiectũ omnium aliorum accidentium. ibidem

R

Aptus alienæ ſponſę impedit & dirimit matrimoniũ cõtractum. 391. a innuptę verò non niſi quandiu manſerit in poteſtate raptoris. ibidem.
¶ Ratihabitio triplex. 185. a & quando concedat facultatem abſoluendi. ibidem
¶ Ratio humana in ſenſibilium varietate delectatur. 5. b
¶ Reatus pœnę ęternę ſimul tollitur remiſſa culpa mortali, nihil tñ vetat quòd remaneat reatus alicuius pœnę temporalis. 117. b
¶ Religioſus ſemel pſentatus ad audiendas confeſsiones, nõ tenetur ampliùs pſentari eidem vel alteri Epo eiuſdem diœceſis. 182. b
Religioſi licèt teneantur ſingulis menſibus confiteri, non tamen quando

quando non habent mortalia. 142.a
Religioſi non poſſunt abſoluere à caſibus Epiſcopo reſeruatis, niſi conſtet quòd ex malitia Epūs reſeruauerit eis plures q̄; plebanis. 183.a.
Religioſi qui anteà erant irregulares vel ſuſpenſi, cùm profitentur, diſpenſationem obtinent à ſuis prælatis. 230. b
Religioſi in quacunq; religione tā virorū q̄; mulierū, nō poſſunt profiteri añ. 16. annū expletū, neq; anno probationis renūtiare. 395. a. & b
¶ Reliquiæ pc̄ī remanere pñt, culpa remiſſa, & quę ſint. 118. b
¶ Res & verba licèt in genere naturæ ſint diuerſa, tamen in genere ſigni in vnam coëunt ſignificationem. 2. b
¶ Reſtituere nō tenetur ablatū, ꝓpter neceſsitatē, deueniēs poſteà ad pinguiorē fortunam. 157. b
S
Sacerdos abſq; poteſtate iuriſdictionis nō poteſt vti clauе ordinis abſoluendo aut ligando. 210. b
Sacerdos ſine ſacramentis quæ adminiſtrat, minimè eſſe poteſt. 6. a
Sacerdos ī caſu neceſsitatis abſq; aliq̄ ſolēnitate q̄cunq; ſacrūm exercēs, & ſi ſit ī mortali, nō peccat mortaliter. 11. b
Sacerdos perfectiùs reficitur ſub vtraq; ſpecie communicando, quàm poplus ſub vna. 51. a
Sacerdos intendens cōſecrare per ſola illa verba, Hic eſt calix ſanguinis mei. verè conſecrat, peccat tñ, & ſacrilegiū cōmittit. 58. b
Sacerdos non debet ob coīcandum infirmum poſt cibū vel potū ſumptum cōſecrare, quantuncunq; periclitetur infirmus. 80. a
Sacerdos etiam poſt ablutionem tenetur ſumere reliquias hoſtię conſecratę in linteamentis inuentas. 80. b
Sacerdos de neceſsitate ſacramenti & præcepti tenetur coīcare ſub-vtraq; ſpecie, non autem populus. 83. b & 84. a
Sacerdos q̄ poſsit forſā duas pitantias ꝓ ſuo victu diurno ſuſcipe. 91. a
Sacerdos qualiter dicatur iudex arbiter in confeſsione. 138. a
Sacerdos quilibet poteſt abſoluere à venialibus. 141. a
Sacerdos nō ꝓprius ī quibus caſibus ſortiatur ſubditū ī ſcrāmēto pñiæ
Sacerdos reuelans confeſsionē, qua pœna puniatur. 186. b [171. a
Sacerdos tanq̄; inſtrumentū & Dei miniſter dū abſoluit, culpā mortalē remittit, & primā gratiā cōfert. 211. a. & pœnā nō ſolū ętернā, tā dāni quàm ſenſus, verūm etiā ꝓpalem vel ptē. l. totā remittit. 212. a
Sacerdos tenetur ceſſare à celebratione miſſæ quouſq; exeat excommunicatus, & quid ſi non poteſt expelli. 232. b
Sacerdos habet duplicem actum, ſcilicet conſecrandi corpus Chriſti, & prę parandi populum ad eius ſuſceptionem. 271. b

Sacerdos ſuſpenſus propter benedictionem ſecundarum nuptiarum quæ nō erant benedicēdæ, poteſt hodie ab Epiſcopo abſolui. 394. b
Sacerdos nuptias benedicens, ſi non eſt proprius parochus, ipſo iure eſt ſuſpenſus. ibidem. a.
Sacerdoti baptizare licet in præſentia ſui Epiſcopi. 26. a
Sacerdoti non licet tradere hoſtiam nō conſecratam occulto peccato ri etiam de conſenſu ipſius. 78. a.
Sacerdoti non licet per totam vitam à celebratione ceſſare, & quibus diebus teneatur miſſam celebrare. 88. b
Sacerdotem eſſe proprium aliud eſt, & aliud eſſe legitimum. 177. a.
Sacerdotes quando ordinātur, vtrùm ſimul cum Epo cōſecrent. 85. b.
Sacerdotes mali verè conficiunt corpus Chriſti, ſi ritè & legitimè fuerint ordinati & habeant intentionem. 86. b.
Sacerdotes nouę legis verè mundant & abſoluunt. 109. b.
Sacerdotium eſt de iure diuino, & quàntum ad poteſtatem conſecrandi, & quantùm ad vim clauium in foro pœnitentię. 207. b.
Sacerdotium non eſſe ſacramentum aſſerere hæreticum eſt. 274. a. & quid de diaconatu & ſubdiaconatu. ibidem. b.
¶ Sacramentum quid. 1. a. vbi eius diffinitio explicatur. & vtrùm ſit in genere ſigni. ibidem. b. & eſt ſignum ſenſibile. ibidem. b. & rectè diffinitur eſſe ſacræ rei ſignū. 1. a. & dicitur ſignū practicū. ibidem. b. & vnius rei tantùm eſt ſignum. 2. a. & potiſsimum ſignificat gratiam quæ nos ſanctificat formaliter. ibidem.
Sacramentū nō promiſcuè & abſq; ordine tria ſignificat, ſed quatenus ordine quodam ad noſtram ſanctificationem referuntur. ibidem.
Sacramentum nouæ legis res determinatas requirit ex diuina inſtitutione. ibidem. a & ipſis rebus verba addere oportet. ibidem b.
Sacramentū non ſolùm vendere, verū & coëmere peccatum eſt. 14. a.
Sacramentū Euchariſtię non eſt perfectum cum ſolo pane nec cum ſolo vino. 53. a & in eo ex vi formę verborū exiſtunt caro oſſa & nerui corporis Chriſti. 63. b. & præſtat omnes effectus in vita ſpirituali, quos cibus & potus in vita corporali. 69. a.
Sacramētū quodlibet q̄ntùm ex pte ſui eſt, primā gratiā habet infundere, & peccata mortalia & venialia remittere nō ponē tibus obicem.
Sacramenta veteris legis quemadmodum & nouę ſigna pra [121. a
ctica dicēda ſunt. 1. b & legis naturę ſacramenta non per expreſſam inſtitutionem Dei decreta fuere, ſed ſolo interiori inſtinctu quo homines ad Dei culturam mouebantur. 2 b.
Sacramenta poſt primum Adę peccatum in omni lege adſalutem neceſſaria fuiſſe, fatendum eſt. 5. b. & in ſtatu innocentiæ ante peccatum non

non fuerunt neceſſaria.ibidem.& in lege naturę non fuerunt ſub diſ finitis rebus ac verbis præſcriptis tradita.6.a.
Sacramẽta neceſſaria ſunt ad ſalutẽ,non ſimpliciter ſed ad bene eſſe ſi
Sacramenta nouę legis continent gratiam quam ſignificant [nis.5 b & eam conferunt ex opere operato non ponentibus obicem. 7. a & quomodo cauſent gratiam.ibidem.& ſunt cauſę morales inſtru mentales noſtræ iuſtificationis.ibidem.a.&. 8.b
Sacramenta euangelica ſimul ſunt & ſignum & cauſa gratię . ibidem
Sacramenta veteris legis prorſus cauſas non fuiſſe gratiæ atquè ſalu - tis,aſſerere neceſſarium eſt. ibidem
Sacramenta continent gratiam ſecundùm eſſe fluens. ibidem
Sacramenta vetera remittebant paruulis originale ex pacto diuinæ miſericordiæ,& non ex iuſtitia 9.a
Sacramenta Eccleſiaſtica ad duo ordinantur.15.b.& quædam ſunt ne ceſſaria ſimpliciter,quædam ſecudùm quid 16.a
Sacramenta omnia faciunt de attrito contritum. 71. a
Sacramenta quæ non requirunt actum ſuſcipientis,poſſunt recipi à pu eris vſu rationis carentibus.282.a
Sacramentorum effectus duplex.9.b
¶ Sacrilegiũ immane cenſetur puerum ſolenniter in Eccleſia etiã ſub conditione iterum baptizare,ſi conſtet domi fuſſe baptizatũ 25. a
Sacrilegium committeret eundem hominem bis confirmans:non ta - men irregularis efficeretur. 45.a
Sacrilegiũ imane cõmittit qui cõſecrat ſolo pane.l.in ſolo vino.53. a
Sacrilegiũ cõmittit,qui effundit ſanguinẽ vel ſemẽ in Eccleſia. 150. b.
Sacrilegus efficitur qui ad Baptiſmum accedit cum affectu peccan - di mortaliter.37.a &.b.atq; etiam illum conferens.ibidem
¶ Salus bifariam accipitur.27. b
¶ Satiſfactio verè eſt de integritate ſacramenti pœnitentię. 108 . a .& neceſſaria eſt.192.b.
Satiſfactio quæ ſit,& eius diffinitio explicatur .193.a.&.b. & bifariam poteſt conſiderari.ibidem
Satiſfactio ſtudioſa non ſacramentalis facta in peccato mortali non eſt ſatiſfactoria pro peccatis iam dimiſſis.195.b
Satiſfactio iniuncta à ſacerdote expleta extrà charitatem,licèt valeat in foro Eccleſiæ & ſatiſfaciat ſacerdotis præcepto,non tamẽ valet ad expiationem pœnę debitæ pro peccatis.196.a
Satiſfactio ſacramentalis virtute clauium à ſacerdote impoſita & dim pleta extrà charitatẽ,adueniẽte charitate viuificatur.ibidem.b
Satiſfactio etiam per actus exteriores fieri poteſt.197.a

¶ Satiſfa

¶ Satisfactoriæ pœnę inflictæ à Deo in existenti in gratia proficiunt ad vindictam peccatorum præcedentium. 198. b
¶ Satisfacere Deo quo pacto possit homo. 194. a
¶ Sententia excõmunicati vel suspensi iudicis non tenet. 55. b.
¶ Serpens nõ fuit erectus ad animũ sanctificãdum, sed ad seruandum corpus. 1. b.
¶ Serua si tradatur à Domino homini libero ignorãte eius seruitutẽ, legitimum sit matrimoniũ, & ipso facto ipsa efficitur libera. 346. b.
¶ Seruitus nõ admit ius cõtrahẽdi matrimoniũ etiã ĩuitis dñis. ibid. a
¶ Seruus nõ efficitur liber ex licẽtia cõtrahẽdi matrimoniũ cũ ancilla ibidem. secùs ex licentia ordinandi vel profitendi. ibidem. b.
Seruum coniugatum non potest vendere Dominus in regionem longinquam nisi, bona fide & necessitate compulsus id faceret. ibidem.
Seruum ordinatum quis teneatur redimere. 284. a.
¶ Sigillum confessionis medium est necessarium ad consistentiam sacramenti pœnitentiæ. 187 a. & extenditur ad venialia, & etiam ad ea quibus posset veniri in notitiam peccatoris. 189. b
¶ Signum duplex est. 1. b. & signa naturalia vt fumus & vestigium, non sunt sacramenta. ibidem.
¶ Species panis & vini quam notitiã ꝓducunt post cõsecrationẽ. 62. b
¶ Sponsaliorum diffinitio. 299. a. & quibus modis contrahantur. 300. a. & in quibus casibus soluuntur. 305. b
Spõsalia d̃ futuro interueniẽte copula, nõ trãseunt in matrimoniũ, nec etiam interueniente consensu de pręsenti sine forma concilij. 305. a
¶ Status Adami in natura integra erat supernaturalis. 35. b
¶ Subditus in quo casu absoluatur ab obediẽtia sui superioris. 76. b.
¶ Substantia panis & vini quanuis desinat esse omnino per consecrationem, non tamen dicitur anihilari. 62. a
¶ Suspicari malum de aliquo quando sit mortale. 158. a.

T

RAnspositio verborũ an vitiet formam sacramenti. 4. b.
¶ Trãsubstãtiatio est cõuersio totius entis & cuiuslibet eius partis in substantiam alterius. 62. b
¶ Tentatis optimum remedium est Eucharistiam recipere, vt à peccatis futuris præseruentur. 72. b
¶ Timor pœnarum non solùm inferni, verùm & mortis, dehonorationis & similium est bonus. 105. a.
¶ Triticum taliter corruptum, quòd mutet propriam speciem, non est apta materia ad consecrationem. 53. b.

V

VErbum, Baptizo. quid importet 22.b
Verba an ſint neceſſaria ī ſignificatiõe ſcrõrum. 2.b. & in aliquibus ſacramentis determinata ſunt à Chriſto. 3. b.
Verba ſacramẽtorũ ſic determinata eſſe debẽt in q̃libet lingua, vt in diuerſis nationibus idem ſit ſenſus. ibidẽ.
Verba præcedentia formam conſecrationis non ſunt de neceſsitate ſacramenti. 57. a.
Verba, Hic eſt calix ſanguinis mei. ſola ſunt d̃ eſſentia formę conſecrationis, reliqua verò quę ſequuntur, ſunt de integritate. 58. a.
Verba ſubſequentia conſecrationem calicis non ornatus cauſa, ſed ad miniſterium aliquod adduntur. 58. b
Verborum tranſpoſitio an vitiet formam ſacramenti. 4. b.
¶ Vinum vitis ſolum eſt materia neceſſaria Euchariſtiæ. 54. b.
¶ Violari Eccleſiã in quibus caſibus cõtingat. 95. a. & à quo d̃beat recõ
¶ Virtus creata inſtrumẽtalis quomodo ihæreat ver- [ciliari. ibidẽ. b bis conſecrationis. 59. b.
Virtutes quę ſint, quę p pœnitentiã vt eſt ſacramẽtũ, reſtituãtur. 124. b.
Virtutum infuſio dupliciter contingit. 103. b
¶ Vita ſpiritualis ſicut & corporalis dupliciter perficitur. 15. b.
¶ Vitia matrimonium impedientia quæ ſint. 391. a. & b.
¶ Votum ſimplex in quo differt à ſolenni. 347. a. & licèt impediat matrimonium contrahendum, non tamen dirimit. ibidem.
¶ Votũ ſolẽne ex natura ſua iure diuino dirimit matrimonium. 349. a
¶ Vxoricidium nunq̃; eſt licitum, niſi quando maritus vt miniſter iuſtiæ æquo animo id facit. 389. a. & b. & quando impediat, & quando etiam dirimat. 390. a.

¶ ERRATA SIC CORRIGANTVR.

Folio. 5. pagina. 2. linea. vltima, ſacramentum, pro ſacramenta.
fo. 10. pag. 2 lin. 13. miniſtraliter, pro mimſterialiter.
fo. 12. pag. 1. lin. 26 excauſare, pro excuſare.
fo. 24 pag. 1. lin. 26. in aliquibus vbi eſt baptiſmus, lege baptizatus & lin. 27. vbi eſt baptizatus, lege baptiſmum.
fo. 263. pag. 2. lin. 9. c. 4. pro. 3.
fo. 272. pag. 1. lin. 17. 25. pro. 23.
fo. 25 pag. 1 lin 8. Ephe. pro hebræ.
fo. 27. pag. 2. lin. 32. facultatem pro ſalutem.
fo. 34. pag. 2. lin. 23. ſuffogati, pro ſuffocati.
fo. 38. pag. 1. lin. 22. genitum, pro gemitum.
fo. 47. pag. 1. lin. 13. contraxiſſent, pro contradixiſſent.
fo. 62. pag. 2. lin. 29. ſubtacto, pro ſubiecto.

fo.66 pag.1.lin 18.vbi habetur.desino esse in sacramento. legendum est,desino esse in hoc loco
fo.69.pag.1.lin.18. superfluit in. [fo 75.pag 2.lin 20.3.pro.13
fo.86.pag.2.lin.vlt.potestas,pro potestates.
fo.105 pag.2 lin.22.conuertimi,pro conuertimini.
fo.109.pag.1.lin.24 fora,pro forma,& et,pro ego te
fo.111.pag 2.lin 30. publicorum pro occultorum
fo.144.pag.1 lin 10.naturali pro natali.
fo 146.pa.1 li.1.monetur pro mouetur
fo.148.pa 2 li.27.Huæ,pro duæ.[fo.157.pa.1.li 14. lege in periculo
fo.176.pag.2 lin.1.dist debet esse in fine lineæ sequentis
fo.186 pag 1 lin 30.futurum,pro in futurum
fo 192,pa.2.lin 15.tisfasactionem,pro satisfactionem
fo 194.pag.2.lin.20 deficit,quòd.nã debes legere,ẽ dicere q̃ sunt illi grata & ibidem lin.25. libertate pro liberalitate
fo.195.pag.1.lin.9 affirmatiua pro negatiua
fo,207 pag.2.lin.26.deficit,de.nam legendum est,nõ est de intrinse-
fo,208.pag 1.li 21 confirmamur ꝑ cõformamur. [ca rõe sacramẽti
fo,218 pa.2.li.10.indicij pro iudicij.[fo.219 pa 2.li.4.legẽdũ ẽ venit.
fo,220 pa. 2 li 14.& pro est.[fo,230.pa.2 li.7.fidibus ꝑ fidelibus
fo,256.pag 2.li.vlt.eunc,pro tunc.[fo,259.pa.2.li.15.const,pro conse.
fo,270.pag.1 lin.32.celebramone,pro celebratione
fo,278 pa.1 li 19 qui,pro quod.[fo,282.pa.2 li.32.motum,ꝑmetum
fo,283 pag.1.lin.14.trium,pro quatuor.&ibidem li 30.abundat lib. 6
fo,286.pag.2.lin.vlt.deficit censura
fo,290.pag.1 lin penul.fimilem,pro fimili & ibidem pag.2 præputm, pro præceptum [fo. 291.pag.2.lin.4.superfluit tum
fo,309.pag.2.lin 15.parentes pro carentes
fo,327.pag.2.lin.36.esset, pro esse
fo,329.pag.1.lin.21.constans,pro inconstans
fo,334.pa 1 lin.5 tunc pro nunc [fo,340 pa.1.li·20.culpa,pro causa.
fo,380.pag.1.lin.30.incentus,pro incestus
fo,348.pag.2.lin.6 tamen pro tantùm
fo,371 pa.1 lin 13.cognatio spiritualis,pro cognationem spiritualem
fo,382.pag 1 lin.4.nequeant pro nequeat
fo,382.pa.2 li 28 tanq̃; pro tanq̃; [fo,384 pa.1.lin.3.fideli ꝑ infideli
fo,388.pa 2.lin.7.efficiens pro sufficiens
fo,389.pag.2 lin.13.tristitiæ pro iustitiæ
fo,391.pag.2 lin.24.impœnitentia,pro pœnitentiã
fo,395 pag 1.lin.penul.recipitur,pro prȩcipitur



BIBLIOTECA PUBLICA "LA FRAGUA"
ESTADOS UNIDOS MEXICANOS
UNIVERSIDAD DE PUEBLA, PUE.

SECRETARIA GENERAL

41010305
11822